



Lado Boma fig^{to} Montevideo 1413.



28-88



~~Handwritten scribbles and markings, possibly a signature or initials.~~

26 to 9-9

De P. & A. ... 16 ... R. 11015

PHOTII
BIBLIOTHECA.

S I V E
Lectorum à PHOTIO librorum

Recensio, Censura atque Excerpta,

PHILOLOGORVM,
ORATORVM,
HISTORICORVM,
PHILOSOPHORVM,
MEDICORVM,
THEOLOGORVM,

è Græco Latine reddita,

Scholiisque illustrata, operâ

ANDREAE SCHOTTI ANTVERPIANI,
De Societate IESV.


Soydet D. J. Fran.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
*Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.*
E. 1. C. 25 N. 9.

AVGVSTAE VINDELICORVM,
Ad insignem pinus.

CVM PRIVILEGIO CÆSARIS PERPETVO.
Anno Christi MDCVII



NOBILISSIMO
MARCO VELSERO
CAESARIS CONSILIARIO,
REIPVB. AVGVSTANÆ
II VIRO PRÆFACTO,

AND. SCHOTTVS ANTVERP.

DE SOCIETATE IESV

LIB. MER. DD.

BONVM FACTVM.

ROGAT PHOTIVS, QVI IAM PRODIT INTEGR,
NE QVIS SE POSTHAC LANCINET AMPLIVS,
LACRET, AVT VELLICET IN PARTES, AVT EPITOMEN
CONCINNET HINC, OMNIVM INGRATIIS.

QVI FRAVDI DAMNOQVE FORET,
SIBI, LECTORI, POSTERIS.

COMPENDIA NAMQVE DISPENDIA SVNT VERIVS,
LIBRORVM PESTIS, LABES, PERNICIES,
ET TÆTRA AVCTORVM VVLNERA.
SIC BONIS BONA EVENIANT.

QVI SECVS FAXIT EXLEX VIVITO,

SI QVID HIC PRÆTER MAIORVM DICTVM FIDEM,
QVOD IMPRVDENTI EXCIDIT,
FACTVM NOLLEM, INDICTVMQVE VIDERI VOLO.
HAVE ET FAVE.

NOBI-

SI MAGNVM illud militantis in-
terris Ecclesiæ columen B. Hieronymum Presby-
terum non piguit, MARCE Duumvir, catalogum
Ecclesiasticorum texere scriptorum, ex Eusebio
Cæsariensi, ac scriptis cuiusque, cur pudere me de-
beat, aut poenitere laboris immensi, tædiique con-
stanter absorpti in PHOTIANÆ BIBLIOTHICÆ
interpretatione, quam tibi volens dedico consecroque, nondum equi-
dem animadvertere possum. Ille iam inde ab initio nascentis Ecclesiæ
telam orsus, altiusque à capite arcessens, sacrorum Ecclesiæ scriptorum
seriem ad sua vsq; tempora perduxit; vt legitima & pura à spuris, & à pa-
lea triticum posteri segregarent. Hunc dein gloriosum, publiceq; vtilem
laborem, variarum gentium auctores continenter pertexendum rati, de
suæ quisque gentis scriptoribus catalogos conscripserunt. In Iberia quidem
Isidorus atque Ildefonsus sanctissimi viri: in Gallia Gennadius Massili-
ensis, & Honorius Augustodunensis: in Belgio nostro Sigebertus Gem-
blacensis: in Germaniaq; nuper Trithemius Abbas, excussis omnibus
omnium Bibliothecarum angulis, id præstiterunt. In Græcia vero pri-
mis illis, vt ætate, sic & eruditione fortasse æqualis PHOTIVS, hanc cum
sacrorum, tum externorum Bibliothecam concinnavit librorum, quos
à selectos, Tarasii fratris rogatu recensuit, dum in Syria Constantinopo-
litani Imperatoris Orator versaretur, idque prius, (vt ex opere quisq; me-
cum iudicabit) quam aulicâ ambitione corruptus, præcipitavit. Verum
hoc utilior quam reliquorum in Occidente post Hieronymum PHO-
TRI hic labor extitit, vt maius etiam longè quam ceterorum simul o-
mnium volumen excrevit, quod non recenscat modò veterum, qui in
manus

EPISTOLA

manus inciderunt scripta, sed & eclogas inde permultas, seu excerpta, totidem verbis, enumeratione sola minimè contentus, transcripserit: forte quod animo prouideret, menteq; prælagiret, fore ut temporum iniuria plerique, ut accidit, interciderent funditusq; perirent, quorum certè ne nomina quidem, nedum ingenii monumenta, absque PHOTIO esset, nostram ad ætatem peruenissent. Quod opus seu thesaurum verius, pridem exoptatum, ac diu multumq; frustra inuestigatum, cum Tarracone Procli Chrestomathia Latinè à me reddita, velut ex vngue leonem, æstimare cœpissim, nactus tandem Romæ sum. Describendum enim arbitrato meo permisit, quem honoris causa libenter nomino, Illustriss. Ascanius Columna, purpuratorum patrum ornamentum. Post verò cum id diligenter ad variorum exemplarium fidem comparatum, typographus Augustanus elegantibus typis euulgasset, efflagitarunt pænè conuicio familiares, quibus multum & vellem & deberem, ut Latina donare ciuitate promptuarium eruditionis, quo ad plures emanaret utilitas, pro virili contenderem. Cessi ergo amicorum precibus victus, & periculosa plenum opus alex aggressus, ad exitum tandem, Deo vires animumq; suppeditante, constanter adduxi. Quid sim assequutus, sequutus certè, tuū vir doctissime lectorisq; non imperiti iudiciū esto. Num quid amplius? Etiam. Patrocinium adhæc laboris planè Herculei, more institutoq; maiorum, abs te potissimum iustis de causis imploro. Quod enim Græcè apud vos PHOTIVS lumen primum aspexerit, Latinam quoq; interpretationem subiungendam ius fasq; cœnui, tum quod Augustanæ Bibliothecæ nomen commune inuitarit: quæ Bibliotheca Vindelicorum, ciuitatis Germaniæ verè augustæ, cum alios alia ad spectandam vrbs ciuiumq; elegantiam moucant, me potissimum, ob librorum calamo in membranis exaratorum & copiam, & verustatem, in sui admirationem rapuit detinuitq;. Ad quā quidem ornandā Resp. vestra catalogum exemplarium quæ possideret, per Europam disseminasse non contenta, doctos etiam homines inuisitata & prorsus singulari humanitate inuitat, quo eos ipsos libros inuicem conferendo, ac veluti gladiatorum paria committendo, in hominum lucem aspectumq; commodo publico producant. Quod utinam exemplum dynastæ ac Reges sequuti, in iisdem pedem vestigiis ponerent, ac libros SS. Patrum ineditos cognosceri atque euulgari sinerent, næ plures longè Græcarum litterarum vsum interpretando reuocarent, nec amplius veluti muta tacerent, quæ in densis hodie tenebris, tineas pascendo, delitescunt. Sed id optare citius quam sperare liceat, nisi si VELSERORVM similes exoriantur, qui concordissimi fratres (vos enim bona venia appello Antoni, Matthæe, ac Paule)

DEDICATORIA.

Paule) rem litterariam longè lateq; prouehitis, disciplinarum pomœria profertis, doctisq; hominibus doctissimi ipsi opem re consilioque ferre non cessatis: ut iam vbiq; gentium non sit *Phœbo gratior culla,*

Quam quæ VELSERI præscripsit pagina nomen.

Te te igitur MARCE quæso obtestorq;, ut qua cœpisti beneuolentia, nostra complecti ne graueris; exstetq; apud posteros pace tua, meæ in re obseruantia memorisq; animi hoc qualecunq; monumentum; quod locum, si videbitur, in Bibliotheca vestra, ex qua cum tot aliis Græcè typis prodiit, Latinè quoq; reperiat. Si quis autem ex his vigiliis fructus ad alios legendo perueniet, quod studium quidem certè, ad interpretationem locis obscuris facem scholiis allucèdo, tibi amice magne, grata posteritas acceptum referat. Soles enim ἀκλείους θύρας παρέχειν σοφοῖς ἀνδράσι, quod de se apud Philostratum Vespasianus Aug. profiteretur, cum sis ipse spirans quædam Bibliotheca. Suscipe itaque aduersus obrectatorum calumnias, operis vigiliarumq; nostrarum libens volensq; tutelam. Sic tibi illucescant, DEVM venerans precor, incuntis anni
 1610. Iovii. Calendæ feliciter. ANTVERPIÆ.

I. LIPSIUS MARCO

VELSERO

S. M. D.

S Enecam nostrum à te acceptum, & verè acceptum, id est gratum, fuisse, gaudeo. An non esset, Scriptor optimus viro optimo? Quod ais desiderare quosdam reliqua: pauca sunt, & hodie mos obtinet reliquatores esse, imò conturbatores. Detur venia, aut certè mora aliqua, valetudini: & fortasse altera editio dabit. Sunt & in illis libris, quæ volenti haud peribunt. At tu de elogio debere profiteris. Et sic loqueris? iudicio, dicere debebas: & ideo nihil debere. Mibi crede, vt si iuratus in Senatu sententiam dicerem, sic dixi. Amo te iam dudum mi Velsere, sed affectus illam animi lucem non obtenebrat. Sed heus, est quod communi litteratorum nomine commendemus, vel petamus. Andrea Schotti, magni amici nostri, PHOTIVS, Latinus iam diu apud vos est, & quando ipse lucem, nos eum videbimus? Certè inter paucos ille Scriptor meretur: qui solus tot clarissimorum ingeniorum monumenta a fato eripuit: toto dico fato, & saltem nomina & scriptorum velut membra seruauit. Quàm multos ille legit, ex iis elegit & vt sic loquar, deflorauit, quos nosse nobis aliter non esset: & sacris, profanis, tractatoribus, historicis, oratoribus, poetis, & nihil est in Græcâ omni litteraturâ, aut vt verius dicam, librariâ, quod ille vir non libarit. Pulcherrimus mos in mensâ legendi, vel audiendi: sed iste pulchrior vtiliorque, annotandi, censendi, excerpti. PHOTIVS fecit, & qui ad nos peruenierunt, solus. David Hæschelius vester, & vestrâ etiam auspiciis, Græcum primitus, & variè atque industriè castigatum, dedit: sed nosti quò ventu sit ignauiâ eum, pauci hæc legunt aut capiunt, & nisi Latina addantur, pene dicam non dedisse. Ergo A. Schottus, vir bono publico natus, allaborauit, & Latinum totum dedit, & tibi commisit. ecce iure te flagitamus. fac quod soles & natus es, rem publicam vel priuatæ tuæ damno iuuâ. Mi Velsere, da hanc operam, et si quàm trepidis & pene desperatis Europæ rebus? Pannoniâ, & iam Illyricum finitimum, sollicitos nos habent:

Quò pondus istud verget: vbi ponet minas?

Vbicunq; stemus, & in Honesto firmi, omnem Fati vim excipiamus, imò vincamus, id est, seramus. Vale. Louanii, postridiè Natalis Dominici, anno M DC VI.

IN

IN PHOTIANÆ BIBLIOTHECÆ

Interpretationem, à R. P. Andrea Schotto de Societate IESV Latinè editam.

ΣΚΟΤΤΟΣ ἀπό σκοτίου Φερώνυμ. ἐστὶν ὁμίχλης
ΦΩΤΙΟΣ ὡς λαμπρὴ κληδὸνα Φωτὸς ἔχει.
 Τὸνδ' ἐπειρή ΣΚΟΤΤΟΣ ἀπήγαγεν ἀχλὺς αἰνῆς
 Φωτικὰ λαμπρῶν γραμμάτων Φωτὶ νέω.
 (Τοῖσι παλαιγενέων σφραγίσσάο ΦΩΤΙΟΣ ἀνδρῶν
 Μνήματα, τιήσας σιγμασιν ἀμφαδίσις)
 Εἰθέμις ἀτρεκέεσι πανατρεκέεσι δεινομαθῆναι,
 Ὅς ποτε ΣΚΟΤΤΟΣ ἔλω, ΦΩΤΙΟΣ ἀλλ' ἔει.

IDEM LATINE.

SCHOTTVS ab obscura ducit caligine nomen,
 PHOTIVS vt clari Luminis omen habet.
 Cum tamen hunc SCHOTTVS tenebrosus eximat umbris,
 Lumine cum lustret PHOTICA scripta nouo:
 (Scripta quibus censor veterum monumenta virorum
 PHOTIVS obsignat liberiore nota)
 Vera licet veris si ponere nomina rebus
 Qui modo SCHOTTVS erat, PHOTIVS alter erit.

Feder. Iamotius Med.

FRANC. SCHOTTVS

Iureconsultus ac Senator Antuerp.

PHOTI scripta, prius qui cæco carcere clausus,
 Horridus, inuisus, nocte latebat iners,
 Eduxti quoniam dias in luminis oras,
 Frater amandæ, animi dimidiumque mei,
 Gratulor & lator, prisco dehinc more parentum
 Grates grata velit soluere posteritas.
 Lux Tenebræ hic fausto conspirant omine, lucens
 Namque obscura prius BIBLIOTHECA patet.
 Lux micat è tenebris en mutua: noxque vicissim
 Lumen, & atra dies à iubare accipiunt.

Fallor!

Fallor! an aspicient pulsa caligine ocelli
Lucem, mente Deum iustitiaeque iubar?
PHOTI munus erit tot lecta volumina Graium,
SCHOTTI erit hac Latia reddita posse legi.

Ioannes Bochius S. P. Q. Antuerpiensis à Secretis.

NIl nisi nomen habens à lumine, luminis expers
PHOTIVS, & tenebris obrutus atque situ,
Squallebat, tineaesque diu pascebat inertes
Abditus, & patriis sedibus exul erat.
Aspectuque carens hominum, procul orbe latebat
Hesperio, clausus carcere, lucis inops.
At SCHOTVS obscuris nomen qui ducit ab umbris
(Mira cano tenui carmine, vera tamen)
Eruit in densa positam caligine lucem:
Sic reparant tenebrae lumina, noxque diem.
Oedipodioniae redeunt enigmata Sphingis,
Nec sua nostra minus secula monstra ferunt.
Quisquis at umbrarum sub nomine clara tuetur,
Quae SCHOTVS illustri lumina mente tegit,
Insignisque viri raras examinat artes,
Quas stupet & Latium, Graecia tota stupet:
Non mirum est illam radios emittere, dicet,
Lampada, lumen habet PHOTIVS unde suum.
Nec rutilas praeferre faces mirabitur umbram,
Quae lucem hanc aliis pluribus antè tulit.
Salute, o tenebrae, fulgenti luce corusca,
Sit satis hoc vestri muneris esse decus:
PHOTIVS in medium quod purior exeat orbem,
Lux è nube, redux carcere, nocte iubar.

Maximilianus Vriendius Senatui Gandauensi à Secretis.

Res mira, at vera est, non claro lumine SCHOTTVM
Clarorem à nebulis spargere posse suis.
Lucis & expertem decus & iubar addere luci,
Scriptaque tot veterum detenebrare patrum.
Mentior! at vetus ille nouus modo PHOTIVS, olim
Clarus, at inde auo nubilus atque situ.

Qui

Qui patriam de nocte nouas modo lucis in oras
Emitat, Ausonia illustris honore togae:
Ille suo solus dignam pro vindice causam
Dicet, & accepti luminis usque memor,
Vni plus SCHOTTO debere fatebitur, ipsi
Quam sibi, quam soli, quam patrioque solo.

HIEREMIAS PIERSSENÆVS
Iure-Consultus.

Quis credat CÆCAS progignere posse TENEBRAS
LUMINA, Phœbeis lucidiora oculis?
Non ego, non PHYSICA quisquam de gente Sacerdos,
Vllaque non SOPHIÆ docta magistera.
Hoc nisi iam nobis iussisset credere SCHOTTVS,
PHOTIVS & CÆCIS LUCIDVS A TENEBRIS.
Qui nunc SCHOTTI opera (antè nitentia nubilus ora, &
Multis dente aui faucibus vulneribus)
Integrior patrio prodit redimitus amictu
Nec minus Ausonia clarior in tunica.
Non secus ac noctis migrà cum veste videmus
Obnuptum Solem, vel pluuvis nebulis,
Veste tenebrarum scissà, & sudo at here, tela
Eiicere hesternà lucidiora die.
Quare dum roseo fulgebit Lucifer ore,
Et veniet fuscum nox adoperta caput,
PHOTI ab illustri radiabit LUMINE SCHOTTVS,
ET SCHOTTI CÆCIS PHOTIVS A TENEBRIS.

Αἰνολογ.

Ite pii manes, & PHOTI nobile lumen
Iudicii, quae Sol porgit utramque facem.
SCHOTTVS te Hesperius, SCHOTTVS te sacrat Eois,
SCHOTTVS & Eois gratus & Hesperius.
Cuncta videns nimirum hac mundo scita dabat MENS
Stare loco mundi prima elementa iubens,
Ut caeco lux alma Chao viduat a serenet
Omnia, tum lucem nox inimica premat:
Inque vicem noctis noua lux superenatet equor,
Et nitent veteri grata parente magis.

):(:(

In

IN PHOTII BIBLIOTHECAM.
ΠΡΟΛΕΓΜΕΝΑ.

In veterum molem scriptorum PHOTIVS olim
Indiderat lucem, iudicii radio:
At radium excipiens textit longinqua vetustas:
SCHOTTIVS ab ingenio rettulit ecce diem.
Nunc tandem portis mundi bipatentibus infer,
Damnatum tenebris nobile PHOTII opus.
PHOTIVS ingenti potuit clarere nitela:
Sed mage praesidii lumine SCHOTTE tui.
Ite pii manes SCHOTTO duce, & auspice SCHOTTO,
Semiadaperta prius, nunc ad aperta via est.

Α' δηλον.

Nomen habes, SCOTE, à tenebris, à lumine nomen
PHOTIVS: ille librum, conficis ipse notas.
Vmbra fit interpretis lucis, quis crederet unquam?
Hoc lucem est tenebris gignere, nocte diem.
Quas non discutiet tua lux, ô SCOTE, tenebras,
Si lucem illustrat nominis vmbra tui!

Α' δηλον.

Dum tua praeclaros auctores scripta recensent,
Hos inter SCOTTO debuit esse locus.
Quid facias, docte ô PHOTI, cum tempora nostra
Sint procul à vestris dissita temporibus?
Nedubita: SCOTTIVS, quo nunc interprete prodis,
Quot celebras homines, tot subit ipse locos.
Site, SCOTTE, potes transacta in secula ferre,
An taceant nomen secla suura tuum?

AND.



VI sibi scriptores antiquos interpretandi partes olim sum-
pserunt, ut qui Platonem atque Aristotelem Philosophorum principes illustran-
dos Graeci censuerunt, Alexander Aphrodisaeus, Themistius, Simplicius, Proclus,
Olympiodorus, Ammonius, & Philoponus, ii ferè praefari solent copiosè, de au-
ctore, scripto, argumento, modo, ac methodo, ordine, & tempore; tum de seipsis,
suaeque opera, & ita re flagitante, interdum de causis suscepti operis disserunt.
Idem mihi more institutoque malorum in praesens, etsi μετέφερον, non ut illi tra-
πέρασιν adferam, visum est faciendum. Equidem non ignotabam, simularque arduam hanc PHO-
TIANAE BIBLIOTHECAE Latine interpretandae provinciam efflagrantibus amicis suscipi, fore
plerisque qui id mihi vitio verterent, parumque me dignum existimarent, casu inter & potrecta,
quod aiunt, alienis in vestigiis pedem ponere. Quorum autem in reprehensionem noster hic labor
incurret, ii ferè duorum generum sunt. Alii enim me reprehendent; plures PHOTIVM infesti da-
mnabunt; vtrisque, si potero, faciam satis. certè si id non consequar, dabo pro vitili operam, ut à le-
gendo minimè detreantur. Principio itaque de me, paucis tamen, & sine furo ac modestè: mox
de PHOTIO videbimus. Inaudieram pridem, vnum & item alterum in Iberia Graecarum literarum
peritissimum, PHOTII Bibliothecam è Graeco in Latinum sermonem commodò publico conver-
tere coepisse, sed coepisse tantum, ac vix dimidia operis parte super se disse; siue Graeci exemplaris men-
dis deterritos, seu laboris fuga in tanta voluminis, cum mole, tum varietate, seu denique vtraque de
causa cessisse. Romae quoque tertium perfecisse quidem narrabant, sed ad edendum adduci non
potuisse. Graecum itaque codicem magno aere nactus, constantiam à DEO precatus, virgendum opus
assidue ad extremum, si qua hinc ad alios utilitas rediret, existimaui. Neque me fugiebat, ex quo inter-
iores haec literas tractavi, quam difficile sic bonum agere interpretem, alienique sensus metaphra-
sten; ut nisi par sis in vtriusque orationis facultate, iustam reprehensionem non effugas: quoque ma-
ior hac in re de bonis Graecis Latina bona efficientium raritas, eò difficilior provincia doctis homi-
nibus, qui eam ipsi plerumque refugiunt, censeatur, ut ad hanc diem vsque quaque qui satis fecerint, vix
singulos singulae aetates tulisse videantur: cum decem amplius Aristotelis Ethica Nicomachia, toti-
demque Rhetorica, nostrà parentumque memoria interpretati sint conati, quod in singulis qui an-
tecessissent, posteriores aliquid desiderarent. Quid ni igitur posterorum de me iudicium reformi-
dem? Elaboravi equidem, quoad eius fieri potuit, ut non sensa modò verbis comprehensa sequeretur
(num assequutus ne sim alii statuent) & non tam verba numerarem, quam sensum ex fide bona ap-
penderem; sed etiam, ut res ipsas, fontesque auctorum à PHOTIO lectorum studiosè inuestigarem.
Verum cum eorum plerique temporum iniuria interciderint, eò molestior interdum labor inter-
pretandi existit, ut huiusmodi nonnunquam fuerit, dum, qui adhuc latent scriptores, PHOTII
opera in apertum proferantur; quod ut ceptum nuper, ita futurum amplius doctorum hominum
inuestigatione non diffido. Diversorum item scriptorū tanta varietas, quanta est in omni *Philologia,*
Oratoria, Historia cum sacra, tum profana, in Philosophia, arte medica, ac denique scientiarum regina
Theologia, negotium quoque facessuit, quod DEO benè iuvante tandem superavimus. Auxit & rei
difficultatem in singulis auctoribus *ἡρώδης*, idque Hermogenis potissimum de Ideis methodo: quae
ut Aristotelea ac Tulliana longè subtilior est, ita admiratores quidem plurimos, sed imitatores pau-
cos hodie repperit. Praeter Dionysium enim Halicarnassem in Rhetoricis, & Vlpianum Graecum
Domesthenis explanato rem, quorū eam quisque hoc seculo tractat? Trapezuntii olim talem Rhe-
toricam cum stupore vidit Italia: duos fortasse Germania numeravit Sturmium & Erythraem: Gal-
lia Iulium Scaligerum libris de Poëtica: Hispania vnum literis cognitum laudare potest Pet. Ioan-
nem Nunnesium Rhetorem ac Philosophum, editis Rhetoricorum libris IIII. Hermogenis
quidem praeciputionibus, & Aphthoniac Theonis, sed Tullianis exemplis. Sunt autem Hermoge-
nis Idearum genera septem *Συφήνεια, Μέγεθος, Καλλός, Τεργύτης, Ἡθος, Ἀλήθεια, Δυνάτης*, deinde *Σα-
φήνεια* diuidit in *καθαρότητα, ἐπιεικείαν*: tandem *τὸ μέγεθος* in sex alias formas partitur in *σήμενεια,*
)(:(*ἡραξία*

P R Æ F A T I O.

Τραχύντια, Λαμπρόβνια, Σφοδρόβνια, Ἀκμὴν καὶ Περιβολὴν: post *προσάταιν οrationem* quatuor metitur discendi formis: τῆ Ἀφελεία, Γλυκύτητι, Δριμύτητι, καὶ Ἐπιεικεία: Dici etiam vix potest quantum hic tædii absorbendum, cum quor quantisque mendorum monastriis consiliandum fuerit, vix ut amplius herculem fabulosum illum Heroa in Angiæ stabulo perpurgando laborasse existimem.

Ad stylum quod atinet, qui in Ρ Η Ο Τ Ι Ο pro re nata variis existit, equidem sic temperavi, ut terfo casto que sermone Latino, hoc est, Romanè, si possem, dicerem, seniaque mentis perspicuè representarem. Nam vel Tullii umbram, ob dicendi perspicuitatem iuxta ac suavitatem, libens amplector, præ horrido illo, huius æui atque obscuro, quale Heracliti *σκατεινὸν* fuit, orationis genere. Scholia rei illustrandæ ad oram τῆ ταυτολογίμην identidem apposui, sumpto subsidio à memoria lectioneque scriptorum veterum: & in Critico hoc genere similia inuicem componendo, digitum ad fontem, quod aiunt, intendere potius, quàm transcribere pretium operæ duxi. Interdum tamen longiora paulò Scholia adhibui, cum aut antidoto opus fuit, itaque erant refellendi, qui in alia omnia discedunt; aut plura eiusdem auctoris attulimus, ut eorum ex parte laborem minuerem, qui vel Ecclesiasticos Annales magno Ecclesiæ commodo molliunt, vel auctores ipsos longè quàm antea auctores melioresque dabunt. Cum autem Enumeratio ac Censura Ρ Η Ο Τ Ι Ο esset principio duntaxat proposita, post, quasi metanœa dudus, eidem placuit Excerpta atque adeo opuscula describere, & in totum alterum conuicere, mentis augurio, quantum conuicio; fore ut pleraque scripta temporum longinquitate fatiscerent, aut funditus perirent. Nec sefellit augurium. Plerique enim auctores quàm hominum incuria, quàm verustatis omnia vastantis iniuria, interciderunt. Quamobrem in Excerpta illa longiora pauciores notas in extremo opere apponendas curavi, ut in Plutarchi, Aristidis, Memnonis, & Agatharchidæ *ἀποσπασμάτια*: quorum interpretes eruditos, ut non contempserit, sic illorum observationes admisi. In Ctesia Persicis atque Indicis, ne sis nescius, diuersam interpretationem adhibui & illustravi ab ea, quæ in extremo Herodoto Typographorum *σερῶν* operâ circumfertur. Et verò curis secundis, posteriorumque industria aliquid hic fuit relinquendum. Nam quod verè togatorum ait doctissimus M. Varro in lege Mœnia: *Ut in bona segete neq, nullum est spicuum nequam, neq, in mala non aliquod bonum; ita nemo est reprehensus* (inquit vi. de lingua Latina) *quis è segete ad spicilegium reliquit stipulam.* Si quid autem hic peccatum, homo enim sum, ne modicæ te

*Offendant macula, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura.*

Quæro quoque rogoque doctiores, quibus hæc non elaboravi, ut meliora proferant; quod tantum abest ut laturus sim molestè, ut gratiam sim etiam habiturus maximam: nosque doceant; maledictis modo & calumniis abstineant, studiis *φιλανθρωπίαι* nedum Christiano homine indignis. Valeant verò qui tantum sibi falsæ laudis arrogant, quantum de aliis per nefas detrahunt. Illis ego verus illud accinam: ἰδὲ Π' ἄδω, ἰδὲ καὶ τὸ πῆδημα.

Habes de interpretatione: venio ad alterum, grauius tamen ac difficilius ad profligandum quæstionis caput, de Ρ Η Ο Τ Ι Ο Constantinopolitano, eiusque scriptis, ut hanc BIBLIOTHECAM erroris labbe vacare demonstrarem. Ac primum de moribus videamus, hinc de ingenii monumentis, quæ paucis demptis, ad hanc diem in tenebris nimis diu delituerunt; nunc illustri iuxta ac docti Duumviti *Marci Velseri* auspiciis vtraque lingua exeant, non leui prouentu fructuque, ut spero & opto, bonarum artium ac disciplinarum, quo pauciores hoc seculo, cetera felicitum ingeniorum feraci, interiores literas, Græcas præsertim, pertractant. Auctores eius vitæ recensendæ laudamus, ne quid falsò commenti videamur, de Græcis antiquis, ac pænè equalibus, Zonaram, Glycam, Manassem, Nicetam, Cui ropalaram, qui que hunc magnam partem transcripsit Cedrenum; Metrophanis item & Styliani epistolæ, acta denique Synodi octauæ legitimæ. Extaret Nicephori Callisti liber Annalium Ecclesiasticus & vicesimus, quo de Ρ Η Ο Τ Ι Ο, eiusdem æui rebus gestis disertè pertractat, non admodum laboraremus; sed extremi illi libri temporum calamitatem, ceteris saluis, minime effugerunt; nisi fore in Græciæ, quæ libertatem suam, studiorumque ardorem pridem decoxit, angulo aliquo, puluere, situ, ac squalore obstiti, ut alia plurima veterum scripta, delitescant. Ab Ignatio igitur Patriarcha narrationis initium paulò alius repetamus.

Nicephori Augusti, eius qui Irenem Augustam imperio expulit, ex filia Eutropia atque Michaeli Imperatore cognomento Rangabe, nepos fuit Ignatius. Hunc in minori ætate, & Theophylactum fratrem maiorem natu, virilibus exsecuit, quo factò, repetendi imperii, quamuis paterni atque auiti, spe penitus arcebantur; præterea Ignatium Monachi ritu rondendum curauit. Timeat enim Tyrannidis vis non minus quam metuatur necesse est; nec minus sit ipsa sollicita quam subditi

Omnino

P R Æ F A T I O.

Omnino tebus commutatis, imperioque ad Theophilum Michaelis Trauli filium deuoluto, Theodora Theophili vxor, cum viro defuncto imperium pro Michaeli filio Porphyrogeneta procuraret, famâ quæ de Ignatii virtutibus celebris erat, permota, & alioqui pro muliebri ingenio nobilissimi viri calamitatem miserata, nulla ipsius culpa, aliena tantum prauitate contractam, Methodio Constantinopolitano Patriarcha vita functo, Ignatium salutis anno 1000cxlvii. magna bonorum omnium gratulatione, substituendum curauit. Initia ac media læra fuerunt, par spei fructus. Secuta est maior Porphyrogenetæ ætas; qua sui compos, vitiis mantipatus, matre Theodora rerum procuratrix amotâ, Bardæ seque & imperium regendum permisit, nulla famæ cura, ptauo homini perditus iuuenis: sed in reliqua nequitia eam tamen laudè meruit, quod literarum professores stipendio de publico designato, Constantinopoli erudiendæ iuuentuti constituit, Leone scholis præfecto, magni nominis eâ tempestate Philosopho. Ceterum Bardam Cæsarem creatum, & acceptâ potestatem non publica salute, sed scelerum licentiâ desinentem, vsq; eo, ut vxore repudiata cum nuru sua stupri consuetudinem haberet, piorum cœtu Ignatius anathematis ignominia notatum expulit, ac veluti Baptistes alter Herodè increpauit. Magnus sanè vir, sed meliore seculo dignus. Perculit ea seueritas impotentè hominis animû, ut quem reuereri, atq; ut medicû amare debuerat, Synodo factâ, Episcopatu spoliatus in Mytilenem insulam relegari. Substituitur per nefas Ρ Η Ο Τ Ι Ο *πρωτοσυνήγιστος* Zonata, vltima sequiori seculo voce, à Commentariis & Senator vrbanus anno Christi 1000clx. hoc est, post vndecimum Patriarchatus Ignatii, de foro repente in Ecclesiæ præfecturâ translatus. Raptim omnia & perturbatè sunt facta, neq; quid legibus sanctum est considerantia & ambitione pessimum consiliorib. agitari. Nicolaus Rom. Pont. eo nomine primus, rei gestæ nuncio commotus, Episcopos duos Rodoldum & Zachariam Constantinopolim mittit, cum potestate sacrarum imaginû hostes (quæ pestis lætè in Oriente grassabatur) nouis edictis coercendâ; atq; in Ignatii causa eius legati, ut egnitione instituta, vltà modo exploratâque in re præsentî renuntiarent. Adiuungi literas ad Augustum sigillatim, quæ exstant, in Ρ Η Ο Τ Ι Ο *ν* grauilissimas: contra fas æquumq; , atq; omnia vetustatis exempla in Ecclesiæ præfecturam irrupisse, ex profano repente Christi Pastore gregis prodidisse, vero præsertim Pastore superbitte. Legati fraude inducti, studiose principibus gratificandi, Ignatium iure damnatum videri præuaricando prænunciant. Nicolaus quidem atroci nuncio famaque percussus, præuaricationis factum legatorum accusauit. Omnino ea temeritate pronuntians magis Ignatii causa confirmari visa est, profusus ut Barda Cæsare deinceps, & Michaelè Augusto in fidiis Basilii Mæcedonis sublati, Hadrianus II. Pont. Rom. Nicolai defuncti vestigiis incedens, Synodo Cōstantinopoli habita c. 11. Episcoporum, anno salutis 1000cxcviii. (quæ inter generales octaua germana est, Græcèq; ac Latine studio Matthæi Raderi nostræ Societatis presbyteri, post Anastasii Bibliothecarii versione, lucem nuper aspexit) Ρ Η Ο Τ Ι Ο amoto, Ignatius ut restitueretur perfererit. Pontifex sanè magni animi neq; minoris consilii, qui exacta senè ætate, rebus quamuis gerendis inutilem, maluit Ecclesiæ gubernaculis restitui, quàm concedere, ut nouo ac damnato exemplo disciplina labefactandæ aditus relinqueretur. Erat Nestarius, Tarasius Ρ Η Ο Τ Ι Ο patrui, eiusq; successor Nicephorus, & in Occidente Ambrosius è laicis repente Episcopi sunt creati. Hæc ille præstitit. Ignatii verò subsecuta morte, noua Cōstantinopoli Synodus *λυσμένη* Ρ Η Ο Τ Ι Ο *ν* restituit anno 1000clxxvii. Episcoporum 000clxxxiii. in pristinum locum, initio consensu Rom. Pont. Ioannis viii. ut eius Synodi tessio prima declarat, his verbis: *Quod Dominus noster Apostolicus admittit Dominum Ρ Η Ο Τ Ι Ο *ν* in Patriarcham, testatur Pontificalis stola à summo Pont. Domino nostro Ioanne ad eum missa; quam propterea direxit, ut omnes intelligant, & certo sciant, Dominum Ρ Η Ο Τ Ι Ο *ν* recipi à summo Pontifice in Patriarcham. Cumq; hoc dixisset, dedit Ρ Η Ο Τ Ι Ο pontificalem stolam, sumerale indumentû, penulam, & sandalia.* Hæc Synodus: argumento conciliatè initio cum Ioanne Pontifice gratiæ: qui cum eo nomine, ut parum virilis, audiret malè, re maturè cognitâ, in ambonè publicum progressus, Ρ Η Ο Τ Ι Ο *ν*, veteri anathemate repetito, diris iterû deuouit. Quare Ecclesiâ ille præposterè, primum quidè occupatam, diu tenere non potuit. A Leone Augusto cognomento Philosopho, qui patri Basilio successit loco motus, in Armeniarum monasterium anno 1000clxxxvi. ad vitæ exitû (sic arbitror) fuit à Catholicis coactus, seu spòte, incertû, fecellit. Santabareni amicitia in primis fraudi illi damnoq; fuit, venefici ac præstigiatoris, multaq; scelera alia in ficta sanctitatis specie regentis. Sic Augustus putabatur, in his ipse Augusti pater, in sanctissimis Monachis numeratè soliti erant. Sic sunt hominum iudicia cum temporibus alternantia. Tameñ aliæ causæ affictæ sunt, ut iure pelli videretur, illa existit verissima: pænis scelerum agentibus diuina vindicta, atque malè occupatè honoris conscientia dedere præcipitem, Stephano Augusti fratre in eius locum subrogato. Is controuersia inter Romanos & Constantinopolitanos Pontifices, nobilis cum primis atque diuturnæ, exitus fuit. Is Ρ Η Ο Τ Ι Ο Pseudopatriarchæ casus. Adhuc, breui tamen vitæ Photianæ scenam seu Tragœdiam verius

)(: (3 vicun-

PRÆFATIO.

utcumque exhibui, qui bis Patriarchatum per nefas, repugnante Pont. Max. pulso Ignatio, inuasit, bis quoque abdicare coactus: priuatus tandem & Inglorius secedens periit. Nunc elogium eius, permissis tamen virtuti vitis, è Niceta Paphlagone in vita B. Ignatii Patriarchæ apponam: Η δὲ τὸς ὁ φάσις ἐ τῶν ἀγῶνων τε καὶ ἀνομιῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐυγενῶν κατὰ σάρκα καὶ περιφρονῶν, σοφία τε κοσμητικῆ καὶ συνέσις τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ φρεσμονῶν ἐυδοκίμωτάτων πάντων ἐνομήζετο. Γραμματικῆς μὲν γὰρ καὶ ποιήσεως, ῥητορικῆς τε καὶ φιλοσοφίας καὶ δὴ καὶ ἱατρικῆς, πάσης, ἰλιγγὸς δὲ ἐπιστήμης τῶν ὑβραθεν, τοσούτων αὐτὸ τὸ περιόν, ὡς μὴ μόνον σχεδὸν φάσαι τῶν κατὰ τὴν αὐτῆ γένεσιν πάντων διενεργεῖν, ἰδίῃ δὲ καὶ πρὸς τὰς παλαιὰς αὐτὸν διαμιλλᾶσθαι. Πάντα γὰρ συνέτρεξε ἐπ' αὐτῆ ἡ ἐπιτηδεύτης τῆς εὐσευῆς, ἡ σπουδῆς, ὁ πλεον, δι' ἣν καὶ βίβλ. ἐπ' αὐτὸν ἔρρει πᾶσα. πλέον δ' ἰσχυρῶν, ὅτις δὲξεν ἕως δὲ ἐν αὐτῆ καὶ νικῆς αὐπνον περὶ τὴν ἀνάγνωσιν ἐμμελῶς πεφυλακῆν. Erat P H O T I V S homo minime obscurus aut ignobilis, sed claris & illustrib. oriundus natalibus, rerumq, civilium & politicarum usu prudentiaq, & sapientia clarissimus; Grammaticæ quoque litteraturæ & carminum pangendi, dicendiq, laudæ, quin & Philosophiæ & Medicinæ, atque omnium propè liberalium disciplinarum externarum studio, cognitioneq, tantopere floruit, ut aui sui facile princeps haberetur: imò & cum veteribus iam posset componi. Omnia quippe consueverant in illum; aptitudo quadam, & nature vis & felicitas, opes, quibus sibi librorum omnium maximam copiam comparabat: & quod præ cunctis, gloria laudisq, cupido, quæ flagrans, totas noctes, ut lectioi assidue vacaret, insomnes ducebat. Idemq, Nicetas graphicè eam viuisq, coloribus depingit. Ex quo, scriptisq, Græcorum omnium, ampliff. Cæsar Card. Baronius, lacræ pater historiæ. tomo Annalium Ecclesiast. X. sua est mutuatus. Equidem non sum adeo demens, mentisq, inops, ut P H O T I V S vitia defendenda aut flagitia excusanda luscipiam. Iam enim iudicatus est. Grauis certè ira odiumq, atque ambitio, hominem cetera seculi sui doctissimum, egerunt tandem præcipitem. Hinc illæ lacrymæ. aula nimirum, quæ multis hodieq, mentem eripit, & in fatuat, P H O T I V M quoque excecavit, ut non iniuria vetus Poëta, nescio quis, aula exire, qui pius esse volet, suadeat.

Illud mihi in præsentia δευτέρω τῆς ἐκείνης, quæ in manibus est, pace piorum præfari testariq, liceat, scriptam à P H O T I O videri, imò effici, dum Cæsar's Legatum in Assyria agens, nondum Patriarchatus dignitatem per nefas ambiit. Argumenta sunt: principid de sacrarum imaginum cultu passim illum Catholico ritu & sentire & prædicare, ut in Euagrîo Codice xxx. in Synodo Sidetana Cod. l. i. in Clemente Alexandrino Cod. ex. in Lucio Charino Cod. c. x i v. in Pierio Cod. c. x i x. in Procopio Gazeo Cod. c. l. x. Deinde, quod summos Rom. Ecclesiæ Pontifices, sanctosq, occidentis patres B. Leonem, Irenæum, Ambrosium, Augustinum, ceteros, hoc in opete honorificè semper appellet. Tertio quod initio septem enumeret Synodos, singulariq, tractatus, tomo primo Conciliorum, octavam autem veram, qua restitutus in Patriarchium Ignatius Hadriani II. auctoritate, ac ne alteram quidem ἀνευρίη, cui ipse flagitiosè præfuit, damnataque, ut diximus, est & explosa, nusquàm hic nominet; citatur tamen, et si præpofterè à Ioanne Zonata, Theodoro Balsamone, & Gratiano in Decretis c. 7. q. 1. c. Hoc nequaquam 45. factaret haud dubiè, prædicaretq, ut suo plerumq, peire forex indicio consuevit, ac tegere odii flammam præcordis hærentem quin euomeret nequisset. Quidam tamen homines eruditi, quibus ut assentiret nondum mihi imperare potui, secessis opportunitate, cum iterum abdicare Patriarchatu coactus esset, inuitatum, & ad scribendum accessisse arbitratur, quo solatio literarum animum curis grauem sustentaret, molestiasq, omnes in librorum lectione & suauitate deponeret. Mihi verò, salua amicitia, verior sententia prior videatur. Tantum de scriptiois tempore: Illud modò ἐν παρόδῳ adiciam, centesimo amplius anno post Ignatii P H O T I O V S æuum, in eadem Byzantina sede resedisse Iohannem Xiphilinum Trapezuntium, montis Olympi Monachum, annis xi. mens. vii. cuius existent Augustorum vitæ è Dione Cassio: qui Dion ea in parte epitomes operâ mutilatus intercidit, quemadmodum & T. Iulius multò maximam partem abbreviatoris culpa, ut Iustini compendio Pompeium Trogum à stirpe amissimus. Pòst etiã Theodosio, cui Maximi cognomenum Nicetes tribuit, Patriarchetum tenente, Eustathius Thessalonicensis Episc. cum Manuele c. r. Imperatore contentionem super Deo Mahometi habuit; cuius & in Homerum poetarum propè Deum, & Dionysii Afri περιήγησιν explicationes vberes, & multiplici doctrina refertas hodieq, legimus, non autem P H O T I V S, ut ætate prior. Poëtâs cetero quin, quos hoc in opere non attigit haud præterisset, nisi quod fabulosâ narratio: ones, quæ ad historiam pertinere videantur, delibauit. Redeo à diuerticulo domum. Demus scelestissimum mortaltium P H O T I V M existitisse, turbasse Orientis Ecclesiam, ad defectionemq, in παρόδῳ contentionem Græcos primum sollicitasse; quandoquidem verò nullum in hoc opere eius criminis vestigium appareat, contrâ plurima occurrant, quæ scriptorum nemo ne attigit quidem, necdum pertractauit, quæ, obsecro, inuidia sit repudiate omnino, ac reicere, & ne digito quidem tangere velle, cum acerimos fidei Christianæ peruelles Porphyrium, Lucianum, Eunapium, & Zosimum legamus

PRÆFATIO.

mus. Hic verò Ecclesiæ orthodoxæ caput Rom. Pontificum encomia reperies, Beatorum cælestini, Leonis, ac Gregorii: ut & Latinorum patres Ambrosios, Augustinos, alios, laudari diximus. Hæreses, sectariosq, passim, ut dicis de ueros execrandosq, fugiendos P H O T I V S monet: Eunomios inquam, Nouatianos, Basilium Cilicem, Philostorgium Arianum, ipsumq, adeo scelesti Artii caput.

Offenditur quoq, non nemo titulo ΒΙΒΛΙΟΤΗΚΗΣ, in speciem arrogantiore. Neq, enim volumen vnum Bibliothecam, ut nec mortalium vnum collegium efficere de plano pronunciat. Reprehendat alius ΜΤΡΙΟΒΙΒΛΙΟΝ, in scribi, ac veluti in limine quod aiunt impingat. At meminerit, ut & ceteros Romanæ, sic & Græcè mille pro infinitis dicis gratia adhiberi. Priori verò respò deo, si veterum exempla requirat (recetium enim Bibliothecarum pleni sunt omnes omnium plutei, plena pulpita) Apollodori Atheniensis se P H O T I V S ac Diodori Siculi auctoritate, qui & sic inscribunt, tueatur. Ceterum iustus titulum hunc foribus appendit: quod, cum fabulosas Deorum hominumq, narrationes venditent, hic sacros iuxta ac profanos scriptores homo Christianus, iucunda quadam vicissitudine eadum omne leuante, partim recenseat sigillatim, iudiciumq, ferat; partim excerpta accuratè exhibeat librorum, qui temporibus intercederunt: Βιβλιοθήκην iure indigitando, quod Aegypti reges librorum optimorum cumulum ΦΥΧΗΣ ΙΑΤΡΕΙΟΝ animi medicinas, teste Diodoro, nominarint, & A sinus. Pollio apud Plinium Romæ Bibliothecam dedicando, ingenia hominum rem publicâ fecerit. Hoc autè in genere titulorum sudatum antiquitus, ut, quod in mercibus vinoque solet, edera appensa labor commendaretur. Tironis Tullii vigiliæ, quæq, existant prudentum in iure responsa, pandectæ, inscripti. Omnigenam historiam, copiq, cornu Phavorinus, Heclychius Illustris atque Aelianus sua nuncupant. Cestum seu à Dea baltheo, siue à pugilum armis, Iulius Africanus & Celsus, in quem stylacum, & alterum ἀπὸ δμοσίου commentarium librorum quatuordecim thesauri nominauit (quales esse libros omnes Domitius Pîso ante exoptat) Ut & nouem Musarum nominibus Herodotus & Cephalon apud hunc ipsam P H O T I V M scripta distinxerunt. Taceo prudens, sunt enim propè innumerabiles, reliquos, qui titulis operi additis mira varietate iuferunt, tantumq, sibi indulgendum rati, quantum sua quisque miraretur ac prædicaret. Neque libris modò Bibliothecæ titulus datus, sed hoc amplius, & hominibus, ut Dionysium Longinum Rhetorem Eunapius Sardiniam ἀπὸ Λύχον Βιβλιοθήκην spirantem Bibliothecam viuamq, adeo Μύσαυμ appellare non dubitat.

Vetum de veterum Græcorum Romanorumq, Bibliothecis non describo, scripiâ complians, otioque abutens, quæ nuper Belgii ocellus Lipsius noster disertè ad Nobiliff. virum Carolum Croium disseruit: analecta duntaxat cotollarîi vice damus.

Missis itaque Paulo Aemilio, L. Corn. Sulla & L. Lucullo librorum seruandorum (ut generosos maximè homines decuit, semperq, decebit) studiosis, T. Pomponius Atticus elegans & ipse Romanos intrer & splendidus Bibliothecam instruens hermathenis, aliisq, itatibus atque imaginibus ornauit. Quin & de imaginibus in Bibliothecis collocari solitis, paucis est verbis commentatus. Ad quem & animò fratris loco coniunctissimus M. Tullius: Libros, inquit, tuos conserua, & nolî desperare eos meos facere posse: quod si assequor, supero Crassum diuitiis, atq, omnium vicos & prætà contemno. Quid prætereo Asini Pollionis illam è Dalmatarum manibus publicatam Romæ Bibliothecam. Cæsarum quoque à C. Iulio inchoatam, perfectamq, ab Augusto Octauiam ac Palatinam sileo, Traiani præterea Vlpiam. Hadrianus enim Imp. Pompeiano & Commodò Coss. cum insignes & plurimas ædes Athenis Articus fecisset, & agonem instituisset, si saltis Callidori fides, Bibliothecam miri operis extruxit. Iuliani adhæc τὸ παρὰ βιβλίον cetera eruditè, in libris colligendis studium existitit. Testis ipse locuples Epist. ad Ecclidium Aegypti præfectum: Ἀλλοι μὲν ἰππων, ἀλλοὶ δ' ὄρε γέων, ἀλλοὶ θυρίων ἐρέσων: ἐμοὶ δὲ βιβλίων κλίσεως ἐκ παλαιῶν δένδρῶν ἐντέτυκτο πῶδῶ. Quidam equis, alii autibus, nonnulli feris voluptatem capiunt: ego iam inde à puero librorum cupiditate flagrans. Huius Augusti Bibliothecam vicissim Iouianus, hortante coniuge, & adiutante Theophilo Eunucho, ringentibus interim Antiochenis, ut auctor est Suidas, cremauit. Externa quid commemorem, Aegyptios, & Atalicos reges colligendis libris magnificos? notum Ptolemæum Philadelphum septingentorum millium librorum cumulum contulisse, qui cumulus Alexandrino, pro doro, tumultu confragauit. Equis adeo in literis hospes, qui Lxx. Interpretum sacras literas ex Hebræo eiusdem iusu verentium historiam ignoret? Tacitus tamen sine flagitio præterire non possum; quantum studii in conquirendis libris regio atque heroico animo idem Ptolemæus posuerit, ut est à Galeno Medicorum principe lib. i. de natura hominis, rursusq, ac lib. 3. Epidem. Hippocraus memoriæ proditum, Athenien-

PRÆFATIO.

Atheniensibus nimirum, frumenti inopia annonæque caritate laborantibus, non prius frumentum concessisse (quod esset Aegyptus Græciæ, vt Sicilia Italiæ fertilitate suâ horreum) quam Tragicorum principum Aeschylt, Sophoclis, atque Euripidis describendorum copiam fecissent. In qua quidem re eâ fide versatum, vt præter vectigalium immunitatem, xv. talenta tisdem pignori dederit, quam quidem pecuniam post libens volensque dono misit, & exempla descripta remisit. Nam de Aristorelis Peripateticæ scholæ principis ac Theophrasti Bibliotheca à Neleo Corifici F. coëmta, & hæredibus, ne ab Attalicis regibus auferretur, humi defossa, quia nuper in Parallelis disseruimus, verbum non addam. Clearchi quoque Heracleæ Ponticæ primi Tyranni, eius qui Platonis & Isocratis auditor exstitit, Bibliotheca à Memone apud hunc ipsum ΡΗΟΤΙΥΜ mirè prædicatur, cuius laudis adorea ceteros omnes Tyrannos longo post se reliquerit in reruallo. Sed vnde digressi paululum, eò redeamus. Tumultuarium quidem opus, ne quid taciturnitate præuaticari videar, ΡΗΟΤΙΑΝΑΜ hanc ΒΙΒΛΙΟΤΗΕΑΜ extitisse hæc indicant: eadem sæpe repetita, hiatus interdum, atque huiusmodi loca, neglectus stylus, reiecta denique in alteram operis partem, librorum, quos iam recensuerat, excerpta longiora. Ad oram quoque nonnulla collocata: & quod mireris, eosdem libellos κατὰ μέρος sæpe repetitos, vt Dionysii Aegæi Dictyaca, Hieroclis & Himerii aliorumque non pauca, prorsus vt credam ΡΗΟΤΙΥΜ memoria suâ iuuanda potius, quam vt ceteris promiscuè prodesset, hoc opus confarcinasse; aut certe postremam manum non adiecisse, limâ nitidiori opere futuro. Aulicis nimirum negotiis, atque ambitione tranuersim raptum, mentem aliò, aliò aures diuisisse.

Hactenus de ΡΗΟΤΙΥΜ, & ΒΙΒΛΙΟΤΗΕΑ lectorum librorum: restat, vt cetera eius scripta in vulgus edita, quo vel in hoste virtutem miremur, recenseam. Scripsit in B. Pauli epistolas Commentarium: vnde pleraque hausta in Catenam suam Oecumenius transtulit, vt non contemnendum Theologum agnoscas: quòd eo gratior doctis hominibus (qui eo se adiutos in Paulo explanando fateantur ingenuè) labor hic existat, quo difficiliores in iis epistolis nodos occurrere B. Petrus Apostolatus Collega pronunciauit. Extant & ΡΗΟΤΙΥΜ opera Canonæ Apostolorum, Conciliorumque veterum leges sacrosanctæ in volumen vnum corpusque collata, distinctaque capitibus, quod & Nomenclonon nominauit, opus spissum & varium, multaque lectionis, videnturque Græcè in Germaniæ Bibliothecis, quod Theodorus Balsamon illustrandâ censuit, verteruntque Latine Gentianus Heruetus homo Gallus, itemque Belga Henricus Agylæus. Qualem inter Latinos diligentiam Burchardus Vormaticensis, Iuo Catnotensis, ac Gratianus Monachus imitati sunt longo interuallo, haud minore operæ pretio. Edidit & septem Oecumenicorum conciliorum acta, visunturque principio conciliorum tomis digestorum, quæ Græcè in Belgicis Bibliothecis calamo exarata asseruntur. Epistolæ eius in Augustana Bibliotheca habentur. Encyclicam ad Patriarchales Orientis sedes, siue eius est, seu Sisinii, vt quidam putant, Apostolica sedes, vt & prædicatoriam eius Synodum, merito damnat. Extat item epistola ad Michaelem Bulgarorum principem, à Franc. Turriano Societatis nostræ eruta, Latineque reddita, vt & sex dissertationes de diuinitate, & incarnatione, legunturque; tomo V. lectionum Antiqui. Henrici Canisii Iureconsulti clariss. Huc accedunt & eiusdem ΡΗΟΤΙΥΜ Tractatus de voluntatibus in Christo, quæ dicuntur γωνιὰ δελήματα eodem Turriano interprete. Sed iam vela contrahamus, & ΡΗΟΤΙΥΜ scriptores varios variè recensentem audiamus, linguis animisque fauete.

Facultas R. P. Prouincialis Societatis IESV, per superiorem Germaniam.

Hanc Photianæ Bibliothecæ ex Græco versionem, interprete P. Andrea Schotto, Societatis nostræ Sacerdote, ab aliquot Patribus Græcarum litterarum peritis visam & probatam, ego GREGORIUS ROSEFFIUS, Societatis IESV per Germaniam superiorem Prouincialis, potestate mihi ab admodum R. P. N. Generali CLAVDIO AQUAVIVA concessâ, typis mandari permitto: cui rei hoc testimonio manu mea subscripto, & sigillo munito, fidem facere volui. Augusta, Calendâ Septembris. Anno MDCV.

Georgius Roseffius.

INDEX

INDEX AVCTORVM BIBLIOTHECÆ PHOTIANÆ, ALPHABETI SERIE ET CODICVM NUMERO EX ORA INTERIORE ASSCRIPTO.

A.

- A**chilles Tattius de rebus Lencippes, & Clitophonit libri viii. Cod. lxxxvii.
 Acta disputationis hereticorum, coram Ioanne Patriarcha Constantinopolitano, Cod. xxiv.
 Adriani Isagoge S. Scriptura ii.
 Aenesidemii Aegæi de Pyrrhonit libri viii. ccxii.
 Aeschinis orationes iii. & epistole nouem lxi. & cclxix.
 Aëti Amideni operis Medici lib. xvi. ccxxi.
 Agatharchida historica ccxiii. inde excerpta ccl.
 Alexandri admirabilium collectio clxxxviii.
 Amyntianus in Alexandrum M. & alia cxxx.
 Andocida orationes cclxi.
 Andronicianus contra Ennomianos xlvi.
 Anonymus contra Iudæos & quartadecimanos cxv.
 ANONYMI testimoniorum de Christo & gentium scripta libri xv. clxx.
 Pythagoræ vita cclxi. S. Gregorii vita cclii.
 Martyrium vii. puerorum sub Decio ccliii. Martyrium Timothei Apostoli ccliv.
 Martyrium S. Demetrii cclv. Acta SS. Metrophanis & Alexandri cclvii.
 Vita & martyrium Pauli Episc. Constantinop. cclviii.
 Vita & certamen Magni Athanasii. cclviii.
 Antiphonit Atheniensis Rhetoris orationes cclix.
 Antonii Diogenis incredibilium de Thule insula lib. xxiv. clxvi.
 Aphthonii Sophista declamationes cxxxiii.
 Apologie de Origene & eius dogmatibus libri v. cxvii.
 Apollinarius Hierapoluta de pietate & veritate aduersus gentes xiv.
 Apollodori Grammatici Bibliotheca clxxxvi.
 Appiani Alexandrini historia Romana libri xxiv. lvii.
 Aristidis oratio Panathenæica cclvi. Eiusdem orationes quattuor pro Rhetorica cclxvii. Eiusdem oratio pro iv. viris cclxviii.
 Arriani Parthica & in Episcitum sermones lviii. Eiusdem de Alexandri Magni rebus gestis libri vii. & Indica xci. de rebus post Alexandrum gestis libri x. xcii. Eiusdem Bithynica lviii. & xciii. Eiusdem gesta Dionii ac Timoleontis in Sicilia xciii.
 Asterii Amasia Episc. homilie varia. 1. Sermo de penitentiâ 2. in Stephanum Protomart. 3. De eo qui in latrones incidit 4. de Pharisæo & Publicano 5. De Zaccheo 6. de filio prodigo 7. de Centurionis seruo 8. de ieiunio 9. de cæco à natiuitate 10. de lairo, & muliere sanguinis proflante cclxxii.
 S. Athanasii epistola xxxii. Eiusdem in Ecclesiasten, & Cantica catholicorum commentarius cxxxix. Eiusdem contra Arium libri v. cxi.
 Auctoris incerti de sacro Pascha festo volum. iii. cxvi.

B.

- B**asilii Ciliticis Eccles. historia libri iii. xi. ii. eiusdem contra Ioannem Scythopolitam libri xvi. cvii.
 Basilii Magni confutationis Eunomii heretici libri iii. cxxxix. Eiusdem Aſcetica ccliv. & cxcv. Eiusdem Hexæmeron ccli. Item orationes ethica cclii. & epistole ccliiii.
 Basilii Seleucia Episc. orationes xv. & vita prima Martyris Thecla cclviii.
 Boëthii vocum Platonicarum collectanea cclv. Eiusdem de dubiis apud Platonem vocibus opusculâ cclv.

C.

- C**aius presbyter de Vniuerso xlvi.
 Cesaris capita ecclesiastica cxx. ccx.
 Candidi historiarum libri iii. lxxxix.
 Cassiani Monachi regule Monachorum Aegypti de octo (vitiosis) cogitationibus, libellum trium collationum cxcvii.
 Cephalonis Muse, siue historica epitomes lib. ix. lxxviii.
 L. Charini Periodi Apostolorum cxiv.
 Choricii Sophista declamationes variæ clx.

(.)

Christia.

Index auctorum Bibliothecæ Photianæ.

- Christianorum liber, Orotuchi expositio libri XII. XXXVI.*
Chryssippi Hierosolymorum presb. historia de Gamaliel & Nicodemo CLXXI.
Chryssostomi: vide Ioannis.
Clementis Alexandrini presb. scripta, & Hypotyposon sive disputationum libri VIII. CIX. Eiusdem liber contra gentes, & Padagogi libri III. CX. Eiusdem Stromatei libri VIII. CXI.
Clementis Rom. Pontificis constitutiones Apostolorum, recognitiones & alia CXII. & CXII. Eiusdem epistole ad Corinthios II. CXXVII.
Cononis in Philoponum inuectiua XXIII.
Cononis narrationes L. CLXXXVI.
Ctesie Cnidii Persicarum rerum libri XXIII. LXXII. Eiusdem Fragmenta pag. Lat. 25. Eiusdem Indicorum liber pag. 56.
B. Cyrilli Alexandrini contra Nestorium libri V. XLIX. & CLXIX. Eiusdem thesauri CXXXVI. Epistole varia ac Scholion de incarnatione unigeniti CLXIX.

D.

- D** *Amascii incredibilium libri IV. CXXX. de vita Isidori CCXLII.*
Denosphenis orationes CCLXV.
Dexippi de rebus post Alexandrum gestis lib. IV. epitome historica usque ad Claudii imperium, & Scythica LXXXII.
Diadochi Photica veteris Epiri Episc. definitiones X. & capita C. CCIX.
Dinarchi orationes CCLXVII.
D. odori Lexicon è decem oratoribus CL.
Diodori Siculi historiarum libri XL. LXX. indeque excerpta CCXLIV.
Diodori Tarsensis Episc. varia de Spiritu S. argumenta CII. Idem contra fatum CXXIII.
Diogenis Antonii: vide Antonii.
Dionis Cassii historiarum libri LXXX. LXXI.
Dionis Chryssostomi orationes LXXX. CCIX.
Dionysii Aegæi Distiaca CLXXXV. & CCXI.
Dionysii Halicarnassæi historiarum libri XX. LXXXIII. Eiusdem historiarum synopsis libri V. LXXXIV.
Aelii Dionysii Halicarnassæi distionum Atticarum libri X. CLII.
Dorothei de vocibus externorum more usurpatis libellus CLVI.

E.

- E** *Phraem Patriarchæ Theopolitani orationes varia CCXXVIII.*
Ephraim Syri homilie XLIX. CXCVI.
S. Epiphaniî panariorum libri VII. CXXII. Eiusdem Anchoratus CXXIII. Eiusdem de mensuris & ponderibus liber CXXIV.
Eugregii Scholastici ecclesiastica historia libri VII. XXIX.
Eudocia Augusta metaphrasis metrica in Orlateuchum CLXXXIII. Eiusdem metaphrasis metrica in Zachariam & Danielem Prophetas, & in B. Cyprianum Martyrem libri III. CLXXXIV.
Eugenii in Philoponum inuectiua XXIII.
Eulogii Alexandrini Archiepisc. contra Nauatianos libri V. CCVIII. indeque excerpta CCLXXX. Eiusdem contra Senerum & Timotheum hereticos liber CCXXV. Item contra Theodosium & Senerum hereticos Acephalos liber CCXXVI. Eiusdem oratio inuectiua in Theodosianos & Cainitas CCXXVII. Eiusdem orationes XI. CCXXX.
Eunapii Chronicorum post Dexippum libri XIV. LXXVII.
Eunomii heretici libellus CXXXVII. Eiusdem refutationis B. Basilii libri III. Item epistole XL. CXXXIII.
Eusebii declamationes CXXXIV.
Eusebii Cæsariensis Episc. scripta pleraque IX. X. XI. XII. XIII. Eiusdem Ecclesiast. historia libri X. XXVII. Idem contra Hieroclem XXXIX. Eiusdem Apologia pro Origine libri VI. CXXIII. Eiusdem de vita Constantini Magni libri IV. CXXVII.
Eusebii Episcopi Thessalonica contra Andream quendam inclusum lib. X. CLXII.

Eustratii

Index auctorum Bibliothecæ Photianæ.

- Eustratii Magnæ Eccles. Presb. de animis vita sanctorum tractatus III. CLXXI.*
Exemplar auctorum ab occidentis Episcopis contra Nestorianos & Pelagianos LIV.

G.

- G** *Alenus de sectis medicorum CLXIV.*
Gelasius Cyzicenus Cæsareæ Palestina Episc. Synodi prima scriptor XV. Eiusdem historia Ecclesiastica lib. III. LXXXVII. Eiusdem proemium in additamentum ad Ecclesiast. historiam Eusebii Pampbili. LXXXIX. Eiusdem liber contra Anomæos CII.
Georgius Episc. Alexandr. de vita B. Chryssostomi XCVI.
Germani Patriarchæ CP. Apologia pro Gregorio Nysseno CCXXXIII.
Gregorii Nysseni pro S. Basilio fratre contra Ennomium opera duo VI. & VII.

H.

- H** *Adriani declamationes C.*
Heliodori Aethiopicæ libri X. LXXIII.
Helladii Besantini Chrestomathie CCLXXIX.
Helladii Lexicon CXLV. fortè eiusdem.
Heracliani Episc. Chalcedonis contra Manichæos libri XX. LXXXV.
Hermias Sozomenus: vide Sozomenus.
Herodiani historiarum libri VIII. XCIX.
Herodoti Halicarnassæi historiarum lib. IX. LX.
Hesychie Illustris Milesi omnigena atque Romana historia libri VI.
Item res à Iustino seniore Imp. gesta LXXIX.
Hesychie presb. Constant. in ancum serpentem sermones 4. LI.
Hesychie presb. Hierosolym. Encomium in S. Thomam Apostolum CCLXIX. Item in Iacobum & Davidem psalmographum CCLXXV.
Hierocles de prouidentia & fato libri VII. CCXIV. Eiusdem de prouidentia excerpta CCLI.
Himerii Sophista declamationes CLXV. indeque excerpta CCXLIII.
Hippolyti libellus contra hereses CXXI.
Hippolyti Episc. & Mart. interpretatio Danielis, & homilia de Christo & Antichristo CCII.
Hyperidis orationes CCLXVI.

I.

- I** *Amblichi de rebus Rhodanis & Sinonidis lib. XVI. XCIV.*
Ioannis Carpathii Consolatorius ad India Monachos centum capitum CCI.
S. Ioannis Chryssostomi in mortem & ascensionem Christi, itemque in Pentecosten orationes XXV. Eiusdem epistola ad Olympiadem & alios LXXXVI. Eiusdem homiliarum in Genesim volumina tria CLXXII. CLXXIII. CLXXIV. Eiusdem oratio in S. Paulum CCLXX. & in XL. Martyres CCLXXIV. homilie, de Spiritu sancto: in Natalem I. Christi: in dictum, sufficit tibi gratia mea &c. Si qua ergo in Christo nona creatura: de penitentia CCLXXVII.
Ioannis Moschi Pratum, sive Hortulus nouus CXCIX.
Ioannes Philoponus de Resurrectione XXI. idem in Hexæmeron XLIII. indeque excerpta CCXL. & contra quartam Synodum LV. Eiusdem libellus contra Ioannem Patriarcham CP. cognomento Scholasticum LXXV. Idem contra Iamblichi opus de simulacris CCXV.
Ioannis presbyteri Aegæta Ecclesiastica historia libri V. XLI. Idem contra quartam Synodum LV.
Ioannis Scythopolita contra Eutychianos lib. XII. XCV.
Ioannis Stobæi Eclogarum, Apophthegmarum, & vita præceptionum libri IV. CLXVII.
Iobii Monachi commentarius de verbo incarnato libri IX. capita XLV. CXXIII.
Iosephus & Caius Presbyter de universo XLVIII.
Iosephi Iudæi de bello Iudæico libri VII. XLVII. Eiusdem antiquitatum Iudæicarum libri XX. LXXXVI. & excerpta CCXXXVIII.
Irenæi aduersus hereses libri V. CXX.
Isai orationes LXIV. CCLXIII.
Isidori vita: vide Damascius.
Isocratis orationes XXI. indeque excerpta CCLX. & epistole IX. CLIX. Eiusdem ad Archidamum epistola nunc primum edita, ibid.
Iuliani Lexicon è decem oratoribus CL.
Iulii Africani historia & alia XXXIV.

Index auctorum Bibliothecæ Photianæ.

Iusti Tiberiensis Iudæorum regum Chronicon. xxxiii.
Iustini Martyris Apologia pro Christianis, quæstiones, & alia cxxv.

L.

Leonis Episc. Arabis sermo de creatione & Lazaro rediitio cclxxxii.
Lesbonatus orationes Politicae xvi. apud Themistium lxxiv.
Lexicon pura Idea, gravis styli, sermonis politici cxlvi. cxlvii. cxlviij.
Lexica varia in decem Græc. oratores a cxlv. vsque clix.
Libanii Sophista orationes, & Epistolæ xc.
Lucii Patrensis metamorphosés cxxix.
Luciani opera varia cxxiij.
Lycurgi orationes cclxviii.
Lysia orationes cclxlii.

M.

Malchi Sophista Byzantine historia libri vii. lxxviii.
Marci Monachi Asceticorum lib. vii. & aduersus Melchisedecitas liber i. ccc.
Martyrium vide Anonymi.
Maximi declamationes cxxxv.
B. Maximi Menachi & confessoris quæstionum è S. Scriptura clix. Solutiones cxlii. Eiusdem epistola 27. cxciij. Eiusdem liber Asceticus, & centuria de dilectione cxciij. Eiusdem epistola ad Georgium Eparchum: Theologicorum Moraliumque capitum centuria siue libri ii. & Epistola v. cxciij. Eiusdem Epist. ad Marianum & Dialogus cum Pyrrho de duabus in Christo voluntatibus cxcv.
Memnonis historica excerpta de Heraclea Pontica Tyrannide cccxxiv.
S. Methodii Episc. & Mart. liber de resurrectione cccxxxiv. Eiusdem de creatis cccxxxv. Item de libero arbitrio cccxxxvi. de castitate cccxxxvii.
Metrodori calculus Paschalis cxv.
Modestus Archiepisc. Hierosolym. in Mariæ unguenta ferentes & Hypapantem cclxxxv.
Moeridis Atticista. clvii.

N.

S. Nicephori Patriarchæ Constantin. historica epitome lxxvi.
Nicias Monachus contra Philoponum, Seuerum, & contra gentes l.
Nicomachi Gerasini Theologia Arithmetica libri ii. clxxxvii.
Nili Monachi de oratione capita clxiii. Eiusdem orationes in resurrectionem & ascensionem Domini cclxxvi.
Nonnosii historia legationum iiii.

O.

Olympiodori historiarum libri xxii. lxxx.
in Oratores decem Græcie Lexica varia a cxlv. vsque ad clix.
Oribasis Medici opera. Galeni compendium ad Iulianum Imp. cckvi. Eiusdem medicinalium collecto-
rum ad Iulianum Imp. libri lxx. cckvii. Eiusdem compendium ad Eustathium F. libri iv. cckvii. E-
iusdem ad Euanapium libri iiii. cckxix.
Origenis de principiis, libri iv. viii.

P.

Palladii declamationes cxxxii.
Pamphili Martyris Apologia pro Origene libri v. cxviii.
Pamphile historia Miscella libri viii. cckxxv.
Pausania Lexicon clxiii.
Philippi Sidete Christiane historia libri xxiv. xxxv.
Philonis Iudæi legum sacrarum Allegoria & viri civilis vita, hoc est, de Ioseph. cti. Eiusdem Essenorum
& Therapeutarum viuendi ratio. civ. Eiusdem Cains Imp. reprehensus & Flaccus reprehensus, a-
liæque scripta cv.

Index auctorum Bibliothecæ Photianæ.

Philostrati Tyrri de vita Apollonii Tyanei libri viii. xliij. indeque excerpta cckli. Eiusdem Lexicon è
decem oratoribus cl.

Philostorgii Ecclesiastica historia lib. xii. xl.
Phlegontis Tralliani Olympicorum & Chronicorum collectio xcviij.
Phrynichi Arabii apparatus oratorii libri xxxvi. clviii.
Pierii presb. scriptorum libri xii. cxix.
Plutarchi vite Parallela cckxlv. Eiusdem vite decem Græcie oratorum à cod. cclix. ad cclxix.
Pollionis Lexicon cclxix.
Polycarpi Mart. Epistola ad Philippenses cxxvi.
Praxagora Atheniensis de rebus Constantinæ Magni libri duo Ionica dialecto lxxii.
Procli Chrestomathia de Poëtica cckxxxix.
Procopii Casariensis Rhetoris historiarum lib. viii. lxxiiij.
Procopii Gazæi Homericorum versuum metaphrasés clx.
Procopii Sophistæ Scholæ commentariorum in Osetacuchum, & in libros regum ac Paralipomena cckvi.
Idem in Esaiam Prophetam cckvii.
Prouinciarum Imperii post Alexandri Magni obitum diuisio à variis facta ex Arriano, Dexippo, Iustino
& Q. Curtio pag. Lat. 85.
Ptolemae Aethiopiæ nouarum historiarum libri vi. cx.

R.

de Republ. libri vi. xxxvij.

S.

Sergii Confessoris historia lxxvii. clxi.
Socratis Eccles. historia lib. vii. xxviii.
Sopatri excerptorum variorum lib. xii.
Sophronii pro S. Basilio aduersus Eunomium v.
Sophronii Patriarchæ Hierosolym. Synodica Epist. cckxxxii.
Sotion de fluminibus &c. cclxxxix.
Sozomeni histor. Eccles. libri ix. xxx.
Stephanii Gobari Trithemita heretici oppositarum quæstionum liber cckxxxiiij.
Synesii Cyrenæ scripta xxvi.
Synodus iiii. iv. v. vi. vii. Codd. xvi. xvii. xviii. xix. xx.
Synodus Sidetana, aliaque contra Messalianos lili.
Synodus ad quercum illegitima contra B. Ioan. Chrysostrum lxx.

T.

Themistii in Philoponum inuectiua xxiii. Eiusdem orationes ciuiles 38. Cod. lxxxiv. Eiusdem Apologia
pro S. Theophobio cviii.
Theodorus Tarsensis. vide Diodorus.
Theodorus presb. de scriptis S. Dionysii Areopagite, i.
Theodori Antiocheni pro S. Basilio aduersus Eunomium lib. xxv. iv. Eiusdem interpretatio Genesis
xxxviii.
Theodori Monachi Alexandrini aduersus Themistium libri iiii. cviii.
Theodori Mopsuestia de Persarum Magia lib. 3. lxxxi.
Theodoretii histor. Eccles. libri v. xxxi. Eiusdem contra hereticos libri xxvii. xlvi. rursumque quinque lvi.
& Eranista libri iiii. xlvi. Eiusdem interpretatio Danielis, Osetacuchi expositio, & in libros regum
ac Paralipomenon cckvi. in xii. Prophetas minores cckv. Item in S. Ioan. Chrysostrum libri v.
cclxxxii.
Theodosius Monachus contra Ioan. Philoponum xxii.
Theognosti Alexandr. & sacrorum librorum interpretis, Hipotyposon libri vii. cvi.
Theonis Archiatri Alexandrini homo cckx.
Theophrasti Byzanti historiarum lib. x. lxiv. cckiiij.
Theophrastus de animalibus quæ colores mutant. De neruorum resolutione. De animi defectione. De ver-

Index auctorum Bibliothecæ Photianæ.


rigine. Quare cruda oua conuerti non possint: De lassitudine: De animantibus quæ cum copia uisuntur: De animantibus quæ inuidia laborare falso dicuntur: De sudoribus: De apibus CCLXXVIII.
Theophrasti Simocatta historiarum libri VIII. LXXV.
Theopompi historiarum libri. LIII. CLXXVI.
Timæi Lexicon uocum Platonicarum CLI.

V.

Victorini Lampadii F. orationes consulares. CI.
Vindanii Anatoli Beryti Collectaneorum de agricultura disciplina libri XII. CLXXII.
Vita SS. Patrum qui Magni Antonii tempore floruerunt CCXCVIII.

Z

Zosimi Comitis historiarum libri VI. XCVIII.



AVCTO-

AVCTORVM PHOTIANÆ BI-
 BLIOTHECÆ SÆRIES CLASSIBVS, ET ALPHABE-
 TO DISTINCTA. NVMERVS EST PAGINARVM.
 Gr. exemplaris ex interiore margine.

PHILOLOGI ET GRAMMATICI & Lexicographi.

Apolodorus Athen. 236.
Boëtius 171.
Diodorus 170.
Alexis Dionysius Halicarnassens 170.
Dorotheus 171.
Heladius Besantinnus 864.
Iulianus 170.
Mocrides 171.
Pollio 169.
Pausanias 170.
Phrynichus Arabs 171.
Sopater 175.
Timæus 170.

METRICA.

Eudocæ Centones Homericæ 215.
Procli Chrestomathia 521.
Procopii Gazæi Homericæ metaphrasis 174.

ORATORES.
 x Græciæ oratores.

1 *Andocides 795.* 2 *Antiphon 791.*
 3 *Æschines 28. 798.* 4 *Demosthenes 799.*
 5 *Dinarchus 809.* 6 *Hyperides 807.*
 7 *Isocrates 173. 792.* 8 *Isæus 798.*
 9 *Lysias 796.* 10 *Lycurgus 809.*
Aphthonius Sophista 166.
Aristides 653. 667. 683.
Chorticius Sophista 174.
Dion Chrysostomus 272. 273.
Eusebius 166.
Hadrianus Imp. 149.
Himerius 182.
Lesbonactes 97.
Libanius Sophista 121.
Lucianus Samosatensis 161. 189.
L. Malchus Sophista 166.
Palladius 116.
Victorinus Lampadius 149.

HISTORICI SACRI.

Basilii Cælix 12.
Charinus 156.

Chrysippus presb. 189.
Enagrius 7.
Eusebius 5. 6. 7. 8.
Eustratius 198.
Georgius Alex. Episc. 138.
Hermias Sozomenus 138.
Hesychius illustris 50.
Ioan. Presb. Aegæates 11.
Ioan. Moschus 268.
Fl. Iosephus Indæus 15. 512.
Metrodorus 157.
Nicephorus 49.
Philippus Sideta 9.
Philo Indæus 150.
Philostorgius 10.
Sergius 49.
Theodoretus 8.

Theopbanes Byzantius 38.
 PROFANA.

Agatharchides 281.
Alexander 241.
Amyntianus 166.
Antonius Diogenes 184.
Appianus 22.
Arrianus 121. 123. 129.
Candidus 101.
Cephalon 50.
Conon 219.
Ctesias Cnidius 52.
Dexippus 115.
Diodorus Siculus 51. 613.
Dion Cassius 52.
Dionysius Halicarnassens 116. 170.
Eunapius 99.
Heliodorus 93. 189.
Herodianus 148.
Herodotus Halicarnassens 28.
Iulius Africanus 9.
Iustus Tiberiensis 8.
Memnon 365.
Nonnosus 1.
Olympiodorus 103.
Pamphilus 157. 201.
Philostratus 12. 170. 528.
Phlegon Trallianus 146.
Plutarchus 643.
Praxagoras Athen. 50.
Procopius Rhetor 31. 175.

Index auctorum Bibliothecæ Photianæ.

Ptolemæus Hephestid 243.
Theophylactus Simocatta 39.
Theopompus 202.
 MEDICI ET PHILOSOPHI.
Aeneſideus Argemus 279.
Alcius Amidenus 290.
Caius presb. 16.
Damaſcius 166. 189. 217.
Dionysius Argemus 217. 278.
Galenus 181.
Hierocles 749.
Ioan. Philoponus 749.
Ioan. Stobæus 189.
Nicomachus Geraſenus 237.
Oribasius 286.
Sotion 242.
Themistiſtus 97.
 THEOLOGI.
Adriani al. Andronici Isagoge p. 1.
Andronicianus 74.
Apollinaris 5.
Athanafius 8. 168.
Alterius Amasia Episc. 812. 813. 818. 836.
Basilius Magnus 168. 169. 254.
Basilius Seleucensis 195.
Cassianus 265.
Cæsarius 277.
Io. Chryſoſtomus CP. Episc. 20. 118. 201. 830.
 841. 843. 848. 851.
Clemens Alexandr. 154.
Clemens Rom. 155. 156. 163.
Conon 8.
Cyrillus Alexandr. Episc. 16. 166. 196.
Diadochus Photica Episc. 270.
Diodorus Tarsensis, al. Theodorus 150.
Ephraem Theopolita 402.
Ephraim Syrus 264.
Epiphanius 162.

Eugenius 6.
Eulogius 213. 272. 394. 400. 401. 437. 876.
Eusebius Episc. Theſſal. 178.
Gelasius 120. 150.
Germanus Patriarch 478.
Gregorius Nyſſenus 4.
Heracleanus 117.
Hefychii duo 17. 267. 811. 833.
Hippolytus Episc. 277.
Hippolytus Irenæi discipulus 161. 183.
Iobius Monachus 298.
Ioan. Carpathius 269.
Ioan. Scythopolita 137.
Irenæus Episc. Lugdun. 161.
Iuſtinus Martyr 162.
Leontius Episc. 824.
Marcus Monachus 261. 268. 270. 339.
Maximus Monachus 256. 261.
Methodius Episc. 479. 481. 493. 498. 503.
Modestus Episc. Hierosol. 834.
Nicias Monachus 17.
Nilus Monachus 835. 837. 839.
Origenes 4.
Pamphilus Martyr 159.
Pierius presb. 160.
Polycarpus Martyr. 163.
Procopius 272.
Sophronius patriarcha Hierosolym. 468.
Stephanus Gobarus 470.
Synesius Cyrenæus Episc. 7.
Synodi varia p. 5. 6. 17. 19. 20. 25.
Theodorus Antioch. 3. 10. 115. 205.
Theodorus Monachus 153.
Theodorus presb. 1.
Theodosius Monachus 6.
Theognostus 15.
 ERÖTICÖN SCRIPTÖRËS.
Achilles Tarius Alexandr. 118. 189.
Antonius Diogenes 184.
Heliodorus 94.
Iamblichus 130. 189.
Lucius Patrenſis 185. 189.

S. SCRIP-

S. SCRIPTURÆ LOCA, QUÆ A
 VARIIS THEOLOGIS IN HAC PHOTII BIBLIOTHECA
 explanantur, appositis paginarum Gr. exemplaris nu-
 meris qui in margine sunt
 interiore.

GENESIS.

Cap. 6. Non maneat Spiritus meus in illis quia caro sunt pag. Gr. 878. m.

EXODI.

Cap. 12. v. 22. Transibit Dominus percurrens Aegyptios 461 f.

LEVITICI.

Cap. 8. 31. Comedite panes, qui positi sunt in canistro consecrationis 307. m.

DEUTERON.

Cap. 4. 24. Deus noster ignis consumens est 314. p.
 32. 42. secundum LXX. Et adorent cum omnes Angeli Dei 314. m.

IOSVÆ.

Cap. 5. 13. Noster es an aduersariorum? 328. m.

REGVM.

Lib. 2. cap. 24. 1. Commouit Deus Dauid connumerare populum 461. m. 462. p.
 2. vers. 10. Quia numerauit, ei indignatus est 461. m. 462. p.
 Lib. 4. cap. 23. 21. Quidam sepelientes hominẽm viderunt latrunculos 889. m. Eccl. 4. 8. 11.

IOB.

Cap. 4. 11. Tigris perit, eo quod non haberet prædam 886. f.

PSALMI.

Psalm. 1. v. 5. Ideo non resurgent impij in iudicium 889. f. 2. vers. 6.
 2. 7. Filius meus es tu, hodie genui te 317. f.
 17. 37. Eloquentium Domini igni examinatum 314. p.
 18. 3. Dies diei eructat verbum, 2. nox nocti indicat scientiam 315. p.
 21. 1. Deus Deus meus quare me dereliquisti 466. p.
 30. 19. Muta fiant labia dolosa aduersus iustum 888. f.
 31. 1. Beati quorum remissa sunt iniquitates, Eccl. 8. 7. p.
 32. 6. Verbo Domini caeli firmati sunt 307. p.
 35. 20. Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex iis non confringetur 889. p.
 77. 39. Spiritus vadens 2. non rediens 328. p.
 102. 20. Potentes virtute facientes verbum illius 336. p.
 117. 27. Deus Dominus 2. illuxit nobis 432. m.

ISAIA.

Cap. 1. 1. Visio Isaia filii Amos, quam vidit super Iudam 2. Ierusalem 854. p.
 6. 6. Volauit ad me vnus de Seraphim, 2. in manu eius calculus, quem forſcipe tulerat de altari 313. f.
 14. 12. Quomodo cecidit Lucifer, qui mane oriebatur? 341. f.
 40. 3. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini 299. m.

AMOS.

Cap. 3. 12. Quomodo seruat Pastor de ore Leonis 2. c. 884. f.

Ex

Index auctorum Bibliothecæ Photianæ.
Ex nouo Testamento.

M A T T H Æ I.

- Cap. 5. 29. Si oculus dexter scandalizet te &c. 886. m.
9. 5. Quid est facilius dicere, dimittantur tibi peccata tua, an dicere surge & ambula? 321. p.
ibid. v. 13. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam 331. p.
10. 11. In quamcunque ciuitatem intraueritis &c. 882. p.
12. 31. Omne peccatum remittetur hominibus, ei autem qui blasphemauerit in Spiritum non remittetur 322. f.
13. 24. Sinite utraque crescere usque ad messem 884. p.
ibid. v. 32. Nemo scit diem illum, neque angeli, neque filius, nisi pater 465. f. & 475. p.
& vers. 58. Non fecit tibi virtutes multas propter incredulitatem illorum 334. p.
16. 19. Tibi dabo clauis regni cælorum. Cur uni Petro dictum 877. f. & sequ.
21. 25. Baptismus Ioannis unde 878. 879. 880.
22. 11. Parabola de vocatis ad nuptias 888. m.

M A R C I.

- Cap. 5. 22. Et venit quidam de archisynagogis nomine Iairus 822. f.
& v. 25. Mulier que erat in profluuiio sanguinis annis duodecim 822. f.
13. 32. De hora illa vel die nemo scit, neque filius 864. f.

L V C Æ.

- Cap. 1. 28. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris 426. f.
2. 23. Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur 313. f.
& v. 52. Iesus autem proficiebat sapientia & etate, & gratia 425. p.
7. 2. Centurionis autem cuiusdam seruus &c. 819. p.
10. 30. De eo qui in latrones incidit pag. 814. p. & 876. f.
15. Parabola de filio prodigo 329. p. & 817. m.
16. 21. Canes Lazari vulnera lambebant 888. p.
18. 10. De Phariseo & Publicano 815. f.
v. 13. Publicanus orans pectus cur percussit 877. m.
19. 1. Ecce vir nomine Zachæus 816. f.
v. 10. Venit Dominus querere & saluum facere quod perierat 333. m.
22. 19. Hoc facite in meam commemorationem. 884. p.

I O A N N I S.

- Cap. 1. 14. Verbum caro factum est 298. m. 398. p.
3. 16. Sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum dederit pro mundi vita 303. p.
4. 24. Spiritus est Deus &c. 322. f.
9. 1. Et prateriens Iesus vidit hominem cecum a uatinitate 820. m.
13. 10. Qui lotus est non indiget secundo baptismo 879. f. 882. p.
14. 9. Qui vidit me, videt & patrem 414. m.
21. 15. Pasce oves meas 885. m.
21. 22. Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? 418. p.

B. P A V L I.

- ad Rom. 6. 3. An ignoratis quia quicumque sumus &c. 883. m.
9. 3. Optabam ego ipse anathema esse 880. p.
1. Corinib. 2. 9. Quod oculus non vidit nec auris audiuit 472. p.
Cap. 3. 2. Lac vobis potum dedi non escam, nondum enim poteratis 325. p.
3. 15. Cuius opus arserit detrimentum patietur: ipse autem saluabitur, sic tamen quasi per ignem 330. m.

Index auctorum Bibliothecæ Photianæ.

6. 2. An nescitis quod sancti de mundo iudicabunt? 889. f.
ibid. v. 5. Angelos iudicabimus, quanto magis secularia? 305. p.
7. 9. Melius est nubere quam vri 880. p.
10. 16. Calix cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? 307.
11. 31. Quod si nosmetipsos indicaremus, non utique indicaremur 887. f.
13. 9. & 10. Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, &c. 312. p.
2. Cor. cap. 1. v. 18. Quia sermo noster, qui fuit apud nos, non est in illo 429. p.
C. 4. 16. Licet is qui foris noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est renouatur de die in diem. 180. p.
5. 17. Si qua ergo in Christo noua creatura 851. f.
12. 9. Sufficit tibi gratia mea 851. f.
Galat. 3. 13. CHRISTVS maledictum pro nobis factus 465.
3. 27. Quicumque in Christo baptizati estis Christum indistis 462. f.
4. 19. Filii quos iterum pario &c. 880. m.
ad Philipp. 2. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus esse se equalem Deo &c. 434. f.
1. Timoth. 1. 15. Iesus Christus venit in mundum peccatores saluare &c. 877. p.
2. Timoth. 2. 13. Deus seipsum negare non potest 301. f.
4. 14. Reddet illi Dominus in illa die 889. p.
Hebr. 1. 6. Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis 314. f.
Cap. 6. 20. Vbi praeursor pro nobis introiit Christus 337. p.
10. 20. Initiauit nobis viam nouam & viuentem 337. p.
& v. 21. Voluntarie peccantibus nobis &c. 883. m.

P E T R I.

1. Cap. 4. 6. Vt indicentur quidem carne, viuant autem Spiritu 330. p.

I A C O B I.

1. 15. Nemo cum tentatur dicat, quod à Deo tentatur 886. p.

A P O C A L Y P S I S.

12. 9. Et projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus 855. f.

P H O-

PHOTII BIBLIOTHECA.

Seu descriptio atque enumeratio, lectorū
à Photio codicum. Quorum per sum-
ma saltem capita, cognitionem quæsi-
uit, charissimus illi frater TARASIVS.
Sunt ij, viginti & vno demptis, trecenti.

ANDREA SCHOTTO

Antuerp. de Societate IBSV, interprete.

P. Gr. PHOTIVS, DILECTO FRATRI SVO
TARASIO, IN DOMINO SALVTEM.



PRIMUM AB VNIVERSO
Senatu, ipsoque adeo Imperatoris suffragio, lega-
tus in Assyriam delectus sum, eorum tibi codicum
petiisti argumenta describi, amantissime frater,
quorum recitationi non interfusses. Cupiebas enim
habere tu, cum huius molesta adeo tibi disiunctio-
nis nostra solatium aliquod, tum leuiter saltem ef-
ficam ac generalem cognitionem eorum voluminum, que nondum apud
nos presentes audientesque legisses, ea sunt in uniuersum, uno duntaxat si-
pra decimam quintam partem dempto, trecenta, tot enim, nisi fallor, te ab-
sente legi contigit. Librarium igitur nacti, tuoque voto ac desiderio quasi
debitum soluentes, edimus aliquando, quotquot horum argumentorum me-
moria nostra conseruaret. Serius id quidem forsitan, quam ardens illud
tuum desiderium flagransque cupiditas postulabat: atramen citius quam
aliorum quispiam sperare poterat. Hoc autem ordine singula sibi argumen-
ta succedent, quo eadem hæc memoria præoccuparit. Præsertim, cum diffici-
le haudquaquam sit (si quis ita malit) seorsim ouinia que ad Historiam fa-
ciunt

*Id est, CCLXXIX.
Quod autem 230
notata reperian-
tur, id ex eo for-
tassis accidit,
quod 89. nume-
rus omisus suc-
rit, ut ex Indice
Græco appareat.*

ciunt, & rursus quæ ad alium atque alium finem referuntur,

* * * Quod si quandoque tibi, dum ipsamet studiosius tractabis volumina, bre-
mor videbitur, aut minus accurata quorundam argumentorum hic esse
facta mentio, ne id mireris velim; Nam unum aliquem librum singulatim
legenti, argumentum eius animo complecti, illudque memoria ac litteris
mandare, ei opus est, qui id modo velit; at complura simul, idque
post temporis aliquod intervallum, accuratè meminisse, hoc ego non adeo
arbitror esse facile. Iam verò quæcumque in lectis illis libris obuia sunt, &
neque tuas forsitan, ob instam ijs facilitatem, fugerunt curas, his ne nos
quidem tantum studij quantum cæteris adhibuimus: Sed eorum maior ac-
curatio de industria est prætermissa. An autem aliud quidpiam non inuti-
le una cum his argumentis supra tuam petitionem accedat, id tu melius in-
telliges. Utilia sane tibi hæc modo edita futura sunt, cum summatim eorum
tibi memoriam refricent, quæ tute per te legendo percurristi: tum vt citius
reperias, si quid in ijs quæras; quin etiam, vt facilius adsequaris ea, quæ
forte nondum intelligentia perceperis.

THEODORVS PRESBYTER

De Scriptis S. Dionysii Areopagite.

I. Cod.



LECTVS EST THEODORI PRESBYTERI
liber, quo docet germanum esse S. DIONYSII opus. Soluuntur
autem quatuor potissimum argumenta. Primum quidem: Si
genuinus est, cur SS. Patrum nemo, qui post secuti sunt, ex eo
libro sententias aut testimonia citarit? Alterum verò; quomodo
Eusebius Pamphili, SS. Patrum scripta enumerans, huius nullam
fecerit mentionem. Tertium; quomodo Traditionum earum, quæ
in Ecclesia per incrementa, & diuturni temporis spatia creuerunt, liber hic sigillatim
textat narrationem. Magnus enim Dionysius, vt ex Actis patet, Apostolorum æqualis
fuit; hic vero liber earum maximè Traditionum descriptionem continet, quæ postea
sensim in Ecclesia inualuerunt. Non igitur verisimile videri ait, imò falso confictum,
quæ longo post tempore à morte magni Dionysij in Ecclesia orta sint, atque excre-
uerint, ea Dionysium describenda suscepisse. Quartum; cur epistola B. IGNATII
hic liber citat? Dionysius enim [vt diximus] Apostolorum temporibus floruit; Ignati-
us verò Traiano Aug. imperante, martyrij certamen certavit, & paulò ante mortem
eam epistolam, quæ hic liber citat, conscripsit. Quatuor his igitur argumentis contro-
uersa dissoluere studet Theodorus, efficitq; pro virili legitimum illum esse magni Dio-
nyssij parturam.

Act. 17.

SCHOLION.

EXTARET utinam Theodorus iste, De legitimis B. DIONYSII Areopagite libris;
aut quam vellem inde in ierogliphis excerpta Phorius, vt alibi minus fortasse necessa-
ria, representasset. Quoniam vero nostra tempestatio scilicet eadem reciprocando ite-
rant, ac veluti ab inferis renocant, quatuor hisce argumentis breuiter respondebo. Copiosius
alij, vt ad Etiluini, Caroli Magni æqualis, Areopagitica Matthæus Galenus, & ad Pachy-
mera paraphrasin Godof. Tilmannus: denique Tomo II. Annalium Ecclesiasticorum ad
annum Christi cix. Illustriss. Cesar Card. Baronius, sanè de omni sacra antiquitate, atque
adeò militante in terris Ecclesia, Dei sponsa, optimè meritis. Primum igitur à SS. Patribus
nunquam

nunquam aduocari B. DIONYSIUM inficiamur. Laudat enim frequenter B. Cyrillus A-
lexandrinus, Origenes, Damascenus, Agatho & Gregorius I. Pontifices, aliq; Nam &
Maximus Martyr, Michail Syngelus, & Georgius Pachymerius, non modo defendunt à ca-
lumniis, sed & scholiis eruditè illustrant. Adde quod infra quoque in non recenti opere,
sanctis scriptoribus adnumeratus legatur, pag. 469. II. Eusebij Pamphili silentium
suspectum merito esse debet, quòd Arianismo infectus ille, eius scripta recensere idcirco cauit,
quia vel uno S. DIONYSIO Arij causam ingulari posse videret. III. Cerimonias verò,
ritusq; Ecclesiam inde ab Apostolorum temporibus exortas, ac veluti per manus traditas in
Ecclesiam promanasse, atque in hæc usque tempora apud pios homines perdurasse, nemo nega-
bit, nisi qui ab Ecclesia Catholica Romana desciscens in Nouatorum castra transfugerunt:
docetq; copiose Franc. Turrianus noster, itemq; Baronius Card. Tomo I. Annalium, de Esse-
nis agens. IV. Quod verò B. Ignatii Martyris epistolam citet, qui Traiano imperante
Martyr obiit, nemini mirum videbitur, qui ex eodem illo Baronio B. DIONYSIUM ad ea
usque tempora peruenisse, certò cognorit. Sed nos de his omnib; copiosius libro de scriptis
SS. Patrum in dubium renocatis, ac vindicatis.

ADRIANI

Iagoge S. Scripturæ.

II.

LECTA est ADRIANI introductio in S. Scripturam. Utilis liber ijs, qui ad eam pri-
mum aggregiuntur.
Hanc Græce nuper repertam Augustæ Vindellicorum, editamq; video cum Vitio XII. Pro-
phetarum minorum.

NONNOSI

Historia Legationum.

III.

LECTA est NONNOSI Historia, qua legationem suam complectitur ad Aethio-
pas, & Homeritas, atque Saracenos susceptam, populos tum potentissimos; & ad
alias item Orientis gentes. Iustinianus Romanum tunc imperium tenebat: Præfectus
vero Saracenorum Kaius erat, Arethæ nepos; qui & ipse Præfectus, ille fuit ad quem
Nonnosus auus ab Anastasio Imperatore legatus fuerat, & pacis fœdera sanxerat. Quin &
Nonnosus pater, cui & Abramo nomen, ad Alamundarum Præfectum Saracenorum ora-
tor aliquando profectus, duos Romanorum duces, Timostratum, atque Ioannem, bel-
li iure captos, vna liberavit; Iustino Imperatori in ducibus his liberandis subserviens.
Porro Kaius, ad quem Nonnosus missus, duabus præerat gentibus apud Saracenos cla-
rissimis, Chindinis, & Maadenis. Ad quem ipsum Kaium Nonnosus quoque pater, an-
tequam hæc Nonnosus legatio mandaretur, à Iustiniano missus est; pacisque fœdera ita
constituit, vt Kaii filium Mauiam nomine, obsidem acceperit, & Byzantium ad Insti-
nianum adduxerit. Post quæ duplici Nonnosus nomine legatus missus est: Vt Kaium,
si posset, ad Imperatorem adduceret: Et ad Auxumitarum Regem (cui genti & Elef-
baas tunc præerat) itemque ad Homeritas proficisceretur. Auxumis permagna est ci-
uitas, & quasi Aethiopiae totius metropolis, magis ad meridiem & orientem vergens,
quam Romanum imperium. Nonnosus verò, multis gentium superatis insidiis, fera-
rumque periculis (præter viæ incommoda, multa que discrimina, in quæ sæpenumero
incidit) tamen quæ voluit perfecit, & saluus est patriæ redidit.

Kaium refert, missio iterum Abramo ad illum legato, Byzantium profectum esse, su-
amque Præfecturam Ambro & Izido fratribus diuisisse: ipsum vero Palæstinæ Præfe-
cturam ad Imperatorem administrandam suscepisse, infinitamque hominum subditorum
secum multitudinem duxisse.

Quæ nunc Sandalia dicta, Arbylas appellasse Veteres ait; & φακίλιον, φασάδιον,
f. Vide notas Græci exemplaris, Suidam, & Notas ad Curulapat. de Offic. Constantinop.

Saracenorum ait plerique, tam qui g in Phœnicone, quam qui vltra Phœniconem
g. Phœniconis orbis Aegypti meminit inf. Olympiodorus pag. 112. Diad. Sicul. Lib. III. Locum esse
maritimum ad sinum Arabicum scribit.

& Taurenos, quos vocant, montes degunt, h locum quandam pro sacro habent, alicui
Deorum consecratum; quo bis quotannis conueniunt. Horum conuentuum ipsorum
alter, mensem durat integrum, ad medium fere ver, quando Tauri signum Sol in Zo-
diaco tenet: alter vero in duos alteros menses extenditur, agiturque post æstium solstiti-
um.

A 2 tium.

h. Non omnino
dissimile, quod
narrat Ctesias
in Indicis inf. p.
68.

a. De quo Pro-
cop. lib. 1. inf. pag.
34. & lib. II.
pag. 37.
b. Hic Abraha-
mus (quingue
syllabis) vir pius
& presbyter no-
minatur in A-
ctis S. Arethæ
Martyris apud
Sur. Tom. V.
cap. 108.
c. De quibus Ni-
ceph. Lib. XVII.
cap. 32.
d. Cuius mentio
in S. Arethæ A-
ctis sup. citatis.
e. Niceph. lib.
XVII. cap. 6.
f. Niceph. Lib.
VIII. cap. 35. &
XVII. cap. 32.
Theophan. By-
zant. inf. pag. 38

PHOTII

tium, In his ait conuentibus, summa viget tranquillitas, non solum inter ipsos, sed & cum omnibus aduenis. Quin etiam feras cum hominibus, non tantum inter se, pacate tunc degere fabulantur. Narrat & alia multa inopinata, & fabulis non abfimilia.

a. Ctesium fortassis imitatus, & quo nonnullam tauri videtur.

Adulin scribit ab Auxumi quindecim itinere dierum distare. Proficiscenti vero Auxumin Nonnofo cum suis, maximum hoc obiectum spectaculum, ad regionem Auen dictam, quæ media est inter Auxumin, & Adulin vrbes, elephantorum nimirum multitudo non modica, imò millia ferme quinque. Pascebant hi elephanti maximo in campo, propiusque accedere nemini incolarum facile erat, neque pasto prohibere. Hoc illis interim spectaculum occurrit.

b. Simile quid in Indici referit Ctesius Caidius inf. 68.

De cæli quoque constitutione dicere oportet, quæ est ab Aue ad Auxumin: contra enim æstas illic & hiems accidit. Nam Sole Cancrum, Leonem, & Virginem obeunte, ad Auen vsque (vri & nobis) æstas est, summaque cæli siccitas. At ab Aue Auxumin versus, & reliquam Aethiopiam, hiems est vehemens, non integro quidem illa die, sed quæ à meridie semper & vbique incipiens, coactis nubibus aërem obducat, & horrendis imbribus oram illam inundat. Quo etiam tempore Nilus latè Aegyptum peruadens, maris in modum terram irrigat. Cum autem Sol Capricornum, Aquatium, & Pisces perambulat, aër vice versa Adulitis in Auen vsque imbribus regionem inundat, ijs verò qui ab Aue Auxumin, cæteramque Aethiopiam versus iacent, æstas est, & maturosiam fructus terra præbet.

a. De Pygmaeis inf. Ctesius in Indici pag. 68. Immenis quoque Plinius, & Solinus. Consule etiam Notas ad Græcum exemplar.

Nauiganti à Pharsa Nonnofo, & ad extremam vsque insularum delato, tale quid occurrit, vel ipso auditu admirandum. Incidit enim in quosdam forma quidem & figura humana, sed breuissimos, & cûtem nigros, totumque pilosos corpus. Sequuntur viros æquales scæminæ, & pueri adhuc breuiore. Nudi omnes agunt, pelle tantum breui aduiores verenda recti, viri pariter ac scæminæ: agreste nihil, neque effectum quid præ se ferentes. Quin & vox illis humana, sed omnibus, etiam accolis, prorsus ignota lingua, multoque amplius Nonnofo socijs. Viuunt marinis ostreis, & piscibus è mari ad insulam proiectis. Audaces minime sunt, vt nostris conspectis hominibus, quemadmodum nos visingenti fera, metu perculli fuerint.

THEODORI ANTIOCHENI

Pro S. Basilio aduersus Eunomium libri XXV.

IV.

a. Tam vira sum. Et doceri inf. pag. 177. b. infra pag. 207 XXVIII. scripsisse commemoratum.

LECTI sunt THEODORI Antiocheni Pro S. Basilio aduersus Eunomium libri viginti quinque. Est illi phrasis non vsque quaque perspicua; sensibus tamen & argumentis nimium quantum densus. S. Scripturæ testimonijs egregie abundat. Ad verbum ferè Eunomii rationes refellit, imperitum eum valde externarum disciplinarum, multoque magis nostræ Theologiæ, pluribus ostendens. Hic verò Mopsuestiæ, vt patet, Episcopus fuit.

SOPHRONII

De eadem re liber.

V.

* ἀπορρητός.

LECTVS similiter SOPHRONII Pro Basilio contra Eunomium liber, Theodoro aperiore, & multo doctior ac breuior. Neque enim per omnia Eunomium persequitur; sed illa potissimum exagitat, atque refellit, quæ summa capita hæresis Eunomij continere videbantur. Charactere vsus est distinguente ac definiente: & vt plurimum solutus illi, minimeque vinctus sermo, non ingratus tamen, immo & logicis argumentationibus perquam floridus est.

GREGORII NYSSENI

Eiusdem argumenti opera duo.

VI.

a. Exstant eius libri XIII. aduersus Eunomium in Biblioth. Patristica, Boica, & alibi.

LECTVS est GREGORII Nyssæ Episcopi similiter pro Basilio aduersus Eunomium liber. Stylus illi, si cui Rhetorum, illustris, & iucunditate auribus instillans. Sed nec ipse quidem ordine Eunomij scriptum reprehendit. Quamobrem & Theodoro concilior est, & Sophronio lator, abundat enim enthymematise, atque exemplis. Illud autem

BIBLIOTHECA.

autem verè pronuncianerim, quantum Gregorius venustate, splendore, & mirifica iucunditate antecellit Theodoro, tantum etiam argumentorum copia & vbertate eundem vincere connituit.

LECTVM est alterum eiusdem GREGORII Nysseni opus, de eadem ipsa re: in quo rationibus validioribus cum Eunomio manus conferens, eum vi expugnat, omnia impietatis firmamenta labefactans. Venustas verè orationis, & splendor iucunditate mixtus, etiam in hoc opere decenter se ostendit.

ORIGENIS

De Principiis libri IV.

VII.

VIII.

LECTI sunt ORIGENIS De Principiis libri IV. Horum Primus de Patre, & Filio, & Spiritu sancto agit. Quo in libro plurima blasphemè scribit: vt, Filium à Patre factum, Spiritum à Filio: & Patrem quidem per omnia quæ existunt peruadere; Filium vero ratione duntaxat prædita; Spiritum autem ea tantum, quæ salua facta sunt. Tradit & alia nimium absurda, impietatisque plena; animarum migrationes, & animata sidera, pluraque id genus alia nugatus. Primo itaque libro fabulose differt de Patre, & de Christo, & de sancto Spiritu; in super & de naturis ratione præditis. Secundo vero, de Mundo, rebusque in eo conditis: præterea vnum eundemque esse Deum Legis, & Prophetarum: Vnum item esse veteris & noui Testamenti Deum: De Saluatoris Incarnatione: Eundem spiritum in Moyse, & alijs Prophetis, sanctisque Apostolis fuisse. Adhæc de Anima, de Resurrectione, de Pœna, de Præmijs. Tertio de Arbitrij libertate: Quæ ratione diabolus, contrariæque potestates, iuxta Scripturarum doctrinam, cum humano genere pugnent: Mundum item ortum habere, & corruptioni obnoxium esse, vt quia tempore initium sumplerit. Quarto item libro de fine vltimo: diuinas esse Scripturas: de Ratione denique legendi & intelligendi Scripturas.

a. Lege de his D. Baron. Card. To. V. ad A. C. 397. Exstat elegans epistola B. Hieronymi ad Auctorem de cæmendis Origenis scripti dicitur erroribus. b. μετενοούμενος.

EVSEBII CÆSARIENSIS EPISC.

Scripta pleraque.

IX.

LECTI sunt Evangelicæ præparationis EVSEBII libri quindecim: quibus vt plurimum inanem Gentium doctrinam vellicat, quamque diffoni ipsi inter se perpetuo fuerint. Meminit vero initio libri decimi quinti, & in eodem extremo, alterius Operis, quod Evangelicam Demonstrationem nominat, quæ post Evangelicam Præparationem consequitur; quod hæc quidem reprehensio fere sit erroris gentium, illa verò confirmatio præconij Evangelici.

a. Plura enarrant B. Hieron. in Catalogo cap. 81. & ex illo Sophron. ac Suid.

LECTI sunt EVSEBII Evangelicæ Demonstrationis libri viginti.

X.

LECTI sunt & EVSEBII Ecclesiastica Præparationis libri in quibus excerpta sunt.

XI.

LECTI sunt item EVSEBII Ecclesiastica Demonstrationis libri

XII.

LECTI sunt EVSEBII Confutationis, & Apologiae libri duo. Alteri item duo, qui à prioribus duobus cum assertionibus quibusdam differant, in cæteris dicendi genere, ac sensu ijdem sunt.

XIII.

Adfert verò, vt ab Ethnicis profecta, argumenta quædam aduersus sinceram nostram religionem; eademque rectè, licet non per omnia, refellit. Phrasi neque iucundus uspiam, neque perspicuus: homo tamen multæ doctrinæ est: tametsi mentis acumine, affectuumque constantia, quantum in dogmatum accurata tractatione est opus, indigeat. Etenim & hic eum pluribus locis blasphemum in Filium videas, eundemque secundam causam appellantem, ac summum Imperatorem; atque id genus Arianici futuris germina apparent. Constantini Magni temporibus floruisse clarum est, fuisseque S. Martyris Pamphili virtutis ardentem amatorem, vnde & Pamphili cognomen tum adeptum esse quidam affirmant.

b. Hæc decem duntaxat leguntur. c. Primum, hoc opus Ecclesiasticæ Præparat. ac Demonstrat. inscripsit, neque meminit B. Hieron.

APOLLINARIUS HIERAPOLITA

De Pietate & Veritate, aduersus Gentes.

LECTVS est APOLLINARIUS aduersus gentes, De Pietate, itemque De Veritate.

Hierapolita est scriptor hic, eius quæ in Asia Hierapoleos creatus Episcopus: floruit vero Marci Antonini Veri Romæ imperantis temporibus. Vir sane præstans, & phrafi vsus non pœnitenda. Ferunt & b alia ipsius scripta cõmemoratu digna circumferri, sed quæ Lib. IV. cap. 11. in meas nondum manus peruenierint.

a. Cuius & B. Hieron. meminint in Catalogo. Cap. XXVI. Alius ab hoc & posterior multo fuit Laodicenus ille Syrus, de quo Suidas. Sozomen. lib. V. cap. 17. Sozrat. lib. III. cap. 13.

XV.

Synodi primæ scriptor.

L E C T A & a Prima Synodi actio, tribus comprehensa libris. GELASII titulum opus præfert: nectam actio, quam historia est. Sermo vilis & humilis, nisi quod minima quæque in Synodo gesta narret.

a. De septem Synodis Occumenicis Photij exstat Libellus To. I. Concil. Qui & Græcè alibi itemque anonymi duo.

b. De quo infra copiosius Cod. LXXXVII. pag. 119.

XVI.

L E C T A est actio tertia Synodi, constans serè a epistolis Diui Cyrilli ad Nestorium, & impij huius vicissim ad illum.

a. Quarum inf. quoque mentio Cod. CLXX. pag. 196. Ipsam vero Synodum habemus in Germania editam Græcè, & Latine Theod. Peltano interprete.

XVII.

L E C T A est actio quarta Synodi, varijs quidem libris comprehensa, actionibus vero quindecim: quibus Dioscorus, & Eutyches damnati, anathemate cum ipsis percussio & Nestorio: Sanctus verò Flavianus etiam à morte innocens iudicio declaratus est; vti quoque Eusebius Dorylæi Episcopus, & Theodoretus, & Ibas. Gesta sunt & alia quædam singulatim, & pietatis doctrina confirmata.

XVIII.

L E C T A E quoque actiones quinta Synodi, quibus tractatum a de Tribus, vt vocant, Capitulis: de Origene, qui cum scriptis suis anathemate damnatus: de Diodoro Tarfensii, & Theodoro Mopsuestiæ, qui & ipsi similiter excommunicati. Anathemate quoque damnata, quæ Theodoretus aduersus Cyrillum Capita scripsit duodecim. Gesta sunt ante hanc quædam de Zóora, & Anthimo illo, qui ex Trapezuntina Constantinopolitanam sedem inuasisit: aliaque præterea, quæ hac ipsa Synodo comprehenduntur.

a. De quib. legitur Cod. Baro. To. VII. Annal.

XIX.

L E C T A sunt acta sexta Synodi, Actionibus a. . . quibus Sergius, Cyrus, Pyrrhus Constantinopolitanus damnati; Honorius item Romanus, Polychronius, alijque cum illis, vnam voluntarem, vnamque b operationem in CHRISTO asserere auli: veritatis vero dogma c confirmatum.

a. XVIII. & D. Baron. To. VIII. ad annum Chr. 680. & 681. b. Irigoyen.

c. Præsertim comperta Polychronij Presbyr. ac Monachi monothelitis in mortuo excitando impostura, quam leget Actioe XP. apud Baron. Card.

SCHOL.

HONORIVS item Romanus] Anridoton huic calumnia veneno adhibendum. Neque enim Honorius Pontifex, à sui seculi scriptoribus laudatus, cum Monothelitis de vna in CHRISTO voluntate sensit, vt S. Maximus Martyr, ex ore etiamnum superstitis scriba Pontificis, in Dialogo cum Pyrrho testatum reliquit: sed inuidia quadam adducti Græci, quòd, suos Patriarchas plurimos hac in Synodo errorum conuictos molestè ferrent, hanc notam Romanæ sedis (cuius nunquam fides, promittente CHRISTO, defecit) per nefas inurere tentarunt. Igitur quòd in plerisque alijs sollempne iis fuit, ac manifesto sapius deprehensum, fraude ac fide Græca etiam hanc Synodum, addendo, curtando, & mutando inquinarunt. Cuius rei idoneos laudare testes possumus, atque adeo plurimos omni exceptione maiores. En tibi vnam de multis exemplam. Theodorus Patriarcha CP. erroris in hac ipsa Synodo conuictus, & abdicare coactus, vna cum Macario Antiocheno Patriarcha, cum primum post Gregorii sibi successi mortem, edita fidei legitima professione, postliminio restitutus est, suo sublato

sublato nomine, Honorij Pont. Rom. ab omni hæresi alieni nomen, parua litterarum mutatione subiecit, pluraque Harpyis vnguibus contaminauit. Eius rei auctorem habemus Anastasium Bibliothecarium. Et quibus actioes legens facile deprehendat, cum alias sepe interlocutum sit, hinc tam graui non excussa, legatos nullum pro Pontifice verbum fecisse. Imò & Agathonis epistolam Synodus probando, & Honorium damnando, secum ipsa profecto folide nimis pugnaret. Atque his nixa fundamentis fabula, ad hæreticos usque eo manauit, vt & Catholicos quosdam in fraudem inducerit.

Plurate, lector, legere cupiam, consultis ampliss. Cardinalib. Roberto Bellarmino To. I. Controu. III. lib. IV. cap. XI. & Cesare Baronio Tom. VIII. Annalium Eccles. ad annum Christi 680. & 681. & Stanislao Hosio lib. II. contra Brentium. Mito Franc. Turrianum lib. de VI. VII. & VIII. Synodo. Alberti Pigium lib. IV. Hierarchie, cap. VIII. & Ioan. Hessel. lib. de cathedra Petri firmitate, cap. XI. & Onuphrium Panuinum ad Honorium Platina.

XX.

L E C T A sunt Gesta septima Synodi, actionibus a. . . quibus de Iconomachorum hæresi triumphus ductus, & Orthodoxorum fides inclaruit.

a. VII. Sui acta testantur, quæ legas apud Card. Baron. To. LX. OCTAVAM Synodum hic non recenseri, argumentum est de multis, scriptam hæc à Photio Bibliothecam ante exortos de Patriarchatu tumultus.

De Resurrectione.

XXI.

L E C T V S IOANNIS PHILOPONI De Resurrectione liber Tomis. . quibus corporum Resurrectionem rejicit, & multa inconsiderate iactat, SS. etiam Patrum auctoritatem risu insectari ausus.

Legèdus Niceph. lib. XLIX. ca. 47

Contra Philoponum.

XXII.

L E C T A est THEODOSII Monachi earum, quæ à Ioanne Philopono adductæ sunt citationum aduersus corporum Resurrectionem, elaborata Confutatio; in qua & loca sacra Scripturæ, sanctorumque Patrum adducit, quibus Ioannis amentia refellitur.

a. Xc' etar' 2

In Philoponum inuectiue.

XXIII.

L E C T A E sunt CONONIS, EVGENII, & THEMISTII aduersus Ioannis Philoponi de carnis Resurrectione deliramenta Inuectiua, quibus acriter adeo ipsum insectantur, vt etiam omnino à Christiana fide abhorreere hominem affirmant, licet in eo cum illo sentirent, quòd nec ipsi reciperent Chalcedonense Concilium.

a. Cuius non semel meminint Niceph. Callist. Themistius autem idem videtur ille, aduersus quem scripsit Theodorus Monach. inf. Cod. CLXX. pag. 153. Card. porro Baron. pro Eugenio Enagrium habet Tom. VII. ad A. Chr. 535.

coram Ioanne Patriarcha CP.

XXIV.

L E C T V S liber Acta continens disputationis inite coram a Ioanne Regiæ vrbs Episcopo, Iustino imperante, inter Cononem & b Eugeniũ c Tritheitas, & Paulum ac Stephanum, qui & ipsi a hæsitantiũ de numero erant. Hic visuntur Conon, & Eugenio Philopono patrocinari. Cum enim Paulus & Stephanus ab ipsis postularent, vt Philopono anathema dicerent, recusarunt.

b. Enagrium nominat D. Baron. Card. ad annum Christi 535. Tom. VII. c. IIa Philoponi sectatores dicti, quod tres naturas in sacrosancta Trinitate profiterendai consueverint. Leont. To. VII. ad A. G. inf. pa. 97. Sive Baron. Card. 564. d. Quo nomine appellati Eutycheiani atque Seneriani, qui neque palam Eutycheis errores profiteri ausi, neque ad Catholicos sese adungera, nisi prius damnatis Tribus capitulis, voluerunt. Card. Baron. sup. & Leont. Act. VI. extrema. Quin

Quin & proferunt testimonia, quod cum Seuero & Theodosio ipsorum præcepto-
ribus, eadem sentiret. Hi quidem multas in Theologicis pijs voces adhibent, vt Trini-
tatem consubstantiali esse, eiusdemq; naturæ, & vnum Deum, vnamq; Diuinitatem;
blasphemant vero, dum aiunt Patrè & Filium & Spiritum sanctū partiales esse substan-
tias, propriasq; diuinitates, & proprias naturas. Ita secum ipsi, & cum veritate pu-
nantes, alia plura id genus deliramenta proferunt.

S. IOANNIS CHRYSOSTOMI

XXV.

*In mortem & ascensionem CHRISTI, itemque in Pente-
costen Orationes.*

LEGIMVS CHRYSOSTOMI nomine inscriptum librum, *Notationes in mortem,
CHRISTI.* Sunt autem breues Orationes duæ & viginti. Habentur & in eodem
volumine similes *In ascensionem Domini* aliæ duæ & viginti: & in *Pentecosten* quoque
Orationes septendecim.

SYNESII CYRENAEI

Scripta.

XXVI.

b. ul. poeticum.

LECTAE sunt Episcopi Cyrenes, cui SYNESIO nomen, *de Providentia, & de Re-
gno,* & alijsque nonnullis *Orationes.* Stylus illi sublimis quidem & grandis, sed qui ad
b. popularem simul dictionem aliquantum inclinet.

c. CLX. nume-
rat Niceph. supr.

d. Epist. 105. qua
est ad Eutropiū
fratrē, inter ali-
as opinionēs phi-
losophicas Chris-
tiani dogmati-
bus adversantes
Theophilo non
ignorandū scri-
bit, longe se ab
eo abesse, & vul-
gi opinionibus de
resurrectione
consentiat.

LECTAE sunt & eiusdem Epistolæ variæ, venustate ac dulcedine fluentes, cum
sententiarum robore ac densitate.

Prodijt hic Gentilium Philosophorum schola, quem aiunt ad diuinam Christia-
norum doctrinam inclinantem, alia quidem facile recepisse, sed (quod equidem haud
scio an aliunde, certè ex epistola ipsius ad Theophilū manifestè deprehenditur) de Re-
surrectione dogma suscipere noluisse. Verū e ita sentiens, nostris tamen est dogmatibus
iniciatus, imò etiam summo sacerdotio dignus habitus, cum ad aliam viri probitatem,
pariterque actam vitam respectu habito, tum quod non posset non, qui sic homo vitam
instituit, Resurrectionis lumine illustrari. Nec eas pes fecellit. Facilitè enim simul
atque Episcopus creatus est, & Resurrectionis etiam doctrinam credidit. Cyrenem ve-
rò illustravit, quo tempore Alexandria Theophilus præsidebat.

e. Finxisset hanc opinionem sanctissimum virum, ad effugiendum hanc arte omnis Episcopale demonstrat
Baron. Card. To. V. ad A. Ch. 420.

f. Eam quam scelerat Platonico Philosopho cuiusdam persuaserit, docebit se Limoniarum Ioan. Moschi Eui-
nati. cap. CXCIV. lectu dignissimum.

EVSEBII PAMPHILI

Ecclesiastica historia libri X.

XXVII.

LECTI sunt EVSEBII *Ecclesiastica historia libri decem.* Auspicatur à nato Christo
vero Deo nostro, & per Tyrannorum tempora accuratè progressus, ad Constantinum.
Magni imperium pertingit, diligentius quæ in Ecclesijs sub illo, & ab illo instituta, de-
tecta que sunt, pertractans.

SOCRATIS

Ecclesiastica historia libri VII.

XXVIII.

LECTA est SOCRATIS *Ecclesiastica historia,* Eusebium proximè excipiens: ducto
quidem initio à Constantini Imperio, & ad Theodosij minoris tempora perducendo.
Scriptor hic *Ammonium & Helladium,* Alexandrinus Grammaticus frequentans, et-
iamnum puer Grammaticam edoctus est ab ethnicis doctoribus, ob seditionem patria
profugus, & Constantinopoli agentibus. Continet verò hoc opus centum quadragin-
ta annorum res gestas, omnisque adeo historia septem est libris comprehensa.
Stylus

Stylus illi non admodum splendidus, sed nec in dogmatibus valde accuratus SOCRATIS
est.

EVAGRII SCHOLASTICI

Ecclesiast. historia Libri VII.

XXIX.

LECTA EVAGRII Scholastici, ex præfecti, nati à Epiphaniæ vrbe Cœlesyriæ, *Eo-
clesiastica historia libri sex:* inchoans à fine Socratis & Theodoretii historiarū, per-
tingensque ad Mauricij annum b duodecimum imperij. Stylus huic non ingratus;
tamen interdum redundare quodammodo videatur: certè in doctrinæ veritate ceteris
historicis accuratior est. Habet autem & de imaginibus quædam c exempla.

a. Vide Notas Græci exemplaris in extremo.

b. Card. Baron. discurus legit Tom. 8. ad annum 594.

c. xēvciis.

HERMIÆ SOZOMENI

Historia Ecclesiast. Libri IX.

XXX.

LECTA est HERMIÆ SOZOMENI *Salamini,* Scholastici, *Ecclesiastica historia*
libris novem; quam nuncupat Theodosio minori. Auspicatur à consulatu Crispi,
eiusque partis Constantini, & perducit ad Theodosij Minoris imperium. Hic
Constantinopoli ius olim dicebat: estque Socrate in stylo præstantior; à quo etiam in
narrationibus quibusdam dissentit.

THEODORETI

Historia Eccles. Libri V.

XXXI.

LECTA est THEODORETI *Historia Ecclesiastica.* Omnium quos proximè no-
minavi conuenientem magis historiæ stylum adhibet. Clarus enim, & grandis est,
minimeque redundans; nisi quod translationibus interdum audacius, & penè ineptè
vtatur. Hic etiam quam ceteri suis secundæ Synodi gesta commemorat; quæ alij tan-
quam in concursu, dicis gratia, & obiter ferè narrat, quasi de ea loqui refugiat. Ve-
runtamen ne ipse quidem omnia sigillatim refert. Historiam inchoavit ab hæresi Arij,
perrexitque & ipse ad Theodosij Minoris tempora, & vsque ad a Diodori excessum,
quando Constantinopoli b sacrorum Antistes Sifinnius fuit.

a. Ουδὲν hic reponendum ex auctoritate Theodoretii lib. V. cap. 51.

b. Vid. inf. pag. 9. in Phil. Sideta.

S. ATHANASII

Epistole.

XXXII.

LECTA ATHANASII *Epistola varia* (quas inter & de eius secessu, tanquam A-
pologia, collocantur nonnullæ) eleganter simul, & splendide, clareque composi-
tæ; persuadendi in super viæ venustate floridæ, vt iucundum sit, quam ibi Apologiam
scribit, audire.

IVSTI TIBERIENSIS

Iudaorum regum Chronicon.

XXXIII.

LECTVM est IVSTI TIBERIENSIS a *Chronicon,* cuius hæc inscriptio: IVSTI
TIBERIENSIS *Regum Iudaorum, qui coronati fuerunt.* Hic à Tiberiade Galilææ
opido ortum, nomenque traxit. Auspicatur historiam à Moyse, perducitque ad exi-
tum vsque Agri ppæ, septimi è familia Herodis, & Iudaicorum Regum postremi. Qui
regnum sub Claudio accepit; creuit sub Nerone, ampliusque dein sub Vespasiano;
obiit autem tertio Traiani anno, quo & historiæ finis ducitur. Stylus huic maximè
B

conci-

a. Meminit in
Catalogo B.
Hieron. cap. 14.
Iosephus item in
Vita sua, & Ste-
phanus & Mo-
yses, Suid. alijsq;

IVSTVS TIB.

conciusus, & pleraque relatu cumprimis necessaria prætermittit. Communi autem Hebræorum vicio laborans, Iudæus genere cum esset, de CHRISTI aduentu, de q; iis quæ ipsi acciderunt, aut de miraculis ab illo patris, nullam mortuus fecit mentionem. Parentem Hebræum quandam habuit, cui Pisto nomen; cuius ipse (vt Iosephus ait) nequissimus, & pecunia cupiditati ac libidini seruiens. Contendit idem in Repub. cum Iosepho, cui multas struxisse insidias fertur: Iosephus tamen, etsi sæpè numero hostem comprehenderit, verbis dumtaxat castigatum, pœne abire permisit. Historiam verò, quam texuit, magnam partem confictam aiunt, eaque potissimum, quibus Romanorum aduersus Iudæos bellum, & Hierosolymorum excidium persequitur.

IVLII AFRICANI

Historia, & alia.

XXXIV.

LEGIMVS AFRICANI illius Historiam, qui Cæstos, vt nominant, libris quatuordecim composuit. Concisus quidem est, nihil tamen cognitu necessarium omittit. Incipit à mundi creatione apud Moysen, peruenitq; ad vsque Christi aduentum. Succinctè quoque commemorat gesta iam inde à Christi ætate, vsque ad Macrini Imp. tempora: quo tempore, vt idem affirmat, hoc Chronicon absolutum est, annorum scilicet quinquies mille, septingentorum & viginti trium. Opus vniuersum voluminibus quinque continetur.

a Vide Biblioth. Sicuti Senesc. lib. 8. boref. 6. Tac. Pamel. ad cap. 4. Tertull. & coronam milit. & Bened. Perer. nostru Prefat. lib. 16. comment. in Daniel. Africani epist. cum resp. Orig. existit in editione Parisi. operum Origenis. b Dan. 15.

Hic & ad Origenem scripsit a de Susannæ historia, quod in Hebræorum libris non legatur; minimeq; cōueniens sit Hebraico veriloquo illud: b ἀνδρὶ τῷ μετὰ πέντε πάλαι, ὃν καὶ ὁ σὺ γὰρ σὺ γὰρ σὺ γὰρ. Quæ excipiens Origenes, scripto refellit.

Scripsit quoque Africanus ad Aristidem, vbi quæ de Saluatoris nostri genealogia Matthæum inter & Lucam dissensio putabatur, nullam esse demonstrat.

PHILIPPI SIDETÆ

Christiane historie libri XXIV.

XXXV.

LECTVM PHILIPPI SIDETÆ Opus, cuius titulus Christiana historia: Ducto inde initio, In principio creauit Deus cælum & terram: Et persequitur Mosaicæ historiæ quædam succinctè, quædam copiosè; multis vbiq; verbis vsus. Primus autem liber tomos continet quatuor & viginti: similiter & reliquit tres & viginti libri, a quos quidem hæcenus vidimus. Multum admodum verborum, sine vlla tamen vrbânitate aut gratia profundit: quin & satietatem adfert, aut potius molestiam; atque ostentationis plus habet, quàm vtilitatis. Inseruit & plurima historiam nihil ardentia, vt non tam historiam esse, quàm alienorum negotiorum tractationem (ad eò ineptè effunditur) dixeris. Aequalis fuit Sisinnij, & Procli, b Episcoporum Constantinopolis. Atque in hac quidem historica scriptioe sæpè c Sisinnium perstringit; quod (vt ferunt) dum a idem munus vterque obiter, & eloquentia primas tenere Philippus videretur; Sisinnius tamen e in patriarchalem sedem prælatus fuerit.

Genes. 1. a Nam XXXVI edidisse auctor est Socrates, & ex illo Nicephorus. b Cum quibus, si & cum Nestorio, de sede Constantinopolitana contendit. Auctores Socrates, & Nicephorus.

c Inmò & Episcopos, qui ordinassent, & populum qui elegeret. Socrat. lib. 7. cap. 26. & Niceph. lib. 15. cap. 29. d Presbyterij. e Desumpto Attico.

SCHOLIION.

Vtrum est inserere Socratis lib. 7. Eccles. histor. cap. 27. quod huic penè geminum sit, & ex comparatione opera-pretium fiat. PHILIPPVS SIDA ortus fuit. Hæc quidem est ciuitas Pamphylia, in qua etiam Trobilus [Troilus melius habet Niceph.] Sophista natus dicitur, cui se Philippus cognatum esse gloriatus est. Hic Philippus cum esset diaconus, Ioannis [Chrysostromi] Episcopi consuetudine, qua multum vsus est, impulsus, in studiis literarum permultum operis, & laboris collocauit, multosq; & varios cuiusq; generis libros in vnum collegit; atque Asiaticum dicendi genus studiose imitatus, multa conscripsit. Et quo Iuliani Imp. libros refelleret, opus etiam, quod HISTORIAM CHRISTIANAM inscribat, composuit, in q; triginta sex libros distribuit. Singuli libri tomos complures continent, ad eò vt omnes simul prope mille numero sint. Argumentum etiam cuiusq; tomi tomm ipsum adquat. Nicephorum hic duo distinxisse opera, obseruo: Opus, inquit, magnificum, in quo Iuliani contra sacra Biblia scriptum euertit, reliquit. Aliud quoque volumen composuit, quod CHRISTIANAM HISTORIAM nominauit.

Hoc opus non HISTORIAM ECCLËSIASTICAM, sed CHRISTIANAM inscripsit.

scripsit, multasq; & varias in eo congestit materias: eo quidem consilio, vt se doctrina Philosphorum non expertem fuisse declararet. Quapropter præceptiones Grammaticas, Astro-nomicas, Arithmeticas, & Musicas crebro citat. Quin etiam insulas, montes, & alias res non magni momenti describit, vnde opus inflatum & plenum inanis ostentationis factum est. Quare si quid ego induco, neque doctis, neque indoctis prodesse poterit. Quippe indocti insolentem illam, & nimio artificio elaboratam dicendi rationem, qua in eo est, animaduertere nequeunt. Docti autem crebram eorundem verborum repetitionem, qua in illo vsurpatur, condemnabunt. Ceterum quisq; de libris illis pro arbitratu suo iudicium faciat. Ordinem verò temporum, quibus res gerebantur, ab eo confusum esse, audeo quidem affirmare. Nam temporibus Theodosij commemoratis, ad tempora [Magni, addit Niceph.] Athanasij Episcopi recurrit. Quod quidem ab illo sepius factum est.

CHRISTIANORVM LIBER,

Ostateuchi expositio libri XII.

XXXVI.

LECTVS liber est, qui inscribitur CHRISTIANORVM LIBER, Ostateuchi expositio. Pamphilo cuidam dedicauit eum suus auctor, qui Iustini Romanorum Imperatoris temporibus floruit. Incipit super Ecclesiasticis quibusdam dogmatibus, S. Scripturæ, vt ipsi quidem videbatur, testimoniis contendere. Stylus illi humilis, & structuram adhibet infra communem. Componit & incredibilia quædam, non satis ad historiæ fidem; ob quæ fabulosus potius, quàm verus scriptor haberi meritò debeat. Inter illa, hæc ferè dogmata proponit: a Cælum non esse orbiculari figura, ac neque terram; sed illud fornix simile, hanc altera parte longiorem, extremisq; partibus cum cæli terminis copulari. Ad hæc, omnia astra moueri, Angelis ad motum subseruientibus, & id genus alia. Facit quoque mentionem, tanquam aliud agens, libri Geneleos, & Exodi: plurimisque est in narratione & speculatione tabernaculi. Percurrit & Prophetas, indidemque Apostolos. Solis magnitudinem esse ait duorum climatium. Angelos in cælo non esse, sed tantum super firmamentum, & nobiscum versari. CHRISTVM è terra ascendentem, inter cælum & firmamentum peruenisse, idque dumtaxat cælorum regnum esse: aliaque his similia absurdè profert. Nuncupat priores sex libros Pamphilo cuidam: de reliquis verò sex (sunt enim in vniuersum duodecim,) septimum quidem Anastasio, quo cælos minimè dissolui asserit: octauum dein (qui est in Canticum Ezechia, & in Solis regressum) Petro inscribit; quo in libro & Cantica Cantorum explicasse se commemorat. Reliqui quatuor certo nemini dedicantur.

10

a Vide B. Basilij Orat. tertiam Hexæm. & D. Ambrosij.

b κλημάτων.

DE REPUBLICA

Libri VI.

XXXVII.

LECTVS DE REPUBLICA LIBER, Menam Patricium, & Thomam Referendarium per dialogum loquentes introducens. Continet opus hoc libros sex, quibus διαλογικὸν, vt hic appellatur, nouum politia genus, diuersum ab iis, quæ a veteres prodiderunt, introducitur; ac Platonis respublica non immeritò reprehenditur. Quam verò personæ illæ Politiam adferunt, ex tribus Politia speciebus, Regia nimirum, & optimatum, ac popularium, componi oportere aiunt: vt cum harum quælibet, quod purum atque sincerum habet, huc contulerit, hæc tandem verè optima reipublicæ forma constitutur.

a Plato, Aristoteles, Polybios, lib. 6. & Plutar-chus singulari libello. Heraclides quoque Ponticus, & Nicol. Damascenus.

THEODORI ANTIOCHENI

Interpretatio Geneleos.

XXXIIX.

LECTVS THEODORI Antiocheni liber est cum hac inscriptione: Interpretatio Geneleos, libris septem tomos primus absoluitur. Stylus illi neque illustris, neque valde perspicuus. Fugiens verò, quantum in ipso est, allegorias, & historiarum dumtaxat expositionem tractans, putidè nimis eadem identidem reperit, & ingratus atque fastidiosus legenti accidit. Quin & Nestorij sententiam, quamuis illo prior fuerit, ta-

THEOD. ANT.
a. Inf. Cod.
XLIII. pag. 12.

citè vomit. Hic est Theodorus ille Mopsuestiæ, à quo sæpenumero constat Ioannem Philoponum (vt ipsemet fatetur) rationem huiusmodi interpretationis bona fide, ac seridè exegisse, in suo *De vniuersi creatione* opere.

E V S E B I V S

Contra Hieroclem.

XXXIX.

LECTA est EUSEBII PAMPHILI *Confutatio brevis* a librorum Hieroclis de Apollonio Tyaneo.

a) Septem eos fuisse colligere licet ex libello Eusebij, qui adhuc superest, hac inscriptione: Eusebij Pamphili Cæsareæ Episc. confutatio scriptorum Hieroclis, Apollonium Tyaneum Christo seruatozi comparantis.

PHILOSTORGII

Ecclesiastica historia libri XII.

XL.

a Meminit eius Suidas in Leon-
tio Tripolitano,
allata & narra-
tione quadam
ex hac Philostor-
gij historia: rur-
sumq; in Phe-
gone Trulliano.
Niceph. Callist.
lib. 1. c. 1. in-
it.
Deo inuitum
nominat, recit-
atq; ex eodem
de Eronio
quadam, lib. 12.
cap. 29. fin.
b De quo pluri-
ma scriu digna
non vno loco
scripta reliquit
Niceph. Callist.
in histor.
c Eius hac de re
ad Aetii ipsam
scripta epistola
hodie existat, cum
ceteris eiusdem
Imp. Græcè &
Latinè, edita
Parisii.
d nauogviva.
e Per alogos vidi-
du, vt Plautina-
rum argumenta
comediarum,
& Niceph. Calli-
sti XLIII. hist.
libri, capitula.
Ethica Basilij
Maced.
f Lege Olympi-
od. inf. pag. 124.
& Niceph. lib. XIV. c. 7. & Constantij ex historicorum ceterorum fide leges, eundemq; errorem etiam ali-
bi in hoc Photio corriges. h Lege de his, & Apollinario Laudicensi, Philostorgij huius dnmnaxvriov apud Suid. in Basilio,
quod ad verbum reperies repetitum in Apollinario.

LECTA est PHILOSTORGII Ariani veluti *Historia Ecclesiastica*. Narrat ferè contraria omnibus Ecclesiasticis historicis, laudibus extollés, quos nouit Arianismò infectos, & conuictis orthodoxos perfundens: vt esse hoc eius opus non tam historia videatur, quàm hæreticorum laudatio, cum nuda & mera vituperatione atq; accusatione Catholicorum. Stylus illi compitior, & poetis sine tædio, minimeq; ingratis vocibus vitur. Tropi quoque, ac verba significantia, gratiam ipsi cum iucunditate conciliant: nisi quod interdum temerè ipsis, vel nimium detortis vtendo, in frigidum & importunum sermonem incidit. Ornatur ab eo variè oratio, vel ad satietatem; ita vt in obscuritatem, nec eam semper gratam, occultè trahatur auditor: in multisq; non incommodas loquitur sententias. Incipit autem ab Arii studio in hæresim ac primo incepto, vsq; ad Aëtij impiissimi hominis reuocationem. Aëtius hic ab ipsis vnà sentientibus hæreticis, quod illos impietate superaret (vt ipse Philostorgius vel inuitus refert) ministerio submotus, postea ab impiissimo Iuliano Imperatore reuocatus, humaniterq; acceptus est. Et hæc quidem ipsius historia vno volumine sex libros complexa, ad hoc vsque tempus progreditur. Ipse verò scriptor mendax est, & fabulis minime abstinens, prædicatq; doctrinæ maximè causâ Aëtium, & Eunomium, quasi soli repurgassent pietatis dogmata tempore contaminata, prodigiosè hoc ipsum mentiendo: signorum autem, & vitæ gratia laudat Eusebium Nicomediæ episcopum (quem etiam *Magnum* nominat) & Theophilum Indum, aliosq; complures. Reprehendit ad hæc Acacij in primis Cæsareæ Palæstinæ episcopi feueritatem intolerandam, & inexpugnabilem a versutiam: quibus artibus ait eum omnibus præualuisse, tam qui cum illo sentirent, licet mutuo flagrarent odio, quam qui contrariam de religione sententiam sequerentur. Et hæc quidem in præfens legimus.

Post non diu in alio volumine sex reliqui reperti; vt impleuisse totum opus duodecim libris videatur: e quorum librorum principes litteræ si connectantur, scriptoris Philostorgij nomen conficiunt. Peruenit ad Theodosij vsque Minoris tempora: ac tum definit, cum mortuo Honorio, f Theodosius Romani imperij scepra Valentiano Minori, Placidia & Constantini filio, patruelli suo tradidit.

Quantumuis autem Philostorgius hic in orthodoxos fureret, h in Gregorium tamen, Theologi cognomento, incurrere non est ausus, cuius doctrinam vel inuitus prædicat: sed Basilio Magno calumniam texere conatus est; qua tamen clarum magis reddidit. Vim enim & venustatem agendi in Panegyricis ipsa rerum euidencia coactus est confiteri: attamen temerarium ipsum homo timidus appellare non veretur, quod contentiosarum orationum rudis, vt ait, Eunomium scriptis oppugnare sit ausus.

g Niceph. lib. XIV. c. 7. & Constantij ex historicorum ceterorum fide leges, eundemq; errorem etiam ali-
bi in hoc Photio corriges. h Lege de his, & Apollinario Laudicensi, Philostorgij huius dnmnaxvriov apud Suid. in Basilio,
quod ad verbum reperies repetitum in Apollinario.

IOANNIS PRESBYTERI

Aegeatæ

Ecclesiastica historia libri V.

XLI.

LECTA est IOANNIS *Ecclesiastica historia*: quam à Theodosij Minoris imperio inchoauit, atq; ab ipsa Nestorij blasphemia, & è sede perturbatione; perduxitq; ad Zenonem

non è vsq; & Petri hæretici, qui Antiochenâ sedè p nefas occuparat depositione. Huius clarus est & floridus stylus. Refert verò, singula excutiendo, tertiâ Synodû, quæ in Epheso est habita: quin & alteram ibidè coactam, *adversus* [id est, *predatorium ac latrocinantem*] appellatam, quam hic scriptor diuinam facit, vt & eius prælidè Dioscorum cum alleclis. Narrat item Chalcedonenfè concilium, sed non sine probris, atque calumnijs. Vnde colligerè liceat Ioannem Presbyterum Aegeatem libri auctorem esse, qui, vt hæreticus, b peculiare aduersus Chalcedonenfem synodum opus composuit. Huius historiae libri decem sunt, vt ille ipse pollicetur, quorum quinque duntaxat legere mihi contigit, historiam continentes (vt iam dixi) à Nestorij blasphemia, vsque ad Petri hæretici è sede deiectionem.

a Qui & Gnapheus, seu Fullo didus, itemq; Impius, apud Candidum historicum, inf. pag. 102. diuer-
sus ab illo Mongo Alexandrina eccles. perturbatore, de quo ad seq. Vide Niceph.

b. De quo infra
Cod. LV. pag. 28

BASILII CILICIS

Ecclesiastica historia libri III.

XLII.

LECTA est *Basilij Cilicis historia Ecclesiastica*. Incipit ab interitu Simplificij vrbis Romæ Episcopi, qui ad Acacium Constantinopolitanum scripsit, ne cum Petro qui *Mongum* cognominatus est, & tunc Alexandriam corrumperebat, communicaret. Hic enim Petrus sanctam Chalcedone habitam Synodum publicè atque in Ecclesia anathemate damnabat. Per quem & Acacius (rectè quidem initio contra ipsum permo-
tus) post, quod ab illo non abhorreret, hæretici opinionem apud multos non effugit, à Romanis vero etiam sede motus est, quæ res b sub Zenone iterum regnante agitata fuit. Auspicatur itaque ab his quidem temporibus, peruenitq; ad Anastasij Imp. ex-
cessum, qui septem & viginti annos, mensesque tres, vt hic scribit, impetrauit, cuius imperium excepit Iustinus Thrax, vt ibidem refert. Verum ibi fere hic liber absoluitur, à Zenone vsque ad Anastasij exitum, & Iustini electionem pertingens. Refert item alios duos à se libros fuisse conscriptos, primum & tertium: & illum quidem ab imperio Marciani ducto initio, ad Zenonem vsque perduci, vnde & secundum sit auspicatus, tertium vero huius alterius libri finem excipere, à Iustini temporibus incipiendo.

Est hic scriptor, ad stylum quod attinet, non valde accuratus, sed & sui interdum dissimilis. Adfert autem maximè Episcoporum vltro citroque missas epistolas, quo narrationi suæ, vt affirmat, fidem conciliet: quæ cum immensum reddant volumen, in magno tamen verborum aceruo vix modicam adferunt historiam, & narrationis insu-
per perpicuitas, vi atque copia eorum quæ interijciuntur, rescinditur.

IOAN. PHILOPONVS

In hexaëmeron.

XLIII.

LEGIMVS IOANNEM PHILOPONVM a *In Hexaëmeron*, quo in libro purus est & clarus, seque ipse dicendi modo vincit, atq; vt Basilio Magno plurimum fere con-
sentit, sic per omnia Theodoro Mopsuestiæ repugnat, qui idem ipse argumentum ag-
gressus, b *Interpretationem Genesios*, librum inscripsit, cuius opiniones Philoponus re-
prehendens, contra nilus est.

a. Huius operis
excerpta inueni-
er inf. Cod. CXL
pag. 526.
b. Sup. Cod. 38.
pag. 10.

PHILOSTRATI TYRII

De vita Apollonij Tyaneij libri VIII.

XLIV.

13 LEGI PHILOSTRATI Tyrii de *vita Apollonii Tyaneij* libros octo. Stylo vsus est aperto, gratiofo, b concilio, pleno etiam dulcedine, ac cum ex prisca loquendi for-
mis, tum ex recentioribus elegantijs laudem quaerit.

Narrat Apollonium ad Indos (quos & *Brachmanus* nominat) profectum esse, ex quibus plerataque diuinæ eorum sapientia didicerit. Profectum item ad Aethiopum sapientes, quos & c *Tymvris* appellat, quod nudi ætatem perpetuò transigant, & ne ca-
li quidem tempestate atque inclementia vexati amictum induant. Indorum autem sapientes longe ait his antecellere, cum quod Solis radijs propiores, mente sint magis
acuta, & pura, tum ex eo quoque, quod ætate sint priores.

a. Que Græca
atque Lat. ex-
stat, cuius etiam
excerpta leges
inf. cod. CCXXI
pag. 528.
b. d. Phlegonide.
c. Philo. Laerti-
us. & Lucianus
Gymnosophi-
stas nominan-

Ab

Ab Apollonio porro eorum nihil omnino gestum refert, quæ fabulosè de ipso nar-
rantur: tantum philosophicam quandam temperatamque eius vitam extollit, qua Py-
thagoream sectam, cum moribus tum doctrina expresserit. Mortem ipsius obscuram
fuisse, & à multis variè narratam scribit, studiosè hoc ipsum Philostrato agente. Etenim
& a viuente dicere solitum, sapientem oportere fallere omnes, ac latere in vita, id si
nequeat, mori saltem latentem debere. Sepulcrum eius nusquam ostendi. Addit &
diuitiarum mirificum contemptorem fuisse, vt & suas ipse possessiones germano fratri
alijsque sponte concesserit, & à nemine b potentiorum pecunias acceperit, quantum-
uis illi multa merenti obtruderent. Famem Ephesi longe ante prouidisse, & ortam su-
stulisse. Leonè forte viso, dixisse, Amalydis Aegyptiorum Regis animam, pœnas vitæ
scelerum dantem, in feram illam commigralle. e Empusam item deprehendisse, sub per-
sona meretricis Menippi se amore captam fingentem. Puellam Romæ pridem expira-
re visam, in vitam reuocasse. Soluisse compedes sibi, dum in carcere constrictus tene-
retur. Apud Domitianum Imp. causam dixisse, pro se & Nerua, qui Domitiano in
imperio successit, causaque dicta è foro euauisse, & ad Demetrium, ac Damin (sic
cum ijs pacto inito) nullo temporis spatio, sed momento, accessisse, licet dierum ali-
quor itinere distantes. Talia de ipso Philostratus comminiscitur. Negat tamen pro d Ini-
tatore habendum, propterea quodd eorum operum quædam effecerit, quæ ab illo con-
fecta à quibusdam iactabantur: sed per philosophiam, ac vitæ puritatem hæc etiam, quæ
ipse mox narrauerit, ab illo perfecta fingit. Quin potius exosum Magis, ac e venefi-
cis, non vero magicæ arti deditum fuisse.

Iam de Indis omnia iste, maxima absurda, fideque indigna consuit. Dolia enim
apud istos statuit, plena imbrium & ventorum, quibus datum sit regionem complere
in imbrium penuria, iterumque discussis imbribus siccare, dum alternis aquam ventu-
que è dolijs suppeditant. His similia, dementiæ plena, & alia plurima prodigiosè con-
fingit, itaque libris octo omnis ab illo vanissimi laboris opera consumitur.

ANDRONICIANVS

contra Eunomianos.

XLV.

LECTI sunt ANDRONICIANVS aduersus Eunomianos libelli duo. Promittit quidè
in proœmijis grandia, quæ tamen non præstitit, in altero præsertim libro. Philoso-
phiæ hic persudiosus est, cum moribus, tum mente, atque dicendi forma: Religione
verò Christianus.

THEODORETI

contra Hereticos libri XXVII: & Erasimæ libri III.

XLVI.

LECTI THEODORETI Episcopi Cyri libri septem & viginti, aduersus varias propo-
sitiones. Primus liber agit contra asserentes, vnus fuisse naturæ Deum verbum, &
quod ex semine Dauid sumpsit principium, itemque aduersus eos, qui diuinitati a pas-
siones attribuunt.

Secundus liber, cum eisdem è scriptura manum validius conferit.

Tertius, de eadem re disputat.

Quartus, sanctorum Patrum continet doctrinam, de gloriosa Incarnatione Do-
mini nostri IESV Christi Filij DEI.

Quintus, hæreticorum colligit opiniones, quas componit cum opinione eorum,
qui in Christo duas naturas minimè agnoscunt, & ostendit magnam eos inter se affini-
tatem habere.

Sextus, ponit vnum esse Filium Dominum nostrum IESVM Christum.

Septimus, Epistolæ locum tenet, quibus volumen primum absolvitur.

Octauus verò, contra eos, qui multitudinem duntaxat veritatem diiudicant.

Nonus, In eos qui iactant, non oportere è scripturis aut loqui, aut quærere, sed
fidem suam sibi sufficere.

Decimus

Decimus, In male obijcientes illud: VERBUM cato factum est.
Undecimus, aduersus prohibentes duas capere in d Incarnatione naturas.
Duodecimus, in eos qui asserunt dicentem, Aliud esse verbum, Aliud esse Car-
nem, duos filios profiteri.

Decimus tertius, Contra dicentes, quod idem sit CHRIS TVM hominem agno-
scere, atque in homine spem collocare.

Decimus quartus, Aduersus enunciantes: Passus est sine passione.

Decimus quintus, In eos, qui dicunt: Passus est uti voluit.

Decimus sextus, In asserentes, oportere voces ipsas accipere; non autem earum
sensa, vt quæ omnium captum excedant, considerare.

Decimus septimus, Aduersus dicentes: Verbum per carnem passum est.

Decimus octauus, Contra asserentes, quales Iudæi pœnas daturi fuissent, si Deum
cruci non affixissent.

Decimus nonus, In affirmantes Iudæum illum esse, qui Deum minimè crucifixum
asserat.

Vicesimus, Contra aientes, Angelos eos, qui apud Abrahamum cibum sumps-
erunt, non continuo etiam carnis naturam attulisse.

Genes. 18.

Vicesimus primus, Aduersus eos, qui miracula singulatim extenuant, dum carnem
negant.

Vicesimus secundus, Aduersus eos, qui humano generi damnum irrogant, dum
concedere nolunt ex nostra natura principium sumptum esse.

Vicesimus tertius, Contra iactantes, Credere simpliciter ijs, quæ dicuntur; & non
attendere, quid decens sit, aut indecens.

Vicesimus quartus, Aduersus tollentes naturarum differentiam, post Passionem
& Ascensionem.

Vicesimus quintus, summatim ea repetit, quæ per partes hæcenus tradita sunt.

Vicesimus sextus, De post-manifestata compositione seu consubstantiatione.

Vicesimus septimus, De eo quod secundum communem hominem est, b exemplo. b. i. p. d. e. v. g. m. a.
Clarum vero vel ex solo argumento quinam ex superscriptis libris Orthodoxam corro-
borent doctrinam, quique ab ea discedant.

Adhuc in eodem ipso Volumine legi tres eiusdem libros superioribus maiores.

Titulum præferunt: e EPANISTHES, ð Πολύμορφος [id est, Sodalis, seu Multiformis]
Horum primus, Deum verbum immutabile esse docet. Alter, Inconfusam, minime-
que mistam vnionem esse. Tertius, d Impassibilem siue imperturbabilem esse Deum
verbum. Accedit Quartus, in quo syllogisimis hæc eadem argumenta retexit. Atque hi
quidem libri per dialogum ab ipso conscripti sunt, reliqui vero continentur, ac perpetua
serie. Stylus ei in omnibus perspicuus (est enim distinctus ac purus) neque iucunditatis
expers: proportionem vero sensibus exuberat.

e. Emendicator
redditur à Gen-
esino Heresio
ex ipso Theodo-
reti Prefat. Soda-
lis ego voco, qua-
si simul edalem,
& eiusdem par-
ticipem symbole.
d. b. i. p. d. e. v. g. m. a.

IOSEPHI IVDÆI

De bello Iudaico libri VII.

XLVII.

LEGI IOSEPHVM IVDÆVM, De Iudaica gentis calamitate atque interitu. Quo
in libro extremo Hierosolymorum excidium narrat, & Masada oppidi: & ante hæc
Iotapatorum, in quo & ipse Iosephus captus; præterea Gischalorum euersionem, &
aliorum Iudaicorum munimentorum desolationem. Sunt autem huius operis libri se-
ptem. Candidus illi sermo, qui rationum pondus atque momentum cum puritate ac
iucunditate exprimere possit. In concionibus persuadendi vi præditus est, ac gratiofus,
tum etiam cum suadet oportunitas orationem in contrariam partem flectere. Dexterè
quoque & copiosè entymematis in vtramque partem utitur, sententiasque, si quis ali-
us, adhibet. Orationi insuper affectum imprimendi, & concitandi motus, eosdemque
mox leniendi, est peritissimus.

Multi vero signa atque prodigia Hierosolymæ excidium præcessisse commemo-
rat. I. Borem ad sacrificium ductam agnum peperisse. II. Lucem in templo splendui-
sse. III. Vocem exinde auditam: Hinc abeamus. IV. Templi portas, quas ne viginti
quidem viri aperire poterant, sponte patuisse. V. Exercitū vesperi visum armis indutū.

VI. Virum

VI. Virum, cui nomen Iesus Ananiæ, nihil aliud annis sex & mensibus tribus sonuisse, tanquam furore percitum, quam identidem: *Ua, va Ierusalem*, eundemque cum ea de causa verberibus quoque caderetur, præter hanc unam vocem, nullam emisisse aliam. Hunc item urbis excidio cum interesset, eandemque apud se vocem ingeminaret, lapidis icu ab hoste occisum esse.

Atque hæc quidem ante urbem captam signa monstrata fuere, intestini vero belli feditio & hostes urbem euerterunt. In zelotarum enim factionem & sicariorum diuisi, se mutuo Iudæi interfecerunt, ipsamque adeo Reip. corpus vulgus, ab utrisque acerbè est atque crudeliter dilaniatum. Fames item sic urbem inuasit, ut & ad alia flagitia homines impulsus fuerint, & mulier suum ipsa filium comederit. Pestis adhuc famem excipiens, satis omnibus clarè ostendit, diuinæ id iræ opus esse, ac Dominicæ denunciationis minarumque, fore nimirum ut urbs funditus euerla periret.

Luc. 19.

IOSEPHVS, & CAIVS PRESBYTER

De vniuerso.

XLVIII.

LECTVS est IOSEPHVS De vniuerso, qui liber alibi inscriptus legitur, De vniuersa causa: in alijs vero libris, De vniuersa natura, suntque libelli duo, quibus secum pugnam Platonem docet. De Anima quoque, Materia, & Resurrectione Alcinoou, ut absurde ac falso differentem, reprehendit, suas vero ipsè de his thesibus opiniones opponit; docetque Iudæorum nationem longe esse, quam Græcorum antiquiorem. Putat compositum hominem ex igne, terra, aqua, ac præterea è spiritu, quem Animam appellat. De Spiritu hæc verbis vsus est: Huius principem partem apprehendens, una cum corpore formauit, & per omnia membra artusque viam ipsi patefecit. Qui spiritus corpori conformatus, totumque peruadens, eadem forma, qua corpus hoc spectatur, insignitus est: naturam vero frigidiorum habet, ad tria illa, per quæ corpus compactum est. Hæc ille, non satis apte ad Hebræorum de hominis natura doctrinam, neque satis è dignitate reliquorum à se diseret scriptorum elocutus. De mundi quoque generatione per compendium disserit. De CHRISTO autem vero Deo aptissime loquitur, quando & ipsam CHRISTI appellationem illi attribuit, & inenarrabilem ex patre generationem citra reprehensionem describit. Quæ res ambigendi fortasse cuiuspiam causam præbeat, sit ne hoc Iosephi opusculum: est nihil dicendi genere à reliquis eiusdem scriptis discedit.

a. Cuius de comparat. Platon. & Aristot. libellus Græcè atq. Latine in medio est.

CAIVS Presby.

Comperit annotatum fuisse, non esse Iosephi hoc opus, sed Caii cuiusdam Presbyteri Romæ agentis, quem & auctorem faciunt Labyrinthi: cuius etiam dialogus est aduersus Proclum quendam, hæresis Montanistarum defensorum.

Cum enim sine titulo opus relictum esset, alij quidem Iosepho inscriptum referunt, alij Iustino Martyri, non-nulli Irenæo: quemadmodum & Labyrinthum Origeni quidam tribuere. Alioqui Caii est opus eiusdem reuera, qui Labyrinthum composuit, quando ille ipse in extremo Labyrintho testatum reliquit, esse se libri De vniuersa natura auctorem. Verum hic ne liber ille sit, de quo agitur, an alius non dum mihi liquet.

b. Vide B. Hier. in Catalogo, cap. LIX. & Euseb. lib. VI. cap. 14. & lib. II. cap. 24. c. De qua lege Theodoret. atq. Niceph.

Hunc & Caium Presbyterum Romanæ Ecclesiæ fuisse affirmant, sub Victore & Zephyrino Pontificibus, ordinatumque & gentium Episcopum, scripsisse quoque peculiarem alium librum contra Artemonis hæresim, & aduersus Proclum, Montani studiosum, accuratam disputationem, in qua tredecim duntaxat B. Pauli Epistolas enumeret, d. non recepta in censum ea, quæ est ad Hebræos.

d. Quæ sententia tribuitur Hippolyto inf. Cod. CXXI. pag. 162.

B. CYRILLI ALEXANDRINI

Contra Nestorium libri V.

XLIX.

LECTVS est B. CYRILLVS Alexandria Episcopus aduersus blasphemias Nestorij, libris quinque. Seruat in his quoque suum dicendi characterem, & sermonis proprietatem.

tatem. Clarior vero est quam ad Hermiam scribens, aut in libris De adoratione in Spiritu. Sermo illi confictus, & ad propriam dicendi formam contortus, ac veluti solum numerosque negligens metrum.

CYRILL. ALEX. a. Exstant hodie XVII. Dialogi De adoratione in spiritu & veritate, Roma editi interp. Anselmo Episc.

NICIAS MONACHVS

Contra Philoponum, Seuerum ac Gentes.

17

LECTVS NICIAS MONACHVS, Contra Philoponi capita septem, quorum memorat in libro quem inscripsit ΔΙΑΙΤΗΤΗΝ, [hoc est, Arbitrium, seu Cognitorem] Stylus ipsi simplex atque concisus, & responsionibus satisfaciens, minimeque redundans. Legi eiusdem & contra impium Seuerum, adhuc etiam contra gentes libros duos.

HESYCHII PRESBYTERI CONSTANT.

In aneum serpentem libri IV.

LI.

LECTI sunt Hesychie Presbyteri Constantinopolitani in aneum serpentem libri quatuor. Sermo illi ad ostentationem comparatus, & concitandis affectibus medicatus videbatur. Hic orationes finguntur Moyse ad populum, & huius vicissim ad Moysen artificiosa alloquia. Dei quoque ad Moysen & populum, & horum utriusque rursus ad Deum, precationis atque excusationis forma sermones compositi. Quibus orationibus magnam libri partem consumit, ingens mole volumen efficiens. Porro Scriptor ipse, quantum ex hoc opere diiudicare licet, in Orthodoxis est numerandus.

SYNODVS SIDETANA, ALIA Q.

Contra Messalianos.

LII.

LECTA Synodus Sida habita aduersus hæresim Messalianorum, hoc est, Euchetarum, seu Adelpianorum. Præfuit synodo Amphilocheus, Iconij Episcopus, confidensque & alijs viginti quinque Episcopis. In eodem ipso libro lecta est ipsius synodi ad magnam Flavianum, Episcopum Antiochiæ, Synodica epistola, rerum gestarum rationem reddens.

a. De qua Sida Theodoret. li. IV. hist. cap. 10. & Niceph. lib. XI. cap. 15. S. Epiph.

Quapropter etiam ipse Flavianus Synodum indixit aduersus eosdem illos hæreticos, accedentibus tribus Episcopis, & Biza Selducæ, & Marutha gentis Supharenorum, & Sami, ad quos se cum Presbyteri, tum diaconi ad triginta coniunxerunt. Noluit hæc Synodus Adelpium penitentiam profitentem, hæresimque abiurantem admittere: quod neque ea hæreseos abiuratio, neque penitentia, vera atque ex animo facta probaretur. Hæresis huius auctores fuisse Adelpium, quem dixi, neque monachorum, neque sacerdotum in ordinem lectus, sed plebeius, ac priuatus, & Sabbas, Monachorum habitum præferens, quem ex rei euentu ἀπόστολον [hoc est, Resectum] nominarunt: alter item Sabbas, & Eustathius Venerandus, & Dadoes, & Semelones, dæmonis zizania, alijque his adhaerentes. Condemnatus vero Adelpius, eiusque sectatores: neque penitentia locum (quamuis, ut diximus, quæsierint) propterea reppererunt, quod, quos anathemate tanquam Messalianos condemnarant, cum his veluti confortibus scripto communicare deprehensi sunt.

b. F. Bassila. c. Ille forsitan Mesopotamiae Episc. in hist. de rebus D. Chryso. vult celebratus

d. Symeon Theodoret atq. Niceph.

Porro scripsit Flavianus ad Osroinenses epistolam, ea quæ gesta essent, edocentem, in qua etiam hæreticos punitos, & excommunicatos refert, responsumque est, acceptis ab Episcopis literis, & Flauiano pro his gratia actæ, atque assensum.

Scripsit & Litoius Armeniæ Episcopus, de Messalianis interrogans, missumque ad illum Synodicum de illis decretum atque sententiam.

e. Leroius ecclesiæ melitensis Episc. Theodoro lib. IV. hist. cap. 10. Leroius Niceph.

Scripsit quoque magnus Flavianus Armenio cuidam Episcopo, iterum de eadem ipsa re: qua quidem altera epistola, etiam queritur & expostulat, patrocinij apud ipsum aliquid Messalianitas inuenire.

Scripsit & Atticus Constantinopolitanus Episcopis in Pamphylia existentibus, vndeque Messalianos veluti sacros ac detestandos exturbarent. Quin & idem ad Amphilocheum Sida præsentem similiter scripsit.

Sifinnius item Constantinopolitanus, & Theodotus Anriochenus, communem epistolam

a. Fortè libro de gestis Pelagij, cui us ipse meminuit lib. II. Retract. cap. 47. Perù is putatur intercedisse.

b. Quia Epist. exstat Tom. VII. B. Augustini.

c. Eius nominis primum.

d. Quatuor, quos habet extremo To. VII. B. Aug.

quæstioni de illo habitæ non interfuere, ob alterius eorum inuæletudinem veniam precari, ne se sisterent. Sic Augustinus in ijs quæ ad Aurelium Carthaginis Episcopum scripsit, refert.

Post sancti Augustini mortem cæperunt quidam in clero impium illud dogma asserere; malè etiam loqui de Augustino, atque adeo conuicijs inceslere, tanquam arbitrij libertatem tollendam docuisset. Vetum Celestinus Pontifex Romanus, de sancto viro, & contra eos qui hanc hæresim resuscitarent, eius oræ Episcopis scribens, errorem nuper reuocatum cohibuit.

Cum temporis dein progressu se cetera huius homines per hæresis suæ abiurationem Ecclesiæ restituti essent, iterum malum ab illis principium sumpsit, vt Septimo Episcopo renascens eadem lues, antequam longius serperet, fuerit reprimenda, datis ad Leonem, Romæ tum sedem Apostolicam tenentem, litteris, qui Leo feruenti zelo contra impios depugnauit.

Post non diu rursus veluti existere, atque enasci è malâ radice impudenter cum cæpisset, Romæ etiam quidam pro hæresi liberè locuti sunt: quos Prosper, homo sanè diuinus, a libellis aduersus eos in vulgus edidit, facile dissipauit, extinxitque, Leone etiam num, quem diximus; Romanam sedem gubernante.

Hæc eadem hæresis anathemate item damnata est in sacra Ephesina Synodo. Damnauit & Ioannes Alexandrinus Episcopus, in Apologia ad Gelasium vrbis Episcopum, non solum Pelagianam hæresim, verum etiam Pelagium ipsum, atque Celestium, vna cum Iuliano, qui in hac ipsa secta successisse deprehensus est.

IOANNES PHILOPONVS ET IOAN. AEGEATES

LV.

Contra quartam Synodum.

a. Conuale D. Baron. To. IV. Annal.

LECTVS est liber IOANNIS PHILOPONVS, aut potius ΜΑΤΑΙΟΠΟΥ [id est, laboris amantis, seu potius Amentis,] Aduersus sacram & Oecumenicam quartam Synodum. Hic stylo sui similis est: a Impingere verò impudenter conatur ei synodo Nestorij sectam, atque ab illa huius anathematisimum receptum esse, quodd nihil se putaret in hominem peccare, quando dogma [eius] sanciat. Quod factum etiam ipse anathemati subiectus Nestorius omnibus rebus anteponat, adametque, hoc agendo, atque prodigiosè fingendo, quod eius ingenium, mentisque instabilitatem deceat. Ac tales quidem hic scriptor nugæ audacter iactans, quatuor partibus totam comœdiam aduersus synodum absoluit, rō nulla fide digna, neque adeo sanæ mentis allata.

b. Meminit sup. Cod. XLI. pag. 12

LECTVS est in eodem volumine & IOANNIS, alterius de secta Nestorij, b Contra eandem sacram quartam synodum liber, cuius auctor Aegæus ille est, impius quidem homo, cæterum verborum splendore ac suauitate, cum perspicuitate & claritate vsus.

THEODORETI

Contra hæreses libri V.

LVI.

LECTVS THEODORETI Episcopi Cyri liber contra hæreses, quotquot à Simone Magoad ipsius vsque iam confirmatam aratem egerminatant. Dedicat hunc Sporacio postulantitalia audire: & pergit porro ad Nestorium, eiusque hæresim, cuius meramifundit reprehensionem; ad ipsam quoque Eutyrianam hæresim ptogrediens. In quinto vero libro. (tot enim hocce consociunt opus) diuinorum rectorumque dogmarum epitome per comparisonem cum hæreticorum fabulis facta, quam non consulum præ illis, sed sincerum, atque irreprehensibile Catholicum dogma sit, demonstrat. Stylus huic perspicuus, minimeque redundans.

APPIANI ALEXANDRINI

Historie Romana libri XXIV.

LVII. a. De qua & Suidas: eandemq. ad Serbum penè descripta è Plus. Viris obseruatis docti.

LECTA est APPIANI a Romana historia, tribus quidem voluminibus, libel vero quatuor & viginti. quorum primus de septem Regibus, Romulo, Numâ Pompilio, Anco

Anco Hostilio, & altero à Anco Marcio Numæ nepote, Tarquinio, c Seruio Tulio, & Lucio Tarquinio agens, eorum opera, resque gestas continet. Horum Regum primus, auctor licet vrbis Romæ, ac conditor fuerit, & paterno potius animo, quam tyrannicè imperauerit; cæsus tamen est, vel (vt illis placet) disparuit. Alter, nihilo præcedente in imperando, ac fortè præstantior, vitam exacta ætate finiuit. Tertius fulmine ictus est. Quartus morbo vita decessit. Quintus à pastoribus ingulatus periiit. Sextus similiter cæsus, vitam morte commutauit, Septimus & vrbe, & regno ob tyrannidem exactus est. Inde soluto regno, ad consules imperium translatum. Hæc quidem primus liber complectitur: vnde inscriptio, ROMANORVM REGALIS.

APPIANVS. a. Lege Tullo, ex Livio, Dionys. Hælicarn. c. alio. b. Tlō d' ἄρχωντων ἄρχωντων, ἴδεν δὲ ἄρχωντων ἴδεν δὲ ἴδεν δὲ. c. Quod seruatus esset. Dion. Hælicarn. lib. 4.

Secundus liber habet, quæ in reliqua Italia, excepta ea, quæ ad mare Ionium est, gesta sunt: eius titulus: ROMANORVM ITALICA.

Sequens liber Romanorum bella cum Samnitibus refert (quæ gens copiosa, expugnataque difficilis, vt vix annis octoginta Romani bello subigere potuerint) quæq; gentes cum illis bellum gesserint. inscribitur: ROMANORVM SAMNITICA.

Quartus verò, quodd cum Gallis Romanorum bella referat, inscribitur ROMANORVM CELTICA. Sic & reliqui ordine libri.

Quintus, ROMANORVM SICVLA, & INSVLARIS; quodd cum Siculis & Insularis gesta commemorat.

Sextus, ROMANORVM IBERICA. Septimus, ROMANORVM HANNIBALICA; quodd cum Hannibale Punicum bellum referat.

Octauus, LIBYCA, PYNICA, & NYMIDICA. Nonus, ROMANORVM MACEDONICA.

Decimus, ROMANORVM GRÆCA & IONICA. Vndecimus, ROMANORVM SYRIACA, & PARTHICA.

Duodecimus, ROMANORVM MITHRIDATICA. Et hætenus quidem quæ aduersus exertas gentes Romanis edita facinora, bellaque gesta, narrantur; eademque hoc ordine per libros distributa sunt.

Quæ verò inter se Romani tumultuantes bella gesserunt, deinceps libri commemorant. quorum inde titulus: CIVILIVM BELLORVM Primus, Secundus, Tertius, & ordine ad nonum vsque librum, qui in vniuersum primus est & vicefimus.

Liber autem vicefimus secundus, inscribitur ἘΚΑΤΟΝΤΑΕΤΙΑ [id est, annorum centuria.]

Insequens liber, DACICA. Vicefimus quartus, ARABICA.

Atque ista historia vniuersæ partitio est.

23

Bellorum autem ciuiliu libri ea primùm continentur, quæ Marius & Sulla inter se belligerantes patrarunt. Deinde quæ Pompeius & Iulius Cæsar gesserunt, postquam etiam hi factionibus inter se contendere, præliisque ingentibus confligere cæperunt; quando & fortuna Iulio fauens, terga dare ac fugere Pompeium aegit. Post ab Antonio & Octaui Cæsare, qui & Augustus dictus, gesta cum Cæsaris Iulij percussoribus. qua etiam tempestate plerique Romanorum illustres, indicta causa, ad mortem raptabantur. Denique & quæ inter ipsos acciderunt, Antonium, inquam, & Augustum, horrendis inuicem bellis cum multorum exercituum strage confingentes: etfi ab Augusto tandem victoria sterit, qua etiam à sociis desertus Antonius in Ægyptum profugatus, vbi manum sibi adferens, vitam abruptit. Quo item librorum belli ciuilis vltimo Ægyptus describitur, vt in Romanorum potestatem venerit: vtque res Romana in vnus Augusti imperium reciderit.

Historiæ totius initium ducitur ab Ænea, filio Anchisæ, filij Capys, qui Troiano bello interfuit, Ilioque capto atque euerso fugit, & variis iactatus erroribus, ad Italiam quoddam littus se applicuit, quod Laurentum dictum; vbi & castra illius ostenduntur, & ex ipso ora illa maritima Troiana nominatur. Imperabat tum ibi Aboriginibus Italiae populis Faunus, Martis filius: qui & Æneæ nuptum filiam suam Lauiniam dedit, a d. Lege v. sine τετραγονίω.

quadringentaque circum circa terra stadia attribuit, vbi Æneas oppidum ædificauit, quod ab vxoris Lauiniae nomine Lauinium vocauit. Tertio abhinc anno, extincto Fauno, imperium nactus Æneas est, iure affinitatis: & Aborigines ob affinitatem Latini

Fauni

Fauni

Fauni

Fauni

Fauni

Fauni

Fauni

Fauni

Fauni

a. Post diuinitu mysterioru perc... Nixeph. lib. 13. cap. 9. ex Palladio & alio. Propter spiritum... b. Discrepat... c. Cuius insignis... d. Supr. cap. 2. e. D. Bevon... f. Omittit... g. in... h. Quadam... i. Socrat. lib. 6. cap. 27. Vide B. Basil. de pent. Graci exempl. si quis... Constantinop. missis... i. Ille puto... i. Synopolita...

nus Eucharistiae obtulerit mysteria. Vicefirmum... largiatur, vt per illos laboribus clerum opprimat.

Hæc accusationis in sanctum virum capita sunt: qui quidem quartum appellatus non comparuit, citantibus respondens: Si apertos hostes in iudicium ordine submoueritis, præsti, inquit, sum, meq; sistam; vt si quis me accusarit, causam dicam: sin id facere de rectoris quoties citabitur, nihil proficietis. Examinarunt itaq; vt putabant, horum omnium caput primum ac secundum.

Hinc cæperunt in Heraclidem, & Palladium Helenopolis, episcopos ambos, conquirere: & Ioannes monachus (cuius Ioannes diaconus in suis B. Chrysoptomi accusationibus meminerat) libellum itidem porrexit, accusans Heraclidem, quod Origenista esset, & Cæsareæ Palæstinæ in furto deprehensus fuisset, Aquilini diaconi vestimenta furatus; & quamuis talis esset, inquit, Ioannes episcopus Ephesiorum eum episcopum ordinauit. Accusat præterea ipsum Chrysoptomum, quod multa Origenistarum causa aduersa passus sit à Sarapione, quodque hunc ille à se miserit. Horum itaq; cognitione peracta, inquisitum deinceps est in caput nonum accusationum, mox in vicefirmum septimum.

Postea rursus Isaacius episcopus Heraclidem accusat vt Origenistam, minimeque susceptum à sanctissimo Epiphano, neque in precationis, neque in ciborum communionem. Protulit & idem Isaacius libellum contra Chrysoptomum, hæc ferè continentem. Primum, de Ioanne monacho sæpius iam nominato, quod propter Origenistas vapulasset, & ferro victus fuisset. Secundum, quod B. Epiphanius propter hos Origenistas, f. Ammonium, Euthymium, Eusebium, Heraclidem, & Palladium, communicare cum illo noluisse. Tertium, quod hospitalitatem, solus quotidie cibum capiens, desereret. Quartum, quod in Ecclesia dicat, mensam esse furiarum plenam. Quintum, quod in Ecclesia se ita iactet: Depereo, insanio. Sextum, oportuisse illum interpretari, quænam illæ furæ essent; & quid sit, Depereo, insanio: has enim Ecclesia voces ignorat. Septimum, quod licentiam peccantibus præbeat, sic docens: Si iterum peccasti, poeniteat iterum: Et quoties peccaueris, veni ad me, ego te sanabo. Octauum, quod in Ecclesia docens blasphemet, Christum orantem ideò non esse exauditum, quod non vt oportet orasset. Nonum, quod hæc seditionem populum concitaret, etiam aduersus Synodum. Decimum, quod ex gentibus quosdam, qui Christianos valde afflixissent, susceperit, & in Ecclesia haberet, atque defenderet. Undecimum, quod multorum inuadat prouincias, ordinetque ibidem episcopos. Duodecimum, quod episcopos iniuria afficiat, & in domo sua pellat. Decimumtertium, quod clericos inuitatis iniuriis contumelisque affecerit. Decimumquartum, quod aliorum deposita vi rapuerit. Decimumquintum, quod sine conuentu, præterque clerici mentem, ordinet. Decimumsextum, quod Origenistas receperit: quod communicantes verò cum Ecclesia monachos, etiam commendatitias litteras adferrent, in carcerem coniectos non dimiserit: quin & in eo morientes, ne inuiderit quidem. Decimumseptimum, quod aliena mancipia nondum manumissa, immò & accusata, Episcopos ordinarit. Decimumoctauum, quod ipsum hunc Isaacium malè sæpè multarit.

Harum accusationum primum caput, quod id antea (vt rebantur) examinatum esset, excutere noluerunt; at in secundum & septimum inquisitum. Mox tertium quoque accusationis à Ioanne diacono factæ caput examinatur. In eo capite Isaacius Archipresbyter, qui ipsi Chrysoptomo successit, & Atticus presbyter, nescio quo modo testes adhibiti, contra B. Chrysoptomum testimonium dixerunt: vt & Elpidius presbyter. Idem, & cum ipsis etiam Acacius presbyter, in quartum criminacionis caput testati sunt. Postquam ita excussa fuere hæc, prædicti presbyteri, ac præter eos Eudæmon & Onesimus, sententiam accelerari postularunt. Itaque synodi præses Paulus, Heraclæa

Epiphanius contra Nouat. k. Lege Nixeph. lib. 13. cap. 16. & 17. l. in dionysio in Græco legendum. Vide Notas m. Nixeph. lib. 13. cap. 9. n. Hoc cap. in Bevon. Annalib. desideratur. o. Represento Vocem ignatæ, atq; inauditam; si quis forsitan aliquid ex ea rectè exculpat. p. Longos fratres intelligit. q. Ad accusandos Longos, à Theoph. Constantinop. missis, vt ex Palladio cõstat, & Georg. Alexan. inf. pag. 143. r. Nicophorus eum suis depingit coloribus lib. 13. cap. 28. s. Ille puto, qui Artaxia successit, de quo Nixeph. supr. cap. 29. t. Propterea opinor, quod Patriarcha toleret ab Heraclæa Metropolita Emanuel impositionem accipere, quia Byzantium in huius episcopatu olim fuit, autare Cypriat. de offic. Constantinopol.

Heraclæa Episcopus, omnes sententiam dicere voluit; statutumque vt ipsi visum, beatum virum sede pellendum, incipiente Gymnasio episcopo, & finiente Theophilo Alexandrino; numero omnes quinq; & quadraginta. Post missa est ad clerum Constantinopolitanum, tanquã à Synodo, epistola de Chrysoptomi à throno deiectione. Relatio quoque ad Imperatores facta. Ad hæc tres oblati libelli, à Gerotio, Faustino, & Eudæmonio, qui se iniuste à Ioanne Episcopatu motos querebantur. Imperatorum vicissim ad Synodum missum est rescriptum. Atq; in his ferè duodecima actio consumitur. nam decimatertia, vt diximus, ea cõtinet, quæ ad Heraclidem Ephesi Episcopum pertinebant,

SYNOD. ILLRG. a. De quo Nixeph. lib. 13. cap. 9. m. i. i. i. i.

HERODOTI HALICARNASSEI

Historiarum libri IX.

LEGVNTVR historiarum HERODOTI libri nonem, numero & nomine totidem Musarum. Hic Ionice dialecti norma esse queat, vt Atticæ Thucydides, Fabulas adhibet, crebraq; digressiones, per quæ sensus ipsi atq; sententiæ dulcedo fluit; quãquam pro historici modo, propterea ipsius, & conueniente charactere, hæc ipsa interdum obfcuritate pariant, recusante veritate fabulis suam obfuscati accuracionem, aut plus æquo à re proposita scriptorem digredi.

Auspiciatur historiam à Cyri imperio, qui primus Persarum regnum tenuit: vnde natus, quomodoq; educatus creuerit, atq; regnauit: & pertingit ad vsq; Xerxis imperium, eiusq; cõtra Athenienses expeditionem ac fugam. Quartus verò à Cyro rex fuit Xerxes: nam secundus Cambyfes erat, & tertius Darius. Qui enim interiectus est Smerdes magus, his non adnumeratur; quod tyrannus fuerit, sibiq; minimè debitum regnum, do malo ac fraudibus occuparit. Darii successor, Xerxes filius fuit, in quem historia à desinit; neque ad regni eius finem vsque progressa: quia his temporibus Herodotus ipse floruit, vt inter ceteros & Diodorus Siculus testatur. Thucydidem ferunt cum adolescentem admodum apud patrem adstant, hunc suam historiam recitantem audire, illa, crymalte, Herodotum que de illo subiecitisse: Quam est tuus hic filius, Olure, ardentia discendum ingenio?

Myalem, & Sepe oppugnatione scribens finem fecit, inquit Diod. lib. 11. Biblioth. b. Suid. in Thucyd. & Marcellin. in Vita eiusd. LXI. Est & altera Æschini Vita inf. Cod. 264. pag. 798. ex Plutarchi opusculo decem Græcia oratorum, si eius modo est, quomodo hæc componere primum opera fuerit. De hoc alioq; nominis eiusdem Suidas quoq; exferit, vt aliquid. a. Nunc 12. leguntur. b. Forte Cæcilius, cuius oratoris meminit Plut. in Vita Demosth. & Dionys. Halicarn. epist. ad Pomp. Delianam autem hanc eius Plut. Æschini abinducit, lib. de decem Orat. c. Socratici cognomina, de qua &

ÆSCHINIS

Orationes III. & Epistole IX.

LEGVNTVR ÆSCHINIS orationes tres, contra Timarchum, quæ princeps est orationum eius, & falsa legationis. Tertia verò & vltima contra Ctesiphontem. Tres enim dumtaxat legitimas esse hæc ferunt: Epistolas verò nouem. Quamobrem nonnulli orationes eius Græci nominarunt, cum ob orationis gratiam, tum à numero Charitum: Musas verò epistolas dixerunt, à numero nouem Musarum. Circumferunt & eius alia oratio, Deliaca lex inscripta; quam tamen Cicilius non recipit, sed ad alterum Æschinem Atheniensem, eius æqualem, hanc orationem, vt partum, refert.

Æschines hic vnus est in decem Græciæ oratoribus: qui accusatus aliquando à Demosthene malè obitæ legationis, à damnatus ideò non est, quod Eubulus homo popularis, cui subseruierat aliquando Æschines, Demosthenem vna oppugnans, tãtum effecerit, vt antequam dicendi finem Demosthenes fecisset, iudices exurgerent. Post verò cum reprehendisset Æschines Decretum, ac si contra legem scriptum esset, quod ex Cræsiophonis sententia, Demosthenis bono scriptum fuerat; & multam ipse sibi præfinitisset, ni contra legem scriptum esse ostenderet: eo non ostenso, vt promiserat, patria ecessit. Quare, ad Alexandrum Philippi filium in Asia belligeratem fugere animum induxit; sustinuit tamen, auditò eius obitu, & cognito plenos esse barbarum successores. Ad Rhodum igitur adnauigauit, in eaq; diutius hærens insula, pueros docuit. Mirantibus verò auditoribus, hærentibusq; tantus orator cum esset, quomodo à Demosthene victus cessisset: g Si, inquit, bestiam ipsam (Demosthenem nimirum feram appellans) audissetis, non vix, hæsitaretis. Fertur ibi primus & fictiones, & quas ferit declamationes, illo in otio composuisse. Senex demum à Rhodo in Samum migravit, fatiq; concessit. Obscurus natus est parentibus; patre quidem Attometo, matre verò Glaucothea

LXI. Est & altera Æschini Vita inf. Cod. 264. pag. 798. ex Plutarchi opusculo decem Græcia oratorum, si eius modo est, quomodo hæc componere primum opera fuerit. De hoc alioq; nominis eiusdem Suidas quoq; exferit, vt aliquid. a. Nunc 12. leguntur. b. Forte Cæcilius, cuius oratoris meminit Plut. in Vita Demosth. & Dionys. Halicarn. epist. ad Pomp. Delianam autem hanc eius Plut. Æschini abinducit, lib. de decem Orat. c. Socratici cognomina, de qua &

hic seq. pag. & Suid. d. Refert idem anonymus, Vita Æschini scriptor, Οτι ἴδω ἡδὴ νικῆσαι τὴν κερτυροδωμῆν Εὐβύλου σωματοφύλακον. e. Emendo, & xarà κερτυροδωμῆν ἐπὶ τῶν Δαμοσθένος ἐλθραίωντων, ἐν τῶν Δαμοσθένος ἐπὶ τῶν Κερτυροδωμῆν. f. Suidæ Plut. opusc. 10. orat. in Æsch. g. Suidæ Plin. hist. lib. 7. c. 30. & Plin. Secunda. lib. 2. ep. 3. & Anth. Suidæ Æsch. ἀδύνατον.

a. *regis, alibi*
τιδεσπια, quasi
Initiatrix: apud
Suid.
 b. *Cic. Divina in*
Perr. se reddis:
τον τεταρτων-
εσμων, qui rarius
ad agendum repre-
debatur, quam
qui secundarum
esset. Idem Tex-
trarius quog. di-
ctus legitur.
 c. *Quod ei De-*
mosth. exprobra-
uit orat. de susse-
legat.
 d. *Inf. pag. 799.*
& in Plutarcho
decoratoribus
Leodamitis au-
ditor dicitur.
Suid. Sp. Alci-
damiditis Eleas.
 e. *Cuius vitam*
habes apud La-
ert. lib. 2.
 f. *Inf. pag. 173.*

a sacerdote. Fratres duos habuit, Aphobetum, & Philocharin. Initio, b tertiarum partium hiftrionem egit c, vt erat vocalis: deinde tabellio Senatui fuit: post verò non diu ad rempublicam se contulit: fuit que Athenis Atticis Philippicarum partium studiosus; qua etiam de causa à Demosthene civili contentione dissenfit. Platonis quoque auditorem, & d Antalcidæ discipulum fuisse ferunt: & sunt vtriusque rei indicio Æschinis orationes, cum verborum granditate, tum grauitate inuentionis. Dionysius verò sophista, cum fortè in eius orationem, quam aduersus Timarchum habuit, incidisset, lecto promœnij eius hoc principio: *Equidem nulli vnquam aut in iudicio periculum creant, aut in rationibus exigendis molestus fui;* dixisse fertur: *Vtinam multis sepe periculum creaffes: Vtinam multis molestus fuiffes, vt multas id genus orationes nobis reliquiffes.* aded est oratoris huius caractere delectatus.

Est eius oratio tanquam sponte nata, & extemporanea; non tãtam artis, quantum ingenij ipsius admirationem concitans. Etenim cum grãdia omnia in eius orationibus reperias, tum quæ maximè naturæ præstantiam ostendant. In vocibus enim simplex, & candidus, clarus tamen, & in orationum cõpõsitione, neq; valde languidus, vt Illocrates, neque contractus & astrictus, vt Lyfias: ipso insuper spiritu ac contentione nihil Demosthene inferior. Schematibus præterea cum sententiãrum, tum verborum ita vsus est, non tam vt ex arte, quam pro subiecte rei ac negotij necessitate, dicere videatur. Quamobrem & simplex atq; inelaborata eius apparere dictio, ac veluti populari orationi, & priuato sermoni maximè conueniens. Non enim vel in ratiocinationibus, vel in enthymematis multus, nimiumq; coactus. Ceterum e Æschinem Lyfanæ filium, quem & Socraticum nominant, cum alijs plures, tum f Phrynichus potissimum, in optimis oratoribus, vt regulam statuit; eiusque orationes post Artici sermonis principes collocat.

PRAXAGORÆ ATHENIENSIS

De rebus Constantini Magni libri II.

LXII.

a. *Ibnehas hoc*
loco pro Suidas
legendum, hiftra-
ria mouent.
 b. *Maximianus,*
Maximinum
& Licinium
Imp. Sedetur
confundere.

LECTI sunt PRAXAGORÆ ATHENIENSIS de gestis Constantini Magni historiarum libri duo: quibus narrat Constantini patrem Cõstantium Britannicæ, & Hispaniæ imperasse; b Maximianũ Romæ, & cetera Italiae, atq; Siciliæ regnum tenuisse: alterum verò Maximinum Græciam, Macedoniam, minoremq; Asiam, ac Thraciam occupasse: Diocletianum autem, qui ceteros ætate antebat, Bithyniam habuisse; Arabiam item, & Africam, atq; Ægypti omnẽ oram, quam Nilus aluit. Igitur Cõstantinum pater ad Diocletianum Nicomediam erudiendũ misit. Aderat tum fortè Maximinus ille, qui inferiori Asiæ imperitabat, & insidias adolefcenti tendere animum inducens, ac pugna cum fero leone ineundam composuit. Ille verò feram superans, occidit; deprehensiq; insidiis, ad patrem confugit: quo vita simul & imperio functo, regnum filius excepit.

Et postea, Gallos, & Germanos, gentes finitimas ac barbaras, in potestatem redegit. Cognito dein impotenter ac tyrannicè subditis imperare Maxentium (hic post Maximinum Romæ dominabatur) expeditionem aduersus eum suscepit, pœnas tyrannidis in subditos exacturus. Mox prælio superior, in fugam tyrannum conuertit. Ille verò fugiens, quem hostibus per dolum interitum machinatus est, ipse reperit; in foueam, quam alijs parauerat, delatus. Huius caput Romani à corpore resecutum, hastæq; impositum, per vrberem gestabant: & victori Constantino libentes se ac volentes etiam huius regni incolæ dederunt.

Audito rursus Licinium quoque crudeliter & in humane suis abuti, cui pars illa imperij obuenerat, quam Maximinus (is qui Constantino per leonem insidias struxerat) tenuerat, mortemq; obierat: non ferens intolerãdam ciuibus vim atq; iniuriam inferri, copias item contra hunc eduxit, quò tyrannidem legitimo commutaret imperio. Licinius verò, intellecta in se expeditione, metu percussus, immanitatem texit, humanitatisque speciem præferens, iureiurando etiam se obstrinxit, clementem deinceps subditis futurũ, quæq; fœdere icto promississet, integrè seruaturum. Quamobrem bello tũc Imperator abstinuit. Post tamen (vt cõquiescere improbitas nequit) violati iurifurandi reum, atq; in omne flagitiorum genus delapsũ, ingentibus præliis oppugnans, Nicomediam in clusum, obsedit. Hinc supplicis habitu ad Cõstantinum fugienti, ademptũ imperium est, & Cõstantino magno traditũ. sic, q̃sito pridè digno Imperatore, sibi tandem ille iam dicta imperia omnia vindicauit. Patrium enim regnum hæreditatis iure adiit;

Romanum

Romanum etiam, euerso a Maximino; Græciæ quoque ac Macedoniæ, minorisque PRAXAGORAS. Asia, exuto, vt diximus, regno Licinio. Veruntamen & alterius partis, cui Diocletianus a. *Immo Serius* præferat, imperium sibi adiunxit. Nam etiam hanc belli iure Maximino ademptam tenebat, qui Diocletiano successerat, Licinius. Victor itaque, & vnus ex omnibus imperium conflans, mox Byzantium cognominem sibi ciuitatem fecit. Refert autem Praxagoras, tametsi gentium sectæ adhærens, omni virtutum atq; honestatis genere, omnique aded felicitate, omnes omnino qui antecesserint Imperatores, facillè obscurasse Constantinum: quibus & duo ipsius historiarum libri terminantur.

Annos natus erat duos admodum & viginti Praxagoras, vt de se ipse testatur, cum hæc commentaretur. Scripserat & libris duobus de regibus Athenarum, annum agens vndeicesimum. Composuit quoque historiarũ libros sex, de rebus gestis Alexandri Magni regis Macedonum, primo & tricesimo ætatis anno. Stylus illi apertus est, ac iucundus; non nihil tamen æquo languidior. Ionica verò & ipse vsus est dialecto.

PROCOPII RHETORIS

Historiarum libri VIII.

LXIII.

LEGVNTVR a PROCOPII Rhetoris historiarum libri octo: Narrat quæ sub Iustiano Imperatore Romani cum Persis, Vandalis ac Gothis gesserunt, ductu potissimum Belisarij, belli Imperatoris: b cum quo Rhetor hic diu multumque familiariter versatus, quæ oculis spectauerat, memoriæ mandauit.

PRIMO itaque libro isthæc commemorat.

Arcadius Romanorum Imperator vita functus, Theodosio filio, tutorem Isidgerdam regem Persarum testamenti tabulis reliquit. Quibus ille tabulis acceptis, puerum liberaliter eduxit, regnumq; illi factum rectum seruauit. Inde Vararanes, Isidgerdam mortuo, succedens, contra Romanos bellum mouit; verum Anatolio, duce Orientis, ad Persas in legationem à Theodosio misso, Vararanes Persarum rex legatione audita, domum icto fœdere, reuertit. Post hæc Perozes Persarum rex, Isidgerdam alterum, Vararane filium excipiens, is Hunnis bellum intulit, qui e Ephthalitæ, & Candidi nominantur: sunt enim albi coloris: vtq; egregia specie, sic & ceteris Hunnis dissimiles. Neq; a Numidarum ritu vagantur, vel agrestes sunt; sed ciuilem inter ipsos societatem legibus tuentur, regibusq; suis subiiciuntur. Hi ad Boream Persis finitimi sunt; quamobrem etiam finium, terminorumque causa in Ephthalitas Perozes exercitum duxit: sed Ephthalitarum vafricie, ad iniqua primum loca delatus, ignominiosè, & vix salutem pactus, rediit. Adorans enim, tanquam dominum, Ephthalitarum regem, & nunquam postea bellam se moturum iureiurando confirmans, euasit. Rupto tamen ille postea fœdere, duobusq; iterum copiis, fœdè simul cum omni exercitu perijt, fossis quibusdam ac puteis ab hoste comparatis haustus, cum quartum & vicesimum regnaret annum; quando & e celebratus ille vnio, quem dextera gestabat aure, perijt.

[*se Margarita; & margari, & margaridæ dicuntur. Inuenitur enim Margaritus hic apud Procopium rhetorem, alijsq; classicos scriptores. Margaridæ est apud Praxagoram, Ionicum scriptorem, libro secundo historiarum de vita Constantini Magni; & alios item auctores. Margaritæ verò frequens est, & à multis usurpatum.*]

Dehinc post Perozen Cabades, minimus natu filius, regnum excepit. Is violatarum legum reus factus, in custodiam, cui Lethes nomen, ab ipsis Persis missus, vxoris tandem fraude dilapsus, ad Euthalitas confugit: quorum cum ingentem collegisset exercitum, quem in Persas duxit, regnum sine pugna recuperauit: & Blafen Perozi fratrem iam tum pro se regnantem, desertum à suis captumque, oleo feruenti in oculos misso (sic enim Persis soleme est) excæcauit.

Quæ insuper Pacurium inter Persarum regem, & Arfacen Armeniorum contigerunt, de quæ magorum consilio Pacurio contra Arfacen dato, nisi fabulosa hæc sunt, scripsit auctor.

Idem ille Cabades Euthalitis ingenti ære obstrictus, ab Anastasio Imp. pecuniam mutua postulauit. Quam vbi non impetrauit, nulla alia de causa repentina incurfione bonam Armeniæ partem vastauit, Amidamque obsedit. Dum verò ab ea, potiundæ spe amissa, recedit, fœdum meretricularum spectaculũ iterandæ obsidionis causam præ-

PRAXAGORAS.
 a. *Immo Serius*
 Maxentio, ex
 hiftrio. a. fide.

a. *Suid. Illustrij*
cognomen
illi tribuit, pa-
triamq; Cas-
ream Palestin.
Legitibi plura.
 b. *Scriptum fu-*
isse Belisarij.
restis Suid.

c. *Vide Notas*
exempl. Gr. &
inf. pag. 38.
 d. *Nomades di-*
cuntur Plin. lib.
 V. *cap. 3. à per-*
mutandis pa-
bulis.

e. *τις πολυδρι-*
δων περιεγρα-
 f. *Hoc Scholion*
 alieno loco in ex-
 empl. Græco col-
 locatum, huc
 tanquam in sua
 sedem retraxi-
 mus.

buit. Ira igitur ac furore percitus Cabades in obsidio perdurans, urbem vi expugnat, ciuesq; seruos esse iubet. Postea tamen plerosq; captiuos gratis domum remisit, quos & Anastasius omni est benevolentia genere complexus.

Cognito vero Amidam obsideri, ingentes admodum aduersus Persas Anastasius copias milit, creatis ducibus, Areobindo Orientis duce, qui Olybrii, eius qui paulo ante in Occidente imperauerat, gener erat: Celere item magistro: Patricio quoque Phryge, & Hypatio cognato patruale. Ad quatuor autem hosce duces acceperunt & Iustinus, qui Anastasij imperium excepit, aliiq; plurimi bello prastantes viri. Exercitum tantum nunquam a Romanis in Persas missum ferunt. At dum moram cunctando nectunt, capta ciuitas est. neque simul omnes cum Cabade, conferta manu, confixerunt; sed serosum singuli turpiter victi, multis fuorum desideratis, discesserunt. Tandem tamen, ductis ad Amidam copiis, urbem cinxerunt, diuq; harentes Romani, Persas inclusos, & rerum inopia laborantes, ad septem annorum inducias compulerunt, auctoribus Celere Romano, & Aspenede Persa.

Taurus Cilicum mons per Cappadocas primum, & Armenios sese extendit, ac terram, quos vocant, Persarmeniorum; dehinc per Albanos porrigitur, & Iberos, & quascunq; alias sui iuris gentes, quae Persis dicto audientes, iis in locis habitant. Praeteregresso vero Iberorum fines, semita quadam occurrit angustissima, stadiis ferè sexaginta producta, quae in abruptum quendam penitusq; inuium desinit locum: vbi neq; transitus apparet vllus, praeterquam porta tanquam manu constructa, ibidem à natura constituta, quae b Caspiâ antiquitus dicta. Ultra eam portam campi sunt equitationi accommodi, & nativis aquis referti, ac regio multa equis pascedis, & plana: vbi Hunnorum ferè gentes omnes habitant, vsq; ad Maotidem pertinentes paludem. Hi si quando per Caspiam portam (cuius modo memini) in Persarum & Romanorum regionem tendunt, integris equis quam incitatissimo cursu feruntur. Nā sexaginta his dumtaxat, quae diximus, stadiis cum loci difficultate conflistantur, quotquot ad Iberiae fines penetrare volunt: cum tamen per alios quosdam exitus profecti, magno labore aegrè aliquando in Persarum ac Romanorum oram perueniant. Quod vbi Alexander Philippi filius animadaertit, portas in dicto loco exaedificauit: praesidioq; ibidem relicto, munivit. Id munimētum Anastasij Imp. temporibus Ambazuces tenuit, domo Hunnus, Romanorum & Anastasij amicus, qui & portas illas eidem principi tradidit. Ille benevolentiam quidem suscepit, at loci curam non item. Itaque Cabades, mortuo Ambazuce, deiecit per vim eius liberis, portas occupauit.

Anastasius, pactis cum Cabade induciis, urbem [de suo nomine] Persis repugnanti- bus, aedificauit in regione Daras & Anchu: alteram item in Armenia, proximè ad Persarmeniae fines, quae prius Theodosiopolis dicta; quod Theodosius Imp. vrbis dignitatem ignobili vico attribuisset.

Anastasio vita functo, quamuis multi generis claritate imperio digni repererunt, ceteris repulsam passis, Iustinus succedit: ad quem Cabades, quo filio natu minimo Chosroae regnum tutò relinqueret, literas dedit, adoptari ab ipso Chosroen postulans. Iustinus postulatū vorum libenter accepit, vt & Iustinianus sororis eius filius, qui regni heres sperabatur. Sed Procli quaestoris consiliis sententiam mutarunt; neq; à Iustino Chosroes est adoptatus. Legibus enim filios honorū patris successores, suosq; haeredes existere aiebat. Hinc pro Chosroae & pace, à Persis Seofes, qui Cabaden pridem seruauit, & Beodes, à Romanis verò Rufinus, & Hypatius, legati missi. Et Beodes quidem Seofem apud Persas calumniatus, vita priuandū curauit. Rufinus verò Hypatium apud Imperatorem in simulando, magistratu deiecit.

Quod inter Bosporum & Chersonem dierū viginti medium interiacer spatium, Hunni incolunt: qui suis olim legibus degentes, in Iustini nuper potestate venerunt: vt iam Cherson Romani terminus imperij esset. Acceperunt & Iberi Iustino Imp. vna cum Gurgogene eorum duce, à Persis malè tractati. Qua de causa Romanos inter & Persas bellum exarsit.

Viuens etiamnum Iustinus in societate imperij adsciuit Iustinianum, qui mortuo auunculo, solus imperio potitus est. Belisarius & g Sitas praetoriarum milites fuerūt, quo tēpore Iustinianus copias ducebat: à Iustino verò militibus in Daras pfectus Belisarius datus est; eūdem & Procopius hic scriptor à consiliis illi additus. Imperante post solo Iustini-
niano,

a. aliquinquaginta.

b. De Caspiis portis Geographi videndi, c. 2. Curt. Arrianius, c. 45.

d. 45.

e. Aliter Mebodes, in Procopio, Raphael Volaterrano interprete.

f. Gurgenes est in Procopio Volaterrani. g. aliter Sitas.

niano, dux Oriētis creatus Belisarius in Persas mouere iussus est. Cabades Perozen genere Persam, dignitate Meranem, exercitui suo praefecit. Cū aut vterq; exercitū ciua Daras haberet, Belisario Perozes denūciauit, paratū sibi in vrbe balneū haberet: lauare enim postero die velle. Quam obrem Romani ad pugnam fortiter se cōpararunt. In acie dein vtriusq; exercitū cōstituit, Andreas quidam Byzantius, a gymnasticis exercitiis, atq; palaestra Byzantij praefectus (qui & Buzæ, militum cum Belisario tribuno, domesticus hārebat, Buzæ corpus in balneo curare solitus) cum ad singulare certamen prouocatum esset, ignotus omnibus, bis depugnando victor decessit, caprumque praellium finierunt. Post iterum comisso inter eos praelio, Romani longè superiores euaserunt, cum ingenti Persarum clade. Quo factum est, vt cum Romanis exinde iusto praedio dimicare detrecharint, incurfiones tamen vtrinque factæ.

Cabades alterum in Armeniam Romanis subditam exercitum misit, qui ex Persarmenis, & Saunicis, & Sabæris constabat. His Mermeroes copijs profectus. Dorotheus verò Armeniae dux, & Sitas, qui & toti huic Romano exercitui praefuit, manu cum hoste conferta, pauci maiores longè copias superarunt: vnde & domum Persæ fugerūt. Hac occasione Romani cum alia Persicæ regionis occuparunt loca, tum Phrangium, quod vocant, ceperunt, vnde aurum Persæ effodientes Regi pendunt. Zani vero, Samian antiquitus appellati, liberi, & latronum ritu vicina populantes loca, Sita duce victi, in ius nostrum, ditionemq; concedentes, Christiani facti sunt, & Romanis parent, vt etiam in horum castris vna permixti militarint.

Cabades, amisso vtroque exercitu, animi pendeat. Sed Alemundarus Persicorum Saracenorum Rex, vir bello acer ac strenuus, res Romanorum valde infregit, annis quinquaginta. Hic Cabadi suggestit, Antiochiam praesidio nudatam, finitimaq; inuaderet. Belisarius, re cognita, quam maturimè occurrit, eductis Isaurorum copijs, & Aretha Romanarum partium Saracenorum Rege, qui suam ipse gentem ductabat. Alemundarus vero, & Azarethes metu percussus, retro domum se recepit. Et Belisarius pone sequebatur, non tam cum hoste manus conferere cupidus, quam vt eum insequi se fingeret: donec multis vulgi conuictijs, primum quidem clam, deinde etiam palam lacessitus, inuitus ad pugnam descendit. Cadentibus initio multis vtrinque, ac caesis, aniceps diu pugna fuit: veris dehinc in fugam Arethæ copijs, atque Isauris, à Persis summa virtute pugnantibus, victoria iterit: vt nisi ex equo ad pedes Belisarius desiliisset, ac reliquias sese adiungendo auxilium attulisset, debellatum eo die esset, caesisq; ad vnum omnes internecone fuissent. Attamen Azarethes Persarum dux, domum ad Cabaden reuersus, victoriae fructum non tulit. Suorum enim multos in praedio amiserat, licet aduersariorum plures cecidissent. Quam obrem inhonoratis adnumeratus est.

Euocat Constantinopolim Iustinianus Imp. Belisarium, vt inde in Vandalos expeditionem suscipiat: Orientiq; custodem Sitam imposuit. Hisce temporibus & Persæ cum Romanis concurrerunt, & Cabade mortuo, filius Chosroës regni habenas suscepit. Missi ergo ad eum legari, Rufinus, Alexander, Thomas, & Hermogenes: quibus pacem velle se facere dixit & perpetuam, centenariorum nimirum centum & decem. Verum re tum infecta discesserunt: nec nisi postea constituta pactaque pax illa est perpetua, imperante sextimo iam annum Iustiniano. Per eam Romani pecunias, Phrangium, & Bolum arcem Persis reddiderunt, est vicissim Romanis Laziorum in finibus opida, & Dagarem, virum bello strenuum (tradito pro eo & altero non ignobili viro) remiserunt. Mox vtrique Imperatori structa insidiae à subditis. Chosroen quidem, vt turbulentis intemperantisq; ingenij virum, Persæ inuisum cum habent, Cabaden Zamæ fratris eius filium, Regem sibi facere constituunt. Quo cognito, Chosroës Zamæ fratrem, reliquosq; germanos, & coniurationis socios necat. Sic tranquillata res est, quiesq; data. Cabades tamen, Zamæ filius, admodum adulescens, prudentia Channarangi, Adergi-Dubantæ caedem effugit, quo nomine hic postea à Chosroë est interfectus. Iustiniano quoque Imp. plebs Romæ insidias comparauit, creato Imperatore (tametsi repugnaret) Hypatio Anastasij eius, qui imperarat, patruale; nata seditione, ortoq; tumultu è contentione ludorum Circensium. b Cæsar itaque Iustinianus, Belisario & Mundo ducibus vsus, Hypatium occidit, multosq; coniurationis huius socios sustulit, planè vt ciuium tunc ad triginta millia occubuerint. Imperatori supplicias adferebant Boraides, & Iustus Iustiniani fratris filius.

a. πρὸδοτελεῖς, magister exercitor, apud Plaut. Trinum.

b. d. Sauritis. c. Ius quoque Hunni vocati sunt.

d. 15. γὰρ ἰκλίνω.

e. εἰρήνην ἀπέπειντο. f. Septimo imperij anno, inquit Procop.

g. Adeo quadubadi, est in Procopio Latino. h. Populus vbi que factione veneta, & praesina diuiserat Procopius.

In eo ipso libro narrat de Triboniano, qui è Pamphylia genus daxit, & Quæstoris munus obijt, de quæ auaritia eiusdem, ac blandiloquentia. De Ioanne item Cappadocum Præfecto prætorio, eiusq; vitijs plurimis. Vt Antonina Belisarij coniu per Euphemiam filiam eius callidè Ioannem circumuenerit, & insidias Imperatori struere patefecerit: ut quæ demum, Eusebio Cyzici Episcopo ex insidijs occiso, impij sceleris confors habitus, corpore quæstionibus cruciati, inclementer tandem, ac seuerè perscriptus sit.

LIBRO SECVNDO RERV M

Persicarum ista refert.

Chosroën inuidia stimulatam, quod Africæ ditionem Romani tenerent, pacisq; propterea fœdera soluere parantem, Vittiges, Gotthorum Rex, per Ligures quosdam legatos, dein & per Basacum colloctus, magis inflammauit. Quo cum item tempore Armenij à Romanis defecissent, Sita duce pugnando interempto, Persisq; se permisissent, perpetua illa, ut vocant, pacis fœdera rumpere Chosroës, bellum quæ gerere animum induxit. Iustianus Imp. re cognita, Anastasium legatum misit hortatum, ne pacem solueret. Eadem tempestate & Vittiges à Belisario captus, Constantinopolim est missus. Chosroës nihilominus Romanorum fines inuadens, Suroorum opidum cepit, Surinosq; in seruitutem abduxit. Sed tandem vndecim captiuorum millia ducentis aureis permutans, liberos omnes dimisit, Candido Sergiopolis Episcopo pecuniam pollicito: qui cum promissis non staret, ad iustam dissolutionem adactus est. Chosroës dein Hierapolim obsidere cœperat, cum illi Berrhoeæ Episcopus [cui Magno nomen] pondo argenti duo millia promisit. Soluit itaque obsidionem Rex, pollicitus adhæc omni adeo Orientis Romanorum ditione se excessurum, si milliauri pondo caperet. Interea Buzes dux Orientis, viribus suis diffusus, cum Chosroë pugnare detrectans, circum circa oberrabat. Ergo Berrhoeæ admoto exercitu, Chosroes pecuniarum nimium quantum postulat, acceptisq; pondo argenti millibus duobus, alterum tantum exegit: quam quia ciues summam non pendebant, validè urbem oppugnat. Verum accedente Magno oppidi Episcopo, & Chosroën deprecante, Berrhoeenses immunes liberosq; abire permisit, quo quisque vellet. hinc plerique etiam militum ad Chosroën sua sponte transferunt, quod stipendijs eos Imperator fraudasset. Ab Antiochenis similiter pecuniam Chosroës postulans, nec impetrans, arcè Antiochiam cinxit. Cumque rex vrgeret obsidium, Theodactis, & Mulatzes, vna cum ijs militibus quos à Libano secum duxerant, clam urbem egressi, fugerunt. Ita Chosroës sine labore Antiochiam ad deditiorem compulit, a ciuesque in seruitutem redegit.

Adit Procop. Urbemq; præter templa incendit.

U. Ut Chosroës in præfens quin quagintamillia nummū auteriorū, ac totidem quotannis perpetuo accipiat, neq; eos ultra lacessat. Sic Procop. Valater. lib. 2.

c. Quæstionibus Eusebii. apparet desuper ignis in bar. d. De quo D. Bazar. To. I. ad an. Chr. 51. ex Basilijano lib. IV. Orthod. fidei ca. 17. ubi Abagarus nominatur. Et lib. I. contra Icenomachos. Eu. lib. I. cap. 13. Agbarus. alij Abgarus. Vide & Sw. 16. Aug.

bat, & Antiochia Chosroæ appellatur) vna omnes habitare iussit, tanta benevolentia significatione ac gratia in eos vsus, vt Principum nemini, præterquam sibi, parere voluerit: hippodromijs quoque, alijsq; voluptatibus illorum animos ibi oblectans.

Belisarius ex Italia dux reuocatus, aduersus Chosroën & Persas incunte verè missus, & in Mesopotamia versans, nudum fere ab armis exercitum, & ad Persarum nomē trepidantem, accuratè armauit, animauitque. Chosroës vero (Lazis cum inuitantibus, qui cum suo duce Gunaze iam Persis sese adiunxerant, propterea quod sordidius Ioannes cauponaretur, atque tributa exigeret) aduersus Petras urbem mouit: quæ vrbs Colchidis maritima est, ad Pontum Euxinum sita. Hanc dum obsidet, quamdiu quidem Ioannes superstes fuit, nihil profecit, cum vero iaculo Ioannes iugulum traiectus periit, urbem occupauit. Inquilinos tamen ab iniuria liberos dimisit. Sponsione enim illos in deditiorem accepit, & solius Ioannis bona plurima, quæ monopolijs ille quæsierat, inuasis omnia. Belisarius interim, Nisibi frustra tentata, & Sifaurorum urbē obsidens, vique oppugnans, pactis conditionibus cæpit, & a Bleschamen ducem, Persarumque viros grauissimos ibi captos, Constantinopolim misit. Arethas quoque cum exercitu contra Assyrios missus, eam oram deprædatus est: vnde magna pecuniarum vi ab Arethæ socijs parata, ad Belisarium redire detrectarunt. Belisarius ipse (tentato morbis exercitu, & rebus ab Arethagestis nondum cognitis, Rheticango insuper, & Theodactis discedere parantibus, ad Phœnicum oram custodiendam, quam Aluman-darus vastabat) sic è Persarum regione domum reuerit, & Constantinopolim ad Iustianum Augustum accersitus est.

b. Cognomento Zibus.

c. ubi etiam quæstionibus, Procop. p. 10. d. u. g. u. o. n. o. s. For-tassis idem locus qui Sitarbanum inf. Secatur à Theophyl. Simocates lib. 3. pag. 42 d. Belesmachus Procopio, & Bleschamus.

58

D Vos dumtaxat Historiarum Procopij libros, eosq; Persicarum rerum, in compendium Photius redegit, præteritis, qui hoc eodem opere sequebantur, De bello Vandali-co libris totidè cum quatuor Gothicarum rerum, & de adificijs Iustianiani libro singulari, tametsi hic vulgo in sex libros diducatur, fallente (vt sit) voce ambigua λέγῃ, quæ ibi Narrationem significat, vt & transitiones ostendant. Sunt igitur in vniuersum nouè huius historici operis libri, teste Photio ac Suida, quibus tamen hic decimū adijcit ἀνεκδοτα vocatum. Qui quidem historiarum libri, Græcè longè sunt, quam Latine editi, copiosiores, quos è liberali sua Bibliotheca, vereque augusta, adornantes Augustani nunc euulgant.

SCHOLION.

THEOPHANIS BYZANTII

Historiarum libri X.

LECTI sunt THEOPHANIS Constantinopolitani historiarum libri decem, quorum primus initium ducit ab illo Persico bello, quod ruptis iam fœderibus ijs exortum est, quæ a Iustino Imp. & Chosroës Persarum Rex inuicem constituerant. Soluerant ea Chosroës ipse, & a Iustinus, Iustianiani iam successor, exeunte altero imperij anno. Hinc ergo narrationem auspicatus, pergit porrò ad annum vsque belli decimum. Meminit verò hoc ipso primo voluminis libro, scripsisse quoque se quæ sub Iustiano gesta sunt, immò & plures eam decem hisce subiunxisse libros, satis manifestè apparet. Narrata autem hoc libro, qua ratione pacta conuenta sunt dissoluta, cum Iustinus per Comentiolum Suaniam à Chosroë repeteret, ipse verò verbo quidem promitteret, nò tamen re præstaret. Refert & in tota Mesopotamia terram mouisse, initium nimirum calamitatum, quæ subsequerentur.

a. al. Iustianianus sup. pag. 35. & 38 b. Iustinus minor.

In Oriente ad Tanaim Turci degunt, qui Masageta antiquitus dicti à Persis, sua lingua Kermichidnes appellantur. Hi tempestate hac legatos cum muneribus ad Iustinū Imp. legarunt, ne Abaros reciperet obsecrantes. Ille munera libenter accepit, omninq; adeo benevolentia atq; humanitatis genere cõplexus, domum remisit. Cumq; Abari mox accessissent (qui Pannoniam habitare, paceque frui Romanorum precabantur) ob datam Turcis fidem, pactasque conditiones, repulsam tulerunt.

Bombycum originem homo quidam Persa, Iustiano imperante, Constantinopoli ostendit, nunquam antea Romanis cognitam. Hic Persa è Serum regione profectus, vermium semen ferula inclusum, Constantinopolim saluum deportauit, ac vere in-eunte, in alimentum mori folijs semina imposuit: quæ folijs nutrita, & in alas se inducunt, & mirè cœperunt operari. Ergo Bombycum ortum, texendique artificium cum

d. De his & Theophyl. Simocates. lib. 7. infra 47. & Procop. lib. 4. Niceph. quoque lib. 17. cap. 32.

post

a. Vide sup. Prop. pag. 31.

post Turcis Iustinus Imperator ostendisset, vehementer obstupuerunt: nam Serum illi tum emporia portusque tenebant, quae Persae prius tenebant. Ephthalanus enim Ephthalitarum rex (a quo & appellationem uniuersum genus traxit) Perosen & Persas cum vicisset, subimori his locis Persae, rerum vero portiti sunt Ephthalitae: quos post paulo Turci praelio superantes, his etiam finibus pepulerunt.

Iustinus Zemarichum ad Turcos legatum misit: qui & publice eos epulis excipiens, omni que adeo officij genere exceptus, Constantinopolim remissus est. Quamobrem etiam Chosroes in Aethiopia, amicos populi Romani (olim Macrobius, nunc Homeritas appellatos) expeditionem suscepit, Regemque Homeritarum Sanaturcen, opera Meranis Persarum ducis, viuum cepit, vrbeque eorum direpta, incolas subiugauit.

Armenij a Surina male accepti (maxime in pietatis religionisque negotio) Surina coniuratione facta per Vardanum (cuius fratrem Manuelem ille interfecerat) & alium quendam Verdum occiderunt; & a Persis deficientes ad Romanos transfere, relictoque opido, quod incolabant, Dubij nomine, in Romanorum regionem commigrarunt. Atque haec ipsa potissimum causa Persis fuit rumpendi foederis, induciarumque cum Romanis. Desciuerunt post hos statim etiam Iberes, & Gorgone ipsos ducente, ad Romanos transierunt. Metropolis autem Iberorum Tiphilis tunc erat.

Marcianus Iustini Imp. patruelis, Orientis dux iam renunciatus, in expeditionem aduersus Chosroem, octavo imperij Iustini anno missus est. Ioannes vero Armeniae dux & Meranes Persarum, qui & Batamaanes, exercitum colligebant. Et Armenijs quidem socios se coniunxerunt, Colchi, Abasgi, & Saroes Rex Alanorum: Meranjs vero Sabiri, & Daganes, & Dilmaingens Marcianus ad Nisibenorum urbem, signis collatis, Meranem in fugam conuertit: eoque praelio mille & ducentos caecidit, viuos cepit septuaginta, Romanis septem dumtaxat desideratis. mox Nisibenorum moenia obsidione cinxit. Chosroes, remature cognita, quadraginta equitum millia, peditum vero amplius centum conducent, auxilium ferre, & cum Romanis conficere properauit. Interea loci aquid Imperatorem Marcianus affectati imperij accusatur, & calumniae fide adhibens Iustinus, exercitus eum imperio submouit, Theodorumque Iustiniani filium Tziron cognomento, suffecit. Hinc turbatis rebus, Romani quoque obsidionem soluerunt, & Chosroes Daras oppugnatam urbem vi cepit.

b. Idem forte, qui sup. Saberi, pag. 31.

THEOPHYLACTI SIMOCATTAE

LXV.

Historiarum libri IIX.

a. Suid. Θεοφύλακτος καὶ Σιμόκατος, οἱ ἐπινοήσαντες τὴν ἱστορίαν.

LECTI sunt THEOPHYLACTI Ex-praelecti, & Scribae Octo libri historiarum. Est hic Theophylactus domo Aegyptius. Dicitio illius Veneris aliquid habet, nisi quod figuratis vocibus, & allegoricis sensibus putide nimis ac frequenter ad satietatem vsus, in frigiditatem quandam, aciuueniles ineptias dilabatur. Veruntamen & sententiarum illa interiectio minus opportuna, diligentiam arguit & curiosam, & supervacaneam. Caetera bonus, in reprehensionem non incurrit. Auspicatur a Mauricij imperio, pergitque dum Phocas creatus Imperator est.

[a] Nicephorus Callistus eadem narrat lib. xix. Eccles. historiae cap. 45.

Libro primo haec narrat. (a) Mauricius a Tiberio tunc imperante renunciatus Imperator est, Ioanne eadem tempestate Constantinopolitanae Ecclesiae sedem tenente. Praecepta quadam Imperator Mauricio dedit, Ioannis quaestoris ad eam rem opera vsus, qui ad Mauricium ipsum, populumque verba facere, Imperatoris loco iussus est. Filiam Mauricio Tiberius despondit, posteroque die quam creatus Mauricius est, hic vita decessit. (b) Morti vicinus visum vidit, hac edita voce: *Tibi, O Tiberi, Trinitas Denunciatur, impietatis tyrannica tempora, te imperante, minime ventura.* Denunciabat nimirum Tragediam nefariae tyrannidis a crudeli Phoca sceleratoque occupandae.

b. Eius nominis IV. quem Iustinus totis appellauit, de quo inf. quo q. pag. 45. [b] Niceph. lib. xix. cap. 7.

Cum Abaris, qui iam Sirmium obsidere ceperant, inducias Mauricius fecit, ea lege, vt Barbaris quotannis cum pecunia numerata, tum vestibus, auri pondo millia octoginta penderet. quae, cum biennium induciae seruatae fuissent, barbarica quadam & inexplebili cupiditate soluta sunt: viginti enim millia amplius [vt centum essent] addita menti vice postulabant. Hinc potissimum ruptae induciae: captaeque a Barbaris Sinedon opidum, Augusta item, & Viminacium: obsessa & Anchialos vrbs. Missi Romanorum

manorum legati Elpidius, & Comentiolus ad Abarorum Chaganum, qui, quod liberius locutus apud Barbarum Comentiolus esset, contumeliose accepti. Vertente anno Elpidius rursus ad Chaganum in legationem profectus; viginii se millia additurum quotannis pollicetur: & Targertium quendam legatum ab Abaris accipiens, Constantinopolim misit. Postquam vero Abari Romanorum agros; praedas magnas agentes, diripiissent, in Chalcidem insulam Targertius deportatur; sex mensium illi exilio decreto. Comentiolus deinde aduersus Sclauos dux creatus, rem praecclare fortiterque gessit. Pacem iterum cum Romanis Chaganus tuitur. Refert Auctor de Boscobra imago, & de multarum vrbiuum Romanorum per Barbaros expugnatione.

a. κατὰ Σχολαστικόν.

Narrat porro Persarum Romanorumque praelium ad Nymphium flumen. b. Nuptias item Mauricij, & Constantinae Tiberij filiae. Refert & incendium in foro natum, sub initium imperij Mauritij Augusti. c. De Paulini venefici nece, & miraculo in pelui Glyceriae martyris. Quomodo & Ioannes patriarcha, quod Caesaris lenior esset sententia, ignibus esse tradendum praestigiatorem pronunciat, Apostoli etiam verbis in testimonium adhibitis; [de veneficio.] Quare Paulinus cum filio, impietatis aequum reo, ense percussit, capitis poenas dederunt. Adhaec de praesidio Aphumorum, & Acbae. In eodem libro Persarum Romanorumque pugna commemoratur. vtique Ioannis filius Barbarorum astu oppressus fuerit; d. Magnus item ille terrae motus, qui sub initium quoque principatus Mauritij accidit: deque eiusdem consulatu. e. Vt Philippicus, Caesaris ducta filia Gordia gener, Orientis imperij sit dux renunciatus; resque praerare, ac fortiter gesserit: deque egressu Romani exercitus a Media, vtique aequae penuria vehementer Romani laborant. Vt item Artzaninensium regionem, Romanorum dux in praedam suis dederit, deque Romani exercitus fortitudine: & vt Persarum dux quidquid ad Martyropolim agrorum est vastauit. Legatio etiam Persarum vna, & item altera ad Romanos. Et haec quidem libro primo.

b. Niceph. lib. xix. cap. 8.

c. Nic. eph. lib. xix. cap. 31.

Gal. 5. Apoc. 21. c. 22.

d. Niceph. lib. xix. c. 13.

e. Niceph. lib. xix. c. 10.

41

LIBRO SECVNDO, de monte Izala agit: deque insultatione atque iactantia Persarum Gardariga, exercitus apud eos ducis. De pugna item Philippici, & Romanorum cum Cardariga; & Persis ad Arzamonem pugna: vtique Philippicus notum manufactam imaginem gestans obierit, lustraritque exercitum, ac victoria per illud stris penes Romanos fuerit: & vt imago illa non manufacta; ad Simeonem Amidae Episcopum cum veneratione missa sit. Barbarorum agrum Romani depradari sunt, fugitque Cardariga ad urbem Daras. Darenis ab vrbe ipsum profligant, viribus hostium iam fractum. g. De Romanis militibus a Quarto Partheorum legione vulneratis. ita vocant eps, qui Berrhoeae vrbe Syriae, commorabantur. Romanorum expeditio in Artzaninensium regionem. Maruthas & Iouius eius orae duces ad Philippicum, & Romanos defecerunt. Priuatas copias Cardarigas; quibus Romanos ex insidijs adoriretur, collegit. Heraclius (eius Heraclij, qui post Imperator fuit, pater) a Philippico ad hostem speculatum emissus, miraculo seruatus est. De Zaberta homine Persa hic agit, vtique a Chlomarorum oppugnatione cessarint Romani. Adhuc de effusa turpique Philippici fuga, turbatoque ordine Romani exercitus. De morbo quo Philippicus correptus est, & de Heraclio, Heraclij post Imperatoris patre, in exercitus curam aduocato, vtique in Meridianos Medos Romanorum exercitum Subimperator ille duxerit, & vere ineunte in Persarum agros Romani irruerint. Complectitur & hic liber, vt contra Abaros Comentiolus expeditionem suscepit; Sub-imperatores nactus Maximuni, & Castum, vtique rebus ab his praecclare aduersus Abaros gestis; vnus tandem Castus in hostium venerit potestatem: vtique Ansimuth pedestrium copiarum Romanarum tribunum, Abari viuum ceperit, & in Thraciam incurssionem exercitus eorum fecerit, Comentiolo interim deliberrante, an Abatis occurreret: habitaque est in eam sententiam concio, & altera item contra, ne se hosti obijceret. Quomodo ortus in castris Abarorum rumor, Comentioli aduersus Chaganum irruptionem irritam fecerit. De Busa milite, qui in venatione ab Abatis captus, & a suis neglectus, contemptusque, Barbaros eam ob causam oppugnandarum vrbiuum machinas fabricare primus docuit. Vt Chaganus Beroem obsederit, sed nihil profecerit. Similiter & Diocletiani urbem oppugnari, neque ceperit tamen. Mauricium Im-

f. al. Izala.

g. Vide Cedren. in diuiriis.

perato-

a. παρὰ τὸν πρὸς τῶν Περσῶν. Vid. Suid.

peratorem Constantinopolis ab incondita Byzantiorum plebe conuictis exceptum, quod ob res infelicitate cum Barbaris gestas, Europa afflicta esset. Misisse itaque Ioannem, cognomento a Mystadona, belli ducem; Droctone ipsi Sub-imperatore attributo: qui ob-

b. Vide Cl. V. Iusti Lipsii epist. in No- tis ad exemplar Graecum. c. Niceph. lib. XIII. c. 11. aliam tumultus huius causam reddit. d. De aurea imagine accipiens. Vocē barbaram ἀρραβίαν, seu ἰνδι- quida, quidam hic notant. e. Niceph. lib. XIII. cap. 14.

f. Oratio Gregorij est apud Niceph. lib. XIII. cap. 15. & 16. g. De Sira verò trans fuga ca. 17. h. hic inf. pa. 43. h. Qui à Graecis Maurus appellatur, eos Roma- ni & indigena Maurus vocant. Strabo lib. 17. i. Sifaurorum urbem sup. nominare Protop. lib. 2. pag. 37. videtur.

k. Niceph. lib. XIII. cap. 18. l. Varamus hic est Nicephoro li. XIII. cap. 19. m. Niceph. lib. XIII. cap. 19. n. Cuius est sup. mentio pag. 39. o. Qui ante Praetorio praefectus Latine dictus. in lege Pet. Fabri de- mess. lib. 1. cap. 1. & duo seq. p. Niceph. lib. XIII. cap. 19. q. Vt & Roxane apud Ctesiam in Persici inf. p. 64.

& Chosroæ Persarum Regis fuga, vtque ad Circesium delatus, ad Mauriciū Imperatorem tendens, legationem ad eum miserit. Rursum de Baramo, vti dum astu ageret, vt rex ab illis crearetur, nec voti fieret compos, regem se ipse pronunciarit. Quomodo Cæsar Hierapolum deduxerit Chosroën, addita etiam a familia rege digna. De ijs, quæ gesta Chosroën inter, & Baramam, antequam cum Romanis foedus fieret: vtque ad Mauriciū Imp. legatione missa, Baramus repullam tulerit, Chosroës contra impetrarit. De legatione b Domitiani Meletinæ Episcopi, & Gregorij præfulis Antiochiæ, ab Imperatore ad Chosroën missa. De nece Baramo per fraudem à Zamerda, & Zoanam- ba parata, eorumque cæde, qui rei conscii fuissent. De Bindoë homine Persa, vtque de Perside fugerit, quod percussorum Barami socius esset, De Martyropoli à Chosroë Romanis reddita, deque Sitta c flammis exusto. Oratio item d sollempnis publicè de recepta vrbe habità Domitiano Melitinesium præfule.

a. Cum multis muneribus regij, inquit Niceph. lib. XIII. cap. 20. b. Mauricij cognati. Niceph. ibidem. c. In cruce altè Sittam referri Niceph. lib. XIII. c. 20. Et prius etiam lapidibus ob- ruit Euzag. lib. VII. cap. 18. d. isograsius.

44 QUINTVS LIBER continet, vti animi dubius, & æger Chosroës Persarum rex, B. Sergium martyrem veneratus sit, quem & Barbaræ nationes honore afficere consueuissent, quo malorum liberationem reperiant. a vtque Cruce aurea, margari- tis distincta, eum honorarit: indeq; Zadepræ fraudulenta per Rhosam cædes, consilio Bleschani, aliaq; quæ ex animi sententia Chosroæ obuenerint. De auri pecunia mutua Chosroæ Persarū regis à Mauricio Imp. data, eiusdemq; Regis chirographo acceptæ pecuniae. Legatio ite Chosroæ vt Comentiolo exercitus præfectura adimeretur. b Narlen ergo Comentiolus successore habuit; foederatumq; Romanorū aduersus Baram tyran- num bellū. De regijs Chosroæ ab Imperatore missis muneribus, vtq; claus vrbis Daras ille per Dolbam Legatum Cæsari remisit. Oratio Domitiani Melitina Episcopi, qua hortatur Romanos, vt belli societatem foedusq; incant cum Chosroë contra Baram, quæ item ante congressum ac prælium Romanorum cum Persis felicia Chosroï secundaque euenerint, vtque thesauros regios cum regia ipsa Persica Chosroës receperit per Bin- doën. Coniunctio Romanarum copiarum cum ex Armenia, tum ex Oriente. Pugna cum Baramo, victoriaque valde memoranda Romanorum. Quo in prælio, Narsis duc- tu, capti & Turci, c qui tum in fronte Crucis signum gestabant, quod sibi impres- serant, vt ipsimet narrabant, depellendæ sic olim luis pestilentis causa. Quæ item in Perside à e Golinduch acta, quamque illa d vitam monasticam egerit austerè. Chos- roæ in pristinam regiam postliminij reditus, quæque dona Sergio martyri miserit. Ad eundem sanctum virum legatio eiusdem, vt ex Hierem; quæ religione Christiana erat, liberos susciperet, & quomodo voti compos redditus, dona iterum egregia templo eius martyris dedicarit. Chosroës tyrannidis consortes, atque adeo Bindoën ipsum, vt qui in Regem manum armarat, mortis pœna vindicauit. f De ijs quæ prænuucia- uit Chosroës, fore, vt Romani tyrannide pressi tumultuarentur. Legatio Probi Chalcedonensis præfecti: & de imagine Deiparæ virginis, quæque in ea legatione ac- ciderint. g Imperatoris ad Anchialium Europæ vrbein profectio, & quod ei in h sue oblatum portentum; vtque domum ad palatium reuertit, cum Persica legatio, cui Za- lamban præerat, iam aduenisset.

a. Niceph. lib. XIII. c. 21. & lib. XVII. cap. 17.

b. Niceph. lib. XIII. cap. 20.

c. Narrat eadè Niceph. XIII. cap. 20.

e. Lege vitam apud Niceph. lib. XIII. cap. 25. à quo tamen no- nihil recedit Gr. Menolog. 11. Iul. d. filio domitiani f. Niceph. lib. XIII. cap. 27. g. Niceph. ibi- dem. cap. 28.

h. Georg. Cedren. canini hic partus monstrum meminit. Au ergo xvi fortean hoc loco pro èi legat.

45 LIBRO SEXTO hæc insunt: Vti exeuntem ex Vrbe Augustum, marina tempe- stas exceperit: a vtq; ad Heracleam, dum ibi commoratur, monstruosus partus natus: infans manibus, & oculis carens, adhæc & supercilij ac palpebris, ad femur piscis cau- da appendente: & quomodo sublatum hoc monstrum. De tribus illis Sclauis, citha- ras importantibus, qui ex Oceani partibus ad Chaganum missi ferebantur, & à Mauri- cio Imperatore spectati sunt. Legatio item Francorum ad Cæsarem, qua stipendio se illi militaturos polliciti, repullam tulerunt. Bossus, & Bettus legationem hanc à Theodoricho missi obibant. De grege cetorum, vtque ingens quidam telo icetus in siluam se contulerit: insequente vero hastifero, & altero item b Gepæde, vt hic illum ob au-

a. Niceph. lib. XIII. c. 35.

b. Suid. Theop. d. infra Gepædes po- puli nominantur. p. 47. & Suid. Theop. d. s. i. ob au-

hit Etymol. οὐ λεγόμενος ἀναγέλαστος, οὐδὲ Περσικῶν, οὐδὲ Γερμανοῦ παίδος. Ἔσται οὖν κῆρυξ ἢ ἀ- γορεύων τὸ πικρὸν, Ἰθνακίδης.

THEOPHYLAC. SIMOCAT.

ob aurea ornamenta ex insidijs interfecerit, & longo post interuallo cædis reus deprehensus, flammis sit traditus.

a. Niceph. hac eadem lib. XLIX. cap. 28.

Abarorum contra Romanos expeditio, vrbisque Singidonis obsidium. Vt Priscus belli dux delectus, & militiæ Europæ præfectus sit. Vt Chaganus b Driziperam delatus B. Alexandrini martyris templum obfederit: & quomodo Tzurulo opido inclusos Romanos Chaganus cinxerit: utque Mauricius astu deceptum Barbarum ab obsidione auerterit. Missa ab Abaris ad Romanos legatio, & quæ Ardagastus ab exercitu Romano accepit incommoda, præterea quæ sub Tatimero acta. Alexandri Tribuni militum fortitudo, Romanorumque res fortiter gesta, & Sclauorum interitus, horumque vicissim in Romanos impetus. c De monstris ad regiam vrbem natis, infantes, vnus biceps, alter quadrupes. Vt Prisco imperium fuerit abrogatum, d quod partem prædæ e Sclauis abductæ Chagano donasset, vtiq; pro illo Petrus Europæo bello dux præficiatur. De Theodoro item legato ad Chaganum à Prisco ire iusso, & de eius doctrina, atque rerum gerendarum dexterritate.

c. Niceph. lib. XIX. c. 35.

d. Niceph. cod. cap. 29.

b. Suid. Δεξιμαχῶ. Dubitant alij, an hac illa Δεξιμαχῶ Ptolem. Cedren. hic, eis τὸ Δεξιμαχῶ, de Chagano agens.

LIBRO SEPTIMO agitur de turbatis Romanorum ordinibus, eorundemque rebus fortiter gestis contra Sclauos, siue Getas: hoc enim nomine antiquitus appellati sunt. De ijs quæ e in ignobili quodam Thraciæ opido Petro & incolis acciderunt: Vtque Sclauorum Præfectus Piragastus sit interfectus. De militum Romanorum virtute, licet aquarem ingenti penuria premeretur. Petro à Sclauis pugna superato, Priscus iterum belli Imperator delectus est. Obitus Ioannis cognomento Ieiunatoris patriarchæ Constantinopolitani: deque mutua à Mauricio Imperatore accepta pecunia, datoque æris accepti confessiue chirographo: quantoque in pretio verè pius Augustus ille relictas à Præsule post mortem g pannofas vestes habnerit. De Mauruliorum aduersus Carthaginem expeditione, utque Genadij fortitudine bellum illud extinctum sit. De Cometa, qui dies complures visus est. De intestino apud Turcos, & ciuili bello: Accessit de eorundem Republic. narratio, vt h Turcorum Chaganus, Ephthalitarum principe interfecto, totam eam gentem subegerit: vt Agarenorum adhæc, & Colchorum gentem trecentarum millium strage cæciderit; vtiq; insurgentem aduersus se Turum interfecerit, quo nomine victoriæ nunciam epistolam Mauricio Imp. scripserit. Idem Abaros quoque sub iugum victos misit. i Refert & de gentibus, quæ Taugas incolunt, & de Nucri, in quas deuicti Abari dispersi sunt. Item de Var, & Chuni, quorum pars magna iam inde à Iustiniani temporibus, in Europa sedes habent, Abarosque sese nominarunt. Turcorum regionem terræmotui, ac pesti minime obnoxiam. De monte qui Aureus sit dictus, ac de ipsa vrbe, Taugas. k De bombycibus, qui ex se vestes gignunt sericas, & quod l serici ingens gignatur ad Chubdam vrbem, quam appellant, copia, quæque in illis vermibus glomerandis fieri solita. De Indis, qui candido sunt corpore. Disceptatio Chagani cum Prisco, de Singidonensibus in feruitutem abducendis, Prisci que contraria sententia, vtiq; eam vrbem Priscus serua-

e. in ἀστυ τῆ Σπαρτοῦ πόλει.

f. Quarti huius nominis, de quo legendus Baron. Card. To. VII. c. VIII.

g. Niceph. lib. XLIX. cap. 34. le-ctulum addit lignum. Hic non rectè à quibusdam cum Ioanne Eleemosynario Alexandrino confunditur. Minus etiam rectè pro sancto habitus à suis, teste D. Baron. VIII. Annal. ad an. Chr. 596. ex B. Gregorij Magni auctoritate.

h. Niceph. lib. XLIX. cap. 30.

i. Niceph. ibid. k. De his etiam supra pag. 38. in Theophane Byzantio, & Procop. lib. 4. Niceph. lib. XLIX. cap. 30.

l. τὰς μεταξὺς Μιταβῶν sericū esse crudi, nondum lotum, neque riuatū, sed avro-φύες, ex qua sericamenta serica conficiantur docti Lexicographi

Vide Suidam ὡς Σῆρες ἔσ' Ἐργυρῶ. m. Niceph. lib. XLIX. cap. 35. n. Niceph. ibid. o. Lego Δαριπίου αὐτοῦ. p. Vide qua notauimus sup. pag. 45.

THEOPHYLAC. SIMOCAT.

transfugam repellunt: quare inde ad Muros longos, quos vocant, ille se recepit. Barbari porro pone insequentes Diziperam capiunt, & Alexandri martyris templo incendio, corpus capsa extrahentes contumeliis afficiunt. Verum diuina mox vltio martyris est violatores consecuta. Septem enim Chagani filij vna die, inguinum morbo correpti, perierunt. Comentiolus in his turbis Constantinopoli hæret. Barbaris interim ad Muros longos propius accedentibus. Vnde tantus Constantinopolitanos terror inuasit, vt de Europa deserenda, & in Asiam transmittendo deliberarint. Legationem itaq; extemplo Imperator per Harmatonam ad Chaganum mittendam censuit, splendidisq; muneribus, & viginti millium auri pondo accessione, pacem ægrè redemit dicente illo: Iudicet Deus Chaganum inter, & Mauritium: Romanos item inter, ac Barbaros. b De monstris humana forma in Nilo flumine visis: deque Nili incremento atque eluione variè discrepantesque sententiæ. Hic verò scriptor c Agatharcidæ Gnidio assentitur. Quotannis enim ille ait in Æthiopiæ locis magnos continentesque cæli imbres decidere ab æstiuo solstitio, ad vsque autumnæ æquinoctium. Non sine causa itaque angustius hyeme Nilum fluere, quod suas dumtaxat e fontibus suapte natura natas vehat vndas: at æstate, decurrentibus in Nilum ex Æthiopia imbribus, crescere nimium quantum, atque augeri. Et hæc quidem libro septimo.

a. Niceph. lib. 18. c. 28.

b. Niceph. lib. 18. c. 36. De Nilo Side Herodotum, & Melam. c. 11. Anarchida.

47

OCTAVVS hæc ferè complectitur. Chosroen ob illorum Saracenorum, qui d Romanis parebant, incursionem, rumpere inducias conatum; Georgij tamen legatione persuasum, fœdus factum seruasse: e Georgium verò Cæsaris indignationem incurrisse, quòd Chosroes dixisset, se Georgij potissimum gratia, non Imperatoris Mauritij causa, ratam pacem fecisse. Vt Comentiolus prodicionis reus actus, mox Romanorum sibi militum animos conciliari; atque eam ob rem dux iterum exercitus ab Imperatore creatus sit. Romanorum pugna commemoratur e Abarorum, Prisco & Comentiolo ducibus: Comentiolo tamen nescio quid causante, & à pugna abstinente, Prisco verò copias ducente. Militum Romanorum fortitudo, & Abarorum cædes quatuor millium. Prælium item alterum, eorundemque Abarorum millium nouem strages. Tertia pugna cum quindecim millium clade Abarorum. Quartum rursum prælium illustrem Romanis victoriam concessit, cæsis ad internecionem Abarorum & f Gepædum triginta millibus. Quinta in pugna penes Romanos victoria quoque stetit: cæsi captique Abari, ac viui quidem in potestatem venère ad tria millia, cætero-

d. Duplicis generis Saracenos, alios Persis, Romanis alios iunos, didicisti ex Procop. supra pag. 34. e. Niceph. lib. 18. cap. 37.

rum Barbarorum quatuor; aliorum ad hæc duo millia & ducenti, & g Sclauorum octo millia. Postea tamen Chaganus, decepto Mauritio Imperatore, viuos Abaros recepit. h De Comentioli præfracto mærore; vtiq; eius temeritate Romanorum copiæ, quas ad Philippopolim proficisci iubebat, frigore sint extinctæ. Quomodo Petrus iterum belli dux totius Europæ; ab Imperatore creatus sit. i De nuptiis Theodosij filij Mauritij, & filiarum Germani. k Vrbem regiam fame ea tempestate laborasse; præcesque in Ecclesia fundente Mauritio, plebem esse tumultuatam. De eius mansuetudine ac lenitate, militumque ablegatione; vtiq; eodem sint die reuocati. Petrum ab Augusto missum, vt omni ope atque opere Thracicas copias ad oppositam Istri ripam l distineret: deque diuinitus m Petrum appellante voce. n Tumultuantem rursum in castris Romanorum, & contra Mauritium factio instituta, electo ab incondita multitudine Phoca. Petrus fuga interim salutem querit, & seditionis ad Imperatorem rumor defertur. Plebs autem à Sergio atque Cosma tribunis plebis primùm incitata, nouis studere rebus incipit; reperiitque Prasinorum cio. io. Venetorum verò trecenti dumtaxat. hinc plebeis donatiua Mauritius præbuit. Sequitur ad tumultuantes milites eiusdem legatio, & legationis repulsa; vtiq; regiam vrbem præsidio munierit. Exercitus ad Theodosium Mauritij f. legatio, ipsum, aut socerum illius Germanum dari sibi Imperatorem postulans. Eius rei nuncius ad Mauritij aures accidit, indeque suspèctio in Germanum, vt tyrannidis auctorem. Minæ, minarumque Augusti in Germanum per Theodosium generum delatio: o & Germani in Deiparæ templum, vt in asylum fuga. Hinc Cyrus, & Stephanus Eunuchus (qui Cæsaris liberis morum præfectus fuerat) ad Germanum missi, vt templo digrederetur; sed irrita legatio fuit. p Fustibus cæsus Theodosius à parente Mauritio, quòd socero suas minas indicasset. Germani è templo B. Virginis ad S. Sophiæ transitus; & iterata, vt inde digrediat, hortatio; sed qua nihil persuadeatur, Andrea quodam egressum dissuadente, dum precandi gratia templum frequen-

f. Vide sup. pag. 45.

g. Σαλαβῶν λεγο.

h. Niceph. lib. 18. c. 37.

i. Niceph. lib. 18. c. 37.

k. Niceph. lib. 18. c. 38.

l. Διγρεῖσθαι.

m. Niceph. Christum ipsum in somno apparuisse, Mauritiumque appellasse narrat.

n. Niceph. lib. 18. c. 39.

o. Niceph. lib. 18. c. 39.

p. Διὰ τὸ ἱερόν.

48

tur. Andrea quodam egressum dissuadente, dum precandi gratia templum frequen-

THEOPHYL. SIMOCAT.

a. Niceph. lib. 18. cap. 39. b. Niceph. lib. 18. cap. 40. c. Podagra quae dolores Niceph. adiangit. d. Niceph. ibid. e. Niceph. ibid. f. ad... g. Subandio Porum, qui erat Chalcedone, ex Zonar. init. Phoece. h. Niceph. lib. 18. cap. 41.

tat. a Turbae iterum, incendiumque Urbanae domus Constantini Patricij, quem Lardyn vulgo cognominabant. b Mauritij aetatio, ac fuga, utque exorta maris tempestas fugam ipsi intercederet. Theodosij filij ad Chosroem missio, reducioque Nicara ex indicio annuli, quem filio parens Mauritius signi seleseraeque loco tradiderat. Urbano- rum ad tyrannum, in quibus & Hebdomites erat, concursus. Imperium Germanus af- fectans voto excidit, Prasinis se cum creaturos Imperatore negantibus; quod, ut ipsi affirmabant, factiois edit Venetorum. d Ergo Phocas deinde in templo B. Iohannis, quod est in Septimo, Imperator renunciatur, Cyriaco regiae urbis patriarcha. e Phoece in regiam ingressus, & Leontiae eius uxoris, ut Augustae consalutatio. Tribunorum plebis ingens tum f de locorum statione contentio atque altercatio. Cosmae partis Venetae tribuni plebis ab Alexandro propulsatio, & iniecta mentio, nondum obiisse Mauritium. Quo factum, ut impetu quodam ad Imperatoris caedem tyrannus se pro- pripterit. Hinc caedes liberorum Augusti in parentis oculis ad g Eutropij. Animi sapi- entia Caesaris, actis Deo gratiis; utque a Lilio percussus obierit. Legitur & testamen- tum Mauritij Heraclio imperante inuentum. Quomodo regia corpora marinis com- missa fluctibus; & funebri in Mauritium laudatio; b utque diuinae iudicio providen- tia. Romani milites, eorum, quae in Mauritium flagitiose patrarunt, poenas dederunt; quod post non diu, caedis, tyrannidique sociorum nemo, in tanta multitudine, super- fuerit: peste enim alij, alij caelesti igne, ferro ceteri ad vnum omnes perierunt: atque adeo Heraclius post paulo rerum potitus, cum Rasate Persa bellum gesturus, delectu habito, vix duos ex illis partium studiosis reliquos reperit. Actum demum Romani

i. Niceph. lib. 18. cap. 41.

k. Niceph. ibid.

l. Ex matutine sigilla, inquit Diac. m. Niceph. lib. 18. cap. 42. n. Niceph. lib. 18. cap. 31. o. Niceph. lib. 18. cap. 41. p. Niceph. lib. 18. cap. 43.

48 Peris superiores esse ceperunt, qui dum illi nefarii superstites essent, a Persis vicij semper disceserant. i Caedes a tyranno per Alexandrum intentata Theodosio, Augusti filio; Petro item, & Comentiolo, atque Constantino, Lardy cognomento, Falsus etiam rumor de Theodosio exortus est, quasi is tum non fuisset interfectus. k Quomodo Alexandriae statuæ suis sedibus sponte motæ, quæ Byzantij accidissent, nunciarint cal- ligrapho cuidam (sic forte appellato) l a cæna domû reuertenti. m Ut Mauritius ter- tiam vectigalium portionem subditis remisisse feratur: triginta quoque Byzantinis do- nasse talenta, rescindendis aquæ ductibus. Quo honore, præmioque disciplinarum stu- diosios publicè affecterit. Quæ in fluxu sanguinis Euphemiae martyris admitanda ac- ciderint: n utque Mauritius, rei periculo facto, quod in initio non credidisset, miraculum magis confirmarit. o Vri Phocas tyrannus Constantiam, Mauritij Augusti coniugem, cum filiabus, priuatæ domui incluserit. Phocæ ad Chosroem Persarum regem missa le- gatio; sed irrita. p Ruptæ enim induciæ sunt, Chosroe prætexente, quod Mauritium iuste vindicaret. Sic Lilius, qui legatus erat, re infecta domum retro reuertit. Caedes Alexandri rerum nouarum Phocæ socij, eo nomine suspecti, quasi Theodosium, Mau- ritij filium, quem occidit, seruasser. Atque hic vniuersæ finis historiae.

SCHOLIION.

Exstant hi Theophylacti libri VIII. de vita Mauritij Imp. Graecè compositi: quos nu- perrimè Latinos fecit Augusta Vindel. P. Iacobus Pontanus noster, de re litteraria pri- dem optimè meritis. Circumferuntur & hac eiusdem Simocatae, à nobis reperta. Phisica problemata, Legationum excerpta ex libris illis historiarum: item Epistolæ mixtæ, ab Aldo maiore olim epistolarum Graecarum volumini insertæ. Meminit huius Sophistæ Sui- das ac Cedrenus: & hinc Nicephorum Callistum pleræq. vita Mauritij sublegisse obseruan- do ad oram notauit.

S. NICEPHORI PATRIAR. CON- stantinopolitani, Historica Epitome.

LXVI. Huius Chrono- logia Latine ex- cusa, exstat Graecè in Augu- stana Biblio- theca.

L ECTA Epitome historica NICEPHORI Constantinopolitana sedis Antistitis. A Mauritij Imp. interitu ducit initium, tenditque ad Leonis, & Irenes coniugium. Nihil stylus habet superuacaneum, aut obscuro: verborum delectu, orationisque compositione neque nimis dissoluta, neque contra nimis astricta, anxie est usus; sed qualia adhibere possit rhetor quiuis, vel perfectus reuera orator. Vitar enim nouè ficta; neque antiquitate vsuque probata præterit. Iucunditas adhuc illi gratiam concil- liat in di-

liat in dicendo. Denique, ut verbo expediam, plerosque, qui antecesserunt, historica scriptione transeundo obcurat; nisi quod nimia breuitate non videatur omnes venu- statis partes expleuisse.

SERGII CONFESSORIS

Historia.

LXVII.

L ECTA est SERGII CONFESSORIS historia, Incipit à Michaëlis Imp. rebus gestis, recurritque ad impia & nefaria Copronymi facinora: à quibus porro narrare ex ordine pergit ad octauum vsque Michaëlis annum, res ab eo partim in Republica, partim in Ecclesia gestas. Quin & quæ militiæ gessit, quidque de rebus diuinis senserit, accuratè recenser.

a. Ob defensionem enim cultum sa- crarum imagi- num excrucia- tus, fortunis ex- itus, utq. in ex- silij ætatis mor- tuus est, ut docet Graecorum Me- uulogium ad 13. Maij, idq. sub Leonis Isaurici tyrannide.

Diçtio eius inprimis perspicua, & non affectatè exornata, cum verborum signifi- catu, atque compositione, tum cetera orationis dispositione; ut ex tempore factus illi sermo quodammodo videatur. Oratio enim natua venustate florida nullam formæ mutationem ex anxia nimis accuratone admittit. Qualis maximè diçtio, quod & studio illi fuit, Ecclesiasticam historiam decet.

CEPHALÆONIS MVSÆ, SIVE

Historicæ epitomes libri IX.

LXVIII.

L ECTA & CEPHALÆONIS historica epitome: cuius arcessit initium à Nino, & Semiramide, pergitque ad Alexandri magni tempora. Libris nouem vniuersa com- prehensa est historia, inditis totidem Musarum nominibus, Clius, Thalia, Polymnia, Melpomenes, Terpsichoræ, Euterpes, Calliopes, & Eratus, & Vrania. quo in opere & Alexandri regis Macedonum gesta refert.

a. Al. Cephalæo- nis, ut inf. pag. 51. & pag. 177. & apud Suid. qui Cephalæo- nem quozq. disti- scribit, ac de Ce- phalæone etiam consensit Strabo lib. 13. b. Qui liber inf. aduocatur pag. 177. c. Strabo lib. 13. in Troade Ger- gerium fuisse hunc Cephalæo- nem docet, ut & Suidas. d. Quatuor hic librorum calcu- lus auctorum, eorumdemq. to- morum perit.

Ionica dialecto est usus; tanta quoque citra decorum breuitate adhibita, ut præter nudam gestarum rerum narrationem, nihil mirandum, aut imitandum adferat. Genus & patriam, ut & ipse non infutiat, Homeri exemplo, premit silentio. in Sicilia tamen exsilij causa degentem, historiam scripsisse apparet. Quod ergo necessarium erat, e pa- triam & genus profiteri, Id omisit, quod autem abiecti est animi indicium, [exsilium] memoriae prodidit. Animi quoque nondum prorfus inanem, puerilemque gloriam repudiantis, magnum satis argumentum est, è quor quantisque scriptoribus historia collecta sit, iactare. Ait enim compositum librum primum è libris quingentis & se- ptuaginta, quorum auctores vnum & triginta commemorat. Librum verò secundum è libris ducentis & octo, scriptorum XXV. Tertium è libris DC. scriptoribus verò sex & viginti. Quartum è XXXVI. scriptorum libris octingentis & quinquaginta. Quin- tum, è ducentis libris, quorum scriptores sex & viginri. d Sic de reliquis. Nonum è libris collectum affirmat, scriptoribus verò triginta. Atque hæc ferè Cephalæo- nis historia.

HESYCHII ILLVSTRIS MILESI

Historia omnigena atque Romana libri VI. & res à Iustino se- niore Imp. gestæ.

LXIX.

L ECTVS & historicus liber, (auctore a HESYCHIO ILLVSTRIS, patria Milesio, He- sychij & Sophiæ filio) qui veluti comprehensio quædam est totius de mundo histo- riæ, ut inde quoque titulus Romana simul, & Omnigena HISTORIA inscriptionem præferat. Incipit à Belo Assyriorum rege, & in Anastasij Romanorum Imperatoris ex- cessum desinit.

a. De quo legen- dus Suidas. Ex- stat Græcolatina huius epitoma Catalogi viro- rum doctrinæ laude clarior, alphabeti serie typis Plantiniana edita.

Concisus est, atque disertus. Nam & diçtione vsus florida, ac significante: & ipsa orationis structura pari est ratione ab illo elaborata; dum verborum maximè gaudet proprietate. Sicubi verò diçtione significantiem, etiam cum maxima emphasi, secta- tur, ita sua translatione auditorem oblectat, ut nihilo obscurius, quin fortè clarius, rem ob

HESYCHII ILLUSTR.

rem ob oculos ponat, quam si nulla figura vñs fuisset. Veritatis præterea se hic impræmis studiosum promittit.

Ceterum opus sex in partes diuisum. Primus liber, quæ bellum Troianum antecesserunt, refert. Secundus, ab Ilio capto ad Romam vsque conditam, gesta. Tertius, quæ ab vrbe condita sub Regibus acciderunt, donec consulibus Romæ creatis regnum esse desit, commemorat; Olympiade circiter sexagesima octaua. Quartus, ex quo Consules Romæ præfuerunt, hoc est, à sexagesima octaua Olympiade vsque ad CLXXXII. cum consul, Iulio Cæsare solum imperante, esse desierunt. Quinto libro ea narratur, quæ à Iulij Cæsaris imperio vsque dum Byzantinæ vrbis gloria ac virtus ad summum perducta est, contigerunt; Olympiade CCLXXVII. inchoante. Sexto libro, ex quo Constantinum Constantinopolis magni sio bono hæc est Imperatorem, vsque ad Anastasij excessum gesta narrat; quem Cæsarem scriptor hic clementia, ac benignitate, a nescio quomodo, multis antecelluisse prædicat: cuius obitus in vñdecimam indicit indicitionem, Magno Consule sine collega. Temporum verò periodus, quæ historia illa abfoluitur, annorum est cix. cxcq.

a. Fortasse ob Chrysargyros tributi egnus sublatum. alio qui minimè militaris. b. Cuius nulla est apud Suidam mentio.

LEGIMVS item eiusdem HESYCHII alterum opus, Iustini Imperat. res gestas continens: quomodo Anastasio mortuo suffectus Iustinus, & huius vicissim imperium Iustinianus exceperit, aliaque annis aliquot sub eo gesta. Ne cætera scriptor memoriæ mandaret, reuocatus est morte Ioannis filij, quæ mentem hominis ad eò percussit, vt commentandi scribendique conatum infregerit.

DIODORI SICVLI

Historiarum libri XL.

LXX.

a. Horum XII. dumtaxat exstant, cum panis fragm. consule edit. Rhodomanni.

LEGIMVS DIODORI SICVLI historiarum libros à quadraginta, qui vniuersam quandam mundi continent historiam. Est Cephaliæ longè vberior, saltem cum eadem refert; vt & Hesycho illustri. Srylo vtriusque perspicuo, nec affectato, sed qui historiam maximè deceat. Neque etiam, vt sic dixerim, nimium Atticisat, aut antiquarij est supra modum; neque contra ad humile dicendi genus se demittit: sed mediocri forma ferè delectatur, figuratam orationem, aliaque vitans; nisi quod de gentium diis, & heroibus, poetarum more, fabulatur. Dicit historiarum initium à Græcorum, Barbarorum quæ fabulosus temporibus, pergitque ad inchoatum bellum, quod cum Gallis Romani gessere: qua tempestate C. Iulius Cæsar (cui ob res gestas Dini cognomen addidit Romani) plurimas, maximeque bellicosas Gallorum nationes debellauit.

Triginta annos, vt de se fatetur, huic scribendæ historiæ impendit, variis interim regionibus discendi gratia peragratis, periculisque, vt fit, obitis, ac superatis. Siculus verò fuit, Agyrto [vrbe] genus repetens; qui longo Romanorum vsu ac familiaritate, & linguam calluit, & precipuas quasque res, ab ea gente feliciter infeliciterque gestas, accuratè collegit.

Libris quadraginta historiarum complexus est vniuersam: quorum sex prioribus, quæ ante Troiani belli tempora acciderunt, fabulosaque commemorat: Vñdecim verò insequentibus, quæ à capto Ilio vbi que gentium acciderunt, litteris consignata reperies, vsque ad Alexandri Magni obitum. Reliquis tribus & viginti libris, quæ deinceps enarrat, memoriæ prodita leges; dum exortum est Romanorum cum Gallis bellum, ductu Iulij Cæsaris gestum; qui plerasque & fortissimas eorum gentes debellauit, Romanumque prouexit imperium in Britanniam vsque: in qua expeditione historia desinit.

DIONIS CASSII

Historiarum libri LXXX.

LXXI.

a. De quibus XXX. modo exstant. & Sili. Marini XLV. excerpta per Ioannem Xiphilinum.

LEGIMVS DIONIS CASSII Cœcæiani seu Cocci historiarum libros à octoginta: Hic inchoando ab Ænæ in Italiam aduentu, & Albæ vrbe, ac Roma condita, tendit continen-

continenter; finiens in Antonini, eius qui à Elagabalus est cognominatus, eadem: quem & Tiberinum, & Sardanapalum, & Pseudantoninum, atque Assyrinum, à flagitijs nominarunt. Quin & ad Alexandri principatum peruenit, qui percussio Antonino (qui cum imperarat, ab illo in societatem adscitus) solus, periculum sibi comparatum effugiendo, sceptrum suscepit. Hunc Alexandrum consulum iterum secum gessisse scriptor refert, sumptusque, quos in magistratus administrationem Dionem impendisse oportuit, Imperatorem ipsum, collegam nimis honorandi cupidum, contulisse. Idem quoque historicus à Macrino Imperatore Pergamo ac Smyrnæ Præfectus, post in Africa dux fuit. Pannoniam hinc administravit; Consulque iterum, vt dictum est, creatus, reuertit domum pedibus iam æger, vitæ reliquum ibi (quod in Bithynia agenti Genius ille, vt ait, prædixerat) victurus:

DION COE-CIUS.

a. Herodiano Elagabalus, Eustrop. Helioabababus. Vide qua nata in indice Lat. ad Dion. &c. in Germania Græc &c. Lat. editis in fol. b. Sic & Honorius Aug. sumptus Constantinij collega tolerauit ex Heraciani bonis, apud Olympiodor. pag. 108. c. Illud. d. e. 164. d. sub p. 12. d. d. m. v. r. i. s.

Extra hominum cadem, sine sanguine, & absq. tumultu.

Patria illi Nicæa Bithyniæ, quam ex parte palus, Ascania dicta, circumluit. Grandis eius sermo, & tumidus, eò quòd rerum ingentium sensu adferat. Veteris item ipsi constructionis sermo plenus, verborumque, quæ rerum magnitudini respondeant. Periodi parenthesisibus traiecit, & hyperbatorum opportunus vsus. Numeri porro, & intercisio, etsi accuratè adhibita, ob orationis tamen perspicuitatem, obiter legentibus non sunt manifesta. In narrationibus præterea & concionibus, Thucydides maxime est æmulus; nisi quòd ad perspicuitatem magis tendit: cetera ferè Thucydides illi norma est, ac regula.

CTESIA CNIDII

Persicarum rerum libri XXIII.

LXXXII.

LECTA CTESIA CNIDII Persica, in libros distributa tres supra viginti. Attamen prioribus sex libris Assyriorum res, & quæcunque Persicum imperium antecesserunt, complexus, non nisi à septimo deinceps res Persicas narrare pergit. Ipsa itaque septimo libro, octauo item ac nono, decimo, vñdecimo, & duodecimo, ad tertium vsque declinam, quæ ad Cyrum, & Cambyses, ac Magum illum, itemque ad Darium & Xerxem pertinent, descripsit; in omnibus propemodum à Herodoto aduersatus, quem (vt posterior illo scripsit) mendacem in multis, & fabularum confictorem facit. De se verò prædicat, eorum quæ scribit maiorem partem totam vidisse; cetera, quæ videre non licuerit, ab ipsismet Persis accepisse, atque ita ad historiam scribendam accessisse. At non ab Herodoti tantummodo historia discedit, sed ab ipso etiam Xenophonte Grylli F. alicubi dissentit. Floruit illius Cyri temporibus, qui à Dario & Parysate genitus, frater fuit Artaxerxis, eius ad quem Persicum regnum deuenit.

a. Sphendadaten inf. nominat pag. 55. & 56. Herodot. Emerden. b. Qui de quatuor hysc duntaxat scripsit: Ctesias vero his aliis quinque adiecit. c. Dariæum hunc, non Darium, in iis quo sequuntur vocat, pag. 62. & 25. d. De quo inf. pag. 64. & deinceps. e. De Astyge, Amyti, Oebare, & Peseleca (vt ibi scribitur) vide ex Ctesia qua breuiter excerpti Ioan. Tzetzes in Chilian. bib. 1. in fine. f. Cyrus hic maior. g. Herodotus, ad h. m. Amyti.

Mox ergo refert de Astyge, quem & Astygan vocat, nulla Cyrum ipsi generis propinquitate iunctum fuisse. Fugisse autem Astygam à Cyri conspectu in Ecbatana, ibique in ipsius regiarum ædium criferanis ab Amyti filia, & eius viro Spitama oeculatum, latuisse. at superuenientem Cyrum, non è Spitama solum, atque Amyti, sed ex eorum quoque liberis Spitace & Megabete, quaestiones de Astyga per tormenta exerceri imperasse. Ipsum igitur Astygam, vt ne pueri nepotes eius causa torquerentur, sese prodidisse, captumque grauibus ab Oebara compedibus oneratum fuisse. Solutum tamen non ita multo post ab ipso Cyro, parentisque loco habitum, obseruatumque; quin & Astyga ipsius filiam Amytim, pro matre primùm in honore à Cyro habitam, eidemque tandem nupsisse; post virum eius Spitamam interfectum, propter ea quòd dum quæreretur Astygas, ignorare se illum mentitus fuisset. Hæc de Cyro Ctesias, ab his diuersa quæ Herodotus commemorat.

Addit aduersus Baetrios Cyrum bellum gessisse, & æquo Marte cum ipsis prælium commississe. Baetrios dein, intellecto Astygan, Cyro patrem factum, Amytim verò matrem atque vxorem, vltro sese lubentesque Amyti ac Cyro deditisse.

Narrat item Cyrum bellum à Sacis intulisse, regemque ipsorum Amorgen, Sparethæ reginæ matrem cepisse. Hanc ergo, matris capto, exercitum collegisse, atque aduersus Cyrum bellum suscepisse, eductisque in aciem vitorum trecentis, mulierum ducentis millibus, Cyrum superasse, & vitium cum aliis plurimis, Parmysen Amytis fratrem

i. De Sacis & hoc Cyri bello varia scripsit Strabo lib. 11.

Εδλινα λέγει... Τετ. hif. i. b. Negantem... d. Hinc fufficit...

Derbicea (inquit Steph. Byzant.)... f. Smerden Cyri...

Smerden Cyri... g. Videndus de his Stephan. & Strabo.

fratrem, ac tertos eius liberos, cepisse. Horum autem causa postea Amorgen liberum...

Scribit aequè Cyrum, Amorge adiutum ope, Cræsum, atque Sardeis urbem, bello petiisse. Quomodo etiam OEbaræ consilio...

Refert præterea Petisacæ eunuchum, magnâ apud Cyrum auctoritate pollentem, in Persas amandatum, qui Astygan à Barcanis adduceret...

Cyrus in e Derbices, quorum tum rex Amoraus, exercitum ducit. at illi ex insidiis productis elephantis, Cyri equitatum in fugam cœvertit...

Hic finis, vñ decimi Ctesie Cnidij librorum.

DYODECIMVS liber à Cambyse regno inchoatur. Hic regnum adeptus, patris mox corpus per Bagapaten eunuchum in Persiam sepeliendum misit...

54

55

etiam maximus fuerat, Bagapates. Hic enim post Petisacæ mortem exercitum aduersus Ægyptum, ipsumque Ægyptiorum regem Amyrtæum ducebat...

Magus interim quidam, cui Sphendadæ nomen erat, cum fuisset ob delictum à Tanyoxarce verberibus multatus, ad Cambysem accedit, atque apud eum Tanyoxarce fratrem struxisse in ipsum insidias calumniatur...

56

Smerden magum, constantem...

Venerosum eum esse docent Medici: & non alio Seneno exsimili Mithras, Themistocles, aliq. Vide inf. pag. 246.

CRETIA PER- SICA.

a. Herodotus lib.3. & Agathias lib.2. b. in τῆς διόσῳ ἡγε. Lege Persepeleos arcis descriptionem a pud Diod. Sicul. lib.17. Biblioth. Sibi ἑαυτὸν ἰδὼν ἕσθη, ἡμῶν locum vocat. Potentiores autem in montibus ferē sepeliri solent, multa Verorum scriptorū testimonia docent. c. Iancynum nominat Insim. lib.2. d. ἀντίμακρον ἀπὸ τοῦ τῆς. De arcu ab Asthiopum rege sic ad Cambysen missio, lege Herod. lib.3. post init. e. Α. Καρχηδονίων. f. Solenne quippe genibus suis, transfusus caussis diis sacrificare. Sic Lucan. apud Plut. Euphratē aurum fecit. g. Α. Μυθῶν. h. Marathonis pugna nihil unquam celebratum magis, CCC. ad eam describendam occupatis doctorum ingenis. Plut. teste. i. ὁ παλαιός, quem Maiorem etiam dixeris. k. Xerxem & Amistram Scalliger Afficerum & Estherem interpretatur, quod Nic. Servius consutat. l. Rhodogone cuiusdam Persica imaginem habet apud Philostratum lib.2. Icon. 5. m. Helian. lib.13. ποσειδῶν cap.3. legend.

REGNAT deinde ex septem illis viris Darius, cum eius equus (sic inter illos conuenerat) arte quadam adhibita, primus post ortum solem hinniifer. Ceterum quo die Sphendadates magus interfectus est, festum ex eo apud Perfas, a Magophonia dictum, celebratur. Darius hic sepulchrum sibi in bicipiti monte extrui imperabat, & iam extrucebatur, quod videre ipse cum desideraret, a Chaldaeis atq; parentibus prohibitus est. eo tamen parentes eius ascendere voluerunt: sed in præcepta cti mortui coniderunt, cum ad serpentum aspectum funes territi remississent, qui eos sursum trahebant Sacerdotes, quæ res ingentem Darjo morem attulit, & verò capita illis quadraginta viris amputata sunt, qui hos attraxerant.

Ariammen præterea Cappadocæ Satrapam aduersus Scythas proficisci, & viros inde ac feminas captiuos abducere Darius imperat. Ille cum triginta nauibus quinquaginta remorum traicibus, mandata perfecit. Cœpit inter alios regis Scytharū fratrem Masageten, quem ob illata mala in vincula a rege fratre coniectum reperit. Ergo Scytharces Scytharum rex indignatus, contumeliis plenas ad Darium litteras scripsit; & simili ad ipsum modo rescriptum est. Darius tandem octingentorum millium coactō exercitu, & Bosporo Istroq; ponte constratis, aduersus Scythas quindecim dierum itinere progressus est. Hic d arcus sibi mutuo miserunt. Sed cum Scythicus validior esse deprehenderetur, fugiens per pontes Darius, festināter eos, antequam totus transisset exercitus, dissoluit. Quæ re factum est, vt qui reliqui ad octoginta millia in Europā relicti erant, a Scytharce omnes interfecti fuerint. Darius autem ponte transmissio, flammis Chalcedonensium domos atque templa combussit: tum quod eos, qui apud ipsos pontes erant, rescindere tentassent: tum quod aram, quam ipse transmittens, in Iouis diabatarii honorem statuerat, illi euertissent. Datis verò ex Ponto reuertens, vt Ponticæ præerat classi, infulas passim Græciamq; vastabat. huic apud Marathonem Miltiades occurrentes Barbaros vicit, ipso etiam occumbente Date, cuius vel cadauer perentibus Persis denegatum est. Darius quoq; ad Perfas reuersus, post oblata sacrificia, & dierum triginta morbum, vita functus est, cum annos vixisset ante regnum XII. post regnum aditum triginta & vnum. Oblit item extremum quod mla ipsius pepererit) cetera saltem noster hic auctor confecta narrat per Megabyzum, qui Xerxæ gener, ducta eius filia Amyti, iam factus erat. Ita Babylon per Megabyzum capta, cui Xerxes, præter alia multa, molam donauit auream sex talentorum pondō. quod minus apud Perfas omnium habetur reglorum munerum præstantissimum. Xerxes itaque Persico exercitu coacto, (constabat is, præter currus, millibus hominum octingentis, & triribus mille) cum Abydum ponte iunxisset, in Græciam copias duxit. Ibi primùm Demaratus Lacedæmonius ad eum accessit, atque vnā traiecit, & ne Lacedæmonia Rex inuaderet, impediuit. Inde per Artapanum, decem hominum millia ducentem, conflixit Xerxes ad Thermopylas cum Leonida Lacedæmoniorum duce. quo in prælio cæse miserè sunt Perfarum copiar, è Lacedæmonis vix duobus aut tribus desideratis.

57

Viginti

CRETIA PER- SICA.

Viginti postea millia in aciem educi iubet: qui & ipsi superantur. Cum autem verberibus in pugnam adacti, victi nihilominus etiam tunc fuissent, quinquaginta post die millia educi præcepit. At cum ne hi quidem aliquid effecissent, pugnare ultra desistit. Theffalus & Tracheniensium principes Calliades atque Timaphernes, cum exercitu aderant. His Xerxes ad se vocatis, vnaque Demarato, & Hegia Ephesio, nulla ratione vinci posse Lacedæmonios intellexit, nisi copijs cincti in orbem pugnare cogantur. Quadraginta ergo Perfarum millia, ducibus Tracheniensibus illis duobus, per inuia transgressi, a tergo Lacedæmonios adoriuntur, qui hoc pacto circumdati, fortiter pugnant ad vnum omnes occubuerunt. Mitrit rursus exercitum Xerxes aduersus Plataenses centum & viginti millium, duce Mardonio. Thebani autem Regem in Plataenses concitabant. Mardonio occurrit Pausanias Lacedæmonius, Spartanos non nisi trecentos, accolas mille, & ex alijs vrbibus ad sex millia secum ducens. Ibi Persico exercitu superato, Mardonius vulneratus aufugit. Idem hic Mardonius ad diripiendam Apollinis ædem a Xerxe missus, ingenti oppressus grandine interijt, magno admodū Regis dolore. Xerxes deinde Athenas ipsas petit cum exercitu. Verum Athenienses, centum & decem triribus instructi, ad Salaminam insulam fugerunt. vrbem itaque vacuum cum cepisset, incendit; præter solam arcem, quam aliquot adhuc ibi relicti propugnabant. Sed cum tandem & hi noctu fugissent, etiam illam exussit. Rex inde ad angustissimum Atticæ locum, quem Heracleum appellant, profectus, aggerem Salaminam versus ducere cœpit, eo consilio, vt pedestri ad insulam itinere transire aliquando possit. At ex Themistoclis Atheniensis & Aristidæ consilio sagittarij ex Creta accersuntur; & veniunt: deinde & nauali pugna Persæ cum Græcis congregiuntur. Ducebant illi naues supra mille, quibus Onophas præerat, hi septingentas. Vincunt tamen Græci, & quingentas Persæ naues amittunt: Ipse quoque Xerxes, consilio rursus & arte Aristidis atque Themistoclis, fugam atripit, interfectis de Persico exercitu, omnibus hisce prælijs, non minus centum viginti millibus.

Cum autem in Asiam Rex traiecisset, & Sardes pergeret, Megabyzum designat, qui templum Delphicum diriperet. sed detrectauit ille facinus, quare Matacas eunuchus iniurias Apollini illaturus, omniaque expilaturus mittitur: qui confectis ita rebus, ad Regem reuersus est. In Persiam interim Xerxes Babylone venerat, cum Megabyzus vxorem suam Amytin (quæ, vti iam antea dictum, Xerxæ filia erat) adulterij infimulat, quam ob rem illa acriter à parente increpita, spondet se castam esse. Artapanus item, qui plurimum apud Xerxen auctoritate valebat, & cum eo Spamitres eunuchus (qui ipse quoque plurimum apud regem poterat) de Xerxe interficiendo consilium agitant, eademque parant. Artaxerxes interim filio persuadent, à Dariæ altero filio patrem esse necatum. Adducitur ergo ab Artapano in Artaxerxæ domum Darius, multo cum clamore identidem pernegans se parricidam esse, is tamen capite plexus moritur nihilominus.

ARTAXERXES deinde Artapani opera regno potitur. Attamen etiam huius Longimanus vitæ Artapanus idem insidias tendit, & communicato cum Megabyzo consilio, (qui iam ob suspectam adulterij vxorem suam Amytin, magno in mœore versabatur) iureiurando sibi mutuo cauent. Verum re tota Megabyzi iudicio, prodita, eodem mortis genere quo Artaxerxes tollendus fuerat, Artapanus ipse tollitur, atque adeo, quæcunque in Xerxen ac Dariæum perpetrata fuerant, patefiunt omnia. quare & Aspamitres quoque, qui Xerxis atque Dariæi cædis confcius fuerat, acerbo in primis ac duro e mortis genere, adhibitis per scapham tormentis, afficitur. Post Artapani mortem pugna exoritur inter coniurationis illius socios, reliquosque Perfas: qua in pugna Artapani filij cadit, Megabyzo quoque grauior saucio. Quem huius casum Artaxerxes, itemque Amytis & Rhodogone, ipsarumque mater Amistris vehementer luserunt. tandem tamen, et si parricidæ ægè admodum, insigni diligentia Apolloniæ Cœi medici seruatus est.

Defiscunt ab Artaxerxe Bactra, vna cum Satrapa Artapano altero, & pugnatur æquo vtrimque Marte. Sed cum iam altero inito prælio in Bactriorum faciem ventus spiraret, superior Artaxerxes efficitur, atque in eius ditionem Bactria concedit vniuersa.

Defecit & Aegyptus, Inato Lydio, alteroque Aegyptio quodam defectionis auctoribus, & omnia bello gerendo necessaria comparantur. quin & Athenienses Ianaro petenti

petenti quadraginta naues submitunt. Quam ob rem *Artaxerxes* ipse in hanc expeditionem proficisci cogitabat. Verum id ei amicis dissuadentibus, *Achæmenidem* fratrem cum peditum millibus quadringentis, & nauibus octoginta in Aegyptum mittit. Confligit *Inarus* cum *Achæmenide*: superant Aegyptij: *Achæmenides* ipse ab *Inaro* percussus moritur, corpusque ad *Artaxerxen* mittitur. In mari quoque victoriam *Inarus* obtinuit, magnam ibi gloriam indepto *Charitimide*, qui quadraginta illarum nauium, quæ ab Atheniensibus aduenierant, præfectus erat. Nam ex quinquaginta nauibus Persicis, viginti cum ipsis hominibus captæ sunt, reliquæ triginta periere. Mittitur post hæc *Megabyzus* aduersus *Inarum*, qui ad copias quæ reliquæ fuerant, alium ducebat exercitum ducentorum millium, cum nauibus trecentis, quibus *Oriscus* præerat: ut præter naues, reliquæ copiarum quingentorum millium numerum explerent. nam cum *Achæmenides* cecidit, è quadringentis millibus quæ duxerat, centum vna millia perierant. Pugnatur itaque modo acriter, ac multis vtriusque cadentibus, plures tamen Aegyptij occumbunt. *Inarum* tandem *Megabyzus* in femore vulnerat, atque in fugam vertit: & viribus Persæ fortiores facti vincunt. Fugiens autem *Inarus*, *Byblum* se recipit (vrbis hæc in Aegypto est admodum munita) & cum eo Græci omnes, quicumque vel in prælio, vel cum *Charitimide* cæsi non fuerant. Quæ ex re præter *Byblum*, Aegyptus vniuersa ad *Megabyzi* partes se adiunxit. & quoniam *Byblus* expugnari non posse videbatur, *Megabyzus* cum *Inaro* & Græcis, quorum erant supra sex millia, fide data pacificatur, nullum eos à rege incommodum accepturos, ac Græcos etiam, cum liberet, domum reuersuros. Sarcaman igitur cum Aegypto præfecisset, adsumptis secum *Inaro* Græcisque ad *Artaxerxen* proficiscitur, quem inuenit *Inaro* vehementer iratum, quod is *Achæmenidem* regis fratrem interfecerat. Porro *Megabyzus*, quæ gesta fuerant, omnia narrat, & quomodo fide *Inaro* Græcisque data *Byblum* cepit: precibus dein multis apud regem instando, ut saluos eos esse vellet, postulata impetrat: tandemque ad exercitum deferitur, *Inarum* ac Græcos nihil mali esse passuros.

60

Enimverò *Amytis*, præ dolore ex filij *Achæmenidæ* interitu, indignam rem fore arbitratur, nisi cum Græcis *Inarus* quoque pœnas sibi daret, quare ab rege sibi illos poposcit. Verum ille non tradidit. Deinde *Megabyzum* ipsum exposcit, sed æque repellitur, donec tandem, dum filio molesta esse non desinit, quod optabat confecit, quintumque post annum *Inarum* pariter & Græcos à rege accepit. Et crucibus quidem tribus illum suffixit: de Græcis verò quinquaginta (tot enim capere potuit) capita cutauit amputati.

Magno ergo *Megabyzus* dolore luctuque oppressus, ut sibi in *Syriam* regionem suam proficisci liceret, petijt, quod iam occultè cæteros Græcorum præmiserat, eoque aliquando profectus, à rege desciuit, magnas omnino copias colligens, ad centum vsque & quinquaginta millia, & seorsum equitum peditumque. Aduersus eum *Osiris* mittitur, cum ducentis millibus. Conferta dein manu, mutuo sese vulnerant *Osiris* ac *Megabyzus*. Ille iaculo *Megabyzi* femur attingens, duos alium digitos vulnus infixit. Hic itidem iaculo *Osiris* primò femur, deinde & humerum ita percussit, ut etiam ex equo ceciderit. at à complexus eum *Megabyzus*, sublatus seruari iussit. Multi illic Persæ ceciderunt, *Zopyro* atque *Artiphio* *Megabyzi* filijs strenuè pugnantibus, ingentibus *Megabyzus* poritur victoria. *Osiris* autem omni cura conseruatus studet; quem etiam ad *Artaxerxen*, ipsum repetentem, dimisit. Mittitur deinde & alter aduersus *Megabyzum* exercitus, vnaque *Menofrates* Artarij filius. erat *Artatius* Babylonis Satrapa, & *Artaxerxæ* ipsius frater. Concurrent iterum exercitus: sed Persæ fugiunt, & *Menofrates* in humero à *Megabyzo* percutitur, post etiam in capite, at non lethali vulnere, sagittam excepit. fugit tamen cum suis omnibus, & *Megabyzo* illustrem victoriam concedit. His rebus ita gestis, monet *Megabyzum* per legatos *Artarius*, cum Rege ut paciscatur. Ille se pacisci quidem cum rege paratum ostendit, non tamen ad eum proficisci, sed in sua manere prouincia velle. Hæc regi nuntiantur, quem *Artaxares*, è *Paphlagonia* eunuchus, ipsaque adeo *Amistris*, hortantur, propter ut paciscatur. Ipse itaque *Artarius*, & *Amytis* vxor, vnaque *Artaxares*, vicissim iam agens annum, & *Osiris* filius *Petias*, qui & *Spiramæ* pater, mittuntur. Hi multis sermonibus ac iuramentis securum *Megabyzum* reddentes, agrè tamen persuadent, ut ad regem proficiscatur. Cui tandem reuerso, rex significauit, veniam se illi eorum quæ admisisset, dare. Egressus post

A. Amistris, filia Onopha filia, Artaxerxa mater.

B. Ita Plus in Artaxerxe referit Megabato corpus transuersum tri bus fuisse suffixit crucibus.

C. Xerxes tot.

D. Xerxes tot.

post hæc aliquando ad venationem rex, à Leone inuaditur, quem in sublime sese attollentem, iaculo percutiens *Megabyzus* interficit. Id factum grauius tulit *Artaxerxes*, quod antequam ipse feram nactus esset, eam *Megabyzus* confecisset, quare caput ei abscindi imperat. Sed *Amistris*, & *Amytis*, & aliorum precibus, mortis ei pœna condonata, ad urbem quandam *Cyrtæ* nomine, citra mare rubrum, relegatur. *Artaxares* quoque eunuchus, quod sæpius apud regem pro *Megabyzo* liberius locutus fuisset, in *Armeniam* mittitur exsulatum. At *Megabyzus*, quinque in exilio transactis annis, pigram sese simulando, aufugit (*Pigalas* autem Persis dicitur leprosus, ad quem nemini omnium accedere permittitur) domumque ad *Amytin* reuersus, agrè tandem agnitus est. Hinc per *Amistrin* atque *Amytin* cum rege reconciliatur: qui cum, ut antea, suæ mensæ participem fecit. Verum cum sexiam & septuaginta vixisset annos, magno regis cum dolore mortuus est.

Post *Megabyzi* mortem, cum multis admodum viris *Amytis* consuecebat, ut ante eam mater quoque *Amistris*. *Apollonides* ergo, Cousille medicus, cum *Amytis* leuiter ægrotaret, & eius ipse amore captus esset, fore dixit, ut ea in pristinam valitudinem reuolueretur, si cum viris congrederetur, nam vuluæ vexari morbo. Quæ cum illi ars ex voto successisset, atque cum ea concubisset, ubi feminam contabescere animaduertit, abstinuit consuetudine. Igitur illa, morte accedente, matri indicit, *Apollonidem* ut alciceretur. Hæc regi ipsi *Artaxerxi* rem omnem exposuit, & quomodo filia velle de *Apollonide* supplicium sumi, sibi indicasset. Rex, quidquid matri visum agendi fecit potestatem: quæ cum victum *Apollonidem* integro bimestri excruciasset, viuum postea defodi, eodem ipso tempore curauit, quo *Amytis* diem suum obiit.

Zopyrus autem, *Megabyzi* & *Amytis* filius, utroque orbatus parente, à rege desciuit, Athenasque profectus est, propterea quod mater eius Athenienses olim beneficijs affecerat. Caunum ergo ipse, nauibus cum alicelis delatus, tradi sibi urbem postulatur. Caunij tradere se ipsi quidem urbem paratos responderunt; qui vero ipsum sequebantur Atheniensibus, nequaquam. quare in *Zopyri* mutòs subeuntis caput, saxum *Alcides* Caunius coniecit, ex quo ille ictu mortuus est. Caunium hunc *Amistris* auiæ critici affixit: ac tandem ipsa quoque senio confecta decessit. Quin & *Artaxerxes* vitæ abiit, cum duos & quadraginta regnasset annos. [Atque hic finis septimi-decimi historiarum libri, inchoaturque octauus-decimus.]

REGNUM *Artaxerxæ* defuncti filius *Xerxes* excepit, solus legitimus & coniuge *Damaspia*, quæ ipso illo die quo *Xerxes* [postea] vita decessit. *Bagorazus* vero patris matrisque corpus in *Persia* auexit. Septemdecim huic *Artaxerxæ* spurij filij fuerunt, in quibus *Secyndianus*, ex *Alagune* *Babylonia*; & *Ochus*, atque *Aristes* ille ex muliere quadam *Martidene* nomine, etiam ipsa *Babylonia*. *Ochus* autem hic post etiam regno potitur. Porro præter iam dictos ipsius æque liberi fuere, *Bagapæus* & *Parysatis* ex *India*, item *Babylonia*. Hæc *Parysatis* *Artaxerxæ* postea *Cyrique* mater fuit. *Ochus* tamen dum adhuc in viuis esset, *Hircaniorum* Satrapam constituerat, data ei vxore cui *Parysatis* nomen, quæ *Xerxæ* filia, ipsiusque *Ochi* foror erat.

Secyndianus vero, adscito sibi *Pharnacyo* eunuchò (qui *Bagorazo*; & è *Menofrates*, ac quibusdam alijs auctoritate inferior erat) cum *Xerxes* defecit, quodam festo ebrius in regia dormiret, ingressi vna eum interficiunt, quadagesimo quinto à patris morte die. Ita euenit, ut amoborum simul corpora in *Persiam* auerentur. quæ enim antea multa curram, [cum *Artaxerxæ* cadere] protrahatur, tanquam filij quoque cadaver expectarent, progredi noluerant, eadem, postquam ista contigerunt, magna cum alacritate sunt iter ingressa.

Ita regno potitus *Secyndianus*, *Menofranem* sibi creat *azabariten*: reuersumque deinde *Bagorazum*, quando vetus inter eos simulas ardebat, prætexens quod absque suo consilio patris cadaver ibi reliquisset, lapidibus obrui imperauit. Quod factum exercitus molestè admodum tulit: neque vllis largitionibus ille efficere potuit, ut non eum tum ob *Xerxæ* fratris, tum ob *Bagorazi* cadem, vehementer odissent. Dimittit postea *Secyndianus* qui *Ochum* acceteret. Qui se venturum sæpius pollicitus, non tamen venit, donec multis tandem munitis copijs, regnum occupaturus pararetur. Et vero *Arbarius* equitum *Secyndiani* præfectus, ab eo ad *Ochum* deficit, post hinc *Aegypti* Satrapa *Arxanes*: quin & *Artaxares* ab ipsa vsque *Armenia* ad *Ochum* accessit: cui etiam inuito citari, hi imposuere.

A. è in Paphlagonia Martidene.

B. Sup. Menofrates.

C. De Cleari suo cidari lege doctus. Briffonum. OCHUS in Persicu lib. 1.

a. Alij Darius Nothus dicitur
 b. de tūo omo- dō ipōd. m. tūy.
 c. Sequor Ctesio- nem dicitur, que locum hunc ex historia ratione restituit.
 d. Cognomen dicitur.
 e. Cyri hic minor est.

Ochus ergo regnum adit, mutatoque nomine DARTAEVS appellatur. Hic dolis mox iuramentisque, Parylatidis monitu, Secyndianum aggreditur: ac mulrum licet Menostanes hortaretur, ne iuramentis Secyndianus crederet, neue cum fallacibus hominibus pactum vilius iniret, credit tamen. capitur itaque, & in cinerem coniectus moritur, e cum menses sex, & dies xv. regnasset.

Solis inde regnat Ochus, qui & DARTAEVS, apud quem auctoritate valebant tres euntichi: maximè quidem Artoxanes, post hunc Artibazanes, tertio loco Athous. Sed uxorem potissimum in consilium adhibebat: ex qua iam ante aditum regnum binos susceperat liberos, Amistritin filiam, & filium Arfacan, qui mutato post nomine Cyri nomen imponitur: Deinde Artoften, aliosque deinceps ad tredecim vsque liberos. (Hæc scriptor hic ex ipsamet se audisse Parylatide refert.) Verum ceteri quidem cito viuerè desierunt, superstitibus relictis ijs, quos modo nominauimus, cum quarto insuper filio, cui Oxendrà nomen fecerunt.

Desecerunt à rege germanus eius frater Arsites, eodem patre, eademque matre prognatus, & Megabyzi filius Artyphius. Mittitur aduersus hos Artasyras, belloque Artyphium inuadens, duobus è prælijs victus abiit. tertio deinde congressus, Artyphium superat, & quos ille secum habebat Græcos, ita muneribus ad se pellexit, vt tandem cum tribus admodum Milesiis relictus fuerit. quare iureiurando fideque ab Artasia data, regi sese dedit. Parylatidis verò regi ad Artyphium interficiendum in citato, id consilij dedit, illo ne vt tempore occideret. per eam enim fraudem etiam Arsitam ipsum sese dediturum. vbi hiè quoque deceptus, captusque esset, tum demum tempus vtriusque necandi. Et verò ita factum est, dum ei consilio optatus respondit exitus, & vterque in cinerem conijcitur, etsi Arsitam rex perditum noluit, quod tamen Parylatidis partim precibus, partim vi, aliquando effecit. Pharnacyas quoque, qui cum Secyndiano Xerxem occiderat, lapidibus obrutus: & Menostanes ipse sibi mortem coniecit, cum iam ad eadem comprehenderetur.

Deiicit Pisuthnes, in quem Tissaphernes mittitur, atque Spithradas, & Parmises. Tenditque aduersus hos Pisuthnes, Lycónem Atheniensem, cum ijs Græcis quorum ille dux erat, secum educens, verum acceptis à regis ducibus pecunijs, Lycón Græciq; Pisuthnen deserunt, quem duces deinde, fide data, acceptaque ad regem perducunt, qui ipsos in cinerem coniecit, eiusque satrapiam Tissapherna tradidit. Lycón interim vrbes integras ac regiones pro huiuscè proditiõis mercède accepit.

Artoxares quoque, qui plurimum apud regem poterat, regnandi cupiditate adactus, insidias regi molitur. Hic eunuchus cum esset, barbam sibi mystacisque vt conficeret, vxori imperauit, quò vir esse putaretur, ab ea ipse proditus capitur, & Parylatidi traditus necatur.

Regis autè filius Arfaces, qui ARTAXERXAE postea nomen tulit, Statiram filia vxorè accipit, & huius vicissim filius regis filiam. Hæc Amistritin, eius sponsus Terituchmes dicebatur, qui & in parvis demortui locum Satrapa creatus est. Erat huic soror eodem patre genita, Roxanæ nomine, quæ cum forma, tum sagittandi iaculandiq; peritia præstabat. cuius amore captus Terituchmes, vsusque consuetudine, Amistritin scilicet oderat, vt eam tandem in sacrum conijcere statuerit, à trecentis ita viris, cum quibus ille defecationem meditabatur, confodiendam. Verum Vdiaster quidam, qui auctoritate apud Terituchmen pollebat, & litteras iam à rege acceptas promissis plenas, si sua ipsi filia seruarietur incolomis, Terituchmen inuadit atque interficit, cum prius ipse fortiter inuaditibus resistens, eorum multos strauisset, septem enim supra triginta mactasse traditur. Ipsius autem Vdiaster filius Mithridates, qui Terituchmæ armiger erat, nec turbis hisce interfuerat, vbi factus intellexit, multas patri ditas imprecatas est, captamque Zarin vrbein, Terituchmæ filio conseruauit. At Parylatidis matrem Terituchmæ, fratresque Metrósten atque Helicum, & sorores item duas, quas præter Statiram habebat, & viuas defodi iussit, & ipsam Roxanem in viam item secari. Tantundem de Statira, Arfacæ filij vxore, rex coniugi imperauit. At eum Arfaces multis matrem patremque lacrymis atque plañctibus mitigaasset, postquam ipsa Parylatidis flexa est, etiam rex pœnam illi condonauit, hoc addito ad vxorem, fore aliquando, vt eam valde pœnitent.

f. Eodem hoc mortis genere sublati quoq; Secyndianus sup. pag. 62. & inf. Pisuthnes Bysion. in Persic. Cuius exstos cense. Lycophronis sane Scholiastes Philostratus etiam exponit in eadem. Sed numquid Cuius flamma trahere licebat, saltem noxiis, apud quos mortuum quid, aut carum in ignem conijcens, morte puniebatur, vt refert Strabo lib. XV. extr. An forte in Pyraethonij co- pioso cinere, ibid. descripto, exstis- seti ihs. suspicari liceat.
 g. Vstrato apud Persas supplicio, vt ex Herod. non vno loco disti- mui.
 h. Quod genus supplicij multis etiam post feculis ap. eam gente & sup. pag. 62. quæ do Regina. Hor- mida regis vxor & iugiter dicitur sup. pa. 43.

Decimo nono deinde libro refert, vt Ochus Darius ex morbo mortuus sit Ba- bylone, cum annos regnasset quinque supra triginta.

ARSACES, idemque ARTAXERXES mutato nomine, regnum deinde suscipit: & extracta retro [per cernicem] lingua Vdiaster excutatur, atque ita moritur, Mithridate eius filio pro parente Satrapa creato. quæ quidem Statira studio non sine magno Parylatidis dolore peracta sunt.

Tissaphernes criminatur Cyrum apud Artaxerxem fratrem, mox ille ad matrem confugit, atque ab obiecto crimine absoluitur. Hac ergò à fratre affectus ignominia Cy- rus, ad Satrapiam suam recedit, ac de rebellionem cogitat.

Criminatur Oronden Satibarzanes cum Parylatide consuetudinem habere, cum alioquin illa castissimè viueret. Morte igitur multatur Orondes, & mater regi indignatur, venenoque Terituchmæ filium necat.

De eo quoque sit hic mentio, qui parentem contra legem per ignem sepeliuit. Vnde etiam Hellanicus atque Herodotus mendacij arguuntur.

Deficit à fratre Cyrus, & Græco simul & barbarico collecto exercitu. porro Clearchus Græcorum dux erat. Synnecis vero Cilicum rex vtrumque, Cyrum dico & Artaxerxem, in bello adiuuabat. Cyrus suum, & Artaxerxes vicissim suum exercitum cohortatus est. Clearchus Lacedæmonius, idemque Græcorum dux, & Menon Thesalus, quorum vterque Cyrum sequebatur, assidue inter se dissidebant, propterea quod Cyrus in omnibus Clearchi consilio vteretur, nulla Menonis habitacione. Cum multi ab Artaxerxe ad Cyrum transfugerent, nullus tamen ab hoc ad illum transibat. Quam etiam ob causam Artabarius, cum ad Cyrum sese adiungere statuisset, eoque nomine accusatus esset, in cinerem coniectus est.

Cyrum in regium exercitum impressionem facit, victoriæque potitus, dum Clearchum audire non vult, deinde occumbit. Indignis modis à fratre Artaxerxe in Cyri corpus scuitum. nam & caput, & manum ipsam, qua regem hic percusserat, abscidit, eamque velut in triumpho circumtulit. Recedit cum suis Græcis nocte Clearchus Lacedæmonius, vnamque de Parylatidis vrbibus occupat. Ita rex scedus cum Græcis init. Parylatidis Babylonem profecta est, Cyrum lugens, cuius vix tandem caput atque manum recuperare potuit; quæ illa funerum more curauit, & Susa misit. De Bagapate [pergit narrare auctor] qui regis iussu caput Cyri à trunco amputatur: quomodo item regis mater, cum filium in talorum lusu vicisset, à Bagapaten ex pacto obtinuerit, & quomodo idem detracta pelle, in cruce deinde à Parylatide sitactus. quo item tempore magnam illa suum è Cyri morte luctum compressit, multis ad id Artaxerxæ precibus adducta. Vti Artaxerxes dona illi largitus sit, qui Cyri tiam arulerat: & Carem item illum honorificè exceperit, qui Cyrum à se vulneratum putabat, vtiq; illum ipsum miserè excruciatum Parylatidis interfecerit. Vt rex petenti Parylatidi Mithridaten quoque condonarit, qui se interfecisset Cyrum gloriatus in mensa fuerat: vtiq; hunc abreptum crudeliter necarit. Hæc libro XIX. atque XX. narratur.

Vicissim autem primo, itemque XXII. & XXIII. (qui totius etiam historiae finis est) ista continentur. Quonam pacto Tissaphernes Græcis insidias struxerit, adscitoq; in locum filii Menone Thesalo, per eum dolo ac iuramentis Clearchum ceterosque duces in suam redegerit potestatem; etsi Clearchus insidias præuideret, atque amoliri conareretur. Sed tum vulgus per Menonem deceptum, Clearchum vel inuitum cogit ad Tissaphernen accedere: tum Próxenus quoque Bœotius, iam antea dolo circumuentus, hoc eum facere hortabatur. Clearchum ille cum ceteris victos compedibus, Babylonem misit ad Artaxerxen, vbi omnes ad Clearchum conspiciendum accurrerunt. Cresias ipse, medicus tum Parylatidis, multa per eam illi humanitatis officia exhibuit. Et verò vinculis virtum Parylatidis exemisset, dimississetque, ni Statira maritum Artaxerxen, ad eum interficiendum hortando compulisset. Necatus ergo Clearchus; ad cuius cadaver portentum hocce exstitit, quod flante vento vehementissimo, magnæ altitudinis tumulus sponte sua supra illud coierit. Interfecti insuper quotquot cum eo missi fuerant Græci, solo Menone excepto.

Coniitjs Parylatidis Statiram proscindit, quam & veneno sustulit, hunc in modum præparato. cauebat enim sibi Statira diligenter ab eo malo, quod tamen ei aliquando, contigit. Cultelli alterum latus veneno illinitur, ceteris eo partibus non contractis.

a. Mnemon cognominatus, cuius Sitam ac curatè descripta habentur apud Plut.

b. Herodot. Thesalia, & Strabo lib. XV.

c. Cyri hanc aduersus fratrem rebellionem persecutus est diligentissimè Xenophon, lib. I. & II. Aristot. i.

d. Plut. in Artaxer. Vocat Me- sabaten. e. Paris supplicio affectus sup. Pe- rissacas. pag. 54.

f. Hoc ipso circum- nenti fuisse dolo à consanguineo suo L. V. erit temp- suerunt quida- Et refert Auel. Victor. in histor. Augustas. in An- hoc tm. Philopha.

CTESIAS PER-
SICA.

50

PHOTI F

hoc cultello parua adinstar oui auicula (*rhyndacen* Persæ appellant) in duas secatur partes, & veneno intactam partem sibi sumptam Parysatis comedit, infectam alteram Statira porrexit. Hæc igitur, vt illam ipsam quæ porreixerat, suam vidit partem comedentem, neque ita quidquam potuisset mali suspicari, etiam ipsa cæpit vnâ mortiferum venenum comedere. Hinc matri succenset rex, ministrantesque ipsi eunuchi comprehensi torquentur atque necantur. Giæge præterea comprehenditur, quæ Parysatis familiaris erat, iudicioque de ipsa instituto, iudicium quidem sententis innocens absoluitur, sed tamen à rege damnatur. quare & hæc cruciatibus inflictis necatur, qua de causa & Parysatis filio, & hic vicissim matri succenset.

Post annos octo palmis obitus Clearchi tumulus apparuit, quos ibi clam Parysatis, quo tempore ille mortuus est, per inservientes sibi eunuchos defoderat.

αὐτὴ τὸ λυβὴν
πυρὸν ἀβουλήν
τοῦ ἐπιτολάου.

Causæ ob quas ab Euagora Regè Salaminis Artaxerxes disenserit. Euagoræ nuntij ad Ctesiam, a vt ab Abuleta epistolas acciperent: & Ctesia ad ipsum epistola de reconciliando ipsum cum Anaxagora Cypriorum rege. Nuntiorum Euagoræ aduentus in Cyprum, redditæque Euagoræ, quas ad ipsum Ctesias dederat, litteræ. Cononis ad Euagoram oratio de aduendo ad regem, & Euagoræ epistola de honoribus, quibus ab illo fuerat affectus. Cononis ad Ctesiam epistola, & tributum ab Euagora Regi datum. Epistolas Ctesias accipit, qui de Conone cum rege collocutus, epistolam ad illum mittit. Traduntur Satibarzanzæ munera ab Euagora missa, nuntijque in Cyprum perueniunt. Cononis epistola ad regem ac Ctesiam. Lacedæmoniorum nuntij ad regem missi ab eo retenti sunt. Regis ad Cononem ac Lacedæmonios epistola, quam Ctesias ipse tulit. Conon à Pharnabazo Classi præfectus est. Ctesia in Cnidum patriam suam, deindeque Lacedæmonem aduentus. eius disceptatio aduersus Lacedæmoniorum legatos apud Rhodum, & vt Epheso dimissus fuerit Bactra.

δ. τὰ βιβλία.

c. A Nino id est Semiramide inchoatum, ad magisteriumque, sicut in Olympo. XCV. an. 3. deduxisse Ctesiam, auctor est Diod. lib. 14. pag. 427. edit. Græc.

Indicæ regionis mansionum, dierum, atque parasangarum enumeratio. Catalogus item regum inde à Nino & Semiramide ad vsque Artaxerxen: quibus & hoc opus absoluitur.

SCRIPTORIS huius Ctesia candidus est ac valde simplex sermo, quo etiam fit, vt non iniucundus accidat. Vfus vero dialecto est Ionica, etsi non per omnia, vt Herodorus, sed in quibusdam tantummodo vocibus. neque etiam in diuerticula quædam, vt ille impotuntè sermonem auertit, quanquam à fabulis quas illi probrosè obijcere audeat, ne ipse quidem abstinet, in eo præsertim libro, quem INDICA inscripsit. Iucunditas vero historiæ magnam illi partem in narrationum posita est apparatu, qui multum habet & vehementia, & inexpectati. quanquam illa etiam rebus penè fabulosis magna cum varietate exornatur. Oratio illi plus æquo dissoluta, vt & in idiotismum triualemque sermonem incidat. Herodoti autem stylus hac ipsa & simili orationis virtute atque artificio, Ionice dialecti norma est ac regula.

SEQVNTVR ECLOGAE VARIAE,
SCHOLIORVM LOCO.

BIBLIOTHECA.

REGVM PERSICORVM SERIES EX CTESIA.

Rex	Vxor	Liberi	regnauit	Mortuus.
I. Cyrus	Amytis.	Cambyses, & Tanyoxarces	annos XXX.	ex vulture in pratio accepto.
II. Cambyses.	Roxane.		annos XVIII.	causa tilius suomet cultello.
III. Sphendadates magus, alius Smerdis	es		mensis VII.	à VII. conuulsione interfectus.
IV. Darius Hytaspæ F.		Xerxes.	annos XXXII.	post XXX. dierum morbum.
V. Xerxes.	Amistris.	Darius, Hytaspes, Artaxerxes Achemedides, Artanius, Amytis, & Rhodogune.	annos XXII. aliis auctoribus	ab Artapano & Spamtire percutus.
Artapanus Xerxæ persecutor ab alijs	hic inseritur, &	dicitur regnum tenuisse	mensis VII.	eadem morte, qua Artaxerxem statuerat medio tollere.
VI. Artaxerxes, Longimanus appellatus	Damaspia.	Xerxes, sicut legitimus Sparti XVII. inter quos Scyrdianus & Ochus postea in regnum successerunt.	annos XLII.	morte naturali.
VII. Xerxes alter.			dies XLV.	Scyrdiani & Pharnaciæ manu.
IX. Scyrdianus, alijs Sogdianus.			mens. VI. dies 25.	in cinerem coniectus.
X. Ochus, qui & Darius, Darius Nothus alijs.	Parysatis.	Arsaces, Cyrus, Artostes, Oxendras, & alij XIII. qui cito vita abierunt. Amistris filia.	anno XXXV.	ex morbo, Babylone.
X. Arsaces, idemque mentato nomine Artaxerxes, alij Mænon cognominatus.	Statira.	Aduersus hunc Cyrus frater conjugis	in pratio occubuit.	Reliqua huius dabit Phares in Artoserse.

Quatuordecim potro Persicorum Regum breuem tibi Catalogum exhibebit noster P. Benedictus Petrus Comment. in Daniel, lib. XIII. intuo.

Clemens Alexandrinus Stromateo I.

Assyriorum res multis annis Graecorum rebus antiquiores sunt, ut ex dictis Ctesia constat.

Athenagoras legatione pro Christianis.

Propter De certo, [Semiramidis matrem] & columbas, & Semiramida venerantur Syri. Quod enim fieri nequit, in columbam versa est Semiramidis, ut habet fabula apud Ctesiam.

Apud Athenæum Dipnosoph. XII.

Ctesias libro Persicorum tertio scribit, omnes quidem quotquot in Asia regnarint, luxui & voluptatibus deditos fuisse, sed praeter ceteris Ninyam, Nini & Semiramidis filiam. Ac certe hic quoque voluptatibus domi indulgebat, ita ut à nemine conspiceretur, praeterquam ab eunuchis, & suis vxoribus. Talis autem erat & Sardanapalus, quem alii Anacindaraxis alii Anabaxaris filium fuisse memorant. Ac cum Arbaces, genere Medus, vnus è ducibus qui illi suberant, egisset cum Parameize, &c.

Paulo post de eodem Sardanapolo.

Ctesias autem narrat, ipsum ad bellum deuenisse, & cum collecto numerofo exercitu ab Arbace regno eiectus esset, mortem obiisse, cum seipsum cremasset, exstructo rogo ad quatuor ingerum altitudinem: cui imposuerat leitos aureos CL. ac totidem mensas, & quidem aureas. Struxerat autem in ipsa pyra cenaculum pedum centum, ex lignis: atque hic quoque leitos strauerat, in quibus cum vxore cubuit: pellices autem in aliis. Filios enim tres, & duas filias, cum malum rerum suarum videret, antea miserat in urbem Ninum, ad eum qui ibi regnabat, dederatq; illis tria talentorum auri millia. Texerat autem illud edificium trabibus magnis & crassis, quin etiam multa ligna, & ea quidem crassa, circumposuerat, ita ut nullus pateret exitus: quin etiam talentorum auri imposuerat illi mille myriades, argenti decies mille: nec non vestes & purpuras, & omne genus eorum, qua ad cultum corporis pertinent. Quae cum fecisset, accendere pyram inussit, qua per quindecim dies ardebat. At qui fumum videbant mirabantur, ac putabant illum sacrificare: soli vero eunuchi rem nouerant. Sardanapalus igitur, qui prodigiöse voluptatibus deditus fuerat, quam potuit generosissime vitam finit.

Non multo post.

Ctesias vero Annarum regis prefectum, & qui Babylonia regionis imperium obtinuerunt, veste & ornatu muliebri usum esse tradit. & ad eum cenantem, cum regis seruus esset, accedere solitas centum quinquaginta psallentes & canentes mulieres. Psallebant autem haec & canebant illo cenante.

Apud DEMETRIVM PHALEREVM in libro qui

αργὴ ἐπὶ πνεύμας vocatur.

Strysq; quidam Medus, cum ex equo Sacidem mulierem deiecit (apud Sacas enim mulieres eodem quo Amazones modo praeliantur) eamq; & formosam, & aetate florentem esse vidisset, saluam dimisit. At percusso postea fodere, cum illa, quam aliqui deperibat, potiri non posset, statuerat quidem inedia vitam finire: scribitur tamen prius illi hanc epistolam, qua expostulat: Ego te seruauit, & tu per me seruata es. Argo per te perij.

Stephanus Byzantius voce Δυρεῖαιος

ex Ctesia Persicorum X.

Regio iuxta eum adiacet Dyrbaorum, beata planè gens, diues atq; iusta. nam neq; iniuriam cuiquam inferunt, neque mortem. Quod si forte per viam aut aurum inuenerint, aut aliud quidquam. * *

Athenæus Dipnosophist. X.

Amyntas quoque in libro qui Στραπυοῖ inscribitur, Tapyrorum gentem ita vino dedita esse tradit, ut ne ad vngendum quidem alia re vlla quam vino utatur. Eadem autem & Ctesias commemorat in libro, quem de Asiaticis tributis scripsit: qui & iustissimos esse illos tradit.

Apollonius

Apollonius histor. mirab. XX.

Ctesias libro rerum Persicarum decimo, Camelos esse in ea regione prodit, quarum plii mollitie lanas Milesias aquant: Sacerdotesq; & alios proceres vestes ex iis confectas gestare.

Ex Steph. Byzant.

Choramnei, Persica agrestium hominum natio. Ctesias Persicorum X. Tanta verò celeritate est genus illud hominum agrestium, ut cernus ipsos insequendo capiat; aliq; multa de his narrat.

Apud Athenæum Dipnosophist. lib. II.

Rex Persarum, ut scribit libro primo Herodotus, aquam in potum suum secum vehit à Choaspi flumio, qui Susa praeterfluit: atq; ex hoc solo bibit. Huius autem aquae decoctae plena vasa argentea portantes plurimi currus, rotarum quatuor, quos multi trahunt, ipsum sequuntur. At Ctesias Cnidius, narrat etiam quomodo regia haec Choaspi flumii aqua coquatur, & quomodo vasis imposita, portetur ad regem. additq; illam & leuissimam & suauissimam esse.

Apud eundem Dipnosoph. IV.

Rex autem Persarum (ut scribant Ctesias, & Dion in Persicis) cum virorum milibus quindecim cenabat, & in cenam quadraginta talenta infumebantur.

Apud eundem libro II.

Ctesias autem Carmaniam oleum acanthinum producere, & eo Regem uti, ait. Qui etiam in libro, quem de Asiaticis tributis scripsit, conae regiae apparatus describens, neque piperis, neque aceti meminit, quod vnum inter condimenta est optimum.

Et libro XI.

Verum repudianda sunt nobis scythia pocula. Apud Persas enim, ut testatur Ctesias, quemcumq; rex in honoratum esse voluerit, scythilibus poculis utitur.

Apud eundem, Dipnosoph. XIII.

Quin etiam Cambyses suscipiende in Egyptum expeditionis (ut scribit Ctesias) causa fuit mulier. Nam cum Egyptias mulieres in congressu praestare ceteris intellexisset, ad Amasim Egypti regem misit, vnam ex eius filiabus in vxorem poscens. At hic è suis quidem vnam haud misit, suspicatus illi non habitum iri honorem vxori debitum, sed pallace: verum Apris filiam Neuterin. Excitauit autem regno Apris, propter cladem in pugna aduersus Cyrenenses acceptam, & ab Amasi fuerat interfectus. Cambyses Neuteridis consuetudine delectatus, & valde in amore eius illectus, omnia ex illa discit: & cum crasset eum, ut eadem Apris patris visceretur, persuadet ut bellum Egyptiis inferat.

Eiusdem libro X.

Ctesias autem, apud Indos regi non licere inebriari tradit. At verò apud Persas regi conceditur inebriari die vno, in quo sacrificant Mithra.

Libro XIV.

Berosus autem Babylonicorum libro primo, decimasexta die mensis Loi, festum Babylone quinque dierum spatio celebrari ait, Saccaes dictum: per quod tempus solere dominos famulis parere: vnumq; ex his domui praesse, veste, qua regia similitudinem referebat, indutum: quem & Zoganem appellari. Meminit huius festi Ctesias quoque libro Persicorum secundo.

Ex Xenophonte, lib. I. de expeditione Cyri.

Cum Cyrus vna cum his esset, Regem & globum qui illum circumstabat conspicatur. Ac statim continere se non potuit: sed hac locutus, Video hominem, in eum inuadit, & infesta hasta per loriam pectus verberat: ut refert Ctesias medicus, qui & vulnus illud se curasse dicit. Dum autem Regem ferit, in eum nescio quis tragulam magno impetu iaculatur, & sub oculo vulnerat. Hic pugnantibus Rege & Cyro, illisq; qui circa illos erant, quam multi quidem ceciderint eorum qui Regem circumstabant, Ctesias commemorat (apud illum enim erat): Cyrus autem & ipse occubuit, & octo fortissimi eorum qui latus eius cingebant, super illo iacebant.

Ex Plutarcho in Artaxerxis vita.

Ctesias narratio, ut breuibus multa perstringam, huiusmodi est.

Cyru, trucidato Artaxerxe, equum in regem permisit, & hic in illum, silentio uterque. Occupat Cyri amicus Arius ferire regem, nec sauciavit eum: Rex missa lancea à Cyro aberravit, Tissaphernem autem sidum Cyro & foriem virum percussit atque interemit. Cyrius intortor per loriam regis iaculo, vulnus pectori illius ingessit, duos digitos altum. unde ille ictus vi defluxit ex equo ad terram. Fuga & tumultus cohortis regia edito, rex assurgens, cum paucis (inter quos Ctesias) tumultum vicinum cepit, ubi tenuit se quietum. Cyrum inter hostes volitantem equus ferociter longe abstulit: nec tenebris iam cognoscebatur ab hostibus, & ab amicis querebatur. Erectus autem victoria, ardorisque & fiducia plenus, per medios vehebatur hostes, clamans, Cedite miseri. Dum hoc identidem lingua Persica clamat, pars venerabundi decedunt ei via. Ibi cum tiara capiti eius defluxisset, pretercurrens adolescens Persus (Mithridati nomen erat) tempus Cyri iaculo secundum oculum ferit, inscius qui sit. Eructante vim sanguinis vulnere, captus Cyru vertigine & sopore collabitur. Equus fugiens oberrabat. stratum equi prolapsus capit comes illius, qui Cyrum percussit, sanguine redundans. Cyrum ex plaga agrè tandem colligentem se assistentes canuchi pauci alteri equo impo- suere, quo eriperent eum. Quem equitandi impotentem, pedibusque connitentem ire, sustinentes ducebant: corpore quidem, ob vulnus in capite acceptum, grauem cessitantemque; sed victorem arbitrantem se, quod fugientes audiret, Cyrum regem alta voce appellantes, atque ut parceret ipsis orantes. Interea Cannii quidam homines, tenuis inopesque, qui humilitum ministeriorum gratia regis castra sequebantur, confusi forte ut amici fuere cum illis qui circa Cyrum erant. Hi ut tandem punicea sagula eorum aduertere (cum regii haberent omnes candida) intellexerunt hostes esse. Ita unus eorum ausus est, ignarus qui esset, Cyrum iaculo à tergo ferire. Vulnerata poplitis vena prolapsus Cyru, tempus simul sancium ad saxum offendit: unde animam exhalauit.

Apud Demetrium Phalereum libro 3^o de significationibus.

Oportet autem que facta sint, non statim fateri facta esse, sed paulatim suspensum tenendo auditorem, & nobiscum angi cogendo. Quod Ctesias in allato de Cyri morte nuntio facit. Nec enim nuntius simul atque ad Parysatim venit, ei Cyrum mortuum esse dicit: hac enim est, que Scythica oratio appellatur. Sed primum quidem, victoria potitum eum nuntiavit: que verba illi gaudium anxietati mixtum attulerunt. Postea vero interrogat rex: At quomodo se nunc gerit? Tunc ille: Fuge se dedit, inquit. Hic ille sermonem excipiens: Tissaphernes horum et malorum est auctor, inquit. Rursusque interrogat: Cyru vero ubi nunc est? Respondet nuntius: Vbi fortes viros diuersari decet.

Ex Plutarcho in vita Artaxerxis.

Eduxerat autem Artaxerxes (ut Ctesias auctor est) in aciem quadringena millia: Dinon & Xenophon multo plures fuisse, qui conflixere, memorant. Inito cesorum numero Ctesias nonem millia capitum relata perhibet ad Artaxerxem: sibi vero non minus viginti millia visos, qui ceciderant. Verum hac in controuersia fuere. Illud vero iam Ctesia nobile est mendacium, qui se cum Zacynthio Phayllo, & quibusdam aliis missum refert ad Gracos. Nam Xenophontem non latuit agere in regis contubernio Ctesiam. Siquidem meminit eius, & constat hocce libros eum voluisse. Quare nuntium eum, & tanta legationis interpretem non praterisset tacitum, qui Phaylli Zacynthii mentionem faciebat. Sed mirè scilicet ambitiosus Ctesias. Nec secius Laconum & Clearchi studiosus, passim in historia aliquas etiam sibi ipse attribuit partes: in quibus cum est, multa & preclara de Clearcho commemorat, & de Lacedemone.

Ex eodem Plutarcho in eadem vita.

Postquam autem Clearchum alioque duces interposito inreiuando circumuenit Tissaphernes, comprehensusque & vinculis astrictus ad regem misit: rogatum refert se à Clearcho Ctesias, ut peccatis copiam sibi faceret. Quo accepto, curasse eum caput, oblectatumque peccatis usu. Anulum item suam, amicitia mutua ad necessarios & familiares Lacedemone suos in signe, sibi dedisse. Insculptas in pala fuisse Caryatidas saltantes. Cibaria que Clearcho mittebantur, à concaptiuis militibus interuersa & consumpta, pauca vero ex illis relicta Clearcho. Cui etiam rei adhibuisse se remedium Ctesias narrat, effectisque, ut copiosa mitterentur Clear-

tur Clearcho, ac militibus separatim praberentur alia: atque hac subministraffe, & suppeditasse ex beneficio & sententia Parysatidis. Cum mitteretur quotidie Clearcho inter cibaria, perna, orasse ipsum Clearchum ac subiocasse, modicum pugionem ut in carnem conditum clam sibi mitteret, neque, si ueret ut Regia fata sua paterent atrocitati, ceterum abuisse mensuram. Regem deprecanti matri pro Clearchi incolumitate, inreiuando annuisse: verum impulsu inde Statira cunctos fuisse ab eo prater Menonem trucidatos. Hinc Statira tetendisse Parysatidem insidias, virumque ei concinnasse. Verum parum probabilia affert, & coniuncta cum absurda causis, facinus admisisse adeo nefarium, atque in periculum sese precipitauisse Parysatidem Clearchi gratia, sustententem instam regis coniugem, liberorumque, consortem ad regnum educatorum, necare. Ceterum non obscure exaggerat hac ad Clearchi commendandam memoriam. Etenim attexit hoc quod, duces obruncatos ceteros fuisse à canibus & aliis laniatos, Clearchi cadaveri ventis procellam cumulum terra excitasse, atque iniectisse corpori, idque contempsisse: quo loco enato palmeto, breui eximium nemus excreuisse, ac locum cum inumbrasse: itaque magna ductum penitentia regem, quod virum Diis carum peremisset Clearchum. Parysatis ergo (cum odium iam inde ab initio atque amulationem concepisset in Statiram, quod cereret potentiam suam, non nisi à rege se reuerente & honorante proficisci, illius vero amore & fide stabilem firmamque esse) instruxit ei insidias, de summa, uti arbitrabatur, alcam iaciens. Ancillam habebat fidam, quam plurimum apud ipsam poterat, Gigim dictam, quam administram veneni Dinon tradidit fuisse, consciam modo & quidem inuitam Ctesias. Illum qui venena dedit, hic Belitarum appellat, ille Melantam. Instiuentes autem ex superioribus suspicionibus ac similitudine congregati denud, & una cenare, cum metum tamen & cautione iisdem epulis atque ab iisdem utebantur paratis. Nascitur apud Persas exigua avis, que omni caret excremento, habetque intestina omnia adipe differta: unde vento arbitrantur & rore hoc animal vivere: Rytaces dicitur. Hanc autem Ctesias cultello, quem altero latere illeuerat toxico, dissecuisse Parysatidem, atque infecisse alteram partem veneno, suam partem sinceram & puram ori ingestam ipsam mandasse, Statira vero dedisse uolentem. Dinon, non Parysatidem, sed Melantam medicatas carnes secuisse uentre, & Statira appouisse. Cum animam igitur magnis cum cruciatibus & doloribus ageret mulier, & ipsa offecit maleficium, & suspicionem regi aduersus matrem attulit, feritatem illius, & animum implacabilem cognoscenti. Unde questionem extemplo intentus, ministros maris & structores corripuit, ac tormentis lacerauit: at Gigim diu Parysatis in cubiculo suo tenuit, deponenti, denegauit regi. Verum cum postea orasset illa, ut domum nocte dimitteretur, certior factus rex, locatis insidiis comprehendit Gigim, eamque rei capitalis damnauit.

Alianus de animalium natura, libro 7. cap. 1.

Susidas boues numerandi scientiam tenere Ctesias scribit. Nam Susis regi singule quotidie centum cados in hortos siciores, & minus riguos hauriunt. Quem quidem laborem, sine quod eis sit certus & constitutus, sine etiam quia diu multumque in eo se exercuerunt, promptissimo obeunt. nullam enim ad opus remollescere videres. At si supra quem diximus centenarium numerum, vel unum cadum institeris subuehere, nullis iam eas, inquit, vel blanditiis inducere, vel verberibus adigere ad id poteris.

Apud eundem lib. 16. cap. 42.

Porrò Ctesias Gnidius refert, in flumine cui nomen Argades, quod ad Persicam Sittaceu est, serpentes abunde gigni, capite albus, reliquo corpore nigras. quatuor cubitorum longitudinem habere, & quos percusserint interimere. Interdum vero eas haudquam videri solere, sub aqua natantes: noctu vero vel aquam haurientibus, vel lintea lauantiibus, perniciem afferre. multi enim huc adiguntur, qui propter aqua deficientis necessitatem, aut quod negotiis impediti interdum uestes ablucere non quiverint.

Apud Diodor. Siculum lib. 2. Biblioth. aliquoties item citatum Ctesiam reperies: vti & apud Ioan. Tzetzen in Chiliadib. & Harpocratonem in Lexico.

LEGI & INDICA Ctesiae, magis etiam Ionicè libro singulari descripta:
 Refert Indum fluuium, qua est angustissimus, quadraginta patere stadias, qua latissimus, ducenta. Indos solos, ceteros ferè mortales vniuersos multitudi-
 ne superare. Scribit de verme quodam, qui in flumine est; & solum quidem hunc de ceteris animalibus, in eo nasci. Ultra Indos nullos habitare homines. Per Indicam præterea regionem nunquam plueret; sed flumen eam rigare. De Pantarba sigillari gemma: atque inter cætera, vt hæc LXXVII. sigillares gemmas, lapidesque pretiosos in flumen coniectos (erant ea Baetrij cuiusdam instititoris) inuicem sibi adhaerentes retraxerit. De elephanti-
 bus, & qui muros dissoluunt atque euertunt. De paruis simiis, quarum caudæ ad quatuor cubitos protenduntur. De maximis gallis gallinaceis. De bitraceo aue, humano sermone ac voce prædita: accipitris eam esse magnitudine & fronte purpurea, barbamque gestare nigram; alioqui ad collum færulei coloris est, ad modum cinnabaris. Hominis item in morem Indicè hanc auem loqui: immò & Græcè, si hunc quoque sermonem docta fuerit.
 intermedium esse. *b. Ignem etiam existimasse refert Heliod. inf. pag. 5. Vide & Philostrat. de Vita Apollonij, lib. 3. Peliore suo, cum rex Indicorum iubet, ut incumbendo. Lege cap. 29. Eliani de animal. lib. 17. Sibi plura de his. d. Hinc sumptisse videtur, qua de iisdem refert Elian. de animal. lib. 16. cap. 2. e. Psittacum vocant alij. Meminit inf. quoque Olympiodorus pag. 112. & Elian. non semel. f. xwávw.*
 Agit de g fonte, qui humidò quotannis auro ita impleatur, vt centum ex eo vrcei siciles anni spatio hauriantur. Siciles autem esse vrceos propterea oportere, quòd hauritum mox aurum concrestat, vt ad illud educendum vas ipsum confringere necesse sit. Fontem ipsum quadratum esse refert, sed eum cubitorum ambitu, vniuersaque vltrae altitudine: singulis porò vrceis singula talenta auri extrahi. De ferro, quod in huius fontis fundo reperitur; ex quo duos se habuisse aliquando gladios ipse Ctesias commemorat; vnù à h rege, alterum à Parylatide regis ipsius matre sibi donatum. Ferri autem huius eam esse vim, vt in terram de pactum nebulas, & grandines, turbineque auertat. hoc semel se iterumque vidisse, cum rex ipse eius rei periculum faceret.
 De canibus Indicis tantæ magnitudinis, vt cum ipsis quoque leonibus certamen incant. De magnis illis montibus, ex quibus cum serdo, tum onyches etiam, atque alia gemmæ effodiuntur. Ingentem illic seruire æstum, solemque ipsum decuplo quàm in aliis regionibus maiorem videri: ac multos in ea regione mortales æstu præfocatos extingui. Mare ibi nihilo minus quàm Græcum & flatu tumere: verum id in summo, ad quatuor vsque digitorum altitudinem, seruidum esse; adeoque pisces iuxta calorem illum vivere nullo modo posse, sed in imis degere.
 Indum fluuium per campestria delatum, ipsos quoque montes interlabi; in iisq; locis nasci l calamum, quem vocant Indicum, tantæ crassitudinis, quantam duo simul homines expansis vlnis completi possint, altitudinis verò, quanta est mali ingentis oneratiæ nauis. Esse tamen inter hos calamos maiores, minoresque, quemadmodum in magno aliquo monte accidere solet. In marem item fœminamque eisdem distinguunt, & illum quidem admodum esse validum ac firmum, sine medulla, quam tamen habeat fœmina.
 De regionis illius animalibus scribit m martichora dicto: humanù id referre vultum, leonis magnitudine, colore cinnabaris in modum rubente. Triplicem illi esse dentium ordinem, aures humanis similes, & oculos æquè nostro more glaucos, quantam item cubitali maiorem habere, qualem scorpius terrestris, in qua & aculeus, etsi alioqui illa per transuersum etiam spinis aspera sit. Aculeum item in vertice gerere, vt scorpius, eoque accedentes ita pungere, vt nec mortem vllò pacto, quicunque percutissus fuerit, euadere possit. Iam si quis eminus cum hoc animali pugnam ineat, non minus ab anteriori illud parte caudam prætendendo, inde velut ab arcu emissas sagittas, aculeos suos spargere atque ferire, quàm à posteriore parte rectam illam protendendo, ad iugeri autem spatium iaculati, omnesque quos attigerit certissimo interficere, vno dumtaxat excepto elephante. ipsos verò aculeos pedali esse longitudine, tenuissimiq; funis latitudine. Addit Martichora Græcis ἀνδρῶποδῶν [id est, hominiorum] significare, quòd ho-

a. Hic ipse locum tra citatus legitur ab Arriano lib. 5. de expedit. Alexandri. Ac Ctesias quidem asserit Indi, qua angustissimus is est, XL. stadiorum latitudine ripas inter se distare; quare verò latissimus, etiam centum summum stadiorū spatium intermedium esse. b. Ignem etiam existimasse refert Heliod. inf. pag. 5. Vide & Philostrat. de Vita Apollonij, lib. 3. Peliore suo, cum rex Indicorum iubet, ut incumbendo. Lege cap. 29. Eliani de animal. lib. 17. Sibi plura de his. d. Hinc sumptisse videtur, qua de iisdem refert Elian. de animal. lib. 16. cap. 2. e. Psittacum vocant alij. Meminit inf. quoque Olympiodorus pag. 112. & Elian. non semel. f. xwávw.
g. Falsa hac esse ait Philostrat. lib. 3. de Vita Apollonij.
h. Aristoteles, & Memnon.
i. Elianum lege lib. 4. de animal. cap. 19. qui sic hinc petiuisse videtur.
k. Quævis logo, pro Quævis.
l. Harundini Indicæ arborea amplitudo, inquit Plin. lib. 16. cap. 36. quo te, lectior, remitto.
m. Et hoc esse medicum Gal. Philostr. Elian. lib. 4. de animal. cap. 21. postquam multis de Martichora egit, penes Ctesiam fide omnino esse Gal. Meminit & Pausan. huius Ctesianæ narrationis in Beotic. Plin. item lib. 8. c. 21. apud quos Martichora legitur.
n. ἰνὸς ἀνδρῶν.

66
67

mines vt plurimum interimat, voretque; etsi aliis quoque animalibus vescatur. Vnguis etiam hoc animal, non tantum aculeis, pugnare; atque hos iaculando emissos identidem renasci. Magnam item esse horum animalium copiam in India, eaque telis ab hominibus confici, quæ elephanti vecti in illud comorqueant.
 De summa Indorum iustitia; itemque de moribus ac ritibus eorum. De loco illo sacro, quem in tractu inhabitabili eius regionis sub solis lunaque nomine venerantur: quo non nisi quindecim dierum itinere à Sardus monte perueniri possit. Solem illic annis singulis per dies triginta quinque lentius vrendo refrigerare; ne scilicet dum celebrant festum ac reuertuntur, etiam adurantur. Nec tonitrua, nec fulgura, nec pluuias vllas in India esse; sed ventos bene frequentes ac turbines, qui etiam abriplant, quidquid apprehenderint. Solem orientem in plerisque Indiæ locis, & alteri diei parti frigus, alteri vehementem æstum adferre. Non à sole, sed à natura Indos esse nigros. esse enim inter illos viros quosdam ac mulieres, etsi pauciores, supra omnes alios candidissimos. atque ad eummodi Indas duas & Indos quinque à se visos auctor refert. In confirmationem porò eius, quod supra de sole dixerat, triginta eum & quinque dies in India frigidiorum auram adferre, addit: Ignem etiam illum, qui ex Ætna erumpit, à medium regionis tractum, quòd is iustorum hominum sit, nequaquam infestare; cum tamen alia circum loca infestet. Quin & apud Zacynthum pisciferos inueniri fontes, ex quibus insuper pix educatur. In Naxo quoque fontem esse, è quo vinum, & quidem suauissimum emanet. [Ita Phasidis e fluuij aquam, si iustum ipsa diem in vale aliquo conseruetur, in suauissimum vinum commutari.] Ignem præterea esse in Lycia, non procul Phaselide, perpetuum, noctes atque dies sine intermissione ardentem; & eam aqua non extingui, sed magis accendi: si mo tamen illum extingui. [Hoc item modo assidue in Ætna atque Prusa ignem ascendere.]
 Narrat præter ista, in media India g homines reperiri nigros, qui Pygmei appellantur. Eadem hos, qua Indi reliqui, lingua vti, sed valde esse paruos, vt maximi duorum cubitorum, & plerique vnus dumtaxat cubiti cum dimidio altitudinem non excedant. Comam alere longissimam, ad ipsa vsque genua demissam, atque etiam infra, cum barba longiore, quàm apud villos hominum. quæ quidem vbi illis promissior esse cæperit, nullo deinceps veste vti; sed capillos multò infra genua à tergo demissos, barbamque præter pectus ad pedes vsque defluentem, per totum corpus in orbem constipare & cingere, atque ita pilos ipsos suos vestimenti loco esse. Vererum illis esse crassum ac longum, quòd ad ipsos quoque pedum malleos pertingat. Pygmeos hoc simis esse naribus, & deformes. Ipsorum item oues b agnorum nostrorum instar esse; boues & asinos, arietum ferè magnitudine, equos item multosq; & cætera iumenta omnia nihilo esse nostris arietibus maiora. Tria horum Pygmeorum millia Indorum regem in suo comitatu habere, quòd sagittarij sint peritissimi, Summos esse iustitie cultores, iisdemq; quibus Indi reliqui, legibus parere. Venari quoq; lepores vulpeq; non canibus, sed coruis, miluis, cornicibus, aquilis; adhibitis. Lacum apud eos esse octingentorum stadiorum ambitu, & cui oleum [nostro simile] supernatet, quoties nullus adspirat ventus. per hunc ergo lacum paruulis nauigijs vectos, ex eius medullis scaphis oleum ad vsum haurire. Vti quidem & ex sesamo expresso oleo, vt & è nucibus: præstantius tamen esse illud è lacu hauritum. Pisces nihilominus habere hunc lacum.
 Abundare quoque scribit hanc regionem argento, neq; profundas eius esse fodinas; sed Baetrias ipsas venas altiores haberi. Quin & aurum habere Indiam: non quod in fluminibus reperitur, laueturq; ; vt fit in Pactolo flumine; sed quod multi vastique montes suppeditent. in quibus quòd i gryphes habitent (aues quadrupes, lupi magnitudine, leonibus cruribus atque vnguibus, pennis toto corpore nigris, at in pectore rubris) hinc scilicet, quòd ibi tanta copia sit aurum, difficulter ad eum obtineri.
 Indorum oues, capraeq; asinis esse nostris maiores, & plurimum quaternos, imò & senos, parere. Caudas verò ad eum habere m magnas, vt fortis amputandæ sint, quo marem admittere possint. Porcum item neq; cicurem neq; syluestrem tota India reperiri. Palmas Indicas, earumq; fructus triplo esse quàm apud Babylonios maiores. Insuper & fluuium ibi quandam è petra melle fluere.
 H Multa animal. cap. 3.
 m. Addit Elian. lib. 16. c. 37. ex hoc Ctesia loco: Suilli generis & sum Indos detestari, & tantopere ab eo vitandis, quàm ab humanis carnibus abhorere.

a. Simile quid habet Nonnosus sup. pag. 2. b. dicitur tunc regis & dicitur. c. Nonnosus sup. pag. 3. idem ferè narrat. d. Illius ferè, quem iustorum appellat, inuenisse, docet inf. Comon narrat. XLIII. pag. 232. e. E Baunivico ca. dice ista Sincis inclusa in scribit, atq; ab his non ingratum fore putant. f. Flagrat in Phaselide mons Chimæra, inquit Plin. dum hinc Ctesia locum adfert lib. 2. cap. 106. g. Similia Nonnosus sup. pag. 3. Et de Pygmeis Plin. videndos, Solinus, ac inuenialii. h. Elian. lib. 16. cap. 37. hist. animal. Psyllis Indicis totum illud pumili pecoris genus attribuit. i. Quo autem modo hæc aures venari doceant Indi, ex Ctesia tradit Elian. lib. 4. cap. 26. de nat. animal. k. Meminit huius loci Aristoteles, mirabil. narrat. 165. l. De gryphibus hoc, & auri colligendi modo lege cap. 27. lib. 4. Elian. de animal. m. Cubitum totum latas, de hinc expressit. Elian. lib. 3. de animal. cap. 3.

a. An hoc forte
facit Antigon
Narvat mirab.
160. Ctesia scri-
bere, in Ethio-
pia fontem aqua
habere instar
cinnabaris ru-
bentis, que pota
Secordes reddat?
b. Addita et
hac e. Bauarico
Cod. que prater-
mittenda non
dixi.
c. De Seris Lu-
cian quoq. pro-
ditum refert, ad
recentissimum
eos Sita animum
pertingere.
d. Vide inf.
pag. 51.

e. Plura excer-
psit de hac ani-
cula Elian. lib.
4. cap. 41. de
animal.
f. Apud Apollo-
nium, cum huius
loci mentionem
facit, (hist. mi-
rab. 17.) p. 260.
Eo hodie legitur.
g. Cod. Bauaric.
ετα δ' αντησ.

h. Hypobartus
legitur apud
Plin. lib. 37. cap.
2. extr. Sibi et
vniuersa ferre
bona ex hoc
Ctesia loco resti-
tuas.

i. Α. Σινιχα-
εσ. & Σινιχα-
εσ. Plin. lib. 37.
cap. 2. Aphyta-
cota legit.

k. Exscripsit hanc
(in Indicorum
Ctesia aliq.
pleriq.) Elian.
lib. 4. cap. 46.
hist. animal.

l. Pro mendacio
hac habet Philo-
strat. Refert et
tamen ex Ctesia
Plin. lib. 7. cap. 2.

Multa refert de Indorum iustitia, & in suum regem benevolentia, deque illorum
mortis contemptu. Fontem quoque apud eos esse ait, cuius aqua, simulatq; hausta fue-
rit, caesi in morem coaguletur. huius autem coagulati si cui ad tres obolos contriueris,
atque in vulgari aqua bibendos dederis, indicare mox illum quæcunque admisit. & eo
enim die mente alienatum insanire. Vti ergo eo regem in accusatis, quoties certo cog-
noscere velit, an obiectorum criminum affines sint. Et si quidem ediderint crimen, im-
petrare vt inedia mortem accerant: si verò nihil deprehendatur, liberos dimitti.

Indorum neminem aut capitis, aut oculorum, aut dentium dolore vexari; nemi-
nem oris pustulas, aut penitus vllum putrescens vlcus pati.

b [De Seris ferri ait, itemque de vterioribus Indis, immania prorsus illos habere
corpora, vt tredecim ibi cubitos alti viri reperiuntur, quorum æquè vita & ducentissi-
mum excedat annum. Visos & in Galtæ fluminis quadam parte ferinos homines, hip-
popotami ferè cute, quam ne tela quidem ipsa perforarent. In illa ipsa India (vt ferunt)
ad intimas marinæ insulæ partes, a prælongas gestare caudas incolas, quales vel Satyris
adpingi solerent.]

Serpentem apud Indos esse quendam memorat, spithamæ longitudine, pulcerrima
purpuræ specie, capite candidissimo, nullisq; omnino dentibus: quem in ætuosissi-
mis illis montibus, ex quibus sardo [gemma] effoditur, venatores capiunt. Hunc non
mordere quidè; sed quemcunq; locu vomitu suo cõsperserit, eum necessariò putredine
vitiari. Eundè per caudam suspensum duplex emittere venenû; electri specie prius, & al-
terum nigrum: illud viuo effluere, hoc mortuo. Prius item illud, si selamij tantum grand
quantitate detur, cõfestim interimere; eius qui illud sumserit cerebro per nares effluen-
te: alterum verò si detur, lentam tabem adducere, quæ vix anni [spatio] hominè conficiat.

e Auem describit Σιναιον appellatam (Σιναιον, id est, insulam, Græcè dixeris) perdicis
ouo non maiorem. hanc sua defodere excremèta, ne inueniri possint. quod si de inuen-
tis, quantum selamij granum est, quispiam biberit, mane somno corripitur, sensusque ex-
pertem dormire, quoad occidente sole moriatur.

Esse & ibi lignum, γ Παρέβου dictum, oleæ magnitudine, quod in regis dumtaxat
hortis reperiatur, neq; florem vllum, neq; fructum producat. quindecim id tantum ha-
bere sub terra radices; sed eas ita crassas, vt tenuissima brachij crassitudine exeret. Huius
ergo radices si partè aliquâ vel g spithamam longâ sumseris, quibuscunq; eam rebus
admoueris, omnia mox ad se rapturam, aurum, argentum, æs, lapides, ceteraq; præter
solum electrum. sin cubitum longam partem refeceris, iam agnos etiam [& boues, ad
cetera animalia] ipsa que ad ead aues ad se pertracturam. nam huius potissimum auxilio
maximam, quas venentur, aulium partem incolas capere. Quin etiam, si aquæ vel con-
gium integrum coagulare velis, obolum vnum huius radices in aquam coniectum, eam
coacturum: idem & in vino euenturum, vt manu etiam velut ceram tenere possis; po-
stridie tamen solutum iri. Addit etiam cæliaciis auxiliari.

Interlui quoque Indiam flumine non ita magno, lato videl. duo ferè stadia. h Παρ-
χου Indis esse fluuium nomen, quod Græcè efferas, φέρον πάντα τὰ αγαθά, [id est, adferens
bona omnia.] Triginta diebus hunc per annos singulos succinû in vndis vehere. narrari
enim in montibus: (qui & ipsi alluantur aqua) existare ex aqua arbores, quæ certo anni
tempore, maximeq; per triginta continuos dies, amygdalæ, pinus, similisq; arboris in
morem, lacrymas emittant, quæ in profluentem delaplæ concrecant. Vocari eam ar-
borem Indica lingua s Sipachora, quæ vox Græcè significet, γλυκύ, vel ἡδύ, [id est, dulce,
suauis.] Hinc itaque succinum suum Indos colligere. Vitis item instar racemòs ferre ar-
bores pro fructu: earumque acinos ponticæ nucis magnitudine esse.

k Degere iisdem hisce in montibus homines memorat canino capite, qui ferarum
pellibus vestiantur. Sermone hos nullo vti, canum tantum more latratum edere, atq; ita
inutud sese intelligere. Dentis illis esse quàm canibus maiores, & caninos similiter vn-
gues, sed longiores, ac rotundiores. Montes incolere ad Indum fluuiû vsq; & colore esse
nigro, insignesq; iustitiæ cultores, ceterorum Indorum more, inter quos versentur. In-
telligere quoq; quæ ab Indis dicuntur, licet ipsi loqui minimè possint; vt propterea latra-
tu, manibus, atque digitis signa dent, quemadmodû ferè surdi ac muti solent. / Vocari
hos ab Indis Καλυσίους, quod Græci dicerent κωνοκαλάς, id est, Canicipites, [carnibus
eisdem vesci crudis] rotiusque gentis capita numerari ad centum & viginti millia.

Addit

Addit ad huius fluminis, [iam proximè descripti] fontes, florem nasci purpureum;
ex quo purpura tingatur, Græca ipsa nihilo inferior, immò multo floridior. Ibidem
& animalia nasci scarabei magnitudine, instar cinnabaris rubentia, quæ pedes habe-
ant longissimos, & vermium instar mollia sint; nasci hæc in illis arboribus, quæ succin-
um ferunt, earumque fructus ad eum modum depascere atque vitare, quo phihires
apud Græcos vites perdere ac vastare solent. Indos itaque, animalibus hisce contritis,
punicea sua saga tunicalque, & quidquid præterea velint, insicere, tinctura longè quàm
Persica præstantiore.

Narrat insuper hos Cynocephalos in montibus habitantes nullum exercere opi-
ficium; sed de venatione viuere, ferasque quas occiderint ad solem torrere. Magnam
nihilominus pecoris copiam alere, caprarumque & ouium: quarum quidem ouium
lac atque oxygala pro potu illis sit. Vesci tamen etiam Sipachoræ fructu; è qua, vti di-
ctum est arbores, succinum emanat. dulcem enim illum esse. Hunc item illis fructum
arefactum in corbes constipare, ad eum modum quo vvas passas Græci. Eisdem illos
Cynocephalos ratem quoque extemporariam construere, qua impositum huius fru-
ctus onus, vt & purpuræ (sed purgato prius eius flore) itemque electri, ad ducenta &
sexaginta talenta, quotannis auehant; additis talentis totidem illius pigmenti, quo in-
fectores puniceum colorem inducunt. Electri præterea mille talenta quotannis ad In-
dorum regem aduehere. Immò & alia plura deuehere ad Indos venalia, pro quibus vi-
cissim panes, farinam, & xylinas vestes accipiant. Habere quoque enses venales, quibus
ipsi ad venatum vtuntur, cum arcibus & iaculis. peritissimos enim esse iaculandi atque
sagittandi: & præterea etiam, quòd montes habitent altos atque inaccessos, bello insu-
perabiles. Regem ipsis pro munere quinto quoque anno præbere trecenta arcuum,
totidemque iaculorum millia; iam peltarum centum viginti, & gladiatorum quinqua-
ginta millia. Nullas item apud hos esse domos, sed in antris degere. In venatione iaculis
potissimum feras, vel sagittis petere; eademque persequendo, quòd cursus velocitate
præstent, etiam assequi. Horum vxores semel dumtaxat per mensem, cum menstrua
patiuntur, lauare; aliàs nunquam. Neque viros vnquam omnino lauare; sed manus tan-
tummodò abluere. Oleo tamen ex lacte confecto ter saltem mensibus singulis ungi,
& pellibus dein de abstergi. Veste ad hæc vti, non villosa, sed è glabris maceracisque pel-
libus quàm tenuissimis, ipsos æquè atque vxores. exceptis fortè ditissimis inter eos, &
iis quidem paucis, qui lineos gestent amictus. Nec item lectorum nouisse vsu eos,
qui extemporaneos sibi toros exstruant. Hunc apud eos ditissimum haberi, qui pluri-
mum habeat pecoris; ac reliquas opes his propemodum esse similes. Caudam b in su-
per habere omnes, tam viros quàm mulieres, supra clunes, caninæ similem, nisi quòd
maior sit, & pills densior. Quadrupes item hos, canum more, cum mulieribus con-
gredi, aliumque congregiendi modum omnem pro turpi habere. Iustissimos eosdem
esse, vitæque reliquos inter homines longissimæ, viuere namque ad centesimum vsque
& septuagesimum, non nullosque ad ducentessimum quoque annum.

Hos vltra scribit habitare alios supra fluuij illius fontes, reliquorum Indorum in-
star nigros, qui neq; ipsi quidquam operentur. quin nec cibo eos vesci vllò, aut aquam
bibere. pecoris tantum magnam alere copiam, boum, caprarum, ouium; horum lac
bibere, ac nihil præterea. Infantes præterea, qui apud hos nascuntur, non habere per-
foratam corporis sui sedem, neque per eam excrementa eicere: nam etsi clunes habe-
ant, anus tamen ipse coalluit. Itaque nihil ipsos quidem per annum excernere; sed ca-
seosum quid, illudque non conspissatum, at feculentum tantum modo, per vrinæ me-
atuum eicere. Quod si lacte mane poro, etiam in meridie adbibent, dulcem apud eos
inueniri radicem quandam, quæ lac illud in eorum ventre coagulari non sinat. huius
ergo esu vomitum sibi vesperi prouocare, per quem omnia facillè eiciant.

e Asinos, scribit, habere India siluestres, equis ipsis pares, & quandoq; maiores: qui
totum albi corpus, caput solum habent purpureum, oculosque cæruleos. Cornu illis
cubitale media procedit fronte, [cuius scobs in potu datur, tueturque à mortiferis ve-
nenis.] Eius inferior frontique proxima pars, ad duorum palmorum spatium egregiè
candida; suprema in acumen desinens, cum summo rubore punicea est; quæ verò inter
has media intercedit, nigra. Iam qui ex his dibunt (nam & in pocula tornantur ea cor-
nua) ij neque spasmo, vt ferunt, corripiantur, nec morbo sacro. Immò nec veneno
possumt

a. Leges hæc
apud Elianum
quoque lib. 4.
cap. 46. de ani-
mal.

A 70 numero
ad hunc quoque
51. saltant hinc
per incuriam
Typographi
Græcum.

b. Caudatorum
hominum ma-
minit quoque
Plin. lib. 7. cap. 2.
in sine.

c. Totam hanc
narrationem,
mutatis dum-
taxat aliquot
vocabulis, retu-
lit Elian. in
cap. 52. quare
sui libri de ani-
mal.

possunt lædi villo, qui modò ante vel post illud haustum, vinum, aquam, aut aliud quippiam ex hisce poculis bibant. Ac cum cæteri quidem siue mansueti, siue sylvestres animi, aliaque quibus solida vngula est, animalia omnia, neque talos habeant, neque in iecore fidel, hæc tamen vtraque in his inuenire est. & talum certè omnium, quos equidem viderim, pulcherrimum, bouis talo & specie, & magnitudine similem, sed instar plumbi grauem, & minij colore ad intima vsque rubentem. Velocissimum quoque est hoc animal, ac robustissimum; vt nec equus, nec aliud vllum assequi hoc persequendo possit. Et remissius quidem initio currere solet: sed miro quodam modo, quo diutius currit, eo incitatur magis, vt plus atque velocius currat. Quod igitur alias nunquam per venationem capi posset, vbi suos pullos adhuc paruulos ad pascua circumducere cœpit, multo cingitur equitatu; ac dum relictis pullis fuga sibi consulere non vult, sed cornu, calcibus, moribus ita certat, vt multos cum equos, tum viros interimat, sagittis tandem aciaculis confossum (cum viuum nequeat) capitur. Carnes ob amaritatem edi non possunt. Neque verò ob aliud quippiam, quàm propter solam cornu & talos hoc animal venantur.

a. Hæc ipsa, atq;
alia de hoc Ser-
uio plurimè, excer-
psit ex Ctesia
Æliam, lib. 5.
cap. 3. de animal.

b. Idem de eo ex
Philophrastu
refert.

a. κρηνηλιε.

d. Antigonæ
hist. mirab. lib. 5.
hanc narratio-
nem attingit,
additq; ἄν τι ἐπι-
πέση πλάγιον
ἐξ ὧν ἐκβαλεῖν.
Vtiosè autē sibi
legi. ὅτι εἰς αὐτῶν
ἀδυστῆρα κρη-
νηλιεῶν, omis-
sa negatione, pro
μὴ κρηνηλιεῶν
ex hoc, puto. Cte-
sialoco intelliget.
e. Vide supra
pag. 57. & Plin.
lib. 7. cap. 2.

Indorum in flumine vermis nascitur, ait, specie quidem illi non absimilis, qui innasci ficui arbori solè: sed cubitos septem longus (est aliis alio maior, minorq;,) & ita crassus, vt eum decem annorum puer vtroque vix brachio amplecti queat: Duo tantum modo habet dentes, supra vnum, alterum infra. his quidquid prehenderit, deuorat. Interdum in ceno fluminis cômiorans, noctu tantum egreditur. Quod si tum forte in bouem aut camelum incidit, morsu correptum in flumen trahit, totumq; præter solum ventrem, vorat. Capitur grandithamo, cuius ferreis catenis hædum siue agnum alligauerit. Captum è per diestriginta suspensum tenet, suppositis vasis, distillatq; interea temporis ex eo liquoris tantum, quantum decem cotylæ Atticæ capiant. Post diem trigessimum vermem ipsum abiciunt, oleumq; probè ac tutè reconditum ad solum Indorum regem adferunt. nam aliorum nemini aliquid huius olei apud se habere licet. Cuiusque autem rei hocce oleum fuerit superfusum, eam accendit; adeoq; ligna ipsa atque animalia comburit: neq; aliter extinguipote est, quàm multo crassiq; luti iniectu.

Sunt apud Indos arbores cedro aut cupresso proceritate pares, palmæ foliis; paulò tamen latioribus, & absque c sinu siue axilla. Florem habent lauri masculæ similem, sed fructum nullum ferunt. Nomen illis Indicè *Carphon*, Græcè *μυρσόδου*. Distillant ex hac non admodum frequenti arbore, olei cuiusdam guttæ, quas lana de trunco absterfas in lapideos deinde alabastros exprimunt, modicè illud rubrum est, & crassiusculum suauissimi prorsus odoris, quem etiam ad quintum vsque stadium diffundi aiunt. Soli autem regi, eiusq; propinquis id habere conceditur. Ex eo cum Indorum rex ad Persarum regem aliquid misisset, vidisse se narrat Ctesias, talemque odorem percepisse, qualis neque verbis exprimi, neque cum alio villo conferri posset.

Caleum item ac vinum omnium suauissimum habere hos narrat; idque se gustando expertum didicisse.

Fons, ait, in Indiis est quadrata forma, quinque circiter vinarum ambitu. huius aqua ita intra saxum continetur, vt à labro ad ipsam trium cubitorum spatium intercedat, aqua verò ipsa trium similiter vinarum altitudinem teneat. Lauant in ea scum purgandi corporis causa, tum vt morborum omne genus abarceant. Indorum spectatissimi quique, cum vxoribus ac liberis: & natant in pedes sese conilientes. nam quando insiliunt, etia culatur eos aqua sursum. Neque homines ita solummodo in sublime iacit sed quoduis etiam animal, viuum illud sit siue mortuum, in siccam elicit terram: immò & quæcunque in eam iniiciuntur, si ferrum, aurum, æs, atque argentum, (quæ sola in fundum demittit) excipias. Aqua ipsa perfrigida est, & potu suaui; quæ & strepitum edic magnum, qualis in lebetè bullientis. Sanat hæc vitiligine & scabie laborantes: vocaturque lingua Indica *Ballade*, Græca *ὀφελίμ*, id est, *utilis*.

Verfatur in illis Indiæ montibus, in quibus calamus Indicus nascitur, genus hominum quoddam ad triginta millia, quorum scemine semel dumtaxat in vita pariunt factū, pulcherrimè infra supraq; dētatum, omnibusq; tam sceminis quam masculis, iam inde à natiuitate & capitis & superciliorum pilli canent. Vsq; ad tricessimū quoq; ætatis annum, albos habet eorū quilibet totius corporis pilos, qui deinceps nigrescere incipiunt, dum sexagesimo demum anno omnes omnino nigri facti conspiciantur. Octonos item ha-

habent isti, viri æque vt mulieres, in vtraque manu digitos, ac totidē in singulis quoque pedibus. Sunt etiam strenui admodum milites, vt Indorum ex his regem sequantur quinque sagittariorum iaculatorumque millia. Aures vero illis tantæ ait esse magnitudinis, vt ad cubitum vsque dependentes brachia obtendant, & à tergo inuicem tangentes totos operiant humeros.

[Est autem in Aethiopia stupendi prorsus roboris animal quoddam a *crocoitas* appellatur, vulgò *cynolytus*. Ferunt id humanam imitatum vocem, ex nomine noctu homines euocare, & accedentes deuorare, habere idem leonis magnanimitatem, equi velocitatem, & tauri robur, ac ferro quidem expugnari. In Eubœa quoque Chalcedica felle carere illius loci oues, carnesque harum admodum esse amaras, vt ne carnes quidem ijs vesci queant. Aiunt & vltra Maurusius fauces æstate compli regione nem, hieme torreri. In Cyoniorum præterea regione fontem esse quendam, qui pro aqua oleum scaturiat, quo etiam incolæ ad cibos omnis generis vtantur. In regione adhæc, cui *Metardiana* nomen, non ita propè mare, esse fontem, qui media nocte vehementissimè exundans, magnam elijciar piscium copiam in terram, vt nec colligendis ijs incolæ sufficientes, maximam partem in sicco fœtere sinant.]

Aslurum hoc
de Cod. Bauari-
co; si forte huic
pertinet.
a. Fluius etiam
Diodorus Sicul.
meminit lib. III.
Biblioth. cap. 3.
legendis *Aethiopiæ*
cap. 22. lib. VII.
De natura ani-
mal.

Hæc dum scribit Ctesias atque fabulatur, vult tamen verissima scripsisse videri, additque, vel è ipsummet suis spectasse oculis, quæ scribit, vel ab ocularis certè testibus accepisse: Immo & his longe magis admiranda prætermisisse, ne cui forte, qui hæc nunquam viderit, indigna fide scripsisse videatur. Hic igitur illa desinunt.

b. Contra refert
Lucian. lib. 1.
Sere histor. Cte-
siam de Indiis
scripsisse, & postea
autòs eisd. postea
dicit eisdem
refert.

HELIODORI

Æthiopicæ libri X.

LEGIMVS HELIODORI *Æthiopicæ*. Opus est dramaticum, ea phrasi, quæ argumentum conscriptum deceat. multa etenim est in eo sine affectatione simplicitas, atque iucunditas. Affectibus præterea rerum partim præsentium, partim speratarum, aut insperatarum, temperata narratio est, salute sæpenuero præter opinionem in medijs calamitatibus allata. Verba quoque adhihentur significantia, & pura, quæ si interdum, vt par est, in figuram descedantur, perspicua tamen sunt, euidenterque propositam rem exhibent. Periodi etiam, pro subiecta re, aptæ, quippe aliquanto breuiores, contractioresque. Compositio denique, vt cætera omnia, narrationi ipsi accommodata; qua viti quidem, sceminaque refertur amor, sed qui castitatis præferat desiderium, custodiamque accuratam.

Dramatis huius argumentum auctori præbuere Theagenes, & Chariclea, castè inter se ac pudicè amantes, cum vltro citroque iactati errarunt, & capti etiam identidem, fidem tamen conjugalem constanter seruarunt. Ergo nomina horum adducuntur, & summatim quidquid passi sunt, egeruntque. Atheniensium festus dies, quo, Chariclea sacerdote, Theagenes cursu cærat. ab oculis tunc natus inuicem amor, ortusque ex eo morbus in Chariclea, quæ rapta, non inuita, è domo Chariclis, qui parens habebatur. Raptor verò, opera Calasiridis, Theagenes. Abnauigatio atque appulsio in Zacynthum. Nauarchus Charicleæ amore capitur, & ficta promissio facta à Calasiride coniugij. In litore Chariclea hospitio accepta, & iudicium factum è piscatore, qui receperat, Trachinum quendam, latronum præfatum, virginis raptum meditari. Hinc Calasiridis fuga & Charicleæ: quos Trachinus insectatus, nauem capit, caprusque amore est, & Chariclea nuptias velle fingit. Expostulatio Theagenis vt fratris, Calasiridis vero vt parentis, qui & voti compotes redditi. Maris hinc tempestate suborta, & naufragium vitant, & ad quandam Aegypti oram nauem appellant. Charicleæ nuptiarum à Trachino facta mentio, & Calasiridis ficti parentis promissa, atque deceptio, nuptial epulo instituto. Pelòris amor, incitante Calasiride, & contentio Trachini & Pelòris super Chariclea. Strages hinc tandem nata, mutuaque latronum interuicium, quam ipsa quoque Chariclea mittendis in illos telis multum promouit. Luctus Charicleæ super Theagene, vulneribus strato, Aliorum iterum latronum incurfus, qui aspectu Charicleæ consternati animo, eam deinceps rapiunt cum Theagene, & ad Thy-

HELIIODORVS.

a. Bucolorum in Aegypto meminit Strabo lib. XVII.

b. Thermuthis est in libris excusis.

c. Lego κρωπετα, sicut existit Heliodori narratio.

d. Libri editi secundam syllabam per diphthongum expriment, Demetria.

min adducunt. Is erat latronum Bucolorum (sic enim appellabantur, qui eam insulam tenebant) praefectus. Ardet & hic Charicleam, Theagenesque frater nominatur. Impetus item in Bucolos fit, pugnaque excitata, horum oritur caedes: Thyamis fuga dilapsus, & Hermuthis quoque, & Cnemon, atque Theagenes. Chariclea interim illo in antro [ad quod abducta fuerat] remansit, ad cuius ostium caesa iacebat Thisbe, qua visa, tanquam super Charicleam ingens Theagenis dolor exstitit, donec ex imo antro Chariclea exclamaret. De Thisbes caede haeratio, & super ea Hermuthis luctus, ac fletus. c Abitus Cnemonis atq; Hermuthis, aliaque ex parte Charicleae atque Theagenis. Cnemon ab Hermuthi discedens Calasiridi occurrit. narrat vtrumque, quaecumque acciderint: Cnemon quidem de Thisbe, & a Demenete nouerca, deque exilio per testularum suffragia, praeter alia aduersa: Calasiris vero de Charicle & Chariclea, atq; Theagenis. Vtrumque comploratio ob haec ipsa mala. Mox Cnemon latum narrat nuncium, Theagenem & Charicleam superstites etiamnum esse, se enim cum illis in Thyami manibus fuisse. Nauiciles autem, apud quem & Calasiris habitabat, Charicleam adducit, sub Thisbes nomine. ad huius ergo nomen turbatur Cnemon, quod nosset eam mortem obiisse: verum mox gaudium oritur super Chariclea. Inuestigatio primum Theagenis, nuptiaeque Cnemonis, & Nauiclae. Calasiridis item peregrinatio cum Chariclea, vt Theagenem inueniant. Anus deprehensa, quae filium bello extinctum lamentaretur, magicisque artibus ac superstitione filij cadaver consuleret: aspicientibus Calasiris & Chariclea quae fierent. Interrogat illa iterum diris adhibitis cadaver, alterne filius viueret, & imprecatur mortuus matri, quod vi ageret, ac per nefas: alterum ergo filium occisum iri, sed illam prius, eo quod iniuriam mortuo fecisset. Vetulae interitus, per haec fragmentum inuita morientis.

Thyamis & Theagenes cum reliqua latronum manu in Aegypti urbem Memphim ibant, vt sacerdotium ille a fratre Petosiri natu minore occupatum, repeteret. Hinc rumultus ad urbem excitatus. Arsace ad urbem sedens, ab armis discedere, duello vero fratres configere iuber, victorem sacerdotio dignum, idoneumque fore iudicans. Singulare dehinc fratrum cerramen, Petosiri inuito, vt pote armis ferendis infueto, Thyamide contra belligerandi peritissimo. Fratrem hic itaq; tergum vertere, abiectisque armis se proripere cogit, insectatur Thyamis, & urbem saepius cursu ambiunt. Thyamin Theagenes sequitur, quem visum deperit Arsace Oroondati coniux. Superueniunt Calasiris & Chariclea. Et ille quidem liberus cognito in mutuum eadem rueret (Calasiridis enim filij Thyamis ac Petosiris erant) accurrit, & clamore sublato, aegre eadem inhiabit, quod vix parentem liberi agnoscerent. Chariclea ibi in Theagenem incidit, & ac positis deinde armis, Sacerdotium Thyamis adeptus a patre est, qui mox vitra decessit.

En iterum insidiae Arsaces in Theagenem adolescentem, & Charicleam. Cybeles quoque ancilla promptum ad omnia obsequium, domum Arsaces eos euocantis, huius quoque amor in Theagenem immodicus, machinis omnibus nequitiae adhibitis, vijsque quaesitis omni delinimentorum genere. Prauum huc accedit consilium Cybeles, quae venenatum Charicleae poculum miscuit, sospite tamen Chariclea, sibi necem attulit venefica. Cruciatu, atque aeterna Theagenis & Charicleae, quod Arsaces amore Theagenis detrectaret. Chariclea ignis poena condemnatur, sed is Pantarbes lapidis beneficio exstinguitur. Sic euasit in praesentia Chariclea. Arsace interim furibunda necem in posterum diem machinatur Charicleae. Oroondates, Arsaces maritus, mittit [Bogoam eunuchum] qui noctu hos iuuenes secum sumsit. Sic enim imperatum fuerat, postquam Cybeles filius, spe potiundi Charicleae nuptijs frustratus, quaecumque ab Arsace patrata essent, ad herum profectus nunciasset omnia.

Aethiopum mox irruptio, raptusque Theagenis & Charicleae, atque ad Hydaspem Aethiopum regem abductio narratur, & vt ille quidem Soli Deo, Chariclea vero Lunae consecratur vicima. Hinc certamina & sacrificia, praesentibus Sifimithro, Gymnosophistarum principe, cum suis Gymnosophistis, atque Persina regis vxore. Postulat Chariclea sui defendendi potestatem fieri apud Hydaspem. Causa dicta est, iudicante Sifimithro, restibusque superstitionibus probantibus, Hydaspis ac Persina filiam esse Charicleam. Regi non satis persuaderetur, qui etiam sic hostiam, patriae legi moribusque obsecutus, cadere illos parat. Populus contradicit. Sic rursus libera abire iussa Chariclea, qua

e. Lego, τὸ πονηρὸν συγκαταστήσει.

f. De quo vide Ctesia Indica sup. pag. 66. & Philostrat. lib. 3. de vita Apollonii.

quo quidem liberatio incredibilem omnibus peperit laetitiam. Sed iterum Charicleae discrimen creatum. Theagenes vincus, vt hostia artis adhuc destinatur. Variarum multarumque eo nomine apud parentem precum, sed ille liberationem Theagenis, impunitatemque abnuit. Animo itaque exterminata Chariclea, omnia quae sibi, & Theageni aduersa accidissent, matri enarrat. Theagenes interim taurum fortiter pugnando superauerit, ingenti spectantis plebis voluptate: Aethiopum item maximum palaestra vicini, illustrique victoriae partem, plausum etiam populi meruit. Ducitur nihilominus ad aras coronatus, vt hostiae instar cadat Theagenes. Charicles tum forte Athenis profectus, huic stadio adstabat, filiamque vti credebatur suam ab ipso rege postulat. Spondet rex daturum, si amissam reperisset. Verum illam non inueniebat. Arripitur deinde, trahiturque Theagenes ab Chariclea clamante: Hic meam Athenis rapuit filiam. Lata denique sententia, qua & Theagenes tandem indemnis est declaratus, ipso etiam adfucante Sifimithro, neque post hac humanis victimis mortalium damnò litaretur stantente. Gaudio hinc cuncti atque laetitia exultare, Theagenes etiam & Chariclea, quod tot tantisque defuncti periculis inuicem potirentur. Sacerdotijs itaque illa quidem matris, hic foeceri beneficio acceptis, & re diuina facta, nuptias adornant.

Haec quidem Heliodorus Theodosij F. domo Phoenix & Amindenus conscripsit, finiuitque historiam: quem etiam b Episcopi post dignitate auctum ferunt. b. Trica in Thessalia. auctores Socrus. lib. V. cap. 21. & Niceph. lib. XII. cap. 34. Addit hic, Episcopatum deponere maluisse Heliodorum, quam sua hac sporaxia, olim in adolescentia conscripsit, suppresserit.

a. Emisenus est in edito Heliodoro extremo.

THEMISTII

Orationes ciuiles XXXVI.

LECTAE sunt Ciuiles orationes THEMISTII sex & triginta. Harum aliae ad Constantinum Imp. habitae: in Valentem quoque, & Valentinianum minorem, sed & in Theodosium Aug. laudibus eos encomijsque celebrantes. Sermo illi apertus, superuacaneis carens, ac floridus. Verbis vsus quidem est vulgaribus, sed in grauitatem aliquantum flexis.

Floruit potissimum Valente rerum porito, vt vel orationes ipsae loquuntur. Constantio imperante, iuuenis etiamnum erat, a quo & in Senatum Romae lectus est, quem admodum Caesaris de illo ad Senatum Rom. missa epistola fidem facit. Pater Themistio Eugenius nomine, qui & ipse Philosophiae operam dedit.

Huius Themistij in omnia fere Aristotelis scripta feruntur, non solum commentaria, sed etiam b Metaphrales, vtiliter & compendio scriptae: vt Analyticorum, vt librorum de Anima, & Physicae auscultationis, similibusque operum. Platonis etiam quaedam exposuit: caetera Philosophiae amans in primis, ac perstudiosus.

a. XIV. huius Orationes Graecae dedit H. St. Alias praeter ea dicitur apud Pet. Pantiu V. Ch. vnicuique singulari. Sidimus, Legendus & D. Baro-nius Card. Tom. IV. Annal. Eccles. Hist. b. Exstat hodie Paraphrasi in Aristot. lib. VIII. φουσις ἀπεδοτος Graecae atque Latinae. Item in lib. de Caelo, de Anima, & φυσικῆς (vt vocant) Naturalia, lege Suidam.

LESBONACTIS

Orationes politicae XVI.

LECTAE sunt & LESBONACTIS Orationes Politicae sedecim. Hic autem Lesbomax * * * terra Protreptica ad pugnam cum Lacedaemoniis. Historiam refert Thucyd. lib. VII. Antiquior hic illo Lesbomax est, quem sub Augusto Philosophum egisse scribit Suidas.

Lesbonactis duae leguntur Orationes: Politicae vna. De bello Corinthio. altera.

IOAN. PHILOPONI

Libellus contra IOANNEM Patriarch. C. P. Cognom. Scholasticum.

LEGI IOAN. PHILOPONI libellum aduersus ea, quae pro cetero dogmate, De sanctae ac consubstantiali Trinitate diuine tradidit B. Ioannes Scholasticus, Archiepiscopus Constantinopolitanus in oratione sua Catechetica, quam Iustino [minore] imperante habuit b prima Indictione.

a. Huius Ioannis Patriarcha mentione est sup. Cod. XXIV. pag. 6. Quae sanctum dictum pura ex formula tantum Graecorum. VII. Dictionis D. Bar. To. VII. b. τὸν τῆς πρώτης ἰνδικτιῶνος. Glossarium veteris Indictionem interpretatur. Sup. in Hesychio pag. 51. ἰνδικτιῶνος ἰνδικτῆ.

Dictionis genere sui similis est, perspicuus videlicet, nihilque intensum habens, aut graue; Verum argumentationis forma, non impius modo, sed & putidus, atque imbecillus est, vt ne vmbatili quidem veritatis specie, propria potuerit colorare aduersus pios sophismata. Naturas etenim atque essentias, Deosque commentus, nullas inde non ore infrenato in Christianam fidem blasphemias vomit, istud identidem *in vnum* quam multa significat: anxie nimis, nimiamque minute coniectans. Ita per suam artificiosam, vt illi quidem videretur, nugacitatem, vel pueriles potius ineptias, Myltagogiam nostram Theologicam nihili se facere, insolenter iactauit. At non in hoc solum argumentandi genere infirmus est, ac demens, sed & in alijs omnibus suis, quorum quidem auctor est, scriptis. excipio illa, quæ, aliorum inuenta compilans, sibi vindicauit. Longissimè enim infra eos auctores est, qui falsum norunt à verò diiudicare, & ad ipsa sensorum acumina pertingere. Quæ ergo sibi subditiua arrogat, seruant illa quidem scriptorum characterem: at tamen sunt in ijs nonnulla, maligno improboque orationis veluti victu quodam, atque apparatus ab ipso corrupta, id quod germanum erat in ipsis auctoribus, ac masculum, amiserunt: suntque ijs similia & compositis, quæ quidem natura optima, ob cibi tamen victusque rationem, illegitimum quid, & improbum præ se ferunt. Veruntamen in hoc ipso libro sanctorum Patrum dicta colligit: vt Gregorij conuentione Theologi, & Basilij Magni, Athanasij item illius varijs malis exerciti, ac B. Cyrilli, quæ tamen causam ipsius impiam, quam habet propositam, minimè promoueant.

a. Hinc atque aliunde merito, vt à fide Christiana abhorretur traducitur à Conone, & socijs sup. cod. XXIII. pag. 6. b. τὸ ἐν πῶτα ἐπιμαίει, ἐπιμαίω λόγῳ. Quo ferè modo apud Casiod. in vita B. Chrysost. legitur Arianos cecimiserunt. Vbi sunt, qui dicunt tria virtute vnum. c. οὐδὲνα.

FL. IOSEPHI

Antiquitatum Iudaicarum libri XX.

LXXVL

LEGIMVS FLAVII IOSEPHI Iudaica antiquitatis libros XX. A mundi creatione apud Mosen initium ducit, qui cum etsi magnam partem concinit, interdum tamen diuersus abit, pergitque vsque ad bellam cum Romanis Iudaicum. Iudæis tum rex imperabat Agrippa, Agrippæ Magni F. qui Iesum Gamalielis F. Pontificatu dececit, suffecitque Matthiam Theophili F. Quo audaciæ post cognitam Hebræis Sacerdotij dignitatem primus omnium Antiochus, eiusque dux Lyfias conando progressus est. Oniam enim illi, cui *Mendao* cognomentum fuit, Pontificio submouerunt, necaruntque: quin & filium paternæ dignitatis successione priuarunt, subrogato Iacimo, & genere quidem Aatonis, sed alterius familiæ. Olim verò per omnem vitam Pontificatum gerere, iam inde ab Aaronis seiporibus, & filium in demortui patris dignitatem succedere lex iubebar. Mortuo autem post triennij Pontificatum Iacimo, septennio deinde ciuitas Pontifice caruit. Quare cum ex Asamonæi stirpe & Matthiæ huiusque filijs gentis Iudaicæ esset credita præfectura, bellumque ijdem cum Macedonibus gessissent, Ionatham Pontificem creant. Ex qua stirpe & Iudas cognomento *Aristobulus* fuit, qui & diadema capiti primus imposuit. Regis ergo idem hic iure simul, & sacerdotij vfus, anno vno superstes, successorem reliquit regni simul & Pontificatus fratrem, cui Alexandro nomen. Gessit hic imperium annos septem & viginti. Ab hoc pruenit deinceps regnum cum sacerdotio, Asamonæi posteris seruatum, ad Hyrcanum vsque, quem Romanorum dux Pompeius, captis Hierosolymis regno quidem spolauit, sacerdotium tamen summum Iudaicæ gentis gerere permisit. Præfuit in vniuersum annos tres & triginta, cum sub Pharnabazo & Pácoro Parthorum præfectis captus est, suffectusque; ab illis rex Aristobuli fratris filius Antigonus. Hunc ipsum, cum annos tres, totidemque menses imperasset, Sosius quidem Romanorum dux, & Herodes primus (is qui Antipatri Alcalonitæ sacerdotis, & Cypridis Arabicæ filius fuit) debellarunt. Antonius autem Antiochiam perductum necauit. Ita finem Asamonæa soboles habuit, & imperium Iudæorum à Romanis Herodes sumpsit. Ille cuius Pontificatum præbens, successoribus, vt idem auderent, caput extitit atque exemplum. Pertingit itaque (vt supra diximus) hic scriptor libris viginti, ab orbe condito auspiciatus, ad initium vsque belli vltimi Iudæorum cum Romanis: qua tempestate in Iudæa regnauit, auctoritate Romanorum, Agrippa, Agrippæ F. Syriæ verò ac Iudææ præfectus fuit Gellius Florus, is qui Albino successit. cuius impotentem dominatum, crudelitatemque Iudæorum natio non ferens, tumultuari cepit, melius esse rata multos simul & in libertate, quam lentè

a. al. Alcimo, vel Iacimo. b. μήριστο ἀδανδαν. d. De his multa doctiss. Oriolanus Episc. Iosiph. Stephanus in cap. I. Macchabeor. e. al. Matathias.

ac pau-

ac paulatim, & in seruitute extingui. Altero certè Præfecturæ Flori, Neronis verò decimo anno, bellum agitari ceptum, finisque est Iosephi historiarum: de cuius stylo supra dicere memini.

Genus illi Iudaicum, & sacerdos ipse, patris quoque stirpem è sacerdotibus longa maiorum serie ducit: nam mater regij sanguinis fuit ex Alamonæorum illa sobole, quæ distissimè inter contribules sacerdotio potita summo, & regno. Natus ergo Iosephus ex illa matre, & Matthia, anno primo Caij Rom. Imperatoris, iam inde à teneris vnguiculis Philosophiæ studijs sese dedit. Annum deinde attingens sextum decimum, animo quoque ad Iudæorum sectas appulit (tres autem numerantur) omnesque magno animi studio persecutus est, vt omnium capto experimento, optimam tandem amplecteretur. Atque hæ ferè sectæ illæ: Pharisæi, Sadducei, & Esseni. Quas cum percurrisset, in solitudinem secedit, ibique e viro tres annos vitur, qui solitariam erat vitam austerè pridem complexus, cui vestimentum arborum folia, alimentum verò herbæ sponte natæ præbebant: & frigidius super læptis interdiu noctuque laubabat, puritatis continentiaque gratia. Hinc ad vndeicesimum ætatis annum urbem repetijt, Pharisæorum potissimum hæresim secutus, quam ei ferè & similem faciunt, quæ apud gentes Stoica est appellata.

Annus agens postea tricesimus, ab Hierosolymitanis ad Gallæam procurandam mittitur. Iam enim turbati res coperant Iudæorum, multisque ipsi agitari tumultibus Dein Gallæorum ductor creatus, Remp. benè gessit, & multas variasque æmulum in Rep. adiuuanda insidias euitauit. Cum inimicis etiam moderatim agendo, non raro eos in suam redegit potestatem. Bellum item, quod aduersus Romanos inuitus suscepit, fortiter Iotapitis sustinuit. Viuus tamen in Vespasiani, Romanorum copijs præfedi, potestatem venit. quem in se humanum sensit, ac per benignum iam tum, & verò amplius postquam Romanum obtinuit imperium, neque solum illum talem experus est, sed etiam liberos eius Titum ac Domitianum, qui patens imperium ordine exceperunt, vt & Romana sit ciuitate donatus, multisque opibus auctus. Absoluta ab eo historiarum scriptio sexto & quinquagesimo ætatis anno, imperij verò Domitiani Rom. Augusti tertio decimo.

libellus: Omnes probos esse liberos. & omnes improbos esse seruos. c. In quib. Iustus Tiberiensis, de quo sup. Cod. 33. p. 8.

EVNAPII

Chronicorum post Dexippum libri XIV.

LXXVII.

LECTI sunt EVNAPII Noua Chronicorum post Dexippum editionis libri quatuordecim. Narrationis initium à Claudij Cæs imperio ducit, in quem Dexippi historia finitur, desinitque in Honorij & Arcadij liberorum Theodosij tempora, vt tunc historiarum suarum terminum ponat, quando Arfacius, Ioan. Chrysofomo exterminato, solum Episcopi occupauit, Arcadijque Imperatoris vxor grauida, & mox abortiens, vita decessit.

100 Eunnapius hic Sardianus genere (Sardibus enim Lydiæ natus) quod gentium dogmata sequeretur, non parum impius fuit. Qui ergo pietate singulari imperium ornauerunt, eos omnino largiter vellicat, atque traducit, maximeque omnium è Constantiniano Magno; Impios contra extollit, ac præ cæteris Iulianum Apostatam, vt ferè ad hunc laudandum historicum hocce opus elaborasse videatur.

Pulchra eius dictio, si quis ista exceperit: Α λευτρονόδης, καὶ ἐλαφροδέστρον, καὶ σὺνδρόσιον, καὶ διὰ τὴν ἰερὰκάδης, καὶ κορακάδης, καὶ τὸ ποταμὸν δὲ δαύρου. id est, Gallinaceosum, magis ceruinum, magisq. stillum, accipitrosi, coruosi, simiosi, & lacryma stumiosa, & id genus alia. His enim alijsque vocibus generosum dicendi genus corrumpit, atque adeo adulterat. Tropos adhæc præter modum adhibet, quod historiarum lex vetat. Eximit autem molestiam vt plurimum dicendi vis, & vrbauitas. Compositio vero, & perspicuitate, ac periculis ad historiam accommodatè ac propriè vitur, nisi quod interdum iuridicè magis, quam historicè implet, textiq; orationem. Innouat non patuacain cõstruendo, verum id non ingrattè, neq; vt periculis reprehendendis ansam præbeat.

Duos autem tomos, qui eandem historiam complectantur, scripsit, Primum, & Secundum. Ac priori quidem, multis in sinceram Christianæ nostræ fidei doctrinam blasphem-

a. Eunnapij exstant, Sophistarum vitæ, Græcolat. typis Plantinians, & in Germania, additis eius Legationum fragmentis, ex his Chronicorum libris, quos ab maledicentiam in Christianâ religionè diuini quadam providentia intercidisse arbitror. b. Vt et Zosimus de quo inf. Cod. XCIX. pag. 147. quem D. Baron. To. III. Annal. Eccles. passim refellit.

blasphemij coniectis, gentium contra derestandum errorem magnificè cōmendat, multa quoq; piorum Imperatorum facta mordens. Altero veto tomo, quem & *nonam editionem* vocat, ingentem illam conuiciorum turbam, quam in Christianam pietatem petulantius antea sparserat, non nihil contrahit, ac reliquum deinde historiarum corpus vtcunq; connectens, *Nonam*, (vt dixi) *editionem* inscribit: quæ nihilominus furoris illius & rabiei, qua primam tomum complēuerat, non exiguum etiamnum partē repræsentat. Equidem incidimus in antiquos vtriusque editionis libros, seorsim ab inuicem diuisos & compactos, quibus lectis, vtriusque discrimen deprehendimus. Accidit autē in *Nonam editionem* locos plurimos, ob dictorum facta compendia, obscure truncatos esse, tamen si perspicuitatis rationem auctor magnam habuerit, nihilo tamen minus (quo id factum sit modo, nescio) non rectè, qua compendia occurrunt, connexuit orationem in noua editione. Sensum enim corrumpit eorum quæ ibi leguntur. Atq; hic finis esto.

MALCHI SOPHISTAE

Byzantine historie libri VII.

LXXVIII.

a. MALCHVS Syrorū lingua designat Regem, teste Eumepio de Suis Sophistarū, in Porphyr. De hoc patre Malcho lege Suidam, qui Byzantium enim Sophistam fuit.
 b. Seniores, De quo huius Malchi uerbum habes à Suida excerptū in Leone Imp. e. al. Harmarius dicitur. Et apud Suid. ubi de ipso plura.
 d. In frustra discessit referri. insi. Candidus pag. 103
 e. Sic pleriq; vocant Graeci codices, & scriptores, rectè, ex ezymo Gothico, pro Virtutibus opulento.
 f. Quas refert insi. Candidus pag. 103. g. Episcopum Portuensem ordinauit, ait Paulus diaconus lib. XV. histor. Miscella.
 h. Lego

LECTI sunt MALCHI *Sophistae historiae Byzantinae libri septem*. Auspicatur ab eo tempore, quo morbus Leonem Imp. septimo decimo imperij anno extinxit. Narratur itaque Zenonis inaugurationem, atq; vt idem extorris imperio atque priuarus vixerit. Vt item Basiliscus, illi successus, purpuram deinde posuerit. Mox Zenonis ad imperium reditus, cædemque eius quem dixi Basilisci, vxore etiam ac liberis, iniqua lege, vna trucidatis. Armatum quoq; qui Zenonem reduxerat, similem accepisse mercedē, cum is ab Onulpho neci datus est. Refert item Theuderichi Triarij F. seditionem: & Theuderichi Malamiri F. amicitiam, & cum illo altero Theudericho bellū; certamē etiam aduersus Zenonem, & Marciani rebellionem, & ante hanc Bgrina socrus in Zenonem insidias, Marcianiq; perpetuum exilium. Rufum Berinae priores Hillo paratas insidias, vtque Epidammum Theuderichus Malamiri F. fraude occuparit. Hæc vbi rerulit, res quoque Romanorum attingit: finisq; septimi libri mors est Nepotis, qui Glycerium Cæsarea potestate exiit, Romanotumq; inuasit imperium, & clericorū ritu illū attonsum, pro Imperatore Episcopum constituit, à quo demum insidias petitis, perijt. Hi septem historiarum libri, etiam hæc præcedentes plures ab eo libros fuisse conscriptos, indicant, & initium libri primi de septem idem ostendit. Quin & deinceps historia persequitur fuisse, si longior vitæ vsura contigisset, extremo libro septimo significat.

Philadelphensis est hic scriptor, & si quis alius in historia scribenda præstantissimus, vt pote purus, minimè redundans, non confusus, verbis maximè floridis, ac significantibus vsus, quæ ad magnitudinē ac pompam aliquam tendant, ne nouatis quidem vocibus; quando illæ vehemens quid & sonorum, aut granditatem aliquam habent, prætermittit. Itaque quantus, quantus est, norma historici sermonis est. Sophista verò agens, ad Rhetoricæ summū apicem peruenit, inter Christianos religionis cultu recensendus.

h. Lego *απονομασθησ. Suid. à Constantino ad Anastasium & q; produxisse historiam restatur.*

CANDIDI

Historiarum libri III.

LXXIX.

a. τῶν ἀξίων τῶν ἐν Ἰνδουβία. Thracia ubi est Selymbria, de qua Stephan. Strabo, & alij.
 b. Qui cū parauerit Ardaburio Talentinianum Imp. rediit, teste Olympodoro insi. pag. 117.
 c. al. Armeniarichus & Armeniarichus idem dicitur.

LECTI sunt CANDIDI *historici libri tres*. Inchoat historiam ab electione Leonis, qui è Dacia Illyrica oriundus, cum militari agmine Selymbrianisq; cohortibus præfesset, Asparis studio imperium adeptus est. Hic Aspar genere Alanus erat, à pueritia militiam secutus, qui ternis nuptijs totidem filios, Ardaburium, Patricium, & Armeniarichum, duasque filias sustulit. Incipit ergo, vt diximus, historicos ab initio Leonis Imp. desinit verò cum Anastasio Imperator renunciatus est. Patria illi ea Isauria est, vt ipse faretur, quæ *Trachea* [sive *Aspera*] dicitur. Tabellio fuit vitæ instituto sub ijs qui apud Isauros poterant plurimum: religione verò Christianus, & quidem orthodoxus. Quartam enim Synodum laudibus ornat, meritoq; perstringit eos, qui eam oppugnant.

Stylum

Stylum haber historiarum non satis accommodatum. Nam & Poëtarum phrasibus sine delectu, ac iuueniliter abutitur, & compositio eius durior & absona, Dithyramborum ritu, quæ alias iterum in dissolutum atque inconcinnum dilabitur. Constructiones innouat non ad ornatum maiorem ac venustatem, vt reliqui solent, sed ita, vt auditu molestus fiat, omnisque adeo expertus suauitatis. Interdum autem se ipso verba melior profert euadens, promiscuam historiam, etiam ex admodum dissimilibus, 102 concinnare deprehenditur. Hic Isauriam ab Esau nomen mutuatam dicere audet.

Primo libro narrat Asparis, liberorumque eius potentiam, & Leonis per Asparem electionem. De vrbis conflagratione exorta, quæque hic ab Aspare, Reip. commodo gesta sint. De Tiriano & Viuiano, vtque de illis Aspar cum Imperatore contenderit, & quæ ac qualia inter eos verba tum iactata sint. Imperatore ea ex causa cum Isaurorum genere societatem iniisse, per Tarasicodisam Rufumbladeoti F. quem etiam (Zenonem mutato nomine vocatum) generum sibi adsciuit, cum is priorem coniugem, mortali lege amisisset. Ardaburium item, quo Imperatori aduersaretur, Isauros æque suarum partium facere constituisse: arque Martinum quendam, Ardaburij familiarem, Tarasicodisæ indicasse, quæcunque in Imperatorem machinaretur Ardaburium. Quomodo exinde asperius indies crescente mutua suspitione, Leo Imp. Asparem sustulit, eiusque liberos, Ardaburium & Patricium Cæsarem. etsi Cæsar excepta plaga, inopinato saluus euasit, vixitque: & alius item de Aspari filijs Armeniarichus, quod ab esset tum forte à patre, eadem perinde effugit. Tarasicodisam ergo sibi generū, data Ariadna filia, Imperator adsciuit, b. Zenonemq; nominatum, exercitus in Oriente ducē creauit. Refert deinde quæ in Africa secunda aduersaq; gesserit Basiliscus. Leonem quoq; multa volentē molientemq; quo Zenonem generum Imperatorem renunciarēt, plebe repugnante, minimè id quidē efficere potuisse: sed paulo ante obitū, nepotē ex Ariadna & Zenone natum, creasse: ita post Leonis excessum à Leone filio Zenonem patrem, assentiente Senatu, esse Imperatorem coronatum. Hinc Isaurorū stemma per series descripsit auctor, atq; illos esse Esau posteros ac sobolem studiosè persuadere conatur. Vt à Verina deceptus Zenon, fugerit cum vxore ac matre ex vrbe, Imperioque: vtque Verina spe adiungendi sibi Patricium Magistrum, forte vt imperaret, generum suum [Zenonem] fugauerit per fraudem, quæ tamen spes eam sefellerit, cum ij, qui in magistratu erant, Basiliscum eius fratrem Imperatorem renunciarunt. De Isaurorum incredibili Constantinopolitana in vrbe cæde, vtque post nepotem Romanorum Imperatorem, Orestes pater Augustulum Romano præfecerit imperio. Et hæc ferè libro primo narrat Candidus.

Altero vero libro ista. Patricius Magister, qui cum Verina consuetudinem habebat, indignante ipsi Basilisco, perijt. Ea propter in fratrem Verina odio concepto, ac Zenonem opibus ad recuperandum imperium adiuuans, extrema quæque à fratre pertulit, ac nisi è templo Armatus eam clam subduxisset, fortè & ipsa è medio sublata fuisset. Cum Basilisci deinde à vxore adulteratus Armatus, ad summam peruenit potentiam, ad eū vt tandem ei bellum, quod aduersus Zenonem gerebatur, creditum fuerit, ad quem tamen certis pactis Hilli opera conditionibus, defecit. Sub Zenone igitur tanti cum esset nominis Armatus, vt & filium Basiliscum Cæsarem vidit, post nihilominus in frustra disceptus est, & puer ipse ex Cæsare inter lectores in Blachernis profiteri cœpit. Basiliscus ante hæc Marcum filium Cæsarem crearat, ac post etiam Imperatorem. Hillus cum Zenone conciliata amicitia, imperium eidem recuperare studuit. Basiliscus itaque à seditionis superatus, cum Zenone coniuge, ac liberis in templum se recepit, vnde Armatus fraudibus extraxus, & in Cappadociam relegatus, mox cum tota stirpe cæsus est. Cum Petrus gille impius Orientis turbaret Ecclesias, misit Zeno Imperator, Calandionem, vt Antiochenæ sedis Episcopum sacrauerit. Cum item pecunia indigeret Imperator, querendæ illi pecuniæ rationes ostensæ sunt. Multi rebus nouis contra illum studentes, capti pœnas dediderunt. Multa Hillus Rom. Reipub. contulit, cum militiæ rebus fortiter gestis, tum domi honestis studijs, ac iustitiæ cultu. Post interemptum Romanum Cæsarem nepotem, & eius successorem Augustulum expulsum, Odoacer Italia, atque ipsa adeo vrbe potius est. Rebellantibus autem huic Occidentis Gallis, & legatione ab ipsis, 103 aliaque

allaque ab Odoacro ad Zenonem missa, in Odoacrum magis Zenonis animus inclinauit. Alanus quidam occidere Hillum conatus, cum eum percussisset, ab Epinicio, qui erat Verinae domesticus, subornatum se ad eadem ait, itaque traditus Hillo Epinicius est, qui data fide & obliuionis, & praemiorum, ordine cuncta enarrauit, quae in Hillum Verina moliretur. Quare Zeno Verinam Hillo tradidit, qui eam in Cilicia castrum ablegauit, atque ita tutum sese reddidit. Hillus Pamphili, homini impio, Marci opera, factus carus, paulatim omnia ipsius negotia perturbauit. Civile Zenoni bellum fuit, atque intestinum, insurgentibus Marciano & Procopio, filijs eius qui Romae imperauerat Anthemij. quos cum Hillus Zenonis auspicijs decessisset, Marcianus quidem natu grandior ordinatus est presbyter: Procopius vero ad Theoderichum in Thraciam confugit. Quin & exortis in Cappadocia Marcianus, fuga elapsus, quae ad Anycram pertinet Galariam, turbauit, donec caprus in Isauriam est relegatus. In Hillum quoque ab Imperatore odium conceptum est, auctumque. Atque haec libro secundo prodita.

Tertius deinde liber cum alia continet, tum quomodo palam in Zenonem Hillus infurrexerit, Leontiumque Imp. cum Verina renunciauerit, utque re infeliciter gesta, obfessi captique capite truncati sint. aliaque ad exitum vsque Zenonis.

a. Quem lege apud Suid. in Zenone.

OLYMPIODORI

Historiarum libri XXII.

LXXX.

LECTI sunt OLYMPIODORI *Historiarum libri duo & viginti*, ducto initio ab Honorij Roman. Imper. Consulatu septimo, & Theodosij secundo: deducitque historiam ad id vsque tempus, quo Valentinianus, Placidiae & Constantij filius, Romanus Imperator declaratus est.

Scriptor hic ortum ducit Aegyptiacis Thebis, professione poeta, vt de se ipse fateatur, religione vero gentium imbutus. Dictioni illi clara, remissa tamen ac dissoluta, & in proteritiam deuoluta verborum affluentiam. Oratio itaque indigna vt historiae adnumeretur: cuius ipse fortasse conscius, non historiam hanc se adornari, sed materiam dumtaxat, seu Commentarium historiae suppeditari contendit. adeo informis ac speciei carens, etiam ipsimet dictionis suae character vilis est. Et vero nulla idea hic eniter, nisi quis eum alibi simplicitati accedere contendat. et si neque hanc attingat, dum nimis humillae vili dictionis genere vsus, in idiotissimum plebeumque sermonem prorsus delabitur. Et licet *Silaam* suum ipse opus appelleret, libris tamen distinguit, praefationibusque ornare nititur. Historiam inseribit Theodosio [Minori] Imp. qui Arcadij filius, Honorij ac Placidiae patruelis fuit.

Narrae itaque Stelichionem ad magnam peruenisse potentiam, cum eum Theodosius Magnus parens ipse, suis liberis Arcadio atque Honorio tutorem imposuisset, ac praeterea uxorem Serenam duxisset, a Theodosio aequae ipsi desponsam. Post etiam, filia sua Thermantia nuptui Honorio Imperatori data, illum sibi generum adsciuisset: indeque ad summam prorsus euectum potentiam. Multa pro Romanis cum varijs gentibus bella gessisse feliciter, donec sanguinaria immani que Olympij opera (qui per Stelichionem Imperatori familiaris factus fuerat) b ferro mortem exceperit.

a. In pietate insignem virum Christianis perstringit homo

Addit Alarichum Gothorum praefectum, quem olim euocarat Stelicho, vt Honorio Illyricum armis teneret (haec enim illi prouincia a parente Theodosio in partitione regni obuenerat) tum ob Stelichonis caedem, tum quod promissum illi datum non esset, cinxisse, & cepisse Romam, in ea que vrbe incredibilem argenti vim praeda auertisse. Quin & Honorij c Placidiam, Romae tum agentem, captiuam habuisse. Ante captam vero urbem illustrem tum virum, cui d Attalo nome, summam Praefecturam gerentem, Imperatorem renunciaffe. Actaque esse haec ob eas, quas diximus causas, & ob Sarum, Gothum item genere, sed paucorum hominum Praefectum (vix enim ducerent, aut summum trecentos ducebat) caetera generosum virum, armisque inuictum, quem

a. Qae Galla Placidia dicitur. d. Priscus Attalus vocatus esse Sozomeno lib. IX. cap. 8. e. Idem alias Attalus appellatur

vt apud Zosim. inst. pag. 147.

quem quod socium sibi Romanis adiunxissent, Alarichi infestum hostem, in perpetuum sacro hunc renunciaffe Sari amicitiae. In hac vrbs obsidione mutua carne pastos obfessos, Alarichum, viuentem etiamnum Stelichone, militiae mercedem centenarios quadrangita accepisse. Post Stelichonis interitum, suffocatum perisse & Serenam eius coniugem, quod Alarichi ad urbem aduentus causa extitisse putaretur. Interfectum antea, interempto iam Stelichone, filium eius ex Serena Eucherium. b Buccellarij vocabulum Honorij Imp. temporibus tributum militibus, non Romanis solum, sed & Gothicis quibusdam. Eodem modo & federatorum nomen attributum incondita, & diuersis constatae multitudini. Olympium illum, qui Stelichoni infidiatum erat, officiorum magistrum factum, ea post dignitate excidisse. Dehinc iterum positum, rursum priuatum esse: tandem fustibus a Constantio, qui Placidiam uxorem duxerat, martatum occubuisse, cum ei ante caedem auriculae resectae fuissent. Ita d impium illum non impunitum obiisse. Gotthorum, qui cum Rodogaiso erant, e primarios viros, Optimatos appellatos ait, f duodecim ferè millium numero. quibus omnibus debellatis, Stelichonem cum Rodogaiso g societatem iniisse.

Alaricho morbi vi extincto, successorem datum Adaulphum, vxoris fratrem. Panem sicum scriptor hic b Buccellatum vocari tradit, illudque militum cognomini, vt qui hinc Buccellarij sint appellati.

Constantinus ad imperium tyrannice sublatus, ad Honorium legatos mittit excusantes, inuitum illum, & a militibus coactum, imperium suscepisse. veniam igitur postulare, societatemque imperij. Imperator propter impendentes molestias tantisper suscepit in societatem. Constantinus hic in Britannia renunciatum fuerat, militari tumultu ad imperium adactus. Etenim ante Honorij consulatum septimum, in seditionem illic versus exercitus, Marcum quendam Imperatorem creatat: quo ab ipsis fablaro, Gratianus suffectus est. Hic vbi menses quatuor, illis iam fastidio ductis, praefuisset, interficitur. Tum Constantinus Augusti nomine saluatur. Is Iustinum, & Neouigastem, militarium copiarum duces creans, relicta Britannia, cum suis traiecit, venitque i Bononiam, maritimam urbem sic dictam, primam in Gallia sinibus positam. Ibi moratus, Gallum omnem, & Acyratum militem sibi adiungens, omni est Gallia potius ad alpes vsque, quae Italiae a Gallia separant. Huic filij duo erant, Constans, & Iulianus. Illum Caesarem constituit; Iulianum deinde eo ipso tempore nobilissimum nominatum.

Attalus contra Honorium impetans, ad Rauennam castrametatus est, missusque ad illum tanquam ab Honorio Imperatore ad Imperatorem Iouianus praefectus atque patricius, & Valens vtriusque militiae dux, & Potamius quaestor, & Iulianus notariorum primicerius. Hi Attalo significauit ab Honorio sese missos, vt cum illo de imperij societate tractent. Abnuiti verò ille: concedere tamen se, vt insulam inhabitet malorum expertus Honorius, vel alium cetero quem velit locum. Responder ad haec latabundus Iouianus, in dicitque exurum iam ab Attalo vna regni parte Honorium Imperatorem. Quare Iouianum Attalus increpando, nullum ferre morem dixit, vt spoliari diceret sit Imperator, qui sponte sua imperio abdicaret. Verum Iouianus saepenumero legatione obita, neque quidquam proficiens, mansit tandem apud Attalum, illiusque Patricius est appellatus. Rauennae interim delabitur ad Eusebium Praepositum potestas: qui post non diu, d Allouichi violentia, ac decreto publico, in oculis Imperatoris fustibus esse occisus. Post etiam dum p Alaricho non acquiescit Attalus, & verò maxime Iouij opera, qui Honorij legatos prodiderat, imperio deicitur: manetque priuatum apud Alarichum vitam degens. Deinde non multo post iterum imperauit, ac rursum abdicare coactus est. Post haec tandem ad Rauennam profectus, & summis dexterae manus digitis truncatus proscribitur. Allouichus item post paulo, quod Eusebium Praepositum sustulisset, Imperatoris sententia poenas dedit, atque in eius conspectu occiditur. Constantinus tyrannus, cognita Allouichi morte, Rauennam accedens, vt cum Honorio sedus iniret, metu percussus reuertit.

105

106

a. Stelichonem lego.

b. Buccellarij b. Buccellarij b. Suidae Gallegriae milites. Plura Turneb. lib. 24. cap. 16. & lib. 26. cap. 15. Vide etiam Constant. Porphyrogeneta libel. de Thematib. Sibi sextum describit Buccellatorum fuisse. & pra ceteris Nicol. Rigaltij Glossar. multu. c. Quid est pan. & τὸ κερδὲς τῶν ποταμῶν τὸς ὑποκρινόμενους τὸν Δουδῶν, inquit Suidas. d. Sic homo impie, Christianum, & laudatum virum appellare audeat? e. οἱ κερδαιῶται. f. Vide Zosimi calculus de quadrigentorum millium exercitu fidem non planè excedere videtur. g. Atqui a Stelichone captum atque necatum referunt Propter, Cassiodorus, Orogus, & S. Augustinus lib. 5. de ciuitate Dei cap. 23.

b. Vide sup. pan. lib. Buccellarij, ex Turnebo.

f. Burboniam legitur apud Soz. z. omensum lib. 9. cap. 11.

g. Aquitanum amensum, ex Soz. om. sup. & Sigon. lib. 10.

h. Zosimus lib. 5. extr. Iouiu huius perpetuo vocat. Phorij editio incantationis est.

m. Sacri cubiculi. li. Vide Zosim. lib. 5. & Sigon. lib. 10.

n. Δουδῶνα. Iouij τανυστῶν τῶν εὐδῶν hic acci-

pio. Hanc enim post secunda post principem potestatis fuisse Suidas docet notari.

o. Ellobichum vocat Sigon. lib. 11. hist. Occident. imp. Ebdichu Sozom. lib. 9. cap. 13.

p. De Africanis

expeditione legendus Zosimus lib. 6. q. Aliter hac Sozom. lib. 9. c. 13. r. Anno Christi 411, Car. Sigon.

a. Omnino Eger-
tius legendum
hic.
b. Ex Sama sili-
et gentium su-
perstitione.

Regium metropolim esse Brutiorum, è qua refert historicus Alarichum, dum in Siciliam traicere parat, retentum fuisse. Statua enim, inquit, inaugurata, ibi stans, traiectum verabat. Fuerat verò hæc, vt fabulatur, ab antiquis inaugurata, cum vt Athnæ montis ignes auerteret, tum vt maris transitu Barbaros prohiberet. Altero enim pede perpetuum ignem, altero verò perennem aquam gestabat. Ea igitur statua confecta, tandem ex Athnæo igne, & à Barbaris detrimendum Siciliam cepisse. Euerfam verò statuam ab Æsculapio, qui in Sicilia possessionum Constantij & Placidia curator erat.

De Domestico
videndum
Cypriacas libel-
lo de officiali.
Constantinop.
Briffon in Lexi-
co, p. 111.
d. Idem qui Pla-
cidiam postea
coniugem acce-
pit.

Constantino tyranno, & Constante filio (qui primum quidem Cæsar, post etiam Imperator creatus fuerat) vicis, fugaque dilapsis, Gerontius belli dux, cum Barbaris pace libens inita, filium suum Maximum, qui inter Domesticos numerabatur, Cæsarem renuntiat. Constantem deinde insecutus, è medio sustulit, & vestigia confectans, Constantinum quoque patrem persequebatur. Dum hæc geruntur, & Constantinus & Viphilas ab Honorio aduersus Constantinum missi; cumque Arelatem peruenissent, vbi Constantinus cum Iuliano filio agebat, hanc obsident. Constantinus ad templum confugiens, Sacerdos ordinatur, iurciurando de salute illi dato; sic vrbs portæ obsidentibus militibus aperta sunt, missusque est cum Iuliano filio Constantinus ad Honorium. Ille verò minimè ipsis ignoscens, ob interfectos à Constantino cognatos suos, ad triginta s' à Rauenna militaria, contra iurisiurandi fidem interfici eos iubet. Gerontius deinde, accedentibus Viphila & Constantio, fugam cepisset: deprehensusque quod impotentius exercitui præfuisset, suorum insidiis petitus est. Ignem itaque ipsius ædibus iniecerunt. at ille fortiter in aduersarios pugnat, vno adiuuante famulo, qui Alanus erat. Re tamen tandem desperata, Alanum illum, suamque vxorem, vt ipsi postularant, interimit, ac denique etiam sibi mortem consciscit. Maximus eius filius, re intellecta, ad fœderatos confugit Barbaros.

e. Veroniamum
ac Didymum
intelligit, de qui-
bus Zosimus
atq; Sozomeno,
et ex his
Signon lib. 10.
f. Ad Animum
flumen Signon.
g. Nonniolii
Civ. Signon.
Vocat.
h. Moguntia-
cum debebat
scribere Olympi-
od.

Iouinus apud Mundiacum Germaniæ alterius vrbes, studio Goaris Alani, & Guntarij Burgundiorum Præfeti, tyrannus creatus est. Cui vt sese adiungeret, Adaulpho auctor fuit Artalus. Et verò hic cum copiis ad illum se confert. Iouinus tamen Adaulphi aduentu offensus, obscure, & veluti per ænigmata Artalum accusat, quod aduentum suasisset. Sarus item ad Iouinum venturus erat; sed Adaulphus, cognita re, collectis decem millibus militum, occurrit Saro, viros octodecim aut viginti apud se habent, quem gesta heroica, & stupore digna edentem, & scutis adhibitis, viuum agrè capere poruerunt, tandemque occidunt. Desiderauer autem ab Honorio Sarus, auditò Belleridem domesticum suum interfectum; nullam tamen cædis rationem duxisse Imperatorem, nec in percussorem inquirendo vindicasse.

i. Al. Afanus,
inf. apud Zos-
imum pag. 147.
k. Pro eduxis
lego eduxo, vel
eduxerit.
l. Pnyon Latina
Vocè dixit.

Refert item de Donato, & Hunnis, de què regum eorum sagittandi pericia. Se ipsum ad illos & Donatum, oratorem missum scriptor ait; multisque maris erroribus, periculisque laetatum, tragicè narrat. Donatum quoque iurciurando circumuentum, contra fas iugulatum esse; & Charatonem inter reges primum, ob cædem ira incensum, Imperatoris donis rursum mitigatum, placatumque fuisse. Et hæc quidem prima operis decade continentur.

m. Rauennam
arbitror legen-
dam.

Alteram verò hinc aspiciatur. Iouinus fratrem suum Sebastianum, inuito Adaulpho, Imperatorem creans, in eius odium incurrit. Adaulphus itaque per internuntios capita se tyrannorum missurum, pacemque initurum Honorio pollicetur. Hi domum vbi redierunt, & iururandum præstitum est, Sebastiani mox caput Imperatori mittitur. Iouinus etiam ipse ab Adaulpho obsessus se dedit, missusque ad Imperatorem est: quem Dardanum Præfectus sua manu percuciens, interimit. vtriusque caput extra Carthaginem palis infixum: vbi & Constantini ac Iulianæ antea resectum; Maximini item & Eugenij, qui sub Theodosio magno tyrannidem affectantes, eundem sunt exitum sortiti. Postulatum est ab Adaulpho, studio maximè Constantij, eius qui illam postea vxorem duxit, Placidiam [quam apud se Romæ captam habebat, Honorio fratri] vt redderet. Sed quod Adaulpho promissa, præsertim de curanda annona, perfecta non fuissent, neque ipsam reddidit, & pacem bello commutaturus videbatur. Adaulphus ergo, cum Placidia repeteretur, frumentum vicissim ipse promissum petiit. Cuius conferendi, etsi qui promiserant copiam nullam habere, nihil tamen fecius consentiunt, si Placidiam reciperent, accepturum. Ad quæ simili ferè & ipse Barbarus simulatione verbat. Massiliam interea, sic dictam vrbes profectus, dolo eam interci-

pere ten-

pere tentauit: sed à Bonifacio, nobilissimo viro vulneratus, & vix saluo capite fugiens, in sua le tentoria recepit; vrbe omisa, quæ lætitiæ plena, laudibus ac bonis omnibus Bonifacium est profectura.

OLYMPIODORVS.

Adaulphus idem de Placidia nuptiis satagens, Constantio eam postulanti grauiores prætaxit postulationes: vt si compos illarum non fieret, illa iuste retenta videretur.

Constantius olim designatus, Consul aliquando Rauennæ creatur, cum quo Constantinopolitanum consularum Constans gerit. Auri vis iusta, & sufficiens ad consularum sumptus tolerandos repetita in Heracliani & bonis, qui tyrannidis affectatè nomine est interemptus; etsi tamen tantum pecuniæ repertum non est, quantum speratum erat. Auri enim nondum duo millia [denariorum] inuenta, & immobilium insuper bonorum ad bis mille libras. quas quidem facultates omnes vna postulatione ab Honorio Constantius accepit.

a. Quos & in
Dionis Cæsari
consularum tole-
rante Alexan-
drum Severum
sup. retulit pag.
52.

Erat ipse Constantius, cum prodiret, subtristi vultu ac tetrico, ingentibus oculis, sublatæque ceruicæ, & plano capite, inclinans se omnino in equi, quo vehebatur, colulum; & sic hac illuc obliquè torquens oculos, vt, quod veteri verbo dicitur, *à imperio digna forma* omnibus appareret. In cenis tamen atq; symposiis, iucundus adeò ciuiliisque fuit, vt & cum mimis interdum ad mensam ludentibus contenderit.

b. In scissum ve-
latis, vt patet
ex l. 21. de pen.
Cod. Theod.
c. Vid. Oros. lib.
7. cap. 42.

Adaulpho, studio ac consilio Candidiani, nuptiæ cum Placidia conueniunt. Ianuario mense nuptiis dictis dies, e Narbone Gallia vrbes, in domo Ingenij cuiusdam, primarij eius vrbs viri. Hic digniore loco residente Placidia in atrio, Romano more adornato, habituque regio, affedit ipsi & Adaulphus lana indutus, omnique alio amictu Romano. Inter alta nuptiarum dona, donatur Adaulphus etiam quinquaginta formosi pueris, serica veste indutis, ferentibus singulis vtraque manu ingentes discos binos: quorum alter auri plenus, alter lapillis pretiosis, vel pretij potius inestimabilis, quæ ex Romanæ vrbs direptione Gotthi deprædati fuerant. Hinc versus canuntur epithalamij, Artalo præcinate, dein à Rustacio atque Phœbadio, nuptiisque finis datus, laeti gaudioque ingenti Barbarorum simul, & Romanorum, qui cum iis erant.

d. Eutrip. in Phœ-
nissis. Πρωτον
επι εδω & εγιν
υεγενηθη.
e. Foro-Cornelii
aut auctor Nis-
cellæ Paul. Dia-
conus lib. 12.
f. In uas ad.
g. Capitey d' un-
edus nuntius.
Donat etiam
reddere posse.
h. Al. Rustacio,
malum tamen
Rusticio.

Post Romam à Gotthis captam, Albinus vrbs Præfectus, quod iam eadem ad pretitium rediret statum, scripsit non sufficere præbitam populo partem, multitudinem iam aucta ciuitate. additque vno die numerum initum esse ciuium quatuordecim millium.

i. Subaudi Em-
menti publici,
quod virtutem
publicè populo
Rom. distribue-
batur. de quo
multa in Imp.
rescriptis.

Adaulphus, nato sibi Placidia filio, cui Theodosio nomen dedit, Romanam amplius rempublicam amare videbatur. Verum Constantio, eiusque affectis repugnâ-
tibus, eius & vxoris Placidia; [paci in eundem] conatus frustra fuerunt. Extinctum au-
tem postea infantem vehementer vterque parens luxit, argenteaque capsâ conditum,
iuxta à Barcinonem in templo quodam sepelierunt.

k. Græcè est αὐ-
τὸν Βαρκίνων.
Et hodie nomi-
natur: antiqui-
tus verò Barci-
no, Plinio, &
Paulino.

Interfeciit deinde & Adaulphus ipse (dum equos suos in stabulo, de more, con-
templatur) à Gottho quodam eius domestico, Dobbij nomine, cum hanc veteris odij
vindicanam occasionem ille captasset; huius enim prior dominus, Gotthice patris rex,
fuerat ab Adaulpho è medio sublatus. exinde Dobbium receptum Adaulphus in suam
familiam adscitauerat: qui in vltionem prioris domini, alterum hunc, infecta manu vio-
lenta, sustulit. Moriens Adaulphus fratri suo iniunxit, Placidia vt [Honorio] reddere-
tur; vtque, si quo modo possent, Romanæ sibi gentis concordiam [Gotthi] societatem-
que conciliarent. At qui successit Sari frater Singirichus (studio potius ac vi, quam suc-
cessione, aut lege creatus) Adaulphi è priore coniuge liberos, vi è sinu Sigefari Episcopi
abreptos, occidit; atque ipsam Placidiam reginam, in Adaulphi scilicet contumeliam,
pedibus ante equum vnâ cum ceteris capriuis ambulare coegit, idque toto illo spatio,
quod est ab vrbe ad duodecim vsque lapidem. Septem ille dies cum imperasset, in-
teremptus est, & Gotthorum dux Vallas constituitur.

Refert hic scriptor, audisse se è Valerio clarissimo viro, de argenteis statuis ad
Barbaros arcendos inauguratis. Nam Constantij, inquit, Imperatoris temporibus,
Præfecto in Thracia Valerio, indicium factum thesauri reperiendi. Valerius verò ad
locum accedens, sacrum illum esse religionem ex incolis cognouit, & antiquo ritu sta-
tuas ibidem consecratas. Retulit hæc ad Imperatorem, rescriptumque accepit, quo
iubebatur indicata illa bona tollere. Igitur effosso loco, tres solidæ ex argento fabri-

l. Signon & alij,
Vallia ediderit.
m. Commenda-
re conatur homo
Ethnicus suam
superstitionem.

catæ

OLYMPIODORVS.

catæ repetæ sunt statua, specie barbarica sita, & vtroque brachio ansato, veste præterea variegata barbarico ritu induta, & comam capite gestantes, atque in septentrionem, quæ Barbarorum regio est, obuersa. Quæ simulatque statuæ sublatae sunt, paucos post dies, Gothorum primum gens vniuersam incurrit, Thraciam; futuræque post paulo erant Hunnorum, ac Sarmatarum incursiones in Illyricum, & ipsam Thraciam: vt Thraciam inter & Illyricum sita sunt hæc consecrationis loca, & trium statuarum numerus, aduersus omnes gentes barbaras inauguratus videbatur.

De sua scriptor hic nauigatione refert, multa se aduersa perulisse. Athenas quoque appulisse tradit, suoque studio & cura ad sophisticam etiam sedem euectum Leontium, tamen si id ille nequaquam vellet. Sed & de a Pallio sophistico memoriae prodidit, nemini, (præsertim verò extero homini) Athenis id gestare licuisse, nisi Sophistarum suffragio eius gestatio illi concessa, dignitasque ista sophisticarum legum ritibus esset confirmata. Ritus autem, qui peragebantur, tales erant. Primum ad publicum balneum deducebantur qui nouitij aduenissent, siue parui, siue grandiores: atque inter hos etiam ij qui per ætatem ad pallium sumendum apti erant, quos in medium protrudebant scholastici, à quibus deducebantur, deinde aliis præcurrentibus atque prohibentibus, aliis protrudentibus, & contra tendentibus: quotquot autem prohibebant vociferantibus: *Sta, Sta, non lauat*: nihilominus tamen in certamine ij videbantur obtinere, qui in honorem Scholastici, quem deducebant, obstitentes retrudebant. Tandem post longam moram, multamque ob illata ex more vltro citroque verba contentionem, is qui deducitur, in calidam cellam inducitur, ibique abluitur. At postquam se induit, pallij dignitatem accipit, atque exinde cum pallio è balneo, celebri & honorifica stipatus pompa, digreditur, decrebris luculentis sumptibus in scholarum antistites, qui dicuntur & Acromitæ.

Vandali Gothos appellant *Trulos*: propterea quod hi enecti aliquando fame, tritici trulam à Vandalis aureo vno redimerent. trula verò nondum tertiam sextarii partem capit. Dum Vandali Hispanias vastassent, qui in muratas se vrbes Romani receperant, eò inedia adacti sunt, vt inuicem se laniano edere cogentur. Ibi mulier vna, quatuor liberorum mater, omnes deuotavit; ad singulos prætexens, reliquos se alere, ac saluare velle, donec omnibus absumptis lapidibus à plebe obruta est.

Euplatus Magistrianus ad e Valium Gothorum Præfectum mittitur, qui pacis fœdera iniret, Placidiamque reciperet. Ille verò commodè recepit, missaque frumentatione sexcentorum millium, Placidia Eupluto tradita, ad Honorium fratrem remittitur.

Cum Athenis inquiri cœptum esset, quonam modo conglutinari possent libri, discere quarentibus modum glutinis, Philatius, scriptoris huius socius, in re litteraria bene industrius, ostendit, quare & honoris gratia statuum illi ciues collocant.

De Oasi auctor multa narrat incredibilia. De eius primæ temperie: & quod sacro ibi morbo non modo nulli laborent, sed etiam si qui aliunde adueniant, eo liberentur, ob benignam aëris temperiem. De copiosa deinde quæ ibidem est arena, deq; puteis, qui fossione ad ducentos & trecentos, nonnunquam verò etiam ad quingentos cubitos facta, scaturiginis riuos per orificium effundunt: vnde per vices ij, qui communi labore opus fecerunt, hauriunt, & arua sua rigant agricolæ. Arbores perpetui ibi poma ferre, & frumentum illuc natum omni frumento esse præstantius, niueque candidius. Interdum bis quorannis hordeum ibi seti, millium autem perpetuò ter. Rigare incolas ruscula sua, æstate tertio quoque die, hyeme, sexto, atque hinc tantam terræ fertilitatem conciliari. Nunquam ibi celum nubes contrahere. Ad hæc de horologiijs, quæ ibidem conficiuntur. Oasim memorat insulam olim fuisse, atque à continente diuisam; eandemque ab e Herodoto vocari *beatorem insulam*: ab s Herodoro autem eo qui Orphei ac Musæi conscripsit historiam, nominari *Phœasidem*. Insulam ante fuisse ex eo coniectura ducit, quod testæ marinae, & ostrea lapidibus adhærescentia, in eo monte inueniantur, qui ex Thebaide in Oasim ducit. Deinde etiam, quod perpetuò copiosa ibi arena scætet, tresque Oases replet. Nam etiam ipse h tres Oases esse tradit. duas magnas, exteriorem vnam, alteram interiorem, è regione sibi inuicem oppositas.

a. Vide B. Greg. Naz. ian. orat. 20. quæ est de B. Bassilio Magna, post init. Eunap. quog. initio Proaref. s. lo. Gorp. Becannum lib. 4. Origin.

b. o. i. uel Gort. Helychio, & quæsi Superiores.

c. Sup. Valiam Becann. pag. 109.

d. Al. Zosim. lib. 5. nec arborum ibi silam, nec domitium esse. Vide Notam D. Baron. ad Martyrolog. 22. Ianij. e. Thalid. f. E cuius item libris tøn xpo. Hægæliu, s. fr. quentia passim adducuntur testimonia. g. Alia est Romerij Quæstio: quæ ceteris Coxyta dicitur. h. Vt antea Strabo lib. 17. Geograph. sibi Andree, vel è M. SS. Andree legitur: Strabano Aumel.

OLYMPIODORVS.

positas, centum milliarium spatio interiecto, cum tertia parua, longo interstitio ab alteris duabus separata. Insuper hoc etiam argumento insulam fuisse tradit, quod sæpe numero accidit, vt pisces ab auibus eo delati visantur, aut certè arrosorum piscum reliquæ: vt inde coniectare liceat, non admodum longè abesse mare. a Ait autem & Homerum ex vicina huic Thebaide genus ducere.

Honorius Aug. vicedimum, & Constantius iterum Consules creati, Placidia nuptias conciliant. Sed has ipsa nuptias cum vehementer detrectaret, effecit vt b ipsius famulis indignaretur Constantius. Tandem nihilominus ipso quo consulatum iniiit die, manu ipsam acceptam Honorius Imp. frater eius inuitam Constantio in manum tradit, nuptiaque splendide celebrantur. Hinc nata filia, quam Honoriam nominarunt, filius item, cui Valentiniano nomen datum, qui superstitè etiamnum Honorio, *Notabilissimus* dictus, impellente fratrem Placidia. Quin & mortuo Honorio, disiectaq; Ioannis tyrannide, Romanorum idem Augustus creatus est. Constantius verò Honorij in Augustali imperio collega fit, ab illo quidem ipso, sed penè repugnante, cõsistitur. Placidia quoque *Augusta* à fratre & marito dicta est. Dein ad Theodosium, qui fratre Honorij gentis Orientis partibus Augustus imperabat, de Constantij Imp. electione nuntius mittitur, minimeq; receptus est. Hinc morbum Constantius contraxit, suscepti pœnitens imperij, quod non iam (vt antea) eundi redeundiq; quo & quando vellet, libertas esset, neq; ludicris, vt moris eius erat, operâ dare iam Imperatori permitteretur. Igitur septimo imperij mense (quemadmodum & in somnium sic indicauerat: *Sextus abiit. Septimus inchoatur.*) pleuritide extinctus est. extincta simul cum ipso in Occidentem ira, atq; expeditione, quam quod ad imperij societatem admissus non esset, animo agitabat. Valia Præfecto [Gothorum] morte absumto, Imperium Teuderichus suscepit.

Scriptor varia maritimo itinere passus, vix saluus euasit. Vbi & prodigiola quadam de e sidere commemorat, in ipsum nauigij malum magno cum pòdere ingruente, vt iam mergendi viderentur. *Praniam* verò meteoron illud à nautis appellatum. Refert de plittaco, quo cum annos ipse viginti vixerit, vt nullam ferè humanarum actionum, quam non imitaretur, omiserit. Saltabat enim, & canebat, & suo quemque nomine compellabat, aliaque id genus exprimebat.

Refert item historicus, cum apud Thebas & a Soënem lustrandorum locorum, cognoscendique studio versaretur, fama excitatos Præfectos ac vates eorum barbarorum, qui ad Talmim incolunt, quos *Blemmyus* vocant, ipsius optasse congressum atque colloquium. Abripuerunt itaq; me, ait, vt illas quoq; regiones perlustrarem, in ipsam vsque Talmim, à meis contribulibus quinque dierum intervallo distantem, ad vrbes quæ dicitur *Prima*. Hæc olim prima Thebaidis vrbs, proximè à barbarico solo aberat, eamq; ob causam à Romanis Latino vocabulo *Prima* nominata, quo etiam nunc e homine vocitatur, quamuis longo iam tempore barbari eam sibi vindicari, cum aliis quatuor opidjs Phœnicone, Chiride, Thapide, & Thalmide. In hac regione Smaragdi se fodinas reperisse scribit: vnde Ægyptiorum regibus olim Smaragdi illa tanta copia suppeditabat. Et hæc quidem barbarorum vates inspicere inuitabant: Verum id sine bona regis venia non licebat.

De Libanio quodam admiranda refert, Asianum genere hunc, Honorio & Constantio Imperatoribus Rauennam venisse, summumq; venificum ac magum fuisse. Dicit enim professum esse, admiranda posse se absque armatis hominibus aduersus barbaros parare. At cum deinde experimentum promissi dedisset, & fama longius manans ad ipsas vsque Placidiae aures rumorẽ, detulisset, necatum illum esse, comminante Placidia coniugi Constantio diuortium, nisi è viujs tolleretur Libanius præligiator atque infidelis.

Constantius genere Illyrius fuit, è Panæso vrbe Cadia, qui multis obitus iam inde à Theodosij magni temporibus militiae muneribus, ad summum tandem, vt diximus, imperij apicem euectus est. Is cum cetera fuit laude dignus, tum quod auri nulla cupiditate flagraret, antequam quidem Placidia coniungeretur. nam ea vxore ducta, pecuniarum auidus enasit. Ipso ergo mortuo, cum postulatis homines Rauennam vndique confluerunt, quos bonus ille per iniuriam exuisset. verum Honorij, inquit, lenitas, & Placidia cum eo arcta nimis familiaritas, frustra vt essent hæc querimonie, omnisq; ad eò iuris vis ac potentia, effecit.

112

113

a. Ex Calasiris quoque sententia apud Hesiod. in Æthiopicis lib. 3. b. i. uel vbi ad riu. Strymonem.

c. Hispani nauis re Sant Telmo appellare solent.

d. s. s. Syenem.

a. Horum trium uiratum confes-
sas licet cum
Arriano inf.
pag. 123.
b. In quo hac cum
Perdicca digni-
tate, secutus Ar-
rianum inf. pag.
123. c. Ita est-
gunt res de Per-
dicca scripta.
c. Non ille, cui
sup. Mediam ob-
sumisse retulit:
sed quem Age-
noris F. facit In-
firmus, & Arria-
nus inf. pag. 127.
d. Parapamila-
das leges inf.
apud Arrianum
pag. 127.
e. al. Stanosot.
f. Cum Philippo
numitri, cui tam-
max Sogdiani
attribuit lege-
bantur.
g. Vnde ex Me-
sopotamia di-
cta est.

nandro. Leonatus Phrygiam, quæ ad Hellespontum est, obtinuit. Atque ita quidem Asia distributa.

In Europa, Thracia quidem, & Chetronesus a Lysimacho cessit. Antipater autem vniuersæ Macedoniæ, & Græciæ, Illyrii item, & Triballis, atq; Agriani, omnibus quæ aded iis, quibus in cõtinente [Europea] fuerat ab Alexandro adhuc superstiti cum plena & summa potestate Imperator præfectus. Curatoris porro officium, quæ quæ ad regiam pertinerent tutelam, Cratero mandata. At b quod summum est apud Macedonas dignitatis culmen, Perdiccas Hephæstionis Chiliarchiam tenuit.

Indorum omnium Præfecti Porus & Taxiles fuere. Ac Porus quidem, quæ Indum inter & Hydaspem flumina iacent; Taxili verò reliqua sunt attributa. Pithon c alter horum finitimis imperauit, exceptis d Paramisadis. Qui verò Indis contermini sunt, sub Caucais montibus incolentes, Oxyartæ Bactrio, Roxanæ Patri, regendi obtigerunt. Huic Roxanæ filius natus, post Alexandri patris obitum, quem æquè parentis nomine Alexandrum Macedones appellarunt. Arachosis & Gedrosis Sibirius præfuit. e Stalior Solienfis apud Ateios & Drangos regnauit. Philippus Sogdianis imperauit, vt Radapharnes Hyrcaniis, & Neoptolemus Carmaniæ. Persæ Peucestæ paruerunt. Sogdianorum quippe regnum Oroplus tenuerat, non à patre relictum, sed ab Alexandro acceptum. Qui postquam in eam calamitatem incidit, vt perduellionis reus regno exuendus esset, communicatum cum f alio horum, Sogdianorum] imperium tenuit. Babyloniorum verò, eiusq; regionis quæ g media Tigrim inter & Euphratem fluuios sita est, ita distributum imperium, vt illis quidem Seleucus, Mesopotamiæ verò Archelaus imperaret. h Citaque gentium, earumq; Præfectorum catalogus, postquam Perdiccas ab Alexandri excessu imperia distribuit. In ceteris autem plerisque narrationibus, æquè vt in his, cum Arriano plurimum Dexippus consentit.

DIONYSII HALICARNASSEI

Historiarum libri XX.

LXXXIII.

u. Vndecim bo-
dic dumtaxat
reguntur. Vide
qua de hoc scri-
ptore toto primo
operam libro
addit H. Steph.
in edit. Dionys.
Lugdunensi.
Vide & Evanco-
furd. edit. Gra-
colat.
b. Vt & Appian.
Alexandr. pag.
23. Et Sen. Aure-
lius Pistor in ori-
gine gentis Rom.
Dion in Casibus
sup. pag. 52.
c. Idè de sc. Plut.
testatur initio
Sita Demosth &
de Diodoro Si-
culo Photius sup.
pag. 51.

LEGIMVS DIONYSII Halicarnassæi Alexandri F. historiarum libros a viginti. Incipit ab Aeneæ, capta iam Troia, in Italiam aduentu, pergitque singulatim narrare b Roman conditam, Romulq; & Remi ortum, & ordine deinceps, vniuersa vsque ad Romanorum cum Pyrrho Epyrorarum rege bellum (quod ipsum quoque describit) desinitque in Olympiadis CXXVIII. annum tertium: à quo tempore historiam incho- 117

asse refert Polybium Megalopolitam. Claruit hic scriptor Augusti imperio, nam finito iam intestino bello, quod Augustum inter & Antonium exarserat, in Italiam adnauigauit. Vbi cum annos duos & viginti (vt ipse ait) vixisset, & Latinam linguam accuratè [homo Græcus] e didicisset, omnemque aded antiquitatem rerum Romanarum vestigasset, paratis denique vniuersis scribendæ historiæ necessariis, ad rem ipsam aggressus est.

Stylus eius atque dictio, quæ nouatorem deceat; & verò per insuetam vulgò viam orationem impellit. At rerum singularum minuta explicatio & sensus, illi quandam simplicitatem adfert, & ne ad ingratum sermonè atq; asperum abripiatur, vetat. Digressionibus vititur non raro: quare historiæ fastidium leuat, reficitq; lectorem Interdum, ac retinet. Vt autem verbo expediam, orationis elegantia rerum particularium narratione & digressionem temperata, dictionem in asperitatem abitutam, lenit.

EIVSDEM

Historiarum Synopsis libri V.

LXXXIV.

a. De qua Henr.
Steph. cap. 5. § 7.
Opera sua I. in
hunc Dionys.
b. 1226. 1170.

LECTA est eiusdem librorum viginti historiarum a Synopsis, quinque ipsa libris comprehensam in qua, vt se ipse vincere elegantia videtur, ita quoque omni exutum iucunditate pures. Quæ tamen res ad vtilitatem magis facit, dum nihil præter necessaria orationi interferit. Dicat eum tanquam regem cum imperio ius dicere, & temperato concisq; dicendi genere, ad hæc etiam compositione ac dictione ipsa b vocis quandam imaginè edere, vt durior quodammodo ex eo ad audientiu aures deferatur, quod genus orationis compendio satis aptum, perfectæ atq; integræ historiæ minimè conueniat.

Illud

Illud apparet, scriptorem hunc Dione Cassio, & Appiano Alexandrino, Romanorum quoque rerum historicis, priorem ætatem fuisse.

HERACLIIANI EPISCOPI CHALCE-

DONIS

Contra Manichæos libri XX.

LXXXV.

a. Cuius inf. ho-
norifica mentio
inter Patres or-
thodoxos, pag.
469.
b. Horii origines,
Principes & scri-
ptæ sunt B. Cy-
rillus Hierosoly-
Catechesi VI.
Suih. in Mares,
& super editus
Per. Siculus co-
piatus in hist. de
Manich. hæret.
c. Cuius specimè
apud eund. Cy-
rill. sup. B. Hier-
ron. cap. 72. Ca-
ral. legendum.
d. Basileum E-
pisc. quem fortè
aduersum Ma-
nichæum scripsisse
libros, auctor
B. Hieron. in Ca-
ral. cap. 102.
e. Buddæu Cy-
rillus atque Sui-
das appellauit.
Niceph. lib. VI.
cap. 22. Addam
cum hoc nostro
nominat.
f. De quo Nice-
phor. sup. & alib.
h. Scholasticu
lib. VI. cap. 32.

LECTI sunt a HERACLIIANI Chalcedonensis Episcopi aduersus Manichæos libri vi-
ginti. Oratio illi concisâ, minimè redundans, atque sublimis, non absque perspi-
cuitate, quam granditas temperat. Atticismum enim cum familiari sermone admiscet,
ac veluti puerorum præceptor, in certamine, plusquam Atticismo, vt sic loquar, con-
tendit.

Euertit vero id, quod b Manichæi appellant, Euangelium, & Gygeum librum, atque Thefasuros. Recenset item eos, qui ante se in Manichæorum impietatem calamitatem frinxerunt. Hegemonium nimirum, qui c disputationem Archelai aduersus ipsum [Maneten] perscripsit: & d Titum, qui cum se putauit contra Manichæos scribere, in e Addæ magis libros scripsit. Ad hæc & f Georgium Laodicensem, qui eadem fere, quibus vsus est Titus, argumenta g pro veritate adhibet. Præterea h Serapionem Episcopum Thmucos. Denique & i Diodorum illum, qui libris quinque & viginti cum Manichæis certauit. quorum septem prioribus putat quidem k Vinidum se Manichæorum Euangelium refellere: at non assequitur; dum non illud, sed quod ab Adda scriptum erat, & Modium appellatur, euertit: reliquis deinde libris ea factæ scripturæ loca purè explanans atque declarans, quæ Manichæi ad ea quæ animo conceperant, accommodare solerent. Et hæc de Diodoro. Horum ergo patrum, vt eos pientissimus Heraclianus nominat, facta mentione, quæcumque in ipsis non satis firmiter pronunciata sunt, breuiter confir-
mat, quæ prætermissa, piè supplet, quæ satis accuratè prodita, integre citat, cum nominis honorifica appellatione, additis similiter, quæ sibi in mentem venerint.

94

Spirat hic vit Philosphicum robur, aliarum quoque artium opibus egregiè instructus. Igitur quæ fabulosè nugantur Manichæi, validissimè euertit, atque ex ipsa etiam rerum, quæ existunt, consideratione, fabulosas ipsorum de Ente nugas refutat. Scriptum est autem hocce aduersus Manichæos viginti librorum opus ad Achillium quendam, qui id postulauerat, quem & fidum & charissimum filium appellat. Perspecto enim Manichæorum impietatem longius serpere, publicis eam scriptis refutati Achillius flagitabat. Et certè ad æternum de hac impietate triumphum, scriptum est hoc opus. Claruit vero hic pientissimus Heraclianus temporibus. * * * * *
g. uarè rûs d'Abelias. Sed fort. uarè rûs d'Abelias, totidem elementis, contra impietatem, reponendum.
i. Antonio charum, teste B. Hieron. Catal. cap. 99. i. Metropolis Cilicia Episc. Niceph. ubi VI. cap. 32. ubi Eusebius Phanice etiam contra hos ferunt scripsisse. k. Ziv.

B. IOANNIS CHRYSOSTOMI

Epistolæ ad Olympiadem, & alios.

LXXXVI.

LECTA sunt epistolæ S. Patris IOAN. CHRYSOSTOMI, quas iniussè, atque inhumaniter relegatus ad varios misit: in quibus vtilissimæ sunt, quas ad piissimam Olympiadem Diaconissam decem & septem conscripsit, & ad Innocentium Pont. Rom. quibus etiam quæcumque pertulit, quantum per Epistolam licet, enarrat. Vt-
tur in his vsitata sibi dicendi forma. Clarus enim est, atque perspicuus, & persuadendi vi cum iucunditate floridus, nisi quod accuratius videantur scriptæ ad Olympiadem litteræ. neque enim ad epistolicum illæ stylum vsquequaque accommodari poterunt, quod rerum ista magnitudo scribendi legibus vim adferret, easque ad se pertraheret.

Extant in sin Biblioth. Augu.

ACHILLES TATIUS

De rebus Leucippes, & Clitophontis libri VIII.

LXXXVIII.

Exstant hodie Graecolat. in Germanis nuper evulgati. Hunc ipsum scriptorē Christianis tantumdem sacris institutum, Episcopi creatum esse memorat. Suid. b. a. φοτιου κωι quales fort. a M.

LEGIMVS ACHILLIS TATII Alexandrini De rebus Leucippes, & Clitophonis a octo libros. Est vero dramaticum opus, amotes quosdam continens intempertios. Et dictione quidem ac compositione videur excellere. Claritudinem enim, atque aptam translationem, quoties ea vitur, adhibet. b. Definita praeterea, & perspicua, quaque delectationem adferant, pleraque sunt periodi, auditum quoque consonantia quadam lenientes. Verum obscenissimi eius, & nimis impuri sensus, cum scriptoris sententiam in omni re seria eleuant, tum legere volentibus abominandam fugiendamque reddunt lectionem. Exceptis autem nominibus ferē personarum, & detestanda illa obscenitate, magnam omnino similitudinem videtur in apparatu ac narrationum fictione cum Heliodori dramate habere.

GELASII [CYZCIENI] CAESAREAE PALAEST. EPISC.

Historiae ecclesiasticae libri III.

LXXXVIII.

Horum duos nobis Graeci & Latini dedit Rob. Balsorens, Tertius enim locos tres admodum Constantini Imp. epistolae exhibuit. Noster autem Alphonf. Pisanus ex hoc opusculo & exemplari quodam Arabico sanctorumq; b. Prævia hunc locum subrogatus; primus est factus Constantinopolit. Patriarch. impietatisq; antipitem [Arium] oratione sua sustulit, B. B. Athanasius & Greg. Nazianzen. auctorib. d. Balsorens, a quo Pisanus edit. sex menses addit, dimissamq; Synodum ipsi Constantinensi Aug. Vicennialibus. e. Alij tres cum semestri annos damnatae numerant, D. Baron. Card. To. III. Annal. Ecclesiast. vno anno esse absolutam Nicanam perentat.

LEGIMVS historiae forma Res in Nicana Synodo gestas, libro a tribus. Refert auctor Hosium Cordubae Episc. & b. Bitonem atque Vincentium Romanos sacerdotes, Siluestri Rom. Pontificis legatos, adfuisse, ipsum quoque Eustathium Antiochenum Patriarcham, & Alexandrum Presbyterum Metrophanis Constantinopolitani legatum. neque enim hic, ætate confectus, (centesimum excedebat annum) adesse potera t. Adfuisse & c. Alexandrū Alexandriæ antipitem, vna cum Athanasio, qui post etiam eim episcopatu successit: & praeter eos Macarium Hierosolymorum praesulem, cum magna praeterea episcoporum ac sacerdotum multitudine. Indictam autem Synodū memorat, anno d. decimo sexto imperij Constantini; durasseque actiones eius ad vsque eiusdem primum & viceimum annum cum semestri, vt nimirum e. lex ipsos annos [Partes] confederint.

Exturbatum ibi refert Arium, & anathematis fulmine confixum, sed inde iterum conatum impetrare admissionem, tentantibus id saepe numero Eusebio Nicomediensi praesule, & f. Eutocio Ariano Presbytero ordinato, quem posteriore animam agens Constantia Imperatoris soror, fratri commendat. Verum etsi Arium isti in ecclesiam reducere conati fuerint, non permisit tamen diuinam vltionem, hostem hunc ecclesiae suae templo sanctiorique adyto insultare, dum lata in eum sententia, in latinis voluit vitam terminare, eodem illo die, quo die ipse eiusque sectarij & asseclae stauerant illius reditu Dei Ecclesiam, & sacra profanare. Accidisse autem hunc [impj] jē vita excessum loco publico, quod a foro proxime latinæ illae abessent. Constantinum Magnum ganisum scribit, quod integerrimus iudex Deus; controuersiam omnem sententia lara diremisset, misisseque mox ad varios epistolas, quibus iustam de Ario vindictam, velur cippo inscriptam omnibus promulgaret. Ita huius scriptoris narratio consentit cum

& Athanasio Magno, cum b. Theodoro, alijque plurimis. k. Nonnullis enim tradere visum, non Constantini Magni temporibus, sed Constantio filio imperante, tam factō Arium exitu hominem exuisse. Et hæc quidem liber ille continebat. In l. alio tamen exemplari, quo eadem profus continebantur, hunc titulum libro inscriptum reperi: GELASII CAESAREAE PALAESTINAE EPISCOPI. Ipsa porro dictio ad humilem vilemque styllum plus æquo vergere animaduertitur.

Verum quis hic Gelasius sit, certo non potui cognoscere. Trium enim hactenus Gelasiorum (quos discernere nequeas) Caesareae Palaestinae Episcoporum, vel meerte duorum, cuiusdem demonstrat Gelasium huius histor. & libelli aduersus Anomæos, sine Eutychem. De duabus naturis in Christo, auctorem esse. Vide inf. pag. 150.

De cuius fratribus plura Metaphrasi, de gestis Nicanae Synodi, Tom. IV. Suri.

Diffut. I. aduersus Arianos fact. sup. & Episc. ad Serapionem rita. b. Lib. IV. Epistol. contra heret. & Lib. I. hist. Eccl. cap. 13. & 14. i. In quibus Epiphanius auctor sita Athanasii inf. pag. 782. k. Metaphrasi, orat. de gestis Nicanae Synodi, To. VI. Suri. l. Illi forte codicem parat, quem sup. pag. 5. loco 15. recepit.

duorum, libros legitimus. Quorum quidem librorum vnus Aduersus Anomæos [hereticos] conscriptus est: reliqui duo, res continent Ecclesiasticas, alteriusque horum iam modo est à nobis obiter facta mentio: cuius sanè titulus (vbi quidem illura adscriptum inuenimus) is est, quem antea diximus: GELASII CAESAREAE PALAESTINAE EPISCOPI ECCLESIASTICAE HISTORIAE LIBRI TRES.

Operis autem ipsius principium eiusmodi est: Quae in sancta, magna, & vniuersali Episcoporum Synodo, ex omnibus, vt sic dicam, Romani orbis prouinciis, ipsaq; adeo Perside congregata, & reliqua. Definitque in Constantini Magni obitum, quando a diuino remissionis [peccatorum] lauacro suscepto, vitæ huius maculas; quas communis mortalium sorte contraxisse oportuerat, vna eluit. Baptismate vero tinctum refert ab Orthodoxo sacerdote, sacroque ritu, non, vt quidam prodiderunt, ab hereticorum aliquo. Longiorem autem hanc baptismati obuenisse moram, quod ipsis Iordanis fluminis aquis tingi vehementer optasset.

Affirmat hic scriptor, sub Basilico, qui Zenone pulso b. tyrannidem occupauit, vixisse se ac legisse Concilij acta in antiquis membranis conscripta, dum adhuc patennis in adibus versaretur. Ex horum itaque memoria, & ex alijs praeterea scriptis, vtilia quæque colligendo, historiam composuisse. Meminit insuper, laudatque dicta quædam Gelasij cuiusdam, a quem ipse Gelasium, Rufinum quoque nominat. e. Sumam porro patriam esse ait Cyzicum, Patremque vnum de f. presbyteris ibidem exstitisse. Sic libri huius loquitur scriptor, atque hæc liber ipse commemorat.

cenorum quondam Archiepiscopi, cuius & Socrates meminisse videtur lib. VII. cap. 28. d. Lib. I. cap. 7. init. & b. Hieron. e. Luitio Praefationis. f. Ante sacerdotium tamen in consurgio nostrum Gelasium esse genitum tibi certum sit.

GELASII CAESAREAE PALAESTINAE EPISC.

Prooemium in additamentum ad Ecclesiasticam historiam Eusebii Pamphili.

I AM aliter [Rerum Ecclesiasticarum, de quo supra commemorini] liber, hunc titulum praeret: Prooemium Episcopi Caesareae Palaestinae in ea, a qua ad Ecclesiasticam historiam Eusebii Pamphili adiciuntur. Incipit verò hoc modo: Ceteros quidem, qui ad scribendum animum appulerunt, quique rerum gestarum historias memoria prodere statuerunt, & quæ sequuntur.

Praedicat se auunculum habuisse Cyrillum Hierosolymorum Episcopum, qui & sibi ad hæc ipsa scribenda auctor fuerit. Alibi autem legendo hoc quidem comperi, Cyrillum ipsum cum hoc Gelasio Rufini Romani historiam in Graecum vertisse sermonē, non vero propriam suam aliquam condidisse. Illud certum, Gelasium hunc, quando Cyrilli Hierosolymitani æqualis fuit, proximo illo esse ætate priorē. Et hic certē Gelasius diserta quoque dicendi forma ab illo discrepat: quamquam vterque longe est eo, qui aduersus Anomæos scripsit, inferior. Qui quidem Episcopus & ipse eiusdem Palaestinae inscribitur, sed dictione ac varia doctrina, logicisque rationibus (quibus tamen, nescio qui, non aptissime est vsus) ceteros duos, qui inferiores ordinem dicendo tenuisse visunt, multo in ætate reliquit. An verò horum aliquis hæc eadem conscripserit, & oportune colligerit, addideritque reliqua, cognoscere nondum potui.

quem Niceph. lib. XII. cap. 11. inter laudatos episcopos numerat, tertium ab Eusebio Pamphili, & Acacij successorem. Quem item egypti laudat, Theodoret. Eranista Dial. I. citata eius concione apparitionis Domini. & B. Hieron. in Catalogo cap. 130. vbi Eusebio successisse dicitur, quem Niceph. quod sede pulsus fuerit, non retulit in censum Episcop.

121

LIBANII SOPHISTAE

Orationes & Epistole.

XC.

LECTI sunt a LIBANII tomī duo. Is in fictis suis, quasque exercitationis tantum causa scripsit, ORATIONIBUS, se ipso est, quam in alijs praestantior. Nimis enim diligens ac curiosus dum esse vult, natium effusamque sermonis (vt ita dixerim) gratiam ac venustatem in illis alijs corruptit, atque in obscuritatem delapsus est, multa quidem interpositionibus

a. Eusebii errorē, à multis pridem Graeci Latiniq; scriptoribus refulatū, sequitur hic Gelasius: & hac forsitan causa scilicet in M. f. tertij huius hist. libri. Vide Baron. Card. To. III. ind. A. Ch. CCCXIV. b. Ann. Chri. CCCCLXXVI. c. Quæ fuisse Dalmatij, Cyrenorum quondam Archiepiscopi, cuius & Socrates meminisse videtur lib. VII. cap. 28. d. Lib. I. cap. 7. init. & b. Hieron. e. Luitio Praefationis. f. Ante sacerdotium tamen in consurgio nostrum Gelasium esse genitum tibi certum sit.

LXXXIX.

quem ego numerum primū omisum, deinde adscriptum, loco nō suo, hic tradendum putauit. a. à Rufino, patris qui ad hæc histor. latinam a se factam, duos adiecit libros, decimum atque undecimū, legitur ap. Genad. de scriptorib. Eccl. cap. 17. & ipsemet Rufinus proficitur ad finē lib. IX. Eusebii enim X. libros in noem contraxerat. b. Eundem hunc statuo Gelasium, successorem.

a. De quo Suid. legend.

LIBANVS. 80
a. Laudat & has
Eunapius in Li-
bani vita. nosq;
recentius fere in-
editas reperim⁹.

ARRIANI

XCI.

De Alexandri Magni rebus gestis libri VII.

a. Exstant Gra-
ec & Latine ab
H. St. extusi; cu
Indica historia,
quam aliqui
IIX. hic librum
faciunt.

b. Emenda ex
editis, & ex
Strab. Stephano
alij; Palagar-
dis.

c. Q. Curtius
extremo lib. 8.

d. al. Afcanorū.

e. al. vōpavōvō.

f. al. Hypathis, &
Plin. & Salmo.
Item Ptolem.
Bybathis, & Strab.
Hypanis.

g. De quo frē-
quem apud
Strab. mentio.

h. Aperisse cō-
memorat Q.
Curtius libro X.
Cid. Strab. lib. 15
sub fin.
i. Sphingen di-
ctum auctor est
Plutarch. in A-
lexandro. A Grē-
cis vero Calanū vocatum, quod Indico sermone Kaleid est salus, accedentes salutasset. Plura in notis ad Graecum exemplar.

quibus adde Philonis locum in senē libello, Quod omnis probus liber, & Aelian. lib. 5. Var. hist. cap. 6. & Claud. Guichar-
di Funeral. li. 3. cap. 4. k. Patrio aut ritu. Apud Indos enim sapientes (inquit Curtius lib. VIII.) occupare sati diem, pul-
crum & Sinos se cremari iubent. Quibus autē cōgruis etas, aut incommoda vultus est, expectatam mortem pro dedecore
vita habent. Nec vllas corporibus, quas senectus soluit, honos habetur. Inquinari putant ignem, nisi qui spiritantes recipit.
De nuptijs ista non nihil turbata, ex VII. lib. init. restituenda.

LEGIMVS ARRIANI De rebus gestis Alexandri Magni libros a septem. Refert
ipsum cum Atheniensibus, ceterisq; Græcis, Lacedæmonijs exceptis, foedus iniui-
se, ac dehinc in Asiam traiecit, prælijsq; Persas fregisse, & ad Granicum quidem Darij
Sattapas, copias ducentes equitum viginti millia, pedites pæne totidem, omnes debel-
lasse: ad Issum vero Darium cum exercitu fudisse fugasseq; & liberos, atque adeo vxo-
rem cepisse. In Arbels, siue in Gaugamêlis tandem & ipsum Darium superasse, & hūc
fugientem a suis occisum esse. Suffectum deinde ab iisdem in Darij locum regem Bes-
sum, æque postmodum ab Alexandro captum, & ob audacem in Darium iniuriam
ludibrio affectum, vitæq; priuatum. Adhæc septies Alexandrum inter pugnandum
fuisse vulneratum, regiasque in ð Pagalis opes sustulisse. Cum item perualum et esset
Philotam insidias moliri, cum parente Parmeniōne interficiendum ipsum curasse. Sog-
dianorum quoq; regnorum potitum esse, & Asia Scyrthas prælio vicisse. Clitum ab A-
lexandro potu correpto, interemptum, magnitudinēque mox eum facti, vt ad sobrietatem
redierat, mœrorem ostendisse: adhuc & Alexandro etiamnum puero structas fuisse in-
sidias, pœnasq; idcirco irrogatas. e Petram illam, quæ in Sogdiana regione est, occu-
patam esse, capta Oxyatti, qui regioni illi imperitabat, coniuge, vnâ cum Roxana filia,
quam post Alexandri vxorem ritē duxerit.

Alexandrum ex Baëttis ad Indos profectum, pugna illos superasse, vrbesq; eorum
plurimas obsidione cepisse: in his & Aorno (quæ dicitur) occupata, in ð Afcanorum
provinciam peruenisse. Nauibus prætereâ Iudo flumine contrato, traiecit, & Po-
rum Indorum regem vno denictum prælio, viuam cepisse, humaniterq; complexum,
latius etiam quam antea regnare iussisse. Indos fluuios, non secus atque Nilum æstate
augeri, hieme verò minui memorat. Refert item alium quandam Porum, in Indis quoq;
imperantem, quem & facinosum fuisse ait. Alexandrum verò dum hunc persequi-
tur, & Hydaspem fluuium transiisse, eiusque accolas Indos bello superasse: horum quo-
que opida ingentia, & frequenter habitata armis cepisse, tetendisseq; porro ad ð Hypha-
sum flumen: quod dum transmittere Alexander pararet, tumultuari militem cepisse,
quod nec labores assiduos toleraret, nec belli requieret, finemq; expeditionis videret.
hac de causâ, relicta India, reuertit coactum Alexandrum. Atque hic quintum librum
scriptor elausit.

Sexto itaq; libro, frequentes ab Alexandro redeunte pugnas cum hoste cōmissas,
ingentesq; partas victorias commemorat. Quibus in prælijs fortiter dimicantem ad su-
periora quinq; vulnera, alia iterum duo accepisse; ac licet è septimo moriturus videret-
ur, commode tamen fuisse curatum. Ex India reuertentem; terrestri ipsum itinere
profectum esse; & Nearcho altera exercitus parte commissa, ac per mare redire iusso.
Conuenisse trasque copias, cum maritimas, tum terrestres ad Carmaniam. A Carma-
nia deinde in Persidem Alexandrum progressum, imperato vt Nearchus in Suisanorum
regionem cursum, & ad Tigridis fluminis ostia institueret. Hanc autem Nearchi na-
uigationem Ionica describit dialecto Artianus, eamq; proprio titulo INDICA indigert.

Alexander post hæc neglectum Cyri sepulcrum h adornauit, & i Calanum Gymno-
sophistam, qui flam mis se committere vellēt, quod morbo tentaretur, & patrio extingui
ritu permisit. Nuptias ad hæc eum suas, tum aliorum splendida celebrauit. Ipse quidē
natu maximam Darij filiam, Artinōem nomine, duxit; natuque minimam filiarum
Ochi, quæ Parysatis dicta. Roxana enim iam antea ducta erat. Drupetin, Darij quoque
filiam

filiam; Hephæstioni nuptui dedit: Cratero Amastriam, Ptolemæo vero & Eumeni,
Artacanæ & Artonem Artabazi filias tradidit: Neatcho Barfines & Meltōris filiam
vxorem dedit: Seleuco Spitamēnis filiam. Cæteris quoq; socijs clarissimas Persarum ac
Medorum filias numero fere octoginta stabili connubio iunxit, factis Persarum ritu ac
iure nuptijs. Macedonum quoq; veteranos exauktoratos in Macedoniam misit: & Anti-
patrum interim recens collectas copias sibi adducere iussit. Dum hæc aguntur; Harpa-
lus regias furatus opes, fuga dilapsus est. Hephæstion item vita defungitur, cuius obitu
ingenti mœrore consternatus Alexander est, atque incredibiles in rogum ac iusta faci-
enda sumptus fecit. Quo item tempore legati ex Africa & Carthagine ad illum missi:
immo ex Italia, vt hic refert. Cuius quidem Italia incrementum, illos intuitus, de-
nunciando prædixit. In Babyloniam eundi cupido ipsum incescit, & obitum e vares de-
nunciant: cum que inconsiderate quidam in throno eius confedisset, ex eo iam certius
mortem eius augeres prædixerunt. Classem nihilominus profectio ad ornauit, vt in A-
rabas moturus multitudine innumerabiles, qui duos dumtaxat Deos, Cœlum & Bacchū,
colerent. Hæc dum præparat, vi morbi superatus, vita decessit. De eius excessu varij
varie scripserunt, & multaq; etiam pugnantia prodiderunt. Vixit annos duos supra tri-
ginta, & mensis octo: quibus octo mensibus, annisque duodecim regnauit. Laudatur
mirifice ab hoc scriptore Alexandri, ob singularem virtutum ferè omnium præstantiam,
in quo septimus definit liber, quem Indica excipit historia, libro singulari.

123

a. Decies milliē
talentorum quidā
referunt: duode-
cies vero Diodor.
lib. XVII. & Lu-
sius lib. XII.
b. T. Linius le-
gendus lib. IX. ab
V. C.
c. Quamobrē de-
liberat apud Se-
necam Rhetorē
Senfor. IV. an Ba-
byloniā intrer.
d. Vide vitas pa-
rallēlas nostras Aristotelis, ac Demosthenis, & Joseph. Stephanum Episc. Oriol. Cōmentario ad cap. 1. Machabeorum.

EIVSDEM ARRIANI

De rebus post Alexandrum gestis libri X.

XCII.

SCRIPSIT idem Res post Alexandrum gestas libros decem, quibus militarem exerci-
tus seditionem complectitur, electionemq; ea conditione factam a Arridæi (quem
Philippo patri Alexandri peperit Philine mulier Theſſala) vt & Alexander [infans] quem
Roxana Alexandro patitura erat, simul regnaret. quod etiam euenit, edito in lucem in-
fante. Igitur Arridæum regem renunciantes, Philippum cognominarunt. Tumultuari
verò sunt, & inuicem disenserunt pedites, equitesq;. In quibus & equitum, & ducū
principes erant, Perdicas Otontii F. post hos Lysimachus Agathoclis F. & Aristonius Pi-
thæi F. & Pithon Crateuæ F. & Seleucus Antiochi F. & Eumenes Cardianus, qui quidem
equitum ductores fuere: peditur verò Meleager. Missæ dehinc variae vtrinq; legatio-
nes: tandemq; conuenit inter pedites, qui iam antea regem nominarunt, & equitum duc-
es, vt Antipater in Europa belli imperator esset, Craterus regni Artidæi præfectus,
Perdicas vero legionis, quam Hephæstion duxerat, chiliarchus (quod quidem regni to-
tius erat procuracionem illi, tutelamq; committere) Meleager denique Perdicae vi-
cariū præfectum ageret. Cum itaque postea exercitum b lustrare Perdicas simularet,
seditionis auctores præcipuos comprehendit, comprehensosque, tanquam iubente Ar-
tidæo, ipsoque inspectante, e occidit. quo ex facta terrore reliquos peruasit. Post paulo
& Meleagrum interfecit: quos tamen ad præfecturas nihilo secius; tanquam Arridæo iu-
bente, ptouehere statuit. Et verò Ptolemæus Lagi F. Aegypto & Africa; omnique il-
li Arabiæ parti quæ Aegypto adiacet, imperate iussus est. Cleomenes autem, qui ab A-
lexandro Sattapa ibi constitutus fuerat, Ptolemæi vicarius præfectus fit. Syriæ deinde
quæ huic satrapie subiacet, Laomedon impositus. Philotas Cilicia præfectus est, vt
& Pithon Mediæ. Eumenes vero Cardianus Cappadociæ & Paphlagoniam, quæque
Ponto adiacent Euxino suscepit, ad vsque Trapezuntem Sinopensium coloniam Pam-
phylis, & Lycijs, magnæque Phrygiæ Antigonus datus. Cafes Calandro obuenerunt;
Lydi Menandro: vt Leonnato illa Phrygia, e quæ pertinet ad Hellespontum, quam ab
ipso Alexandro f Calas quidam nomine obtinebat, etsi deinde Demarcho commissa
fuerit. Ita tunc Asia est distributa.

a. Descripsit sup-
pag. 117. vnicā
tantū caninā li-
vērā Aethiūm
nominat.

b. uadepū quæsi
expiare dicunt.
Cuius ritū nota-
tus dignū apud
Curtium legat
lib. X. sub finem.
c. Quando elo-
phantis in cōspe-
ctu exercitus ob-
iessi trecenti, om-
nes beluarū pe-
ditibus protitii
fuer. Curt. lib. X.
d. Creto Crate-
uæ F. nam Age-
nōis F. Colonij.
Macedonū in-
dās præfuit.
Euenit ab alle-

Per Europam verò, Thraciæ quidem & Chetroneso, gentibusque Thraciæ fini-
124 timis, vsque ad mare quod Salmydessus Ponti Euxini urbem attingit, Lysimachus
præfectus

praefectus datus. At quae ultra Thraciam vsque ad Illyrios, Triballos, & Agrianos pertinent; ipsaque adeo Macedonia, & Epirus ad Ceraunios vsque montes pertinens, cum Graecia vniuersa Cratero, & Antipatro obuenerunt. Ita haec diuisio facta: nam plurima loca, vt ab Alexandro relicta erant, indigenis parentia praefectis, indiuisa permanferunt. Interea & Roxana praegnans parit filium, quem mox regem militaris turba renunciauit: & seditionibus ab Alexandri excessu omnia replebantur. Erenim Antipater cum Atheniensibus, caeteraque Graecia, quam Leosthenes Imperator defendebat, bellum gessit: primumque victus, & in angustias adductus, superior tandem euasit, amisso tamen Leonnato, qui suppetias Antipatro attulerat. Lyfimachus quoque cum Senthra Thrae nimis audacter conflixit pro imperio. Cum paucis enim pugnant, ceteri strenue se gereret, tamen confectus est. Perdiccas item cum Ariarthe Cappadociae praefecto conseruit, quod Eumeni ibi imperare iusso non cessisset. vno itaque hic & altero praelio superior, captum illum suspendit, Eumenemque in regnum restituit. Craterus vero Antipatro portans aduersus Graeciam auxiliares copias, victoriae illius auctor, qua victi Graeci, existit. Quamobrem vtrique dicto audientes, imperata deinceps absque tergiversatione fecerunt. Et haec quidem libris quinque completitur.

a. Vide inf. Cod. GCLXVII. 809. & Plutarch. lib. decem Graecia Orationum.

b. Pausanias tamen in Corinthiacis, a seruo interfectum scripsit.

c. A Barce (qua post Ptolemaei dicta Geographia) Barcei appellati Maroni, Barceitae Ptolemaeo. Barceani Synesio, hinc etiam Barceus derivatus. Vide Steph.

d. Quo Ptolemaeo & Meleatino est Cyrenaica, haec autem regio Plinio Pentapolis Libyae dicitur.

e. Antipatri filium natus nimirum, qui Alexandro Senensii propinasse traditur ab Arriano ipso, alijque.

f. Iustin. haec alter paulo astu Strama, quaeram, neutram acquisita lib. 13. g. In edito Arriano haec Cyna vocatur, Athenaeo Cynna, lib. 13. lege de ea Polyani sub fin. lib. 8. b. Athenaeus lib. 13. initio ex Audata Illyrica susceptam Cynniam scripsit.

Sextus refert Demosthenem & Hyperidem Athenienses fugisse; Aristonicum item Marathonium, & Himeram Demetrii Phalerei fratrem; Aeginamque primum venisse, vbi dum versarentur, orante Demade, capitis sententia ab Atheniensibus damnatos; quod decretum Antipater perficiendum curavit. Deinde vt Archias Thurius, qui eorum necem perpetrarat, ad extremam redactus inopiam atque infamiam, vita decesserit: vtque Demades non ita multo post in Macedonia delatus, a Casandro interfectus sit, eius primum filio in sinu & oculis parentis iugulato. Causam vero caedis Casandrum allegare, quod parentem suum Demades olim iniuria affecisset, cum Perdiccae scripsit, vt Graecos e putrido ac veteris filo pendentes seruare veller; Antipatrum nimirum his verbis iridendo. a Dinarchum Corinthum horum indictum fecisse, atque ita Demadem aliquando auaritia ac proditionis, & in re quaque perfidia, meritas dedisse poenas.

Refert etiam haec. Thibro Lacedaemonius Harpalum, (qui superstitie etiamnum Alexandro opes eius furatus, Athenas se receperat) b interemit, & sublato quidquid illi pecuniarum reliquum erat, primum quidem in Cydoniam Cretae vrbe venit: sed deinde in Cyrenem cum exercitu sex millium traiecit, accersitus ab Cyrenensium c Barcensiumque exsilibus. Apud quos dum varijs pugnis; varijsque insidijs, interdum vincit, interdum vincitur, in fuga tandem ab Afris quibusdam bigas agentibus comprehensus, ad Epicydem Olynthium d Teuchiram adducitur. Huic enim vrbe illam curandam comiserat Ophellas, vir Macedo, qui a Ptolemaeo Lagi F. Cyrenais auxilio missus fuerat. Teucheritae ergo, Ophella illis permitte, Thibronem flagellis caesum, in Cyrenensium portu de cruce suspendendum mittunt. At cum Cyrenaei nihilo minus in rebellionem perstarent, ipse denique Ptolemaeus accessit, rebusque omnibus tranquillatis, retro domum ad nauigauit.

Perdiccas insuper Antigonum insidiosè in ius vocabat, verum ille, vt peti se insidijs cognouit, parère recusauit: atque hinc ortae inuicem inimicitiae. Hoc item tempore e Macedonia e Iollas & Archias ad Perdiccam venerunt, adducta in vxore illi Nicæa Antipatri filia. f Quin & Olympias, Magni Alexandri mater, mitrit ad eundem, despondetque Cleopattam filiam. Ibi Eumenes Cardianus Cleopattam ducere suadebat: Alceta vero fratris consilium ad Nicæam magis nuptias inclinabat, cuius item sententia perucit. Post no diu e Cynanes caedes accidit, quam Perdiccas, eiusque frater Alcetas intulerunt.

Haec Cynane eundem cum Alexandro patrem Philippum habuit, sed matrem b Eurydicem, atque Amyntae illius vxor fuit, quem Alexander e medio sustulit, cum in Asia expeditione suscepta, moueret: Idem autem ille interemptus Amyntas, Perdiccae Philippii fratris filius, Alexandri patruelis erat. Nunc itaque Cynane filiam suam Adean, quae post Eurydices cognomen tulit, Arridæo vxorem adducebat, quam & postea dedit; ipso transigente Perdiccae, quo per illas nuptias Macedonum sedetorem seditio, quae ob sublata Cynanem accensa, abibat in deterius. Antigonum interim in Macedonia

niam

nam ad Antipatrum, & Craterum profugit, sibi que a Perdicca structas insidias exponit, ac tantundem eum in omnes studiosè meditari affirmat. Similiter & Cynanes infortunium tragicè exaggerat. quibus ita expositis, ad bellum ipsos contra Perdiccam gerendum inflammat.

Arridæus quoque Alexandri apud se corpus seruans, repugnante Perdicca, ad Ptolemaum Lagi F. a accepto corpore proficiscitur, à Babylone per Damascum in Aegyptum iter habens. qui saepenumero licet à Polemone Perdiccae familiari impeditus, perucit tamen, re ex animi sui sententia gesta.

a. Moribundus enim amicis praecerat, ut corpus suum ad Ammonis ferri iuberet. Memphim tamè a Ptolemao translatum est, & inde paucis post annis Alexandria. Curt. lib. 10.

Interea Eumenes Perdiccae munera Sardeis ad Cleopattam attulit: decretumque iam esse Perdiccae, Nicæa, repudiata, eius in locum Cleopattam ducere, quod vbi innotuit (Menander Lydiae Satrapa Antigono significauit, & per eum Antipatro quoque & Cratero res publicata) eo etiam vehementius illi ad Perdiccam bello persequendum incitati sunt. Antipater itaque & Craterus e Cherroneso Hellespontum traiciunt, traiectus custodibus clam per legatos deceptis. Mittuntur & ab his ad Eumenem ac 126 Neoptolemum, Perdiccae obnoxios, legati: quibus Neoptolemus quidem assentitur; Eumenes vero minime.

Hinc Eumeni suspectus esse coepit Neoptolemus, & bellum inter se gerunt. quo in bello viribus superante Eumene, fugit cum paucis Neoptolemus ad Antipatrum Craterumque, quibus & persuadet, vt sibi in bello aduersus Eumenem socius Craterus daretur. Nec mora, praelio vtrique cum Eumene confligit. Dedit vero operam omnem Eumenes, vt ignorarent sui Craterum aduersus se belligrare: ne fama adducti, vel castris suis desertis, ad illum transirent, vel certe apud se manerent, audaciores minus essent. qui cum illi dolus atque astus processisset, praelio quoque victor euasit. Ergo Neoptolemus ipse Eumenis scribae manu casus cecidit, vir caetera militaris, & bello strenuus: Craterus autem in obuium quemque intrepidè pugnant, atque ita incendens: vt cognosci potuerit, nihilo tamen secius à Paphlagonibus quibusdam incognitus occiditur, tamen ille maximè causam capite deiecit. Attamen pedestres copiae saluae ad Antipatrum e praelio redierunt: quae res animum reddidit, metumque minuit.

Perdiccas Damasco profectus, aduersus Ptolemaum Lagi F. dimicaturus, in Aegyptum cum b Regibus & copijs venit. Ptolemaum itaque cum accusasset, atque ille obiecta crimina coram multitudine ita purgasset, vt iniuste accusatus videretur, bellum tamen, repugnante licet militum vulgo, Perdiccas infert. Quo in bello iam iterum victus, ijsque asperior factus, qui ad Ptolemaum transire vellent, caetera etiam in castris superbior, e quam Imperatorem deceret, a suis ipse equitibus inter pugnantem occiditur. Ptolemaeus vero, sublato Perdicca, ad reges, transmissis Nilo proficiscitur, donisque allatis, & varijs quoque obsequijs tam eos, quam caeteros Macedonum proceres, amanter complexus est. Immo & ipsorum Perdiccae amicorum vicem dolere se palam ostendit: & quibuscumque Macedonibus periculum aliquod imminere videretur, eosdem ille omni ope ac ratione metu liberare studuit. Quo factum est, vt iam tum, atque in posterum omnium ore laudaretur.

b. Arridæo, & Alexandro puero, Roxanes F.

c. Iustinus li. 13. Perdiccae plus odium arrogatiae, quam vires hostium nocebant, quam ex offi etiam socii ad Antipatrum gregatim proguebant.

Habito dein conuentu, Pithon & Arridæus copijs vniuersis, Perdiccae loco, praefecti renunciati in praesens sunt, & ex Eumenis atque Alcetae sectatoribus ad quinquaginta damnati, idque maximè ob Craterum interfectum, cum Macedones inter se mutuis praелиjs dissiderent. Antigonus adhuc e Cypro euocatus, quin & Antipater, ad reges festinare iubentur. Nondum vero aduentantibus illis, Eurydice a Pithonem & Arridæum nihil se inconsulta volebat agere. Qui à primo quidem non repugnarunt. post tamen, nihil illi commune cum Repub. esse responderunt: sibi, dum Antigonus & Antipater veniant, curae rem fore publicam. Illi igitur cum accessissent, Antipatro summa rei commissa: exercitusque ab Alexandro promissa militiae praemia poscit. Antipater, cum in praesentia nihil haberet, aequum postulare re-

127 spondit: at mox, vt neciustam eorum indignationem incurere possit, quoad eius fieri poterit exploratum thesauros regios, quaeque alibi recondita essent. quae certè ipsius oratio iucunda parum fuit exercitui. Quare cum Eurydice quoque criminatioes aduersus Antipatrum foueret, plebe indignante, seditio coortitur. quo tempore & ipsa in eum concionatur, Akelepidoro scriba sermonem eius referente, & praeter

d. Arridæi comitibus, prius Adca dicta, Cynanes filius, sup. pag. 125. Quae viri Saletae dicitur abutere, eius sibi officia vindicabat. Iustin. lib. XIV.

eam item Attalus. Planè vt vix cædi ereptus Antipater sit, patrociniatus apud in-

a. Philotas enim quidem supra ac cepervit pag. 123. b. apud Dexip- pum pag. 116. ut orio duces inter disfidio, Philote adempta Philo- xeno à Perdicca datur. Iustini ad extremum lib. 13 Eadem ergo pro- vincia, subhuto Perdicca, etiam ab Antipatro hic Philoxeno confirmatur. b. Ab argenteis ita clypeus appel- latus quidam Alex- andri M. mili- tes, ut refert Lu- stinus, lib. XII. c. Athenasus lib. XII. d. Casander le- gendum suadent Latini, Iustini. e. Curt. ipse Arrian. sup. pa- g. 123.

Ibi & ab ipso Asiæ facta diuisio est, qua priorem illam partim ratam habuit, partim, ubi temporum necessitas exigeret, innouavit. Nam Aegyptum quidem & Libyam, vastamque vltra Africam, & quidquid præterea bello partum ad Occidentem solem iacet, Ptolemæi esse pronunciat. Laomedonti vero Mitylenæo Syriam assignat. Philoxenus Ciliciam, quam antea prouinciam sortitus erat, retinuit. Iam inter superiores Satrapias, Mesopotamiam & Arbêlum Amphimacho regis fratri attribuit: Seleucus verò Babyloniam præficitur. Antigoni, qui primus Perdiccam inuaserat, & Macedonum & Argyraspidarum ductor erat, præfectura totius Susianæ data. In Peltide Peucestes confirmatur. Carmaniam Tlepolemus præponitur, vt Mediæ vsque ad Caspias portas Pithon. Philippus Parthis: Arijs vero, & Drangenorum regioni, Stalandæ præfectus venit. Bactrianæ & Sogdianæ Stalamor Solienus, Arachotiarum verò Sibyrius euenit. Oxyartæ, Roxanes patri, Parapanisadæ dantur: Indorum autè ea ora, quæ Parapanisadæ adiacet, Pithoni Agenoris F. tributa. De proximis deinde Satrapijs ea quæ ad Indum flumen est, & Parala vrbs, quæ in illa India est maxima, Poro regi cessit: at quæ ad Hydaspem flumen pertinet, Taxilæ item Indo, attribuitur. quando non facile esset ipsos dimouere, qui ab Alexandro ipso in imperio constituti, magnâ fatis potentiam nacti essent. Adhæc quia Tauro monte ad boream vergebant, Capadocas Nicanori attribuit: Magnam vero Phrygiam, Lycaoniam, Pamphyliam, & Lyciam, vt antea, Antigonus retinuit. Cariam & Asander accepit. Lydia Clito data, vt Arridæo ea, quæ ad Hellespontum iacet, Phrygia. Pecunia Suis colligendæ Antigenes præficitur; cui & è Macedonibus, qui maximè tumukuati fuerant, ad tria millia traditi. Corporis præterea Regij custodes ac stipatores nominauit Autolycum, Agathoclis F. & Amyntam Alexandri F. Peucestæ fratrem: Ptolemæum item Ptolemæi F. & Alexandrum Polysperchontis F. Casandrum verò suum filium, equitum chiliar- chum; iisdemque copijs, quibus antea Perdicca præfuerat, Antigonum præfectum cõ- stituit, cui etiam Regum curam custodiamque mandans, bellum cum Eumene geren- dum atque conficiendum volenti commisit. Antipater ipse, valdè ab omnibus ob res benè gestas laudatus, domum reuertit. Atque in his nonus clauditur liber.

Decimus porro narrat Eumenem, cognito quæ Perdicca accidissent, seq; hostem à Macedonibus iudicatum, quæ ad bellum essent necessaria, comparasse, & Alceram Perdiccæ fratrem, fuga salutem ob hæc ipsa quæsiisse. Attalum quoque, qui in ciuili ab Antipatro defectione nemini secundus fuerat, fugientem pariter cæteris sese exsulibus miscuisse, exercitumque tandem confluxisse, peditum decem millium, equitum octingen- totum; ac cum his Cnidum, Caunum, & Rhodum inuadere conantem, à Rhodijs for- titer, Demarato apud eos classis præfecto, repulsum fuisse. Refert etiam parum abfuisse, cum Sardijs peteret Antipater, quin ad manus cum eo Eumenes venerit. At Cleopatrâ Alexandri sororem (ne fortè apud Macedonum vulgus, quasi belli ipsis causa foret, in crimen illa vocaretur) suasse ac persuasse Eumeni, Sardijs vt abscederet. Antipatrum tamen eam nihilominus, cum aduenisset, ob amicitiam, societatemque cum Eumene atque Perdicca, non sine probris atque conuicijs increpuisse: Illamque, supra quam ab eo sexu expectari poterat, sese defendisse, aliaque plurima vicissim obiecisse, ac tandem pacatos eos discessisse.

Eumenè nec opinatò in vicinorù eorum agrù, qui ei non parerent, irumpentè, cum prædam magnam egisse, tum pecuniæ magnam vim diripiisse, quibus ille suum exerci- tum magnopere ditari. Nuncios insuper ad Alceram eiusque focios misisse, qui copias omnes in vnum adducere, atque ita iunctis viribus communem hostem oppugnare roga- rent. Illos verò alijs aliud suadentibus, tandem minimè esse assensos. Antipatrum addit cum Eumene pugnare adhuc non ausum, misisse tamen e Asandrum, qui cum Attalo, atque Alcerâ dimicaret.

Certatù esse his æquo propemodum Marte: sic tamen, vt inferior Asander discesserit. Casandrum adhæc ab Antigono dissensisse; verum animi perturbationem, Antipatro patre

e. Cui Caria pro- vincia obtine- rat, ut hic ait pag. 127. & Dex- ippus pag. 116.

patre inhibente deposuisse. Apud Phrygiam deinde Casandrum cum parente congregatum, ne à regibus longius discederet, sed Antigoni suspectum haberet, hortatum esse. Illum verò cum temperata sua prudentia, tum variis obsequijs, atque virtutibus suspic- tionem pro vitili sustulisse. Mitigatum itaque Antipatrum, de illis copijs, quas in Asiam secum transtulerat, peditum illi [Antigono] Macedonici generis octo millia & quin- gentos tradidisse, equitum verò externorum parem numerum: elephantorum quoque dimidiam partem, id est septuaginta; quo facilius bellum cum Eumene conficeret. Ita Antigoni bellum hoc administrare exorsum esse: Antipatrum verò, acceptis regi- bus, ceterisque copijs, tanquam in Macedoniam traiecturum abiuisse. Addit iterum ibi tumukuantes milites pecuniam postulasse, Antipatrumque promississe, ubi Aby- dum peruenisset, illam sese curaturum, præbiturumque fortasse donatiuum vniuersum: sin verò, maiorem certe partem accepturos. Hac ergo spe lactatos, absque seditione deinceps Abydum vsque perduxisse; vnde ipse noctu (deceptis æstu militibus) vnâ cum regibus Hellespontum, ad Lyimachum traiecit: postridie ergo eius diei, etiam ipsos transisse, de pecunia poscenda in præsens quiescentes. Atque hoc libri decimi ex- tremum est.

Est sanè scriptor hic nemini eorum qui historiam optimè contexerunt postpo- nendus. Nam & narrationum breuitate præstat, & importunis digressio nibus, aut crebra parenthesi, continentem historie tenorem minimè lædit. Decori insuper obser- uans, noua orationis compositione magis quam vocabulis vsque eò est, planè vt alio nullo modo neque clarior, neque dilucidior fieri narratio possit. Dum verò signifi- cantes, sonantesque ac teretes adhibet dictiones, æqualitate non minus, quam grandi- tate orationem temperat. Verborum item innouatio non est illi longius, sed è propin- quo petita, & quæ lumen orationi vel maximum addat, vt sit vocabuli quasi habitus qui- dam ac gestus potius, quam mutatio consuetorum verborum. Quo fit, vt & perspicui- tas exoriatur, non in hac solum parte, sed etiam in apparatu, ordine, & narrationis maxi- mè compositione: quod ipsum est totum perspicuitatis artificium. Iam vsus trita- rioque simplicium ac rectorum periodorum, vel apud indoctos, plerumque reperitur & verò ad supinum, atque humile dicendi genus orationem nimium demittit; præfer- tim si merus ille, atque impermissus sit vsus. Quod hic noster (etsi ad perspicuitatem illud facere videatur) non admittit vnquam. Tropis item vellepticos, non ambitum ipsum verborum concidendo, sed voces singulas supprimendo ita vitatur, vt ne percipiendi quidem defectus vestigium vllum relinquat: idque adeò, vt si quis quod deest addere tentet, superuacuum potius addidisse, quam defectum suppleuisse, meritò censetur. Schematum etiam copia optimè orationem suam adornat, non enim repentè, & simul omnium obuium ac natium vsum immutat, sed sensum atque ab initio statim hæc commiscet. ita neque satietate molestiam adfert, neque repentina mutatione turbat. Denique vt semel dicam, si quis post hunc [lectum] ad ceteros historicos sese contulerit, multos etiam antiquorum humiliores deprehendat.

LIBVIT hic in vna subiicere regni Macedonici, extincto iam Alexandro, distributio- nem, ac penè dixerim sectionem: cum vt vno aspectu sese offerat, tum vt Græcorum Ar- riani ac Dexippi, Latinorumque Iustini, Curtii atque Oroisi dissenso melius appareat. SCHOLIUM.

DIVISIO PROVINCIARVM IMPERII

Alexandri magni à Perdicca facta,

APVD ARRIANVM HIC PAG. CXXXIII.

Cum prius ex pacto pedites inter equitesque

ANTIPATER Exercitus dux per Europam, Craterus Tutor regni Arridæi Perdiccas Tribunus militaris pro Hephæstione constituti fuissent.

Prolemæus Lagi F.

Cleomenes

Egypto, Libya, & Arabia, quoad hæc Egi- pti fines attingit. Loco Ptolemæi vicaria potestate.

Laomedon	} imperare iussus	Syria.
Philotas		Cilicia.
Pithon		Media.
Eumenes Cardianus		Cappadocia, Paphlagonia, & Euxinoponto finitimis, Trapezuntem usque.
Antigonus		Pamphylis, Lyciis & Phrygia maiori, Caribus.
Casander	}	Lydis.
Menander		Phrygia, quae est ad Hellepontum.
Leonnatus		

Sic Asia partita.

IN EVROPA VERO:

Lysimachus	} imperare iussus	Thracia, Cherroneso, omnibusque Thracibus finitimis gentibus, ad Salmydessum Euxini-ponti.
Craterus atque		Omnibus quae ultra Thraciam sunt locis usque ad Illyrios Triballos, & Agrianas, ipsi quoque Macedonia, & Epiro ad Ceraunios usque montes, & omnibus Graecia.

ALTERA PROVINCIARVM DIVISIO per Antipatrum.

Ex eodem Arriano hic pag. 127.

Ptolemaus.	} Accepit	Egyptum, Lybiam, & vastam, quae has ultra est, regionem.
Laomedon Mitylenaeus.		Syriam.
Philoxenus		Ciliciam.
Amphimachus		Mesopotamiam, & Arbelen.
Selencus		Babyloniam.
Antigenes		Susianam Satrapiam.
Pencestes		Persida.
Tlepolemus		Carmaniam.
Pithon		Mediam usque ad Caspiae portas.
Philippus		Parthyaorum regionem.
Stasander		Araurum, & Drangenorum provinciam.
Stasenor Saliensis		Bactrianen, & Sogdianen.
Sibyrtius		Arachobos.
Oxyartes Rhoxanes P.		Parapamisadus.
Pithon Agenoris F.		Finimos Parapamisadibus.
Rorus Indus		Quae ad Indum fluvium sunt, & Patala urbem.
Taxiles Indus		Provinciam ad Hydaspem fluvium.
Nicanor		Cappadocas.
Antigonus	Phrygiam maiorem, Lycionas, Pamphylis, Lycios, ut prius.	
Casander	Cariam.	
Clitus	Lydiam.	
Arrius	Phrygiam ad Hellepontum.	
Antigenes	Collectionem veteraliu Susianorum.	

Autolycus

Autolycus Agathoclis F.	} Accepit	} Regii corporis custodiam.
Amyntas Alexandri F.		
Idemque Pencestia frater		
Ptolemaus Ptolemae F.		
Alexander Polyperchontis F.		
Casander Antipatri F.	} Praturam equitum.	} Imperium in Perdicca olim copias, & regum praesidium.
Antigonus.		

DIVISIO IMPERII MACEDONICI Perdicca distribuite.

Apud Dexippum sup. pag. 116.

IN ASIA.

Ptolemao Lagi F.	} Obuenit	Egyptus uniuersa, & Libya, & quidquid ultra Egyptum attingit.
Cleomeni		Ptolemai vicarium Praefectum agere.
Laomedonti Mitylenaeo		Syria.
Philota		Cilicia.
Pithoni		Media.
Eumeni	Cappadocia, Paphlagonia, & quidquid ad Pontum Euxinum vergit Trapezuntem usque.	
Antigono	}	Pamphylis & Cilices usque ad Phrygiam.
Casandro		Cares.
Menandro		Lydi.
Leonnato		Phrygia ad Hellepontum.

IN EVROPA.

Lysimacho	} Obuenit	Thracia, & Cherronesus.
Antipatro		Omnes Macedones, Graeci, Illyrii, Triballi, Agrianes, & quaecumque in Epiro.
Cratero	}	Tutoris ac curatoris regii dignitas.
Perdicca		Chiliarquia Hephaestionis.

APVD INDOS.

Pero	} Obuenerunt	Indum inter & Hydaspem populi.
Taxile		Indi reliqui.
Pithoni alteri		Indorum finitimi, exceptis Paramisadibus.
Oxyarti Bactrio		Caucasibus subiecti montibus populi, Indiae proximi.
Rhoxanes patri		Arachosii atque Gaddrosii.
Sibyrtio		Araei, & Drangi.
Stasanori Saliensi		Sogdiani.
Philippo		Hircania.
Rhadapherno		Carmania.
Neptolemo		Persae.
Penceste		Sogdianorum pars.
Oropio		Babylonii.
Selenco		Mesopotamia.

MACEDONICARVM PROVINCIARVM PARTITIO,

Apud Iustinum libro XIII.

Ptolemaus

Prolemaus

Laomedon Mytilenæus
Philotas cum filio
Acropatos
Alcetas Perdicca frater
Synus
Antigonus Philippi F.
Learchus
Cassander
Menander
Leonnatus
Lysimachus
Eumenes
Seleucus Antiochi F.
Cassander Antipatri F.

Accipiunt a Perdicca

Taxiles
Pithon Agenoris F.
Parapomennus
Axiarchus
Stator
Amynas
Scythas
Nicanor
Philippus
Phratasernes
Neoptolemus
Peucestes
Arctus
Archelaus

Egyptum, & Africa, Arabia, partem.

Syriam.
Ciliciam, & Illyricos.
Mediam maiorem.
Mediam minorem.
Susianam gentem.
Phrygiam maiorem.
Lyciam & Pamphyliam.
Cariam.
Lydiam.
Phrygiam minorem.
Thraciam, & regiones Pontici maris.
Cappadociam cum Paphlagonia.
Summum castrorum tribunatum.
Præfecturam stipatorum regis, Sardili-

tumq.
Res Indum inter, & Hydaspem flu-
Colonias in Indiis conditas.
Fines Caucaſi montis.
Drabas.
Argeos.
Bactrianos.
Sogdianos.
Parthos.
Hyrmanos.
Armenios.
Persas.
Babylonios.
Pelagas.
Mesopotamiam.

DIVISIO IMPERII MACEDONICI A PERDICCÆ FACTA.

Apud Q. Curtium lib. X.

Rex
Prolemaus
Laomedon
Philotas
Antigonus
Cassander
Menander
Leonnatus
Eumenes

obtineret

Summam Imperii.
Egyptum, & Africa gentes, quæ in diuisione erant.
Syriam cum Phœnicæ.
Ciliciam.
Lyciam cum Pamphylia, & maiore Phrygia.
Cariam.
Lydiam.
Phrygiam minorem Helleſponto adiunctam.
Cappadociam cum Paphlagonia usque ad Traps-
zunta.
Mediam.
Thraciam, appoſitæ, Thraciæ Ponticæ gentes.
Præfecturam copiarum, quæ regem ſequerentur.

Pithon
Lysimachus
Perdiccas

EIVSDEM ARRIANI BITHYNICA,

Gesta item Dionis, ac Timoleontis in Sicilia.

L E C I *Bithynica eiusdem libri octo: quibus de Bithynia fabulosas narrationes, ceteraque ad ea pertinentia, accuratè perſcribit: patriæ nimirum patriam historiam offerens. Nicomedia enim genus se ducere hoc opere ostendit; eaque in vrbe natum, altum,*

XCIII.

130 altum, litterisque imbutum, sacerdotium Cereris, eiusque filia Proserpina (quibus ARRIANVS. sacram esse urbem scribit) gessisse.

Meminit verò hoc ipso in libro & aliorum operum: quorum alterum quidem *Timoleontis Corinthii res in Sicilia gestas* continet, alterum verò *res Dionis Syracusani*, memoratu dignas refert, cum Syracusas hic, omnemq; ad eò Siciliam, à Dionysij secundi (qui primi filius fuit) tyrannide liberauit: in superque & à barbaris, quos vt tyrannidem firmaret, Dionysius eo adduxerat. Apparet verò hoc opus, quo patriam descripsit, post Alexandri magni, Timoleontis, & Dionis rerum gestarum historias, quarto loco confectum esse: & initio quidem certè, ex quo animum ad scribendum appulerit, hoc sibi consultò argumentum proposuisse, & præfixisse; verum quòd rebus illis huius apparatus indigeret, tardius absoluisse. Hanc enim ipsemet cessationis, tardæque editionis causam adfert.

A fabulosis ergo, vt iam diximus, narrationibus ducendum putauit initium, pergitque porro ad excessum Nicomedis vltimi, qui vita decedens, Romanis regnum testamento reliquit: qui quidem Romani iam inde regibus parere desiderant, ex quo vrbe Roma exactus est Tarquinius Superbus.

IAMBlichI

De rebus Rhodanis & Sinonidis libri XVI.

XCIV.

L E C T A est IAMBlichI *Actio fictitia*, amores representans. Qui etsi honestius paulò & Achille Tatio, furtorum arcana detegit, longè tamen impudentius Heliodoro illo Phœnicæ. Hi enim tres, eodem ferè sibi proposito scopo, amatorum argumentum tractarunt: atramen Heliodorus gratius atque decentius: minus verò quam ille decenter hic Iamblichus: obscenè verò atque inuerecundè Achilles ille, qui Leucippes ac Clitophonis amores libris octo narrauit, cuius etiam fluxa & mollis dictio est, ac si quid in ea plausibile, non id ad firmitatem rigoremq; sed ad titillationem quandam, vt sic loquar, atque lasciuiam distortum est. Porro Iamblichus, quod ad verborum, & compositionis præstantiam ac narrationum ordinem attinet, dignus sanè fuerat, qui rhetoricum suum artificium atque facultatem non in ludicris his fictisque, sed in vel maximè seriis rebus ostenderet.

Personæ ergo dramatis inducuntur Sinonis & Rhodanes, pulchra vterque forma & conjugij lege vt copulati, sic etiam inuicem amantes. Garmus Babyloniarum rex, amissa coniuge, Sinonidis captus amore, vxorem eam ducere maturabat: renuente verò Sinonide, aureo illa torque vincita est, & Rhodanes propterea (Damas & Sacæ Eunuchis regis commisso negotio) tollendus in crucem erat. Verùm studio Sinonidis inde liberatus, effugit vterque; hic crucem, illa nuptias. Idcirco Damas & Sacæ aures nareque præciduntur, & ad fugitiuos inuestigandos missi, duas in partes diuisi, se comparant, propiusque factum est nihil, quàm vt ab insequente Dama ad pratrum quoddam Rhodanes caperetur. Piscator enim quidam pastores indicauit, qui questionibus torti, pratrum illud vix tandem demonstrant. quo in prato & aurum Rhodanes repererat, ab inscriptione & columnæ, cui leo insidebat, ostensum. Hic quoque spectrum quoddam Sinonida illic amare cœpit: quæ causa fuit, vt Rhodanes ex eo prato excederet. Damas verò, repertam ibi Sinonidis coronam solatio Garmo submisit. Ipsi fuga dilapsi, inciderunt in vetulam quandam in rugurio habitantem, antrumque subeuntes latent, quod antrum per stadia omnino triginta effossum, fauces habebat densis arbutis obstructas. Damas hic instat, anisque altercatur, sed strictum vt vidit gladium, exanimata est. Equi quibus vehebantur Rhodanes atque Sinonis, capiuntur; locumque exercitus cinxit, in quo se illi absconderant. Disruptum forte vnus, qui locum obibat, æreo clypeo, in superiori defossi antri parte, & per vacuum resonante echo, indicium sit latere nonnullos. Itaque fossa circumfoditur: & Damas per omnes partes inclamat, vt qui intus erant, audierint, atque ad abditos speluncæ recessus diffugerint, & ad alterum tandem eius foramen delaberentur. Hic apum agrestium examen fodientes [milites] inuadit, melle interea in fugitiuos defluente. Apes ipsæ ac mel, serpentum esu, veneno infecta erant. inde quos illæ ad fossam pupugerunt, partim labefactarunt, partim etiam

a. Eam Babeloniam vocari solitam docet Suid. b. De quo sup. Cod. LXXXVII. pag. 118. St de Heliodoro Cod. LXXXIII pag. 93. c. Vidimus tamen & in Italiæ bibliothecis. Eustathium quendam huius argumenti.

d. De Leone in cippo lege inf. Prolem. Hæphest. pag. 44. Habes & in Hætopi vna reperit ex cippi inscriptione thesaurum.

M

tim etiam

IAMBlichvs.

tim etiam occiderunt. Fame ad hæc Rhodanes atque socia coacti, cum [huius quoque] aliqui] linxissent, postquam id in ventrem defluxit, ad viam veluti mortui afflicti sunt. Copia autem illæ obfidentes, cum ab apibus illarum bellum sustinere non possent, terga vertunt, Rhodanemque nihilominus persequuntur: at dum prostratos quos insequuntur vident, cursu pertranseunt, cadauera reuera esse putantes. In hocantro crines attonsa est Sinonis, vt iis aqua ipsis hauriretur, quos repetos inibi Damas Garmo misit, signum, quo intelligeret, in procliu] esse vt [fugitiui] capiantur. Stratis itaque iuxta viam Rhodane & Sinonide, tanquam ad mortuos accessit exercitus: ac patrio more alij quidem vestes proicientes operiebant, alij verò aliud quid eorum, quæ ad manum erant, carni ac panis partem obiecerunt, sicque abscesserunt. Neque verò hi b ob mellis esum veterno capti, nisi ægrè expetiscabantur, dum corni pro carne inter se pugnant, Rhodanem, & hic Sinonida asurgere cogunt. Iam itaque excitati, aliam quam exercitus viam ingrediuntur, quo minus ii esse, qui quærebantur, agnoscerentur. Inuenitis deinde a sellis duobus, descendunt ipsi, oneraque imponunt, quæ secum attulerant, ex iis rebus quas velut mortuis exercitus adiecerat. Hinc in diuersorium se recipiunt, vnde tamen fugientes, iuxta plenum forum in aliud diuersorium concedunt. Accidit interea fratrum ibi cædes, cuius accusati, post etiam liberantur. Fratrum enim natu maior, qui minorem veneno sustulerat, hos quidem accusat, sed sibi ipsi manus inferendo, omni rursus crimine liberat. Rhodanes infcius venenum hinc secum aufert; subeuntque post hæc latronis domum, qui in viatores graffabatur, quos & sibi epulandos apponebat. Missi autem huc à Damamilitibus, postquam latronem comprehenderunt, ignem in eius domum iniecerunt: quo igne & illi comprehensi, ægrè admodum mortem enaserunt, per iugulatos, & in ignem coniectos asinos transitu sibi parato. Visi igitur à militibus noctu, qui domum accendebant, & interrogari quinam essent, vmbra se esse eorum, quos latro ille iugulasset, respondent: ita pallore macieque vultus, ac vocis remissione militibus satisfacere, terroremque incusserunt. Fugam rursus inde capessentes, in puellam fortè ad sepulchrum elatam inciderunt, atque ad spectandum affluenti se turbæ immiscent. Hic senex Chaldaeus propter astans, sepeliri puellam vetat; spirare enim ac viuere etiamnum affirmans, vt res ipsa declarauit. Rhodani etiam vaticinans, prædixit aliquando regnatum. Tumulus ergo puellæ inanis deseritur, multa ibi veste, quæ in sepulchro exurenda fuerat, relicta, cum esculentis ac poculis, quibus Rhodanes cum socia lautius epulati, raptis deinde indumentis quibusdam, sese in eodem sepulchro dormituri collocant. At qui latronis domo ignem iniecerant, cum deceptos, exortor iam Sole, se esse animaduertissent, vestigia Rhodanis ac Sinonidis sunt insecuti, rati socios esse latronis. Igitur ad sepulchrum per vestigia delati, cum eos iacere ibi viderent, nihilque moueri (quod somno vinoque sepulti essent) cadauera se videre credebant: neque attigerunt, incerti an eo ferrent vestigia. Discessit inde Rhodanes, fluuiumque traiecit, cuius aqua dulcis ac limpida b regi quoque Babylonie potum præbebat: ac dum Sinonis ibi vestimenta vendit, quasi sepulchrum expilasset, comprehenditur, & ad Soræchum Soræchi publicani filium, Iusti cognomento, pertrahitur, qui regi Garmo mittere eam ob pulchritudinem constituit. Qua de causâ fratrum illud venenum Rhodanes atque Sinonis miscent. Mortem enim optabant potius, quam Garmum videre. Soræcho interim ancilla significat, quid Rhodanes, & Sinonis molirentur. Clam igitur ille mortiferum illud pharmacum abicit, impletque somnifero potu calicem, quo hausto, vt somno capti sunt, vehiculis imponuntur ad regem deuehendi. Dum propius accedunt, ecce tibi Rhodanes è somno expetrectus, inclamat, excitatque Sinonida, ac mox illa gladio pectus suam vulnerat. Cuncta ibi, quæ ad eos spectarent, percunctatus Soræchus, fide data intellexit vniuersa, vinculisque eos liberat: quin & Veneris ostendit sanum in ea insula, vbi vulnus Sinonidis sanetur.

b. E solo Choasse fluuiio aquam bibere solitum Persarum regem ex Herod. l. 2. Cæsis Cuidid notauit Athenam Dipnoph. II. E maximis autem & longis fluminibus petitam cum thesauris recondere, obseruat è Dione Plut. in Alexand. Vide Brisson. Persic. lib. 1.

Narrat porro à re propòsita nonnihil digrediens, de delubro illo, atque insula, quam Euphrates & Tigris circumfluens efficiant. Veneris ibi sacerdotis formina tres fuisse liberos Euphratem, Tigrim, & Mesopotamiam: vlti quidem hanc deformem genitam, sed à Venere post donatam venustate [tanta,] vt de ipsa etiam Iis exorta tres inter amantes fuerit, decretumque iudicium Borocho, siue Borycho ac-

cho arbitro, qui suo sæculo iudicium præstantissimus habebatur. Addit contendisse hos tres, iudiciumque subuisse, propterea quod huic quidem Mesopotamia cyathum, vnde bibere solita, præbuerat; alteri deinde direptum capiti suo floridum sertum circumposuerat; tertio verò osculum tulerat: qui sanè tertius iudicio victor cum esset, nihilominus contentione viguisse, dum certantes mutuis se vulneribus confecerunt. Refert igitur veluti digrediens, de Veneris fano, vtque necesse fuerit matronas eò accedentes publicè enuntiate, quæ in eo delubro cubantibus infomnia visa essent. Vbi & de Pharnucho, & Pharisride, ac Tanaide (vnde etiam flumen Tanais) accuratam instituit narrationem. mysteriaque Veneris circa Tanaidem habitantibus, huius esse Tanaidis, atque Pharisidis. In insula verò supra scripta, rosas edentem Tigrin extinctum: quod cantharis rosæ foliis inuicem adhuc implicatis subfederat: additque post adhibita incantamenta, matrem ipsius persuasum habuisse, Tigrin iam heroem esse factum.

Hic Iamblichus magiæ species persequitur. magum enim esse locusturum, & magum leonum, & magum murium, (atque inde etiam τὰ μυστήρια τῶν τῶν μῶν deriuari, cum ceterarum prima murium magia sit) magum quoque grandinis, & magum serpentum, & diuinationis è mortuis, ac ventri loquum, quem inquit, vt Græci a Euryclea, u. Vide Photii epist. 12. inf. 148. 509. & Delrium de magia lib. 4. cap. 2. quæst. 6.

Se quoque Babylonium hic scriptor facit, ac magiam didicisse, & Græcorum ei disciplinas adiunxisse: floruisse verò temporibus Soæmi Achæmenidis filij, Arlacæ nepotis: qui rex regibus oriundus, creatus tamen & Romæ senator, immodè consul fuerit, ac deinde rex iterum maioris Armeniæ. Huius igitur se ætate viguisse affirmat, cum Romæ imperitum b Antoninus haberet. Qui cum Verum Imperatorem fratrem simul & generum (suum) mitteret cum Vologeso Parthorum rege bellum gesturum, tum prædixisse, & bellum hoc esse oriturum, & quando debellandum esset. Addit Vologesum quidem vltra Euphratem, ac Tigrim flumina victum fugisse: Parthorum verò regionem in Romanorum ditionem concessisse.

PORTVNE hoc loco inserere placuit, ac reddere Latine reperiunt in Antiquis Græcis SCHOLIION. codicibus hoc, nescio cuius, τὰ μυστήρια.

Iamblichus hic e vrrung, parentem Syrum habuit, non de illis aduenis Græcis, sed de ipsis Syria indigenis. Syrorum ergo & lingua est vsus, & moribus vixit, donec eum, qui educavit, Babylonius quidam (vt ipsemet narrat) ad se receptum, Babylonia quoque lingua moribusq, ac rhetoricis instruxit: quarum quidem rhetoricarum exercitiationum vna illa sit, quam hic modo tractat. Captum deinde refert hunc Babylonium, quo tempore Traianus in Babylonia irrupit, atque à prædatorum mercatoribus Syro cuidam esse venditum, barbarica sapientia imbuto, quiq, inter scribas regios, cum in patria degeret, mernisset. Ipse itaque Iamblichus, cum Syram linguam, quod ei patria esset, bene calleret, ac præterea Babylonicam didicisset, etiam Græca post exercitatum se, rhetorisq, non postremi nomen adeptum esse, prædicat. Alius ergo Iamblichus hic sit necesse, ab illo Porphyryi audiatore, & Iuliani illius impii τὰ μυστήρια familiari, item Syro, cuius liber de Pythagoræ vita Gracolatianus extat, quiq, ab Eunnapio Sardiniano & Suida describitur. Et quidem municipium, et referri ait Suida.

Tigris & Euphrates [acerdotis illius] filij, persimiles inuicem erant, & Rhodanes vtrosque forma referebat. Post alterum igitur illum filium, per rosam, vt diximus, eneatum, Rhodanes in insulam vna cum Sinonide traiecit: & mater Rhodanem aspiciens, inclamat natum suum extinctum reuixisse, fillamque pater subsequi eum iubet. Dissimulat hæc Rhodanes, in sulanorum simplicitatem ludificans. Damas in terea, quæ Rhodani accidissent, quæque Soræchus cum illo gessisset, in dieio cognouit. Index verò ac delator medicus ille fuit, quem Soræchus, vt Sinonidis vulnus curaret, clam submiserat. Capitur hoc nomine Soræchus, & ad Garmum adducitur. Mittitur & delator cum Damæ litteris, ad Veneris sacerdotem, quibus Simonida cõprehendere iubetur. Medicus ergo sacræ insulæ flumen permeans, seipsum de more camelo appendit, litterasq; [iumentis] dextræ auri imponit. Verùm delatote illo fluminis vndis merso, camelus ad Insulam adnatavit: vbi Rhodanes rem totam didicit, sublata è iumentis aure Damæ epistola. Quare fuga inde se proripiunt, occurruntq; Soræcho ad Garmi regem ducto, & vna in hospitium diuertunt. ibi noctu Rhodanes auri cupiditate iniecta, facile persuadet, Soræchi vt custodes iugulentur. [quo facinore perpetrato,] fugit cum his Soræchus, mutua hanc prioris suæ beneficentiæ mercedem nactus. Porro Damas com-

34

LAMBLICHS.

prehendit Veneris Sacerdotem, & de Sinonide quæstionem instituit: atque vbi tandem sententia condemnatus est senex, vt è sacerdote carnifex efficiatur, mores quoq; carnificis ac cõsuetudines Euphrates discit. Pater, idemq; sacerdos, Euphratem pro Rhodane habet, appellatq;. Fugit & soror Euphratis Mesopotamia. Dein ad Sacan Euphrates ipse adducitur, interrogaturq; de Sinonide: pro Rhodane enim habebatur, atq; examinabatur. In hac ergo Sacas Garmo regi captum esse Rhodanem, capiendam quoq; propediem Sinonida. Euphrates enim quasi Rhodanes esset, in iudicio respondet, Sinonida, dum ipse caperetur, fugisse. coactus nimirum & ipse Sinonida appellare sororem suam Mesopotamiam.

Rhodanes interim & Sinonis vna cum Soræcho in fugã versis agricolæ tugurium subeunt, cui filia erat eleganti forma, nuper admodum viduata viro, cuiq; desiderio crines attonsa. Hæc torquem illam auream vendere mittitur, quam è vinculis Rhodanes atq; Sinonis attulerant. Verùm ad aurifabrũ agricolæ filia vt venit, puellæ hic venustate, & totius parte, quam ipse fabricasset, detonsaq; coma conspecta, ipsam esse Sinonida suspicatur. Mitit igitur ad Damam, assumptiq; custodibus, abscedentẽ puellam clam obseruat. Illa quid ageret suspicata, in desertum se recipit domiciliũ: vbi & illa, quæ de puella quadam Trophina nomine, & de seruo amante, atq; homicida, itemq; de mũdo muliebri aureo narrantur, cõtingerunt: nefanda insuper illa serui facinora, quando & manus ille sibi intulit, vt rustici filia sanguine aspersa, metuq; percussa fugerit, territis æquẽ, & in fugam versis custodibus. Ad patrem itaq; filia reuerfa, narrat ea quæ acciderant. Quare fugam inde cepisset Rhodanes. Litteræ autem hæc ad Garmum ab aurifabro missæ fuerant de reperta Sinonide: fidemq; fecerat, cum torques emta, atq; ad eum missa, tum cetera quæ de rustici ille filia suspicando cogitaret. Rhodanes hic, dum fuga sibi consulturus discedit, osculum rustici filia offert. Quam obrem ira Sinonis incanduit, dum in suspicionem primũ venit basij, quæ deinde suspicio (quando ex Rhodanis labijs detersit sanguinem, qui puellã osculando ei adhæserat) magis etiam est confirmata. Hinc interimere vult rusticam puellam Sinonis, retroq; ad illam sese contulit, ferenti similis. Soræchus, quia furibundum eius impetũ refrenare nõ posset, insultat: succeduntq; in domũ diuitis quidem hominis, sed perditis moribus, cui *Setapo* nomen. Hic Sinonidis amore captus, pergit eam sollicitare, & illa redamare se fingens, ebrium *Setapum* noctu, & in amoris initio, ferro conficit. domum deinde sibi aperiri illi iubet, & rei gestæ ignarũ Soræchum ibi relinquens, ad rustici filiam properat. Verùm cognito Soræchus eius discessu, pone sequitur, comitesq; secum ducit de *Setapi* seruis aliquos, quos vt agricolæ filia eadem prohiberet, mercede cõduxerat. Assecutus igitur eam carpeno imponit (nam & hoc sibi parauerat) ac retrò reuertitur. Reduntibus autem illis, ceteri serui *Setapi*, qui iam interfectum herum deprehenderant, furibundi accurrunt, captamq; Sinonida, & vinculis colligatam, ad Garmum veluti homicidij ream, pœnasq; daturã ducunt. Soræchus ergo puluere aspersus caput, & *Persicæ* inuolutus tunicæ ad Rhodanem infortunium refert. Ad quẽ certè Rhodanes necem sibi consciuisset, ni Soræchus obstitisset. Garmus interim, acceptis Sacæ literis de capto Rhodane, & ab aurifabro de Sinonide reteta, gaudio perfulsus ad sacrificandum diis accedit, nuptiasq; parat. Præconis item voce vbiq; denunciari iubet, vt vincti omnes soluantur atq; dimittantur. Ira Sinonis, quæ à *Setapi* seruis in vincula ducebatur, publico decreto soluta, ac missa facta est. Damam præterea occidi Garmus iubet, traditurq; illi ipsi carnifici, quem ipsemet ex sacerdote carnificem fecerat. Indignabatur etenim, quod apud alios Rhodanes, vt putabat, ac Sinonis constricti tenerentur. Damæ succedit frater eius *Moñafus*.

Narratio deinde instituitur de *Berenice* *Egyptiorũ* regis filia, deq; immani eius & infando amore, vtq; ad huius Mesopotamia colloquiũ ac familiaritatem peruenerit. Capta itaq; post hæc Mesopotamia à *Saca*, cum fratre suo *Euphrate* ad Garmum adducitur, qui literis aurifabri certior factus, au fugisse Sinonida, & illum interficere, & omnes ad hanc custodiendam, atq; adducendam lictores missos, vna cum vxoribus ac liberis, defodi viuos iubet. Canis interim Rhodanis, *Hyrcanus* appellatus, repertis in abominãdo illo diuersorio miseræ puellæ, ac perditæ amanti illius atq; sicarij serui corporibus, hũc primũ deuorat, mox etiã paulatim puellæ viscera mandebat, cum pater ipse Sinonidis ad eum quoq; locum accessit. Agnito igitur Rhodanis cane, & puellã semesam animad- uertens, canem quasi Sinonida vlturum mastrauit, seq; ipse laqueo suspendit; tumulato

tamen

κ. ἡ δὲ μάστιξ πρὸς ἐπιπέσει, ἢ ἢ. Vide Polluc. Beryf. & ante alios doctiss. Briston. Persicorum 1. c. 3.

b. Ob Berenicez illam, comas gratia cantalam à Callimacho atque Catullo, Sicutur hic nomen illud adsumptum.

LAMBLICHS.

tamen prius, cõpositiq; reliquo puellæ corpore, inscripto & canis sanguine titulo, Hic SITA EST PVLCRA SINONIS. Accesserunt huc forte Soræchus & Rhodanes, visoque ad tumulum interfectum canem, & Sinonidis parentem laqueo suspensum; lecto ad hæc sepulcri titulo, Rhodanes quidem primum vulnus sibi inflixit, suoque sanguine Sinonidis titulo adscriptum, ET RHODANES PVLCER: Soræchus laqueo caput inseruit. Dum autem vltimum Rhodanes vulnus inferre sibi parat, ecce tibi agricolæ filia ingenti clamore accurrit: Non est, inquit, ô Rhodane, Sinonis quæ hic iacet. Nec mora laqueum Soræchi discindit, Rhodanique gladium eripit. Hinc narrando, quæ infelici puellæ accidissent, & de auro defosso, ad quod ipsa recipiendum venisset, vix tandem persuadet. Sinonis interea vinculis expedita ad domum fugit agricolæ, furore etiam-num in eius filiam agitata; qua non reperta, parentem de ea percunctatur. Ille viam monstrat, & insequitur ipsa stricta gladio. Vt verò ad Rhodanem prostratũ peruenit, illamque [rustici filiam] solam assidentem, & pectoris vulnus refrigerantẽ (Soræchus enim medicum accersitum ierat) furorẽ & zelotypia magis incensa, in puellam cum impetu ruit. At Rhodanes, collectis ad eam violentiam non nihil à vulnere viribus, accurrit, auertitq; ab illa Sinonida, & ferrum eripit. Illa igitur præ ira domicilio exiliens, & furibunda procurrrens, Rhodani tantum hoc obijciens dixit: *Hodie te ad Garmi nuptias inuito*. Soræchus dein reuersus, & re omni cognita, Rhodanem consolatur; curataque plaga, cum pecunia puellam ad parentem remittunt.

a. Pro Ἰφραῖτα repono Ἰφραῖτα.

Interea Euphrates ad Garmum ducitur, quasi Rhodanes esset, & pro Sinonide Mesopotamia. Ducitur & Soræchus, verusque Rhodanes. Verum cognito Garmus Mesopotamiam non esse veram Sinonida, Zobaræ eam tradidit, ad Euphratem fluium capite truncandam, ne qua, inquit, alia Sinonidis nomen, eius exemplo, falso vsurperet. Zobaras tamen, à Mesopotamiæ possessus amore, seruaui eam, & ad *Berenice* *Egypti*, iam patre extincto, Reginarum, vnde ipse olim abductus fuerat, adducit, & Mesopotamiæ nuptias *Berenice* facit. Qua etiam de causa bellum inuicem Garmus & *Berenice* minantur. Euphrates item parenti suo, vt carnifici, traditus atque agnitus, seruatur: & parentis officio fungitur, ita se humano nullo sanguine pater contaminat. Post tamen, vt carnificis ille filia è carcere egressus, liber euasit. Ibidem & de carnificis concubina, eiusque legibus, ac moribus, & vt rustici filia, posteaquam Sinonis Regi Syriæ nupta, iræ vindicandæ potestatem nacta est, vi abrepta fuerit, atque damnata ad concumbendum cum carnifice. Septum itaque carnificum introiens, cum Euphrate congressa est: qui eius personam fingens, pro ipsa è septo egreditur, & illa vicissim pro Euphrate licitoris munere functa est. Et hæc quidem ita gesta.

b. Hinc Suidam corrigas, apud quem Maccarivus, nato, vt solet, ex compendio errare.

Soræchus autem cruci affigendus damnatur, locusque definitur, vbi Rhodanes, & Sinonis hospitati primum fuerant, in prato illo, atque ad fontem, quibus etiam in locis antea Rhodanes auri thesaurum deprehenderat, quem nunc quoque Soræcho, ad patibulum ducto, indicauit. Alanorum tum fortè exercitus mercede à Garmo fraudatus, & hostiliter in eum animatus, eodem in loco, vbi cruci affigendus erat Soræchus, confederat. hic Soræchum, pulsus ijs qui eum ad mortem ducebant, liberauit. Ille verò reperto quod monstratum erat, auro atque arte quadam & astu è fossa deducto, Alanis persuasit, se à *Dijs* hæc atque alia edoctum scire. Paulatim autem eos delinendo ita affuefecit, vt illum pro rege suo agnoscerent, bellumq; cum Garmi exercitu gesserit ac vicerit, sed hæc post euenerunt. Verum quo tempore ad patibulum Soræchus ducebatur, eodem & Rhodanes ab ipso Garmo coronato atque saltante, ad priorem illam crucem iterum ductus est, atque affixus. Dum autem ibi Garmus largius se ingurgit, & choream circa crucem vna cum tibicinis mulieribus duens, lætus sese oblectat, literæ à *Saca* missæ Garmo redduntur, de Sinonide Syriæ regi etiamnum adolescenti nuptiũ data.

Quo nuncio Rhodanes pendens exhilaratus est: at Garmus ad inferendum sibi necem ruebat: sustinuit tamen, ac mox Rhodanem inuitum à cruce, in qua mori maluisset, liberum dimisit, militatibusque ornatum insignibus, eius belli, quod aduersus Syriæ regem mouebat, Imperatorem creat, tanquam amantem aduersus riuaalem. Sic blande, sed simulate, acceptus à Garmo est. Nam cæteris ille inferioribus ducibus per litteras clam imperauit, si forte victoria potiti, Sinonida viam cepissent, Rhodanem vt interficerent. Vicit verò Rhodanes, & suam Sinonida recuperauit, ac Babylo-

c. Suidas & Babilonicorum huius auctoris li bro numerat.

nijis imperauit. Quod & hirundinis auguriam antea denunciat. Ipso enim praesente Garmos, cum is Rhodanem mitteret, & aquila hanc insecratur, & miluus, ac licet aquila vngues illa effugerit, à millo tamen rapta est. Arque hic sedecim librorum finis est.

IOANNIS SCYTHOPOLITAE

Contra Eutychnianos libri XII.

XCV.

a. Idem ille hic videtur, quod Antiochena perueria ex Grammatico Presbyteri nominat Marcellinus, & Genomad. de script. Eccles. cap. 93. b. Antiochenum puto, illum Sult, quem impio Fulioni (Petro inquam Gnaphoe) sequestum tradit Onuph. Pannin.

LECTVS est IOAN. SCYTHOPOLITA Scholasticus, Aduersus Ecclesiae desertores, sive, contra Eutychn, & Dioscorum, eiusdemq; sectae affectas, qui in duabus naturis praedicat. CHRISTVM reclusant. Rogauerat opus hoc conscribi Patriarcha quidam, cui à Iuliano nomen: quod & libris duodecim absolutum est. Scriptoris autem oratio clara est, ac pura, verbisque vitur historico stylo accommodatis. Contra haeresim praeterea neque languide pugnat, neque sacra scripturae abutitur testimonij: ac ne logicas quidem, vbi illa ad rem ipsam pertinent, disputationes praetermittit: Ipse vero auctor huius sectariorum scripti, in quem Scythopolita scribit, nomen suum tegit, titulo dumtaxat hoc operi callide praefixo: ADVERSVS NESTORIVM. vt ipsa nimirum libri inscriptione simpliciores futrum ad legendum alliciat. Fortasse Basilius Cilix est auctor, qui post etiam dramaticum, & dignum sua religione dialogum contra Ioannem composuit.

GEORGIVS EPISC. ALEXANDRINVS

De vita B. Chryso-stomi.

XCVI.

a. Integras nobis Parisijs latinè dedit Godefrid. Tilmannus An. 1557. Easde in regro penè libro suo XIII. diligenter perfectus primis illustrasse. Verò B. Ioanni imagine S. Pauli edit. Paris. cum fuisse constat.

LECTVS liber GEORGIJ EPISC. Alexandriae hac inscriptione: a Res B. Chryso-stomi. Qui verò hic B. Georgius sit, non habeo certo affirmare. Dictio certè simplex in humilem admodum stylo delabatur: neque saltem, quod vel litteratoribus in promptu, nominum verborumque accuratam adhibet constructionem. Refert autem ex Palladio e Episcopo, (qui dialogi forma pulcrè ac studiosè Chryso-stomi res conscripsit) itemque ex à Socrate, alijsque nonnullis historiam à se collectam.

etiam est Nicephorus Callistus. Vide quoq; Metaphrasten, & Theodoret lib. V. cap. 27. cum seqq. atque in Baronijs Card. Annal. IV. b. Ego illum puto, qui S. Ioanni Eleemosynario successit circa An. Chr. 620. Et Damasceno priorem satis constat, cum à ex hac vita (non expresso scriptoris nomine) adducat historiam de Apost. Orat. I. de Imagin. sub fin. c. Helenopolitano, quem Latinè Serapim habes tom. I. operum B. Chryso-st. alius qui hoc argumentu tractarunt. d. Libro VI. ex quo Niceph. quoq; sua, que de B. Chryso-st. scripsit, hau-

Magnus igitur Ioannes nobilibus apud Antiochiam parentibus Secundo atq; Anthusa natus est. Meletius verò Armenus, qui Antiochena tunc Ecclesiae praerat, salubri hos doctrina (cum gentium antea cultum sectarentur) informauit, & salutifero baptismatis lauacro aptos reddidit; eorum tamen filio prius instituto, atque baptizato. Ioannes itaque ludum frequentare litterarium iussus, iam inde à puero summam modestiam, animique demissionem praeferebat. Quam obrem, neque pueros, vt solet diuitijs & gloria affluentes, emolliri, neque hos se consecrari sinebat, sed neque equo vehi sustinebat. Deinde Antiochia in Grammaticis quidem & Rhetoricis Libanio, Andrasthio verò in Philosophicis operam dedit. Mortuo vero parente, matris in luctu solatium alloquijs attulit, & à ludicris omnibus abstinens, ac voluptate profus sibi interdicens, disciplinarum dumtaxat studio animum adiungebat.

Quare Athenas ad vberiorè ingenij cultum profectus, breui ceteris ita antecel- luit omnibus, vt & Anthemius, qui tum ibi Mineruæ sacerdos erat, illi inuideret, & sapientes inter princeps ipse haberetur. Ergo vrbis quoque praefectus, Demosthenes nomine, sapientem hunc Ioannem multo cum honore ad se vocabat: ad quem ille magna tamen cum animi demissione atque modestia accedebat. Ibi disputatione forte cum An- themio instituta, superior Ioannes euasit, non doctrina modo, & intelligentia, sed pietate quoque. Arque hoc tum ab illo primum est ibi patrum miraculum, quod Anthe- mius diuina Ioannis lingua, & precatone conuictus discesserit, ab ipsomet vrbis Epi- scopo

scopo postea cum omni familia baptismo tingendus. Praefectus autem, quod pridem baptizatus esset, catechesi instruitur, magnaque omnino hominum paganorum multi- tudo ad hos accessit. Iam ipse quoque vrbis Episcopus Ioannem ordinare, & pro se Epi- scopum relinquere in animo habebat.

Ea re cognita, clam ille, ac celeriter in patriam adnauigauit. vbi dum iuris dicundi auhoritatem ei ciues sibi mandare vellent, solitariam vitam pretulit, octauum decimum, non amplius, ætatis annum agens. E condiscipulorum adhæ turba, qui eidem præcep- tori operam dederant, persuasit tunc Theodoro, qui post Mopsuestiæ episcopus fuit, & Maximo Seleuciæ quoque postea Episcopo, reiecta vita quaestuaria, ac publica, priua- tam ac simplicem vt amplecteretur. Plurimum vero a Basilio vltus est magno, (non illo altero, vt alij affirmant) quem & Meletius diaconum ordinauit, & Ioannes ceteris in am- icicitia pretulit. Hic ante Ioannem mundo cum valedixisset, ad idem vitæ genus ami- cum quoque accersit, quem matris hætenus cura impediabat. Zeno fortè tum e Epi- scopus Hierosolymis profectus lectorem hunc [nostrum] Antiochena Ecclesiae con- stituit: cuius & mater post paulo moritur.

Patrijs ergo ille opibus in egenos distributis, vrbeque relicta, in monasterium extra oppidū se dedit, sicque ibi speculum ac norma religiosorum omnium.

Hesychnius quidam monachus è Syria, futurorum praescius, duos vidit viros can- didis indutos vestibus, quorum alter librum quem tenebat, claus alter, Ioanni tradi- derit. Ille se Petrum Apostolum esse dicebat, alter Ioannem Theologum. Hæc monachus Hesychnius narrauit, cauens tamen ne qua ad Ioannem perferrentur. Ne sum- mam, inquit, ob humilitatem nostrum monasterium relinquat. Tunc quoque religio- sis cum exercitationibus vehementer exercitum ferunt, & Asceticas praeterea orationes conscripsit. Sed & miracula in hoc monasterio patrauit. Cuius enim cuius- dam capitis partem alteram dolor vsque eo inuaserat, vt & dexter oculus depende- ret. ille ergo ad Ioannem accedens, sanitatem extemplo recepit. Archelaus praeterea quidam, diuitijs & auctoritate pollens, lepram in facie nactus, iussus in lacu, vnde frat- res frigidam biberent, lauare, morbo liberatus est: qui & facultatibus suis distribuitis, in eodem illo, vbi restitutus erat, cœnobio, rebus huius mundi valedixit: ac praeter hunc alij plurimi. Quidam Euclæus nomine, dæmonis improbitate altero amisso oculo, monachus aggregandus venit: qui & à sancto viro detonus oculum recepit.

Mulier quoque, sanguinis fluxu annos septem afflictæ, valetudinem recuperauit. Leo etiam, vt ferunt, viatores multos abripiebat, at cum rogatus Ioannes crucis eis signum impressisset, huius mox ille vi exanimatus est.

Post quadriennium deinde, ob frequentem accidentium turbam, monasterio ex- cessit, & biennium adhuc in spelunca quadam in somnis plerumque, nec vnquam toto illo tempore humistratus, delituit.

Emortuus autem hic præfugore ijs corporis partibus, quæ ventrem ac renes attingunt, in vrbem hoc malo coactus reuertit, vbi à Meletio Diaconus ordinatus, altari quinque per annos ministravit. Scripsitum ad Stagirim libros tres, & de a Sacerdotij dignitate, & de Incomprehensibili. Verum Meletio Constantinopoli extincto, in mo- nasterium B. Ioannes reuertit: quem Flavianus Meletij in sede Antiochena successor, apparitione diuina monitus, è cœnobio in vrbem reductum, & presbyterum creat, quæ sanè visio & Ioannem ordinari, & Flavianum ordinare mandabat. Columba item illa ad- uolans, quæ iam ordinandi capiti insedit, quanta Dei gratia replendus ille esset, satis ostē- dit. Antiochia itaque sacris operatus est ad annos duodecim. Erat autè ob ardens pro- bitatis studium iam inde ab adolescentia seuerus atque asper, & iracundiæ potius, quæ verecundiæ morem gerens. Varios rursus Antiochia conscripsit cōmentarios: & Episcopo vrgente ex tempore est de superiore loco ad populum concionatus.

Feminae Euclæ nomine filius, febrî ad medicorum desperationem correptus, & Ioanne curatus est aqua, quam ille cruce signatam ad aspergendum dederat. Mulier item quædam sanctæ Marcionistarum (cuius coniux ea in vrbe magistratum quandam ge- rebat) disenteria grauitur laborans, desperata iacebat: sanitate verò per illum recepta, ipsa cum coniuge, omni que ad eam familia, complures que alij Marcionistæ, hæresi abiurata, ad Orthodoxos redierunt.

Nectario deinde Constantinopolitano Patriarcha vita functo, euocatur Antio- chia

a. De Basilio B. Chryso-st. amicis remitto te ad Ba- ron. Card. An- nal. To. IV. ad A. Ch. 382. & No- tas Claud. Daus- quæi nostri in Homil. B. Basili. Seleuciens. De Ba- silio autè Cæsa- reæ Capadocum hic locutus Geor- gium, ex ipsius o- pere integro ma- nifestissimum. Vide etiam infr. pag. 196. b. Gaza, sive Marimum Episc. Niceph. cap. 2. c. Eosdem iteru Sifos esse mortu- tis Niceph. lib. 13. cap. 37. retulit.

d. Hos mirè pra- dicat Suidas. e. Adit Nice- phorus lib. 13. ca. 2. sine. 193. vbi, cœnobio: f. Marè Sorian- tico hist orici, te- ste Ni ceph. lib. 13. cap. 2. in fine. Si- mon Metaphra- ster nobiscum fa- cit.

g. Suidas eadem, & Cassiodor.

a. Quod Isidoro Presbyt. Alexandrino huic episcopatum tradere studeat. Nicoph. lib. 13. ca. 2. b. Quos aduersus Theophilum oblatos examinatum iri minubatur Eutropius prepositus palatii, & habet Cassiod. in Vita B. Chrysof. c. c. uis et dicitur sue subintroductas & de ueritas uocabant. de quibus D. Baron. To. V. A. Ch. 398. c. B. Greg. Nazianzen. carm. ad Virgin. 9. 36. Gnomolog. distic. Sers. 113. Eiusd. item Comment. Nicetas in Orat. XLIII. d. Scythiam Theodoret. in Nicoph. cap. 3. itaq. Cassiod. e. Apud Orosios Nicoph. 1. f. Quod sero confilium illi feceris, uenio clarè dicit inquit Nicoph. Flores rationes Vide apud Pallad. & Metaphr. g. d. q. idem, quod p. d. in uocant Diocor. lib. V. h. exord. cor. i. De quo Nicoph. cap. 9. & Cassiod. in Vita B. Chrysof. quem etiam acerbus incusat Leo Imp. Orat. in B. Chrysof. quam, huius Gregorius episcopus promittit in festando, tantum non ad scrib. hinc uideatur trascripsisse. k. Chrysof. hic prima scriba, ac multo post tempore in episcopatu etiam successit. Nicoph. lib. 13. cap. 38. l. Theodericum al. Vide Metaphr. hic post causam Antonini, Pal. lad. c. 6. m. Nicoph. hac refert cap. IV. n. Aysiphona, describit Nicoph. Carmina, que alernis per responsionem conuincuntur. Vide totum cap. 8. o. De Gainna ege Nicoph. ca. 5. Metaphr.

chia Chrysofomus, multum repugnantibus Antiochenis, qui suam ipsi bonum amittere nolebant. Peruicit tamen Cælaris iussu, ordinatque hunc. a inuitus Theophilus Alexandria præsul. Timendū enim erant ei accusationum libelli, nisi ordinationi annuisset. At dum ille communi decreto ordinatur, a dæmonijs obsessus quidam eius ope liberabit.

b. Quos aduersus Theophilum oblatos examinatum iri minubatur Eutropius prepositus palatii, & habet Cassiod. in Vita B. Chrysof.

Magnus itaq; iam ordinatus Chrysofomus illum continuo morem sustulit, quo cœlibatum professi, & diuersi sexus contubernales apud se alebant. In iniustos itē, uentrique ac libidini deditos, longis inuectus est orationibus. Erat adhæc pauperum ira studiosus, ut hinc a plerisque Eleemosynarius cognominatus sit. Vno dicam uerbo, & virtutem omnem docebat, & ab omni uizio deterrebat. Misit autem & in Phœniciam monachos, qui idololatriæ illic etiamnum deditos ab errore in uiam reducere: per quos item Imperatoris legibus armatos, idolorum fana subuerit, subuerisionis sumptibus piis aliquot fœminis suppeditantibus. d. Celticam adhæc [militum] turbam Ariannismo infectam, ordinatis qui eius gentis linguam callerent sacerdotibus, orthodoxorum gremio restituit. Ad Istrum insuper misit, qui Nomadas ibi Scythas ad Christianam fidei ueritatem uolentes adduxerunt. Marcionis præterea hæresim, e in Oriente tum repullantem funditus extirpauit. Nocturnos psalmodum hymnos auxit. f. Solus uerò cibum capere solebat, tum quod uino ob capitis calorem prorius abstineret (nisi id fortè æstate tantum cum g. rosacem biberet) tum etiam quod ægro stomacho esset, ut ea ferè, quæ ipsi apponebantur, non ederet, sed alia pro his appeteret: tertio denique, quod frequenter h negotiis uacans, absque cibo diem transigeret. Clero autem rigidus nimis atque asper uidebatur. Et Serapion eius Diaconum ingentem illi inuidiam conflauit. Et si multos etiam alias ob causas Ioannes ab Ecclesia relegauit. Conflatus deinde Serapion etiam cum Seueriano Gabalorum Episcopo, ingens huius excitauit in Ioannem odium, quod ad extremum usque spiritum retinuit. Amabatur tamen Ioannes singulari studio à populo, ob crebras in templo conciones: ut ipse uicissim S. Pauli Epistolas ualde adamabat, quas & explanauit; uisusque est à k. Proclo tribus continuo noctibus Paulus Apostolus, suarum illi suggerens epistolarum interpretationem.

Offendit insuper Augustam Ioannes propter l Theuderichum Patricium. Ab iniqua enim exactiōne, quam Augusta exiebat, cum ægrè hominem liberasset, illeque post facultatem maximam partem, ut gratulatum Deo donum, Ecclesiæ pauperibus attribuisset, in iram hinc Eudoxia inuidiamque incensa est. Eutropius legem ferendam curarat, ne ad Ecclesiam confugientibus sacri immunitas loci ualere. Sed post non diu cum Eutropius ipse ad Ecclesiam per fugisset, legis suæ fructum tulit. Eo igitur ad aram prostrato, reprehensionis plenam orationem adhibuit Ioannes, qua plurimorum in se odium concitauit. Nimis enim inhumanè afflictum hominem accipere uisus est. Arianis factas Ecclesias ademit, & Imperatoris implorata ope Constantinopoli exegit. Antiphonis item [alternis cantandis,] quibus illi compositis plebem circumueniebant eosdem superauit: ita adiuuante Augusta, ut & argenteæ cruces ad Antiphonorum cantum decorandum adhiberentur. Ceterum Antiphonorum originem ad Ignacium illum diuinum hominem referunt, laudes Dei concinentes Angelos hac in re imitantem. b. Gainas Arianus, cum potentia ualere plurimum, templum Arianis suis in urbe ab Imperatore postulabat. Sed Ioannes ibi tum præsens, ingenti cum libertate rem penitus improbauit, obstititque, ne postulara ille obtineret sua: Post igitur cum copias idem, contra Imperatorem insurgens, collegisset, Ioannes nihil ueritus, reliquis omnibus id postulantiibus, ad barbarum legationem instituit, ac rebellionem compressit.

Eusebius Valentianopolis post Celbianum Episcopus, contra Antoninum Euphesiorum antistitem libellos obtulit, quibus ille septem accusationis capita complexus est: sacrilegia q. tria: deinde quod puerum homicidam, quem idcirco ne reprehendisset quidem, apud se haberet: tum quod quidquid ad Ecclesiam utilitatem à Basiliana Iuliani matre relictum esset; ipse uendidisset, sibi que uindicasset: quod uxore præterea, quam pietatis antea studio deseruerat, tursus familiariter ueretur, ac sobolem etiam ex ea su-

a. f. ea sua. n. Aysiphona, describit Nicoph. Carmina, que alernis per responsionem conuincuntur. Vide totum cap. 8. o. De Gainna ege Nicoph. ca. 5. Metaphr. c. p. Qui apud Nicoph. cap. 9. & semel hinc non uerè Antonius appellatur. q. Qua leges apud Pallad. &

141

142

ea sustulisset: septimum denique, quod pecunia corruptus ordinatè. In septimum autem crimen, cum id omnium grauissimum uideretur, inquisitum est. At dum iudicium hoc in longum proronderetur (de industria enim improbe agere etiam ipse accusator dicebatur) Antoninus interim diem clausit extremum. Quare magnus Ioannes Ephesum ipse proficiscitur, pecuniaque ordinatos, & crimen falsos, sex numero, sedibus submoit. Totidem alios in eapla Asia ob idem crimen Episcoporum expulsi. In Antonini uero locum Heraclidem Diaconum suum suffecit, unde & seditio exorta est. Pro submoitis item illis alijs, pietate, ceterisque uirtutibus longe meliores Episcopos creauit. Qui tamen omnes, pulso post in exilium Chrysofomo, episcopatu priuati sunt, receptique suis rursum sedibus, qui iudicio electi erant. a Seuerianus quidam Gabalorum Episcopus, cognito à Antiochum Constantinopolim uenisse, atque per dicendi gratiam rem auxilii familiarem, eodem & ipse accessit. Huic igitur Ioannes Ephesum proficiscens, suas dum abesset, docendi in Ecclesia uices commendauit. Hinc ergo Imperatori Seuerianus omnibusque adeo innotuit.

A Callitropa, prona ucleri cuiusdam uidua, iniqua exigebantur multa. Paulcius uero Alexandria Augustalis his exprimendis, quæ nummorum quingentorum summam conficiebant, miseram exercebat. Confugit hæc ad Augustam, quæ à Paulacio auri libras centum multa nomine exegit: è quibus tamen miserè huic afflicta muliercule sex tantum & triginta nummi cesserunt. Illa igitur uelut in communem tempestate iactatorum portum, ad magnum se recepit Ioannem. qui mox dicam Paulacio scripsit de quingentis uidiæ aureis persoluendis. Eudoxia hinc similitatem cum Ioanne suscepit, liberum dimitti Paulacium satagens. neque tamen ei mos geritur: sed iusta nihilominus postulans iustus præsul, quod per nefas ille retinuerat, iniuria affectæ mulieri restituit. Quæ in re & miraculum accidit. Extrahere enim Paulacium dum studet Eudoxia, uel inuito Ioanne, ecce tibi hastam ferens Angelus apparuit, qui a missos ab Augusta satellites terrore percellens, ne mandata illi persequerentur, effecit. Ex his ergo atque similibus [praclaris B. Ioannis facinoribus] Acacius Berthocæ, Theophilus, Antiochus, & Seuerianus, adiuuante maxime atque præeunte Eudoxia, improba illa in Ioannem consilia moliri cœperunt: sublecutis cœfestim & alijs multis, quibus ille suis increpationibus molestus fuerat.

Theophilus Petrum Alexandria archipresbyterum hoc nomine accusauit, quod Manichææ mulietri Eucharistiam tradidisset. Ille uero pro sui defensione adferat, & conuersam illam esse, & non nisi eius iussu mysteriorum participem factam. Quæ in re fidei testem laudauit Isidorus Presbyterum, aduenis Alexandria recipiendū præfectum. Hic ille est, quem ob uirtutem Theophilus antea ad Damascum miserat, quique f. Flauianum amicitiam Roma societatemque atulerat, cum iam uicesimum annum utraque ecclesia ab altera diffideret. Hic inquam Isidorus secundum Petrum testimonium dixit. Quare Theophilus ira incensus, Petrum exemplo ecclesia submoit, in Isidorum uero illum admirandum uirum, quas impudiciæ plenas finxerat tabulas, protulit, & puerum accusatorem pretio subornauit. Quod ubi facinus deprehensum est, magis etiam iracundia Theophilus excauidit: et si illa quoque alia ex causa accessit est. Mille enim nummos, quos inopibus distribuendos Theodota tribuerat, Isidorus accepit & distri buerat, nihil horum Theophilus conscio. Secessit igitur deuitandæ iracundiæ in montem Nitriæ, quietemque inibi in solita cella quaesuit: cum eo tempore monasteriorum per Aegyptum præfecti essent Dioscorus, Ammonius, Euthymius, & Eusebius germani fratres, quos à corporum proceritate Longos appellabant. Gliscebatur ea tempestate contentio cum Anthropo morphitis hæreticis. Veris autem ex eo in seditionem, turbasque per Aegyptum concitantibus monachis aliquot indoctis, & agrestibus, Theophilus ab his circumfessus, præmetu, ut apparet, huiusmodi eos sophismate deludit. Sic uestras, inquit, facies uidi, ut faciem Dei.

At cum hi præterea ab ipso postularent, ut Origenes quoque, quod is humana Deum forma carere assereret, anathemate damnaretur: facturum se recepit, sicq; mortem deuotauit. Hac igitur ille arrepta occasione aduersus Longos fratres (qui iam recubant diutius eius uti contubernio: quod Deo, ut res est, formam esse humanam tribuendam negarent) auud Aegypti monachos, per calumniam eos traduxit,

a. Prolemaidis Syria Episcop. Nicoph. b. Nicoph. hac cap. 9. sub fin. Habes autem ex hoc ipso producta testimonia apud Theodoret. in Euzynista. meminiq. Gemad. in Catal. cap. 21. c. Hoc nomine Theophrasti S. d. na, de qua hic inf. pa. 14. p. in. sed contra Palladij & Metaphr. auctoritatem, in quibus uerit. d. Quos Centuriones cum suis cohortibus addit Leo August. in Vita B. Chrysof. e. Narrat hæc Nicoph. cap. 9. & 10. f. Antiocheno Patriarcha.

& imperitam illam multitudinem cum in illos concitavit, tum in Isidorum, quem diximus: cuius etiam nomine cum illis libentius certare cœperat.

Post multas ergo illatas iniurias, structasque insidias, postignem quoque iniectum ipforum cellis, fuga sibi denique consulentes, Constantinopolim veniunt. Ibi Ioannes ille benignissimus excepit quidem illos fratres, humaniterque complexus est; propter Theophilum tamen in communionem minime admisit, sed cum per epistolam ad concordiam inuitavit. Ille nihil audit. Longi interim fratres Theophilum oblati libellis accusabant: & suasit hic vicissim a quibusdam, vt illos accusarent. Tandem cum nihil hi probare aduersus Longos possent, in custodiam missi, flagellisque grauitur cæsi, partim in vinculis mortui sunt, partim in insulam Proconesum deportari iubentur. Ioannes hinc Theophilum de oblati aduersus eum accusationis libellis certiore facit. Ad quæ bile accensus ille: Arbitror, inquit, non ignorare te Nicæni Concilii canones, ijsq; prohiberi, ne Episcopus de peregrino, alteriusq; diocesis iudicium exerceat. signoras, disce, atque ab accusationis, mea libellis abstineo. Verum qui hæc tunc Theophilus scripsit, post ipsemet alienæ diocesis hunc ipsum Ioannem, suo iudicio condemnauit. Monachis deinde ab accusanda Theophilo minime cessantibus, decreuit Imperator, vt Theophilus iudicio sisteretur. at inuidia interim nimium inualescens, illum ipsum, vbi aduenit, qui de Ioanne sententiam ferret, iudicem constituit.

a. Monachis, ex Pallad.

b. Callitropam vocat Niceph. cap. 14. non re. Et, vt indicat sup pag.

Theophosti Senatoris proscripti & in exilio mortui yxor, agrum sibi relictu habebat, quem Eudoxia inuita eripuit. Illa igitur ad viduarum propugnatorum Ioannem se recepit: qui pro vidua libere multa perotans, adeo nihil profecit, vt etiam Augustam in sui odium concitaret. Quare mandatum dedit, vt cum festo die exaltationis [S. Crucis,] qui in decimum-quartum Septembris incidit, in templum iniqua Imperatrix ventura esset, portæ illi clauderentur. Conscitit Præfulus mandatum, & pudore suffusa, iraque incensa Augusta, domum reuertit; exindeque hæc sancti viri è sede depulsionem, exsilium, aliaque aduersa, quæ indignatio suggererat, machinari cœpit. At verò dum ad templum illa progressa fores sibi obferatas offendit, de comitatu eius quidam gladium in claudentes stringens, manum sibi subito exaruisse sensit, qui tamen post Sancti viri genibus accedens, sanitatem recuperauit.

Niceph. de Epiphano cap. 13.

Magnus quoque Epiphanius, quem Theophilus callidè deceptum in Ioannem incitaret, Constantinopolim veniens, ecclesiasticum quibusdam suis factis ordinem turbauit. Diaconum namque in Septimo (sic enim locus templi S. Ioannis appellatur) contra canonem ordinat, deindeque sine bona Chrysofomi hunc rem diuinam fecerat, & Origenis scripta ab eo damnari postularat. Refert vero hunc scriptor noster, (quod & in Epiphanijs vita legitur) minime consensisse, vt quibusdam placuit, in Chrysofomi expulsionem, licet ab ipsa Augusta eo adigeretur. Meminit idem de pronuntiantis inuicem a vaticinijs: quibus significabatur neutrum ipforum visurum aliquando thronum suum.

d. Quæ & Sozomen. commemorat lib. 11. ca. 15

Accidit præterea, priusquam condemnaretur Ioannes, vt cognito indignari sibi Eudoxiam bene longam haberet in malas feminas orationem. Hanc plebs rapiens, in Augustam pronuntiatam interpretabatur. Mox igitur vt Theophilus Constantinopolim aduenit, apparatus in magnum athleram Ioannem machinationes procedunt. Cumque Synodo nunquam interfuisset, Theophilus tamen cum suis decretum in eum tulit, frustra in clamante ipso, ac publicè testificante, paratum esse se, & ad synodum venire, & ad obiecta respondere, modo manifestos ipsius hostes Concilio subducerent. Aderant tunc Ioanni quadraginta adhuc Episcopi, aduersus Theophilum parati pro ipso pugnare: quos ille quiritantes, cum lacrymis obtestando sedabat, arque hortabatur Ecclesias ne discinderent. Sede ita pulsus, in Bospori e Hieron ablegatur. At cum deinde terra diuinitus f concuteretur, Constantinopolim iterum reductur, sedique restituitur inuitus. Pastoralis enim præfecturæ curam recipere se velle negabat, priusquam iniquum illud iudicium, propositum excussumque foret.

e. Igedv rima, quæst sacrum os, sine ostium. Et Cassiod. Ser. tit. Opidum ei, statio manuum in ostio Panti Theodoret. lib. V. ca. 34. Et Niceph. cap. 16. Vnde profectus, Et Pallad. ait, agellos ad Bithyniæ Prænetum occupat. Et Et cubilis ex eo imperatorij pars corruisset, Et est Auctor Leo Imp. in vita Chrysof.

Eudoxia

Eudoxia post non diu furore rursus incensa, quod libentius perstricta fuisset, propter statuum, quæ iuxta templum posita illi fuerat, (magnus enim inde strepitus in templo exercitabatur) iterum in beatum hominem calumniæ adortantur. Quæ sanè res, etsi præter spem Theophilo accidit optatissima, veritus tamen ille ciuium odium, ipse quidem non accessit (valde enim iam iniustus esse cœperat, tum quod pulso Ioanne, cum Longis tamen fratribus, per quos illi antea insidiabatur, cõmunicasset, tum quod legere ipse Origenis scripta, quo nomine Ioannem criminabatur, non desineret) non accessit, inquam, odij metu: sed pro se alium submisit, pronuntiatum, ne in iudicium quidem vocandum Ioannem, vt qui post eiectionem sacra obire munia non dubitasset, cum Antiochena synodus post expulsionem sacerdotij manus adhuc obtenti, nullam defensionis locum reliquerit. Ad quæ Ioannis studiosi, Arianorum illum esse canonem confessum que excipiebant, ad insidias dumtaxat Athanasio struendas comparatum. hinc iam ipsam Synodum patres Sardicensis Concilij nullam esse censuisse, & Athanasio non solum defendendi sui potestatem fecisse, verum etiam sacerdotium vna cum Marcello administrare permisisse.

Niceph. cap. 18. Sacrat. lib. VI. cap. 18. Sozom. lib. 11. ca. 20.

Igitur prohibent, Chrysofotomus sacris ne operetur, neque omnino ad Ecclesiam veniat. a CHRISTUM Natalium festus dies instabat, mansitque ad festum Pentecostes & dies insuper quinque cessans, & ab omni Ecclesiastico abstinens officio. Tum enim omnino & Ecclesia pulsus & vrbe, Cucufium exilatum missus est. b Quo item tempore & ignis templi primum suggesti corripens, multa quoque circum circa flammis absumptis. c Pleiqt; etiam inimicorum Ioannis exempla dederunt, partim fœdis morbis, partim diuinitus immisa clade vita exuti. d Cucufium ergo deportatus Ioannes (vt hic quidem perhibet scriptor) & docuit ibi pro concione, & ordinauit multos Episcopos, ac plures etiam sacerdotes, atque Diaconos. Multa item miracula in eo exilio cum viuus, tum mortuus ididit.

a. Præter Pascha ipso magno sabbatho, hoc cum summa perturbatione confecta esse Pallad. tradit. Et ipse Geor. editus a Tulman no.

b. Cassiod. Ioannis studiosos ecclesiam incendisse refert; et plures, quos resellit illustrijs. Baron. Annal. V. ad a. Chr. CCCCIV.

Obijt verò non multo post, e cum Episcopus Comanorum f Basiliscus, idemque martyr, finem ei secundum quietem prædixisset: conditusque est in eiusdem martyris tumulo.

c. Niceph. cap. 22. & Pallad. d. Niceph. cap. 26. e. Niceph. 37. post med. Sozomen. lib. 11. ca. 15. f. Leo Imp. etiam S. Lucianum martyrij olim ibi B. Basilisco socium, apparuisse & vna tradit.

Theophilus autem cum suis condemnarunt Heraclidem, Ephesi Episcopum absentem, & Serapionem, multa affectum iniuria, Heraclæ Episcopatu, in quo ipsum magnus Ioannes post prius exsilium reuersus ordinat, eiciunt. Heraclidè deinde sufficiunt & Victoris tribuni eunuchum, hominem fœdissimum. Alios item Episcopos numero fere viginti vexatos sedibus submouerunt suis: Presbyteros quoque ac Diaconos plurimos, & plures etiam laicos, quotquot Ioanni addicti esse deferebantur: immopias etiam matronas, quarum fama celebres fuere b Olympias, Pentadia, Procla, & Sylluana.

g. Niceph. ca. 20. extr. Monstri autem illius stagitia indicabit Pallad.

h. De qua Niceph. cap. 24. Nebridij quondam præfatus ipsos Pallad. apud quem de eadem plura. i. Niceph. cap. 33. & 34.

Innocentius interim vrbs Romæ Episcopus, valde pro beato Ioanne laborauit, etu frustra consumptus labor est. Misi enim hoc nomine Apocristarios, quos hi contumeliosè remiserunt. Litteras item scripsit, quibus tamen nihil eorum, quæ studiosè conabatur perfecit: vix vt tandem k Arfacius Ioannis nomen in diptycha retulerit. Donec Proclus multo post eius in vrbe corpus attulit. Hæc hæc tunc.

Scriptor ipse quidem præter historiae fidem narrasse quædam visus est, verum quid prohibet vilia lectorem seligere, cætera præterire? Tom. III. & ipse Georgij edit. Latina, non Asiaticis, sed Attico reuatum nomen D. Ioan. in diptycha tribuunt reliqui.

146

PHLEGONTIS TRALLIANI

Olympicorum & Chronicorum collectio.

XCVII.

LECTA mihi PHLEGONTIS TRALLIANI, eius qui Hadriani Augusti libertus fuit, Olympicorum, & Chronicorum collectio. Opus inscribitur Alcibiadi cuidam, qui vnus è corporibus custodibus Hadriani Imp. fuit. Auspicatur verò à prima Olympiade: quod priora, vt & alij ferè omnes affirmant, nullum hæc tunc accuratum verumque scriptorem sint nacta, sed b aliter atque aliter ea, in quæ fortè incidunt, neque inter se cõuenientia scripserint, etiam ij, qui ex hac scriptioe gloriam quæsiissent. Initium igitur operis

a. Suid. Et id est epistola Olympias in Socrate & eis iugiter vobis uocantur tu diis.

b. Vnde merito tempus illud iudicis Parro, Censurim. Euseb. August. & alij appellarunt.

a. & Olymp. operis à prima, vti diximus, ducit Olxmpiade, pertexitque, vt ipse ait, ad Hadriani vs- que tempora.

Equidem legi vsque ad cxxxvii. Olympiada, qua victor fuit Hecatommus Milefi- us; b (stadij cursu & recurfu, armato vero cursu ter vicit Hypsicles Sicyonius, dolicho Caius Romanus, & Aritonymias Cous, pentathlo Ifidorus Alexandrinus, lucta Aprò- rrus, periodo Atyanas Hippocratis Atramitèi F. pugillatu Sphodrias Sicyonius, pancra- tio Sosigenes Arianus. Iam puerorum stadio vicit Apollophanes Cyparissus, lucta So- cerichus Elèus, pugillatu Calas Elèus, vti pancratio & armato cursu Hecatommus Mile- sius. Ter hic eodem ipso die coronatus est, stadio eiusque recurfu, & armato cursu Aristolochus Elèus quadriga victor, equo verò singulari Agèmon Elèus. Helliatico Eléo biga cessit, & equuleorum quadriga. Cletia Elèi equuleorum biga fuit, & Cal- lippi Pelèi singularis equuleus.

Lucullus eo tempore c Aminum obsidebat; sed Murena in obsidione cum dua- bus legionibus relicto, ipse cum tribus alijs aduersus Cabaros duxit, & in hibernis ibi- dem castra locauit. Idem Hadrianum cum Mithridate configere iubet, quo etiam proelio superior fuit. Romæ quoque terramouit, multaque afflixit, & alia praterea plurima hac ipsa Olympiade contigerunt. Nam anno tertio censæ sunt Romæ d my- riades nonaginta & vna. e Sinatruce Parthorum rege extincto, successit Phraates co- gnomento DEVS; & Phædrum Epicureum mortuum, Patron excepit. Virgilius item Maro f hoc ipso anno Idibus Octobris natus est. Quarto verò huius Olympia- 147 dis anno Tigranes & Mithridates, collectis, pedium quadraginta millibus, equitum triginta, instructaque Romanorum more acie, cum Lucullo dimicantes victi sunt: cæsis è Tigranis copijs quinque millibus, & his pluribus captis, præter b cæteram ho- minum colluuiem. Capitolium Romæ Catulus dedicauit: & ad c Creticum bellum profectus cum triginta legionibus Metellus, insulam eam tenuit: vbi & manu cum Laosthene conferta, victor Imperator est appellatus, Cretensibus intra oppida muros- que compulsis. Athenodorus pirata Deli incolæ captiuos abducens, Deorum, qui vo- cantur, signa destruxit; at Caius quidam Triarius vrbis ruta cæsa instaurans, Delum muro cinxit. Ad hanc itaque Olympiadem vsque libros quinque perlegimus.

cæsis è Tigranis copijs quinque millibus, & his pluribus captis, præter b cæteram ho- minum colluuiem. Capitolium Romæ Catulus dedicauit: & ad c Creticum bellum profectus cum triginta legionibus Metellus, insulam eam tenuit: vbi & manu cum Laosthene conferta, victor Imperator est appellatus, Cretensibus intra oppida muros- que compulsis. Athenodorus pirata Deli incolæ captiuos abducens, Deorum, qui vo- cantur, signa destruxit; at Caius quidam Triarius vrbis ruta cæsa instaurans, Delum muro cinxit. Ad hanc itaque Olympiadem vsque libros quinque perlegimus.

Athenodorus pirata Deli incolæ captiuos abducens, Deorum, qui vo- cantur, signa destruxit; at Caius quidam Triarius vrbis ruta cæsa instaurans, Delum muro cinxit. Ad hanc itaque Olympiadem vsque libros quinque perlegimus.

Ad hanc itaque Olympiadem vsque libros quinque perlegimus.

Ad hanc itaque Olympiadem vsque libros quinque perlegimus.

Ad hanc itaque Olympiadem vsque libros quinque perlegimus.

Ad hanc itaque Olympiadem vsque libros quinque perlegimus.

Ad hanc itaque Olympiadem vsque libros quinque perlegimus.

Ad hanc itaque Olympiadem vsque libros quinque perlegimus.

Ad hanc itaque Olympiadem vsque libros quinque perlegimus.

Ad hanc itaque Olympiadem vsque libros quinque perlegimus.

Ad hanc itaque Olympiadem vsque libros quinque perlegimus.

Ad hanc itaque Olympiadem vsque libros quinque perlegimus.

Ad hanc itaque Olympiadem vsque libros quinque perlegimus.

Ad hanc itaque Olympiadem vsque libros quinque perlegimus.

Ad hanc itaque Olympiadem vsque libros quinque perlegimus.

oraculo in Gracia renunciat, discus eius conscriptus est à Gracorum iudicibus, quos ipsi P H L E G O N I Hellanodicos vocant, formam agendorum olympiorum indicans. Ceterum Pelo- ponnehos non admodum id certamen gratum habentes, molesteq; id ferentes, pestis inuasis, frugumq; pernicijs afflixit. Itaque ii qui ante à societate istorum ludorum, desierant, denud Lycurgum pestis amolitionem ac remedium proposcerunt. Pythia vero sic respondit:

O qui telluris famosam totis arcem, Mortales inter satum, & laude supremi Incolitis, que fata Dei cano discite iussu. Neglectis altitonans irascitur ob sacra vobis Iuppiter, immenso qui maximus imperat orbi. Cuius Olympia vos cultu spoliastis auito: Qua princeps Iouis vt Pijus celebraret honorem. Instituit: post huncq; Pelops, quo Gracia rege Floruit, vnanimesq; habuerunt mania ciues, Oenomaio instituit certamina lumine casto. Tertius hac Pelopi satius Amphitruone dicauit Tantalide, grati seruans pia iura nepotis. Hac sacra, & ludos abolere hos Iuppiter ausis Iratus, pestem immisit diramq; famemq;: Verum instauracis cessabunt hac mala sacris.

Peloponnesi, vbi hoc eis renuntiatum oraculum fuit, fidem derogantes, denud com- muni de sententia miserunt ipsi, qui accuratius Deum de oraculo interrogarent. Pythia au- tem hac retulit:

O Peloponnesi ciues, altaria circum, Ite, sacris factisq; animis aduertite dicta Vatum, qui leges & iura paterna sequuntur, Vatum Eleorum monitis parere volentes.

Hoc oraculo accepto, Peloponnesi concesserunt Eleis, vt certamen Olympicum insti- tuerent, & ferias vrbibus denuntiarent. Porro autem postea temporis Elei cum epulari vellent Lacedæmonis, Elos vrbem oppugnantibus, Delphos consultum miserunt: & respon- dit Pythia in hanc sententiam:

Exsortes belli patriam defendite vestram, Et pacis Gracos communia iura docete Auctores, anni veniant dum gaudia quinti.

Hoc oraculo dato, Elei bello abstinnerunt, & Olympia curauerunt. Quinq; Olympia- des ita sunt exacta, vt coronaretur nemo. Sextum placuit oraculum scitari, an victoribus corona essent imponenda, camq; ob rem missus ad sanum Dei rex Iphitus: Deu sic est fatius:

Iphite, victorem malo donare caueo, Verum, siluestris fructu redimitor oliua, Quem circum teneris inclusit arauca filis.

Cum ergo venisset Olympiam, inq; loco multi essent oleastri, vnum eorum deprehen- dens arancus circumdaturum, edificio cinxit: atq; ex ea arbore corona data est victoribus. Pri- mus coronatus est Daicles Messenius, Olympiade 7. stadio victor.

Eusebius porro ista refert. Bithynia terra motu concussa, & in vrbe Nicena ades plu- rime corruerunt. Que omnia his congruunt, que in passione Salutaris acciderunt. Scripsit super his & Phlegon [Phlegon emenda] qui Olympiadarum egregius supputator est, in XIV. libro ita dicens: Quarto autem anno CCII. Olympiadis, magna & excellens inter omnes, qua ante eam acciderant, defectio Solis est facta: dies hora sexta ita in tenebrosam noctem versus, vt stella celo visa sint, terraq; motus in Bithynia Nicena vrbis multas ades subuertit. Hac supradictus vir.

Exstat eiusdem Phlegonis libellus de mirabilibus & longæuis, cum Anteon. liberalis Metamorphosis & alijs libellis in Germania vulgatus.

Schol. Vidas huius PHLEGONIS (vt quidem ille inuestit) catalogum texit, librosq; Olym- piadum sedecim attribuit. E quorum primo libro, hoc quod damus fragmentum, in Germania Gracolat. euulgatum, excerptum videtur. Ex XIV. vero libro illustre adfert testimonium Eusebii in Chronico, quod hic etiam apponere placuit.

EXPONENDA mihi videtur causa, ob quam Olympia institui contigit. Est au- tem hac. Post Pisum, Pelopem, atque Herculem, qui primi sollempnem conuentum ac cer- tamen Olympicum instituerant, cum Peloponnesi eam festiuitatem aliquamdiu intermissis- sent, per id scilicet tempus quod ab Iphito ad Coroephum vsque Eleum, duodevtriginta Olym- piadum numeratur, cert amenq; neglexissent, seditio in Peloponneso fuit coorta. Ibi Lycur- gus Spartanus, Prytanæ filius, Europi N. Sosi pronepos (qui Sosis patrem habuit Procleum auum Aristodemum, proauum Aristomachum: fuit autem hic Cleodæi filius, cuius pater Hyllus, Hercules & Deianira fuit natus) & Iphitus Hæmonis, aut (vt alii perhibent) Pra- xonida F. ab Hercule prognati, Eleus domo, ac Cleosthenes Cleonici F. Pisani, vt populu ad concordia pacemq; reducerent, cum Olympicam festiuitatem statuerunt ad pristinam for- mam redigere, tum certamen gymnicum edere. Itaque Delphos miserunt, qui Deum percunctarentur, an hoc eorum probet consilium. Is respondit, bona euentura, si id ex- equantur: insitq; ferias iudici vrbibus, qua certaminis esse vellent particeps, qua oracula

ZOSIMVS.

XCVIII.

LEGITVR *historicum opus libri sex* ZOSIMI COMITIS, & Ex-advocato Fisci. Impiam hic paganorum secutus religionem, in pluribus aduersus pios sapius latrat. Alioqui brevis est, di&ione perspicuus ac purus, nec suauitatis expertus. Incipiens autem historiam iam inde, ferme dixerim, ab Augusto, & Imperatores omnes ad Diocletianum vsque percurrens, nudam quasi designationem successionemque eorum commemorat: dum latius tandem à Diocletiano, de iis qui imperio potiti sunt, libris quinque tractare pergat. Primus enim liber Imperatores ab Augusto ad Diocletianum vsque recenset, sextique finis in iis definit temporibus, quibus Alarichus Romam iterum obsecens, ciuibus ad inopiam redactis obsidionem soluit, eisque Imperatorem dedit Atalium, quem recte videretur administrare: atque ad Honorium Augustum Rauennæ tum agentem fœdus cum eo iniciturum misit. b Alarus verò, Gothus & ipse, simulatas aduersus Alarichum exercens, cum trecentis quibus præerat, Honorianis partibus adiunctus, bellique societatem pollicitus, Alarichi rebus impedimentum obiecit. Atque hunc sexti historiarum libri finem facit.

a. De his lege Olympiodorum! sup. pag. 104.

b. Olympiod. sup. pag. 104. & seq. Sarum perpetuo nominat.

c. Aliam huius epigraphas hanc rationem notavit quidam ad Zosimum: quasi veterum Dionis & Herodiani historia attestasset nouam.

XCIX.

HERODIANI

Historiarum libri VIII.

LEGIMVS HERODIANI *historiarum libros octo*. Incipit à Marci [Aurelij] Antonini Philosophi] Rom. Imperatoris excessu, pergitque porro narrare, vt Commodus Marci F. imperium adeptus, à paternis moribus, assentantium opera, degenerarit; tandemque à Marcia pellice, & Læto atque Electro, paratis insidiis extinctus sit. Pertinax hinc imperium tenuit, grandæuus iam, honestisque moribus. Quem milites modestie nomine exosum, in curiam eius irrupentes obtuncant. Hinc Iulianus à militibus non diu post emptum pecunia imperium, ipsorum iugulatus manibus, amisit.

Lib. 2.

Lib. 3.

Lib. 4.

Lib. 5. a. Masius, verè dicit.

b. Quem Elagabalum, à nouo quem colendum suscepit Deo, agnominarunt.

Lib. 6.

Niger autem, mitis quantum apparebat vir, superstitie eriamnum Iuliano ad imperium euectus est. Hunc Seuerus, vir solers tolerandisque laboribus exercitus, & alioquin astutus, imperij nactus habenas, pugna victum sustulit, & obstantia quæque partum validis præliis, partim callidis artibus superauit. Verum in subditos insolentior redditus est, & morbo extinctus, dum Britannos bello aggreditur. Antoninus inde filiorum eius natu maior, fœdere cum his inito reuertit, locumque imperij vel inuitus sumsit Getam fratrem: quem post paulò in Iulia vtriusque matris sinu interemit. Hic crudelitate, omnique turpitudine vincete omnes contendens, dum circa Syriam versatur, insidiis petitur, quas illi Macrinus eadem veritus, & præuerrere conatus, comparauit. Sublato igitur Antonino, regnat Macrinus, vir ætate quoque grandæuus, ignauus, minimeque continens; cetera verò lenis ac mitis. Iam a Mesa, quæ Iulia soror erat, duas habebat filias, Sozimidam, & Mammæam: quarum maiori quidem filius erat Bassianus nomine: alteri verò Alexinas: furtiuo vterque concubitu ex Antonino, vt ferebatur, geniti. Exercitus autem, minima capta occasione, Bassianum in castris Imperatorem renuntiat, addito b Antonini cognomento, victusque dein prælio Macrinus, ac fugiens è Phœnicia atque Syriæ finitimis, Chalcedonem se recepit, Romam inde cogitans. Sed qui ex Antonini studiosis ad hoc missi fuerant, anteuertunt, caputque resectum reuertentes apportarunt. Atque ipse quidem Antoninus dum matri parer, modeste satis im-

149 **fatis imperauit, & Alexandri nomine.** Verum postquam adulatoribus se commisit, nullum turpitudinis atque intemperantiæ genus prætermisit. Quin & Alexandro insidiari cum cepisset, à militari manu prohibetur, quos ipse punire propterea meditatus, ab iisdem interficitur. Alexander ergo Mammææ F. annos imperauit quatuordecim: recte sanè atque clementer, quantum quidem in ipso fuit, & sine villo omnino sanguine. Sed matris Mammææ, vt hic refert, pecuniarum cupiditate, ac fordibus factum est, vt vterque, Maximo electo, militari seditione necatus sit.

a. Melius Alexandrianum.

Maximinus post hunc annos ferè tres ferociter ac tyrannicè imperauit, homo fastuosus, moribusque saeuus. Quamobrem Africæ Præfectum à se constitutum, moribus similem, milites ibi tumultuantes, atque in Imperatorem insurgentes, Gordianum olim Proconsulem, iam octogenarium, Imperatorem creant, vel inuitum, cuius mox Roma libentibus electionem animis accepit, honoresque omnes Maximino ademit: Gordiano insuper Gordiani F. in Cæsarem illi adlecto. At dum Maximinus bellum adornat, videns Gordianus, (qui iam vnà cum filio b Carthaginem occuparat) in summam rerum omnium desperationem se adductum, laqueo vitam abruptit. Filius verò commissa dein cum Maximino pugna, interfectus perit. Romani hic incredibili dolore ex horum interitu percussi, simul metuentes, atque odio Maximinum profuentes, Imperatores Romæ renuntiant Balbinum, & Maximum. In quos vt rursum militaris excitata seditio est, imperauit vnà cum eis & Gordianus, Gordiani maioris ex filia nepos, admodum adhuc puer. Maximo post aduersus Maximinum profecto, interfectus à suis militibus Maximinus est, allatumque caput eius ad Maximum, & inde Romam. Nec longo interiecto tempore, tumultuantes denuo milites, palatio educentes Balbinum, & Maximum, omnibus contumeliis cruciatibusque affectos interimunt, & vni Gordiano tredecim circiter annos nato imperium mandant. Hoc libri octaui extremum est.

Lib. 7.

b. Non rectè Καλαχάδνα hic legitur in textu Græco.

Lib. 8.

Scriptoris huius dictio clara est, atque perspicua, quin & iucunda: vocibus autem vitur temperatis, neque supra modum Atticis, quibus natua illa communis sermonis gratia quodam modo violetur: nec rursus in humilitatem quandam ita demissis, vt artem omnem illa fugisse videantur. Ad hæc nec superuacaneis tumet, neque necessarium quid omittit: sed, vt vno verbo absoluam, omnibus historia virtutibus paucis sanè cedit.

HADRIANI

Declamationes.

C.

LECTA sunt a HADRIANI Augusti varæ Declamationes, dicendi moderatione temperatæ, nec iniucundæ.

Xiphilinum. Exstant eius 83 sententiæ quadam, sive dirigendi responsa in Ser. Glossar.

a. Lege plura apud Suid. &

VICTORINI LAMPADII F.

Orationes consulares.

CI.

150 **L**ECTA sunt VICTORINI LAMPADII F. Antiocheni Orationes consulares varæ, simul & Imperatorie in Zenonis Augusti laudem: quo imperante, ad extremam hic peruenerat fœdicitatem. Dictionem eius, in qua nihil redundans, perspicuitas, vsitatusque loquendi modus exornant.

GELASII CÆSARÆ PALESTINÆ
EPISCOPI,

Liber contra Anomæos.

ET

CII.

DIODORI TARSENSIS

Varia de Spiritu sancto argumenta.

LECTVS

Existat hodieq; titulo de duabus naturis in Christo, sed falso Gelasio Pont. Rom. adscriptus. Et docet Illustrijs. Baron. Card. tom. 6. ad A. Ch. 49. c. init. Non illos Enomianos, apud Niceph. lib. 11. cap. 11. sed integro penes saculo posterum exortos Eutychnianos: Sic forsitan ab aliquibus dictos, quod negarent Christum habuisse corpus unigenitum nobis. Quia etiam ratione apud DD. Athanas. atq; Chrysost. dicitur Ariani, qui Christum Patri inaequalem, & aliqui dissimilis quoq; substantia, faciebant. c. Quorum miris nullum fieri mentionem apud Suidam in accurato illo huius Sivi Operum catalogo.

LECTVS est a liber singularis GELASII *Cæsareae Palaestinae Episcopi aduersus b Anomaos.* Huius oratio minime superflua, sed grauis ac vehemens, Atticis permixta vocibus, & axiomatis accuratius instructa, ne ratiocinationibus quidem indigens, per omnia denique insignis est. tantum putidè nimis ac pueriliter, quasi nuper dialecticorum libros inspexisset, logicae artis regulis, ipsisque ad eodè vocibus abutitur: et si excusationem in tempestiu huius sermonis scripto suo annectat. Verùm id, quod excusatione post nouerat indigere, nec iam inde à principio suscipiendum illi fuerat. Quamquam neque ipse libri ordo reprehensione caret.

Continebantur autem hoc eodem libello e varia etiam argumenta **DIODORI TARSENSIS de sancto Spiritu:** quibus & Nestorij labe se iam inde contaminatum ostendit.

cap. 11. sed integro penes saculo posterum exortos Eutychnianos: Sic forsitan ab aliquibus dictos, quod negarent Christum habuisse corpus unigenitum nobis. Quia etiam ratione apud DD. Athanas. atq; Chrysost. dicitur Ariani, qui Christum Patri inaequalem, & aliqui dissimilis quoq; substantia, faciebant. c. Quorum miris nullum fieri mentionem apud Suidam in accurato illo huius Sivi Operum catalogo.

PHILONIS IVDÆI

CIII.

Legum sacrarum allegoria, & viri ciuilis vita, hoc est, de Joseph.

LECTA est **PHILONIS IVDÆI sacrarum legum Allegoria, & de vita viri ciuilis.**

EIVSDEM

CIV.

Essenorum & Therapeutarum viuendi ratio.

LECTA & eorum viuendi ratio, qui philosophicum vitæ genus apud Iudæos siue contemplando, siue agendo sectati sunt. Hi Essenii, illi Therapeutæ appellabantur. Ac proximi quidem non monasteria tantum, atque *σεμεινα* (has ipsas ille voces adhibet) ædificauerunt; sed etiam viuendi normam iis, qui hunc solitariam degunt vitam, præscripserunt.

SCHOLIION. a. Suid. ἀπὸ τῆς Ἐσσηίας ὁκαρεῖται ἡ οὗτος ἡσσηϊσμός, hoc est, ἡσσηϊσμός, quàm reddidit ipse Suidens. Cetera de Essenis diligentissimè super exposuit omnia Nic. Serarius noster, tertio suo Triuarestini libro.

ESSENII Hos Philo ipse *Ἐσσηοί* appellat, a *ἀσσηνίτης*, ut ait, nomine derivato, lib. *Quod omnino probus liber.* Quomodo libello totam Essenorum viuendi rationem exponit. Et Chrysostomus Homil. 44. in *Act.* Essenii, qui etiam *οἱ οἱ δὲ σενίται*. [Latine Sancti] hoc enim vult nomen Essenorum à vita honestate.

Therapeutæ autem distinctum Essenorum genus, (contra atq; aliqui sentiunt) ut aperte constat Philonis illum locum attentius cum libello de vita theoretica comparanti. Et verò ne longius abeam, in limine statim disiungi videas pag. 609. Ἐσσηϊαν πέντε διαλέχθεις, οὗ τὸν ἀσσηϊσμὸν ἐξήλωσάν τε καὶ διεπίνοσαν βίον, Ἐσσηϊαν τε καὶ περὶ τῶν θεωριῶν ἀσσηϊσμένων, ἀπολυθῆναι τῆς ἀσσηϊστικῆς ἐπινοίας, τὰ ἀσσηϊστικὰ λέξω. Subdit post paulo nominis etymon, quod ita Latine redditur: Vocantur enim Therapeutæ b Therapeutides, hoc est, curatores & curatrices, siue cultores & cultrices] vero nomine: Vel quia profertur quæ medicinam præstantiorem ista, per omnia opida vulgata, nam hac medetur solis corporibus, illa & animas liberat morbis grauib; & aduersus medelas contumacibus, quos infixerunt voluptates, concupiscentia, dolor, timores, auaritia, insipientia, iniustitia, & cetera perturbatiōnū, vitiorumq; agmen innumerabile. Vel quia didicerunt à natura, & à sacris legibus, illud Ens colere, quod & bono melius, & vno sincerius, & vnitare in generando antiquius est.

Σεμεινὸν quoque quid fuerit, ex eodem ascipe Philone, pag. 612. Ἐξ ἑσσηϊσμοῦ τῶν θερηπτῶν τῶν δὲ δικημάτων ἰεσσηϊσμοῦ καὶ ἀσσηϊσμοῦ καὶ μοναστηρίων, ἐν ᾧ μοναστηρίων τὰ τῶν σεμεινῶν βίον μυστήρια τελεῖται Ἐσσηϊσμοῦ. Latine vertas: Therapeutarum verò quilibet adiculam habet sacram, quam Semnon atque monasterium vocant: in qua solitarii ipsi, seuerioris vita mysteriis nauant operam: nihil hoc inferentes, non potum, non cibum, non aliud ad necessarium corporis sustentationem spectans: sed legem solam, & diuinitus edita Prophetarum oracula, cum hymnis, ceterisq; quibus tum scientia, tum pietas augeti, ac perfici possit.

EIVS.

EIVSDEM

Caius (Imp.) reprehensus, & Flaccus reprehensus, aliaque scripta.

CV.

LEGITVR eiusdem liber, cui titulus **CAIVS reprehensus**, aliaque **FLACCVS reprehensus.** Quibus in libris magis, quàm in alijs, dicendi vis eius, ac venustas apparet. Peccat tamen non rarò ideis transmutandis, ceterisque à Iudaica secta alienis describendis.

Fleuit Cali Cæsaris temporibus, ad quem & pro sua gente [Hebræa] legationem se suscepisse scribit, regnante in Iudæa Agrippa.

Circumferuntur eiusdem alia quoque a varia opuscula, quibus disputationes ferè de moribus continentur, veterisque Testamenti explanationes, ad allegoriam vt plurimum ipsa litera aptata. Et verò ab hoc arbitror, omnem allegoricum sacre scripturæ sermonem in Ecclesiâ promanasse. Ferunt eundem Christianis etiam sacris initiatum, ab his tandem dolore quodam atque iracundia descivisse. Verùm antea Claudio Aug. imperante adita Roma; in B. Petrum Apostolorum principem incidisse, eoq; vsu familiariter: atque hinc etiam factum esse, vt & discipulorum B. Marci Euangelistæ, S. Peri auditoris, mentionem laudationemq; posuerit. Hos enim, aiunt, apud Iudæos philosophicam duxisse vitam, iste commemorat: horum domicilia, monasteria appellat, eosdemq; meditationi deditam vitam ieiunio, atque precatione degere, nihil interim opum possidendo, prædicat.

Duxit autem Philo genus à Sacerdotibus, patria Alexandrinus, tantamque sibi apud Græcos autem dicendi peritia celebritatem peperit, vt vulgo etiam sermone illud vsurparetur: Aut Plato philonizat, aut Philo platonizat.

B. Petrum Apostolum innotuisse Philoni Eusebius lib. 2. hist. Ecclesiast. narrat: Φίλωνος λόγος ἔχει κατὰ Κλαύδιον ἐπὶ τῆς Ρώμης εἰς ἑμιλιαν ἐλθεῖν Πέτρον τοῖς ἐκείσε τότε κυριότητι. Tum B. quoque Hieronymus in Catalogo: *Annus hunc, eum secunda vice venisset ad Claudium, in eadem urbe [Roma] locutum esse cum Apostolo Petro, eiusq; habuisse amicitias: & ob hanc causam etiam Marci, discipuli Petri, apud Alexandriam sectatores, ornasse laudibus.* Quæ totidem verbis Suidas, ex Hieronymi metaphrasæ Sophronio fortasse, descripsit: λέγουσι τὸν, ὅτι τὸ δεύτερον ἦλθε πρὸς Κλαύδιον ἐν τῇ αὐτῇ πόλει [Ρώμῃ] διαλεχθῆναι τὸ ἀγλὸν ἀποστόλου Πέτρον, καὶ τὸν τῶν ἐσσηϊστικῶν φιλιαν, καὶ ὅτι τὸ τὸς σπουδαῖος Μάρκου, καὶ διτῆ Πέτρον, ἐν Ἀλεξάνδρειᾳ ἔθεσι κηροποιήσαν.

SCHOLIION.

THEOGNOSTI ALEXANDRINI

Et sacrorum librorum interpretis; Hypotyposion libri VII.

CVI.

LECTI sunt THEOGNOSTI Alexandrini libri septem, hac inscriptione: **BEATI THEOGNOSTI Alexandrini, & a sacrorum librorum interpretis Hypotyposion.** Primo libro de Patre agit, eumque esse rerum opificem ostendere nititur: etiam contra eos, qui b materiam DEO coæternam faciunt. Libro verò secundo argumenta quidem ponit, quibus effici ait necessariò, Patrem habere Filium. Ac cum Filium dicit, creaturam esse ipsum demonstrat, & ratione præditis tantum præesse. Ac plura id genus alia, vnà cum e Origene Filio adscribit, siue eadem impietate ducens; siue, vt quis dixerit, illius defendendi studio, exercitationis isthæc gratia, & non ex sua sententia proponens, siue se à veritate non nihil abduci sinens, ob imbecillitatem, captumque auditoris, qui nulla fortasse fidei Christianæ cognitione imbutus, minus poterat accuratiorem de religione cognitionem admittere, vt Filij propterea qualemcunque cognitionem auditori vtiliorem existimarit esse, quàm si omnino nec agnitus ille sit, nec auditus. Verùm vt maxime in disputatione hoc pacto rectam sententiam declinare, ab eaque recedere non omnino absurdum, aut reprehensione dignum videatur: (Nam ibi pleraque ex eius, qui contra disputat, sententia & opinione, ac quasi vi fiunt): In scripta tamen oratione, quæ legis instar omnibus in communi

a. Εξονησθ.

b. Vt Philoſophi quidam veteres, & post Seleuciam siue Hermetiam de quib; August. de heresib. cap. 19. c. Sup. pag. 4.

O ni propo-

THEOONOSTI

ni proponenda sit, si quis hanc sui, purgandi causa blasphemiam conscriptae defensionem adferat, is sane ad imbecillum confugiet patrociniom. Iam vt secundo libro, ita & tertio, de Spiritu sancto tractans, argumenta quidem adhibet, quibus Spiritum sanctum esse negatur ostendere; verum cetera, ad modum Origenis libro de principii, etiam hic nugando delirat. Quarto dein libro de Angelis, & demonibus inania aequae, vt ille, iactans, ex illa ipsis corpota inducit. Quinto vero & sexto, pertractat vt Deus hominem induerit, tentatque suo more demonstrare, incarnationem Filij fieri potuisse. Multa & hic nugatur, maximeque dum illud asserere audet, imaginatione quidem nostra Filium aliis atque aliis locis circumscribi, re tamen atque actu ipso non esse circumscriptum. Septimo denique libro, quem de DEI creatione inscripsit, aliquantop per magis cum de aliis tractat, tum praesertim de Filio in extrema operis parte.

Diction eius plena est, & nihil habet redundans. vocibus item in Attica, minimeque affectata oratione, ita vitur venuste, vt nec in compositione quidem a consueto loquendi modo recedat: immo nec perspicuitatis, & accuratationis causa a magnitudine deflectat. Floruit veró * * *

SCHOLION.

POST ORIGENEM, vt hic indicat Photius, & ex B. Athanasio colligas, qui vtriusque adhibens testimonium, libel. in illud Euang. Quicumq; dixerit verbum contra Filium hominis &c. Origenem hunc continenter subiungit, & priscum, admirandum, perquam studiosum appellat, allatis duobus ex eo fragment. Alibi etiam disertum virum, quando eius librum 2. Hypotyposon in Arrianos aduocat. Itaque non absimile vero fuerit his ipsis libris, quod Clementis item Hypotyposibus accidisse auctor est in Origenis Apologia Rufinus, vt ab haereticis interpolati, contaminati fuerint. Dolo certe malo praeteritam ab Eusebio maximi huius viri mentionem, docet illustris Baron. Card. Annal. 2. ad A. Ch. 109 s.

BASILII CILICIS

Contra Joannem Scythopolitam libri XVI.

CVII. De Joanne Scythopolita sup. Cod. XCV. pag. 137. De Basilio Veró pag. 138. & 12.

LECTVS est liber BASILII presbyteri Cilicis, aduersus Joannem Scythopolitam, cui & Causidici nomen, & alia sexcenta impingit: vt, in suspicionem Manichae Sectae venisse: sacrum Quadragesimae tempus ad tres tantum hebdomadas reuocasse, iisdemque nec ab auium carnis abstinentiis; ad genus sacra accepisse: vt plurimum praeterea ventri plus satis deditum, non absolutio iam sacro communicasse, sed post Euangelium vna cum pueris mysteria sumpsisse, statimque ad mensam aduolasse. Talia feré toto libro sparsa ac disseminata, petulanter in virtum illum iactat. Opus ipsum dramaticum est, Leontio cuidam id efflagitanti inscriptum. Personae fingit hic Lampadium quendam, qui pro Basilio certet, cum Marino, qui Ioannis partes tuendas suscepit. Hunc post dissertationes aliquot, damnato eo, quem defendendum susceperat, ad Lampadium sese adiungentem inducit, ac post eum victum Tarasium quendam iterum certamen redintegrandem. Vbi illa hos & interrogare, & respondere committitur, quae cum sibi conductura, tum patrocinanti aduersario reprehensionem, ac perplexitatem partura viderentur. In sedecim autem libros opus vniuersum diuisit: quorum tredecim priores dialogi forma sunt ab eo, contra primum dumtaxat Ioannis librum, tanto cum studio ac diligentia conscripti: reliquis veró tribus ea oppugnat, quae in secundo suo & tertio libro Ioannes asseruerat.

Primo igitur libro, post praefationem absolutam, duobus capitibus oppugnandis insitit. Primum quidem illud: Verbum u passum est in carne. Alterum vero: Idem est dicere CHRIS TUM, atq; dicere DE VM. Iam secundo libro temere se affectum iniuria ostendere conatur: & illud, Egredietur b virga de radice Iesse, male à Scythopolita Ioanne intellectum esse. Tertio deinde libro, de illo scil. quartit loco, quomodo intelligendus: c Nunc clarificatus est filius hominis, & DEVS clarificatus est in illo, & quae ibi sequuntur. Quarto libro, quomodo dicatur propriu esse DE I corpus tum de vnitare, & de illo: Vnitus il te Deus tuus. & de illo: Ego e sanctifico me ipsum. Quo in libro Marinus cotradicendi partes relinquens scilicet, cu Lampadio consentit. Quinto vero libro, vbi & Tarasius certamen subire Marini loco fingitur, accusaciones Ioannis acerbius suscipit, totisque

a. 1. Pet. 4. b. Ipa. 7. c. Ioan. 13. d. Psal. 44. a. Ioan. 17.

adeo liber in his feré consumitur. Sexto tum libro vehementius etiam inuehitur in vnionem Christi seruatoris nostri. De illo quoque disputat: Vnit a te Deus, Deus tuus. a. Psal. 44. Libro octauo in varias docetque quid ipsius ecclesia censcat de illo: Caro factum est. Libro octauo in varias absurditates praecipit, dum de illo agit: Verbum b caro factum est. itemque de illo: Nemo ascendit c in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis, qui est in caelo. Nono libro de illo agit: Petra d autem erat Christus: & de illo: Ecce e vita vestra suspensa est in oculis vestris. rursus de illo: Porta f hac clausa erit. quae omnia impie interpretatur. Decimo veró libro de illo: Vobis g verbum salutis missum est. de quo eo: Qui h filio suo non pepercit. Et, De i verbo vite, quod manus vestra contrechauerunt, iterum de illo: Sic Deus k dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret, & quae sequuntur. In vndecimo libro de illo tractat loco: Hic l Deus noster: non reputabitur alius coram ipso. Deinde m in terra visus est, & cu hominibus conuersatus est. Rursus super illo: Exsurge n Deus, iudica terram. De quo altero loco: Qui o videt me, videt & Patrem. Tum aduersus eos, qui dicerent, non posse Apostolos propter imbecillitatem audientium verum docere. Duodecimo libro docet vnvm è Trinitate passum. Et de illo item: Si enim p cognouissent, non ipsum Dominum gloria crucifixissent. Vbi & quod non dicamus duos Christos, infirma malaque ratione defendit: ad suam ipse volunratem nimirum sensumque defensionem accommodans. Teriodecimo denique libro quarit; quomodo non sint duo filij. Et veró ex iis quibus defensionem instituit, duos esse filios dicere necesse sit. Qua in re Tarasius veluti iam victus silentium tenet. Definit & Basilius, siue Lampadius studiosè interrogare ac respondere. Libri porro tres, quartus decimus, quintus decimus, & sextus decimus, perpetua contexti oratione, in secundum & tertium librum assertionum Ioannis Scythopolitae incurrunr.

Fuit hic Basilius Presbyter, vt de se ipse affirmat, Antiochenae Ecclesiae, quo tempore thronum ibi tenebat q Flauianus, Romani que clauum imperij moderabatur Anastasius. Diction eius in dialogis potissimum humilis est, vt nec à vocibus è triuolum sumis sibi temperet. Sed & in compositione parum accuratus, peccare non raro, atque solocismum facere deprehenditur. Verum vt perspicuus in his esse laborauit, ita quoque in suis aduersus pios argumentis vehemens sanè est, arque vsu tritus, vt omnem planè vitam; in hoc vno contra pietatem studio consumpsisse videatur. Etsi veró r Nestoriana haeresi infectus est, Nestorium tamen sibi nequaquam vindicat, sed s/Diodorum atque Theodorum patres laudat. Et contra diuinum quidem Cyrillum non tam impudenter in eos blasphemat, atq; tamen Ioannem hunc, in quem syrium videatur, ipsiusq; Scythopolitam contra illos scripsisse constat. f. Hic Tansenis; sequens adopsistia Episcopae fuit.

q. Eius nomini secundus, circa A. Ch. 500. r. Nestorianum hic dici mireris; sanè, ch sup. 138. pro Eutybianis scripsisse hunc aduersus Nestorium videatur, ipsiusq; Scythopolitam contra illos scripsisse constat. f. Hic Tansenis; sequens adopsistia Episcopae fuit.

THEODORI MONACHI ALEXANDRINI

Aduersus Themistium libri III.

THEMISTI

Apologia pro sancto Theophobio.

CVIII.

LECTVS est THEODORI Alexandrini monachi aduersus Themistium liber, cuius haec inscriptio: CONFUTATIO breuis, qua superioris temporis denno repetita illa Themistii contra Patres temeraria maximèq; absurda contentio resellitur: à nobis nunc elaborata, occasione obiectarum ab ipso contra veritatem questionum, atq; enuntiationum, cum dilucida explicatione obiecti argumenti. Talis hic igitur libri titulus, vt liber potius, quam titulus libri videatur. Vterque veró Theodorus aequè ac Themistius, haeretici & partium studiosi fuerunt, eorum qui a diuinitatem passam esse asseuerant, Severo nimirum additi. Ceterum Themistius, siue Calonymus (hoc enim sibi cognomen

a. Theopaschite à Graecis apertum pellati. Vide N-

ceph. lib. 18. historia Ecclesiast. cap. 51.

a. Niceph. lib. 18. Eccles. hist. c. 50. sub Valente Philosopho Sed potius hic Cononius ille in oppugnatione Philopono socius videtur, cuius sup. mentio pag. 6. Cod. 23. A quo Agnoeta primum, post Themistiani dicti, et ait B. Damascen. lib. de hæresibus. a. Lege Baron. Curd. Annal. tom. 2. edit. Latin. Gentiani

tum quoque addidit) etiam a Agnoetarum secta caput fuit: de qua & librum conscripsit, affixo titulo *Calonymi seu Themistii apologia pro sancto Theophobio*. Quo in libro ipsum quoque Seuerum, cui tamen addictus erat (tanta est vis falsitatis, tales & mendacij amantes) perstringens, dictorum à Theodoro rationes exigit. Themistij enim quatuor argumenta illa, quibus se incitiam in CHRISTO probasse arbitrabatur, Theodorus singularim expendens atque æstimans, singula sexcenta continere absurda ostendit. Hinc rursus Themistius, acceptam veluti cladem reparans, singularem librum in Theodorum conscripsit. Theodorus autem tribus vicissim libris, & quæ ille reprehenderat, refutat, & suam de hac re veram opinionem exponit.

Uterque scribendi non imperitus, perspicuitatem solida cum vehementia in dicendo sectatus est.

CLEMENTIS ALEXANDRINI PRESBYTERI Scripta.

LECTA sunt a CLEMENTIS Alexandrini Presbyteri tria librorum volumina: quorum vnus inscriptio est, *Hypotyposes*: alterius *Stromateus*: tertij verò *Padagogus*.

CIX.

Hypotyposes, sive Dispositionum libri VIII.

HYPOTYPOSES quidem disceptationem continent locorum aliquot veteris nominique Testamenti, quæ etiam summam explicat, & interpretatur. Esti autem re- cte in quibusdam sentire visus est, in alijs rursus impiè omnino fabuloseque disserit. Afferit enim materiam æternam esse, & ideas veluti certis decretis induci fingit. Flilium quoque in rebus creatis numerat. Ad hæc animarum migrationes, multosque ante Adamum mundos prodigiosè comminiscitur. Eam præterea ex Adamo, non vt sacri libri tradunt, sed obscenè atque impiè educit. Angelos quoque cum sœminis congressos, liberos inde sustulisse somniat. Quin & Verbum carnem non esse factum, sed ita vitam dumtaxat. Duo ad hæc Patris Verba sinxisse deprehenditur, quorum minus mortalibus sit visum. Immo ne hoc quidem. Sic enim scribit: *Dicitur quidem & Filius Verbum æquiuocè cum Patrio Verbo. Verum a neque hoc illud Verbum est, quod caro factum est, neque etiam Patrium illud Verbum: sed vis quadam ac potestas Dei, tanquam à Verbo ipso profuens, mens effecta, hominum animos peruenit.* Quæ quidem omnia S. Scripturæ testimonijs aliquot alstruere nititur. Quamquam & alia id genus sexcenta blasphemia voce nugatur, seu ipse, siue b quis alius, eius personam indutus; planè vt octo ipsos libros hinc blasphemiarum portentis, de iisdem identidem differendo, ac sparsim atque confusè, veluti stupore percussus Scripturas produciendo, repleuerit. Vniuersi autem operis scopus fuisse videtur Genesios, Exodi, Psalmorum, Epistolarum B. Pauli, & Catholicarum, ac denique Ecclesiastici interpretatio. Hoc interim fatetur ipse, discipulum se fuisse Pantæni. Sed de Hypotyposibus hæc tenus.

a. Pro vno, lego vbi, eò quod hic præcesserunt: quæ dicitur vbi. Quod vero similitudo videatur: Arianos enim plebrosq; (vt hæretici solent) Clementis scripta inquinasse doceet Rufinus Apologia pro Origene. Adde & reliqua eius scripta sana esse doctrinæ, ac purioris styli.

CX.

Liber contra Gentes, & Padagogi libri III.

IAM *Padagogus* tribus libris conscriptus, vitam moreque informat: quibus & alium quendam præmittit, adiungitque singularem librum, quo a gentium refellit impietatem. Nihil autem simile habent hi omnes cum Hypotyposibus, quando & stolidis illis ac blasphemis opinionibus omnino vacant, & dictio ipsa in his floridior ad temperatam quandam granitatem non sine iucunditate adfurgit, & varia illa, quæ in iis est, rerum cognitio, nihil habet minus conueniens. Extremo verò libro etiam de b imaginibus committit.

a. Qui hodie nomine Protreptici ad gentes, natio existat. b. Facit libenter Photius, vt qua in pijs reperit scripturis pro imaginum cultu annotet, quod

CXI.

Stromateon autem libri quoque octo sunt, aduersus Paganos, atque hæreses pugnam instituentes: in quibus item sparsim, & non ordine capita recensentur. Cuius quasi rationem

rationem reddere in extremo libro septimo hinc fere verbis videtur. *Hæc cum à nobis iam antea pertractata sint, & a morum illa radior formula per summa velut capita, quantum polliciti sumus, sparsim descripta: ita, quæ ad veram excitant cognitionem, dogmatibus ita hic illic interspersis, vt res illas sacras nactus quispiam, qui mysterijs nostris initiatus non sit, haud facile comperiat, & quæ sequuntur. Hæc igitur, vt ipse fatetur, causa fuit, cur ista sine ordine congesse.*

Repperi autem in peruetere exemplari hoc opus non solum *Stromateon* nomine inscriptum, sed integrè ad hunc modum: b TITI FLAVII CLEMENTIS Presbyteri Alexandrini c gnosticarum secundum veram Philosophiam commentationum Stromateus I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. Ac primi quidem septem eundem præferunt titulum, ijdemque profus sunt in omnibus codicibus. Verum octauus, cum inscriptione, tum rei subiecta materia, variat. In quibusdam enim inscribitur: a *Quis dines saluetur*, eiusque principium est: *Qui laudatorias orationes*, & reliqua. In alijs verò, *Stromateus octauus*, vt & reliqui septem libri, inscribitur, & incipit: *Sed neque Philosophi antiquissimi*, quæque sequuntur. *Stromateon* autem liber hic alticubi non sana tradit; nõ tamè vt Hypotyposes. nam multa etiam, quæ ibi dicta fuerunt, oppugnant.

Feruntur autem ab eodem alia non pauca conscripta. & vero etiam e alijs composuisse testantur *de Paschate, de ieiunio, de obreuatione, de canonibus ecclesiasticis, & aduersus eos, qui Iudeorum errorem sequuntur*, quem Alexandro Hierosolymorū Episcopo nuncupasse videtur. Claruit vero Seuero, & f Antonino eius filio Romæ imperantibus.

illud alterum de antiquissimis Philosophijs initium legitur. c. Diuus Hieronymus lib. de Ecclesiasticis scriptoribus, cap. 38. Quibus adde ab ipsemet citate De resurrectione, De nuptijs, De continentia. & ab Euseb. hist. Eccles. lib. VI. cap. 11. De patientia ad reccos baptizatos. f. Cognomento Caracalla.

a. tē dicitur vt legunt.

b. Quem titulu totidem clementis apud Euseb. lego. Eccles. hist. lib. 6. cap. 2. ex ipso Clementis lib. I. III. & V. extremis verbis, alibi non semel repetitis. c. Cognitione refertarum, siue etiam cognitio nem faciunt per me dixerit. d. Euseb. sup. singularem hunc libellum facit: & in edis omni.

CLEMENTIS ROMANI PONT.

Constitutiones Apostolarum, Recognitiones, & alia.

CXII.

CXIII.

LEGIMVS CLEMENTIS Romani Pont. librorum volumina duo. Horum alteri hic est titulus: a *Constitutiones Apostolorū per Clementē*. continetq; Synodicos canones illos, qui Apostolorū cœtui adscribuntur. Alterū autē volumē epistolę forma Iacobo fratri domini dedicatur. Habet hoc Acta, quæ dicuntur, *Petri & Apostoli, & cum Simone Magi dissertationes: Recognitiones, eiusq; parentis, tum aliorum fratris.* Quamobrè etiam in quibusdam codicibus hæc ei inscriptio tribuitur: *Clementis Romani recognitio*, in alijs tamen, vt diximus, epistola præfigitur tanquam ad fratrem domini Iacobū; & hæc neq; eadem, neq; vt ab eodè profecta, sed in libris nonnullis, veluti à Petro Apostolo ad Iacobum missa, in alijs rursus tanq̃a Clemente ad Iacobū, alia atq; alia, vt modo diximus. Harum prior ostendit ipsummet Petrum res à se gestas conscripsisse, & Iacobo eas postulant misisse: altera vero refert Clementem Petri iussu easdem res gestas litteris proditas, postquam ille iam ad immortalem commigrasset vitam, Iacobo temporis longinquitate perijisset altera, illam Clementis tandem solam perdurasse. In omnibus enim libris, quos quidem videre mihi contigit (non paucos illos certè) post diuersas illas epistolas atque inscriptiones, idem omnino sine variatione hoc operis initium repperi: EGO CLEMENS, & quæ ordine deinceps sequuntur. Refertum autem hoc opus absurdis nugis, non sine plurimis ex Atij opinione in Filium blasphemijs. Constitutiones porro c tribus ex capitibus dumtaxat reprehensionem videntur obnoxia. Ex mala nimirum fitione, quam depellere non est admodum difficile: deinde quod contra Deuteronomium criminationes quasdam adducant, quæ & ipsæ dilui facillimè possunt: denique ex Arianismo, quem item acrius paulo instando, refellere queas. Liber attem Actorum Petri (qui de Recognitionibus inscriptus est) perspicuitate ac grauitate, adhæc puritate & vehementia, alijsque orationis dotibus, rerum item variarum doctrina, tantum Constitutiones ipsas superat, nulla vt hos inter comparatio, ad sermone quod attrinet, fieri debeat.

a. Ennum octo libros Gracè primum, deinde Latinè doctissime explanatos, firmissime, de sensu edidit. Franc. Turrianus noster. Easdem item cum X. Recognitionibus libri ex Rufini interpretatione, additis & ceteris qua tum reperi potuerunt B. Clementi, Operibus, dederunt Latinè Colonienus, an. 1590. b. Recognitionibus duo fuisse volumina, in aliquibus inter se diuersa, testatur etiam Rufinus Pres. ad Gauder. c. Franciscus Turrianus Soc. Iesu in Clementis Constitutiones Apost. Prolegomenis hæc eadem

CLEMENS.
a. Lege B. Hieron.
cap. 15. Catal.
Philipp. 4.
b. Vide B. Hieron.
nymphon de script.
Ecclesiast. cap. 15.
c. ms. Cod. 126.
pag. 103.
c. Vide D. Baro.
Tom. 3. ad annu.
Christi 96.
d. Martyria
coronatum, St. doctet D. Baron. Card. Tom. II. ad annum Christi 102.

110

PHOTII

Hic a Clemens ille est, de quo B. Paulus in ea quæ est ad Philippenfes epistola :
Cum Clemente & reliquis cooperantibus meis, quorum nomina scripta sunt in libro vite.
Scriptit idem magni faciendam ad Corinthios b epistolam, quæ à plerisque tanto
in pretio est habita, adeoque laudata, vt etiam publicè legi soleret. At quæ secunda dicitur
ad eosdem, vt spuria rejicitur. Quemadmodum & longa illa disputatio, B. Petri &
Appionis nomen falso præferens. Hunc Clementem c alterum à Petto vrbis Romæ
Episcopum fuisse quidam autumant, alij verò quartum. Linum enim & Anaclerum inter
vtrumque Pontifices intercessisse, ac tertio demum Traiani Imperatoris anno d vitam
finijisse.

LVCII CHARINI

Periodi Apostolorum.

CXIV.

LECTVS liber est hoc titulo: *Apostolorum Periodi.* Complectitur Acta Petri, Ioannis,
Andræ, Thomæ, & Pauli, auctore, vt liber ipse ostendit, Lucio Charino.
Dictio eius omnino inæqualis ac varia: constructione vero ac vocibus vitur interdum
quidem non abiectis, vt plurimum tamen forensibus, ac protritit: nec vllum in eo
æqualis, & subitantiæ dictionis, ac nativæ, quæ hinc existere solet gratiæ (quo modo
Euangelicus & Apostolicus sermo conformatus est) vestigium apparet. Scæter item
stultis, & secum pugnantibus narrationibus. Alium enim Iudæorum Deum, eumque
malum esse asserit, cuius Simon Magus minister fuerit, alium rursus esse Christum,
quem bonum facit. Omnia ergo inquinans atque confundens, eundem illum & Patrem
vocat, & Filium. Iactat verò, neque reuera hominem factum, sed tantum apparuisse.
Varia item forma sæpe discipulis visum, nunciuuenem, mox iterum senem,
rursusque puerum; nunc maiorem, nunc minorem, interdum & maximum, vertice
etiam cælum attingentem. Multas etiam super cruce nugas fingit atque ineptias, neq;
CHRISTVM fuisse cruci affixum, sed alium pro eo, & hinc illum eos, qui in cruce
egerant, irridentem facit. Coniugia insuper legitima rejicit, omnemque adeo genera-
tionem malam esse, & à malo asserit, aliamque dæmonum formationem comminiscitur.
Mortuorum adhæc hominum, bouum, ac iumentorum absurdas, puerilesque resur-
rectiones prodigiosè fingit. In actis quoque B. Ioannis imaginum vsum cum Icono-
machis vituperare viderur. Vis verò dicam: quantus est liber, puerilia continet sine
numero, & inopinata, maligneque conficta, ac falsa, immo stulta, & inter se pugnantia,
impia denique, & detestanda tot, vt qui eum omnis hæresis fontem atq; auctorem dixerit,
næ ille à veritate vel minimum discesserit.

LIBER ANONYMVS

Contra Iudæos & Quartadecimanos, itemq;

METRODORI

Calculus Paschalis,

CXV.

LEGI incetti auctoris librum, qui titulum, præfert: *Disputatio aduersus Iudæos, v-*
Lnag, sentientes a hereticos, b & Quartadecimanos, vt vocant, qui primo Hebræorum
mensis sanctum Pascha festum non celebrant. Huius oratio vehemens est, neque redun-
dans, fastu iactantiæque non vacans. Asserit verò sacra quinta [die] legale non edisse
Pascha Dominum nostrum IESVM Christum, (neque enim illum eius edendi statutum
fuisse diem) sed sequenti. Ac neque tum, quæ ederet, ex legis præscripto edisse, nam ne-
que agnum, neque azyma, neque aliud quidpiam eorum fecisse, quæ legale seruantes
Pascha, more rituque maiorum obseruant. Itaque priuatam tantum, mysticam illam ta-
men, vult cenam edisse, atque ex ea discipulis panem, & calicem portexisse.
Alius item liber coniunctus erat *Metrodori* cuiusdam, *Calculus* nimirum *de sacro*
Pascha festo celebrando et nouen-decennalium cyclorum viginti octo in seipsum quasi in
orbem
ad an. Chr. 198. & Theodoret. atq; Epiphani. Enseb. quoque lib. V. sub fin. c. *ἡμετέρας ἀποκαταστάσεις*: quarum auctorem En-
sebium facit S. Hieronymus in Hippolyto, lib. d. script. Ecclesiast. & Beda de tempore, cap. 42.

BIBLIOTHECA.

III
COMPVTVS
MAGNVS.

orbem reductus. Hic autem Metrodorus, quicumque tandem est (nihil enim aliud de
illo dicere statui) à Diocleriano, inchoando quingentorum triginta trium annorum dies
festos collegit, idque (quantum videtur) secundum accuratam illam, quam vocant,
quarta-decimæ Lunæ computationem. Etenim neque nunc Ecclesia, neque vetus tra-
ditio dies illos seruasse videntur.

AUCTORIS INCERTI

De sacro Pascha festo volumen III.

CXVI.

LECTVS quoque liber est, qui scriptoris non expresso nomine inscribitur: *De sa-*
cro Pascha festo volumen tertium libri octo.

Simplici dictione, styloque apertissimo scriptum opus, multa sane atque præclara
fensa continet. Scriptor hic libro quarto Metrodorum sæpe reprehendit, ac dum sacris
sele scripturæ testimonijs communit, non pauca, explanatoris fere methodo, in sex
dierum opus vrilia hisce de Paschate libris intexuit. Dedicat vero Theodoro, quem di-
lectum fratremque appellat. Scriptit eadem de re alios quoque libros, verum hic vber-
rior est atque vrilior, vt qui in re tenui villa quæque ad rem pertinentia adferat. Nam
de Bissexto, & mense intercalari, Solisque ac Lunæ epactis, & Enneacædecæteridibus,
& de ratione ac via hæc inuestigandi, singula excutiendo dilucidè tradit. De mensibus
item, & Neomenia, & hebdomade, eiusque diebus, & quinam c communes anni ap-
pellantur, quique interiecti anni. De curriculo præterea Solis octo & viginti annorū,
& nouendecim annorum Lunæ, ac quarto-decimo eiusdem die. Rursum de mensibus
Lunaribus ac Solaribus, & Neomenia mensis cum lunaris tum solaris, qui lunari sit par,
deque mense exacto ac iusto: de annorum denique mundi supputatione. Refert idem
secundum illos alios aduentus sui annos, *СНРИСТУМ* Dominum ac Deum nostrum
lege præscriptum Pascha celebrasse, non item eo, quo proditum est. quod consideratio-
ne sane dignum, cum Chryostomus & Ecclesia tunc ipsum doceant legitimum Pascha
pæfessisse, antequam mysticam institueret cœnam.

APOLOGIÆ

De Origene, & eius dogmatibus libri V.

CXVII.

LEGIMVS librum pro Origene, eiusque Deo inuisis dogmatibus. Libris quinque
opus absoluitur, quod nec scriptoris nomē in titulo exhibet. Dictio neque clara
est, neque pura, nec laudandum quid præferens. Scriptor autē ipse pro Origene, eius-
que sententijs hos fere testes laudat, Dionysium Alexandrinum, Demetrium quoque
& a Clementem, aliosque plurimos. Præ cæteris vero Pamphilo Martyri innititur, at-
que Eusebio Cæsareæ Palæstina Episcopo. Cæterum hæc Apologia non solutio est vt
plurimum eorū quæ Origene obijciuntur, sed accusationis potius ad stipulatione. Adeo
hic à blasphemis illius opinionibus liber omnino non est. Itaque & animas ante cor-
pora existere fatetur, sacre quoque Scripturæ, ac sanctorum Patrum testimonijs ad hunc
errorem stabilendum, vt putat, adhibitis: & corporum quoque aliam fingit resur-
rectionem. Verum de S. Trinitate nihil errorum adfert. Quin etiam hoc asserit de O-
rigene, nihil eum, quod quidem ad dogma de Trinitate attinet, errasse: pugnantem
tantum cum Sabellij hæresi, cuius tum improbitas magnopere sese efferebat, & per-
sonarum Triadem, manifestam maximè, multisque modis differentem, demonstrare
conantem, à recto atque officio etiam in contrariam partem abreptum fuisse: vt ex eo
etiam Ariana infectus scabie fuisse videretur. Enimvero pro alijs eius dogmatibus, qui-
bus neque satis speciosè assentiri audeat, neque putat posse prædictam causam aprari, pro
huiusmodi inquam dogmatibus, multam adhibet operam, vt demonstrat, vel exerci-
tationis dumtaxat causa hæc ab eo esse dicta, vel certè ab alijs, qui diuersa sentierunt, eius
scriptis inserta fuisse. Testem huius ladat eum ipsum hoc clamantē, atque contendē-
tem, cum viuientem etiam-num ipsum talem deprehendisse fallaciam refert. Ipsa dein
capita, ob quæ falso illum accusari asserit, quindecim in vniuersum numerat; eademq;
meras esse calumnias, ex ipsiusmet scriptis allatis argumentis, libro quarto conuincit:
ad quæ

n. Vrimumq; etiam
Alexandrinum.

b. Que persona
rum in trinitate
numerum ac
differentiam
confundebat.

c. Epistola quam
adferit B. Hieron.
Apolog. lib. II.

159

ad quæ item refellenda vbi ad quietum venit librum, cæterorum quoque pro ipso adfert testimonia. Ipsa verò capita hæc sunt: Aiunt illum docere 1. *Filium non esse inuocandum*, 2. *neque esse ipsum absolutè bonum*, 3. *neq. Patrem cognoscere, vt seipsum*, 4. *Rationales naturas in brutorum corpora ingredi*, 5. *esse in diuersis corporum species migrationem*, 6. *CHRISTI Seruatoris animam non aliam quam ipsiusmet Adami fuisse*, 7. *non esse pœnam delictorum sempiternam*, 8. *neque carnis resurrectionem*, 9. *Adhuc Magiam malam non esse*, 10. *Astronomiam eorum, qua fiunt causam esse*, 11. *Vniuentium præterea regnum nullum obtinere*, 12. *Sanctos [Angelos] delapsos in mundum venisse, non ad aliorum obsequium*, 13. *Deum Patrem ne à Filio quidem videri posse*, 14. *Che- rubin Filii esse à cognita*, 15. *Rursum, quod Dei imago, relata ad illum cuius est imago, quatenus est imago, veritas non est*. Hæc fere depellit, vt diximus, quasi falso Origeni obiecta, omniquè ope ecclesiasticum esse virum, & Orthodoxum ostendere nititur. At non, bone vir, qui ostensus est haud omnibus omnino modis impius esse, mox etiã in quibus manifesta blasphemiat tenetur, pœnam effugiet.

PAMPHILI MARTYRIS,

Simul &

EVSEBII,

Apologia pro Origene libri VI.

CXVIII.

a. Comuni ope-
ra elucubratur
hanc Apologiam
asserit ipse Euseb.
lib. VI. Eccles.
hist. cap. 20. Vide
Card. Bar. An-
nal. T. II. ad. d.
Chr. 256.
b. Capite trun-
catus, vt refert
Euseb. lib. 6. ca. 1.
c. Ibid. Euseb.
cap. 3.
d. S. Hieron. De
Script. Eccles.
cap. 4.

e. S. Epiphanius
et alij.

f. Theodostius Co-
car S. Hieron. lib.
de Script. Eccle-
cap. 54. et Euseb.
lib. VI. hist. ec-
cles. cap. 7.

LECTI sunt PAMPHILI MARTYRIS, & EVSEBII pro Origene libri sex: quo-
rum quinque sunt à Pamphilo in carcere, & præsentè etiam Eusebio, elaborati:
sextus verò, postquam iam Martyr ferro priuatus vita, ad vnicè desideratum Deum mi-
gratit, ab Eusebio est absolutus. Quamquam alij quoque plurimi eo ipso tempore ma-
gni nominis viri Apologijs Origenem defendendum susceperunt.

Aiunt igitur Origenem Seueri Imp. persecutione Leonidæ patri scriptum misisse,
quo ad Martyrij curriculum eum exaceret: & sane stadium fortiter decurrens ille bra-
uium b accepit. c Addunt ipsum met Origenem summo studio idem certamè suscipere
conatum fuisse, sed mattem impetum vel ipso inuito refrænasse, quod ipsum item epi-
stola quadam sua testatum reliquit. Quin Pamphilus martyr, & alij cum eo plurimi, res
Origenis ex illis ipsis, qui hominem viderant, accuratius perscrutati, narrans, eum cele-
bri Martyrio tum vita decessisse, cum Cæsareæ Decius suam in Christianos crudelitatè
effunderet. d Alij tamen volunt ad Galli ac Volusiani vsque tempora perdurasse, & sexa-
gesimum nonum ætatis annum agentem Tyrimortuum, in eademque vrbe sepultum.
Quæ quidem verborum narratio est: si modo germanæ sunt, quæ feruntur, epistolæ illius
post Decij persecutionem conscriptæ. Omnes autem omnino disciplinas ipsum & per-
cepisse, & docuisse ferunt. Hunc item Origenem (quem etiam Adamantium cognomi-
natum ex eo e tradunt, quod rationes, quas colligat, adamantinis quibusdam quasi
vinculis non absmiles viderentur) auditorem fuisse Clementis eius qui *Seromateus* di-
ctus est, eiusdemque in Catechetica schola quæ Alexandria erat, successorem. Cle- 160
mentem porro Pantæni fuisse discipulum, scholæque successorem: & Pantænum tur-
sum ijs vsum magistris, qui Apostolos viderunt: quin & illorum nonnullos audijisse.

Cæterum hinc in Origenem excitatam omnem tempestatem commemorant:
Demetrius Alexandria præsul Origenem multum laudans, in paucis carissimum ha-
bebat. At cum hic absque bona Episcopi venia Athenas profecturus esset, Theotec-
nus Cæsareæ Palæstinæ tum archiepiscopus, secus eum quam oporteret, presbyterum
ordinauit, non improbantè factum hoc Alexandrino Hierosolymorum Episcopo. Hinc
Demetrio amor in odium vertit, laudesque mox cum vituperatione commutatæ. Syno-
dus insuper Episcoporum coacta, & Presbyterorum quotundam contra Origenem:
quæ, vt Pamphilus refert, decretum fecit, Alexandria quidem pellendum Origenem,
neque in ea versari aut docere permitendum; Sacerdotij tamen dignitate nequaquam
submouendum. Verum Demetrius vna cum Aegypti Episcopis aliquot, sacerdotio quo-
que illum abiudicat, subscribentibus etiam edicto huic, quotquot antea suffragati ei fu-
issent. Ita igitur Alexandria in exilium pulsam Origenem, Theotecnus Palæstinæ Epi-
scopus

scopus libenter Cæsareæ & degere iussit, & de superiore loco docendi potestatem fe-
cit. Has ille causas adfert, ex quibus omnes illæ calumniæ in Origenem eruperint.

Eius porro Apologiam, vt diximus, Pamphilus vna cum Eusebio, communi car-
cere inclusi, conscripserunt, eandemque ad eos, qui pro CHRIS TI nomine ad metal-
lica damnati, exercebantur, consolationi miserunt, quorum princeps erat a Paternu-
thius, qui post Pamphili per martyrium emigrationem, breui interiecto tempore, flam-
mis & ipse cum alijs vita pulsus est. Pamphili præceptor Pierius, fuit ipse quoque scholæ
Alexandrinæ magister, Martyrque idem, vna cum fratre Isidoro certaminis cotonam
adeptus est: quibus etiam templum, domusque à pijs hominibus constructa b referunt.
Beatus autem Pamphilus presbyter erat, & Origenis eum pleraque, quibus sacram
explanauit scripturam, sua manu exarasse c scribunt.

a. Alim hic vi-
detur Paternu-
thius ab eo, qui
in Græcorū Me-
nologia, & Rom.
Martyrologio LX
Iulij sub Iuliano
Apostata passus
dicitur.
b. Epiphanius inter cæteros, hæref. co. c. In his & S. Hieronymus de Eccles. Script. cap. LXXV. ubi hæc addit: Sed
& in duodecim Prophetas xxx. & Origenis volumina manu eius exarata repert, que tanto
amplector, &
seruo gaudio, vt Cresci opes habere me credam.

PIERII PRESBYTERI

Scriptorum libri XII.

CXIX.

LECTVM est PIERII Presbyteri (quem vna cum Isidoro fratre germano martyrij
pro CHRIS TI nomine certamen subijisse, Pamphili quoque Martyris in sacrum
litterarum studio doctorem, atque Alexandrinæ scholæ præfectum fuisse ferunt) *Volu-
men librorum duodecim*.

Stylus illi clarus, ac perspicuus, & quasi sponte fluens, nihil exquisitum præfert,
sed velut ex tempore fusus, placidè ac leniter, sensimque decurrit. Enthymematis au-
tem, si quis alius, maxime abundat. Plurima quoque præter ea quæ in Ecclesia hodie
obtinent, veteri fortassis more, tradit. De Patre tamen & Filio pie credit, nisi quod
substantias duas, totidemque naturas esse dicit: substantiæ & naturæ nomine, (quan-
tum ex ijs, quæ hunc locum antecesserunt & consequuntur, colligitur) pro Hypostasi
vsum; non ita verò, vt qui Ario adhærent. Veruntamen de Spiritu sancto periculose ni-
mis, atque parum pie docet: dum hunc inferiotis esse gloriæ, quam sit Pater, & Filius,
affirmat. Habet item testimonium quoddam in eo libro qui inscribitur in Euangeli-
um Luca, ex quo demonstratè licet, imaginis honorem & irreuerentiam prototypi esse
honorem, siue irreuerentiã. Obscurius deinde etiam hic, secundum Origenis nugas,
indicit animas præexistere. In eo vero libro, quem a in Pascha, & Oseam Prophetam
scripsit, agit quoque de b Cherubin à Mose factis, & c de Iacobi lapide, vbi factos quasi
idem illos faceret, at diuinæ tantum providentiæ ratione fuisse concessos nugatur: quasi
aut nihil fuerint, aut aliud quidpiam fuerint, aut aliud [saltem illa fuerint] quæ facta
sunt: neque [enim, inquit,] vestigium aliud præferbant alicuius formæ, sed alarum
dumtaxat speciem fabulatur illos ferre.

Hic d Pierius presbyter fuit Ecclesiæ Alexandrinæ, cum Theonas illi Patriarcha
præficeret, Carusque ac Diocletianus Romanum tenerent imperium. Quem eo assiduus
labor, atque ingenij felicitas protexit, cum magnam insuper non absque vtilitate vo-
luptatem in suis ad plebem concionibus adferret, vt Origenes alter cognominaretur.
Erat quippe tunc eorum in numero, qui maximo in pretio haberentur, Origenes. Ad-
dunt in Dialéctici, atq; Rhetorici veritatum, Temperantiæ quoque & vitio susceptæ
paupertatis amatorem fuisse. Nec desunt, qui eum, qui eum, martyrio vitam finijisse tradant, et si
a alij post persecutionem reliquam vitæ Romæ transegisse malint.
b. B. Hieron. cap. 76. Catalogi, ex quo etiam hic locus confirmatus videtur. Et Rom. Martyrologium 4. Nouemb.

I R E N Æ I

Aduersus hæreses libri V.

CXX.

LEGIMVS scriptorum a IRENÆI Episcopi Lugdunensis (est autem Gallia Celti-
ca vrbs Lugdunum) libros quinque, sic inscriptos: *Elenchus atque Confutatio fal-
sæ doctrine, siue contra hæreses*. Quorum b primus de Valentino agens, atq; ab impio
eius pharisijs egmen-

a. Quem Græcè
scripsisse, allatis
ex Eusebio Theo-
doto, & Epi-
phanijs argumen-
tis euincit doctiss. Brisson. ad L. Dominicam Cod. Theodof. Eoq; longè obtritus Franc. Fournentius, cuius
b. Huius libri primi magnam partem inuenies apud Epiphani. hæresi 21.

eius errore ducens initium; rursus quasi relato pede, altiusque otigene reperita, narrat porro à Simone Mago vsque ad Tatianum, qui Iustini Martyris primus discipulus, in errorem tandem hæresis præcipitavit. Dissertit præterea de ijs, qui propriè Gnostici appellantur, itemque de Cæinis, execranda illorum dogmata exponens. Et hæc quidem libro primo. nam secundo, ea refellit quæ ab hæreticis impie asseruntur. Tertius varia aduersus illos adfert S. Scripturæ testimonia. Quartus autem ab hæreticis obiectas quæstiones diluit. Quintus tandem, quæcumque per parabolas à CHRISTO dicta factæ fuerint, cum ex reliqua eiusdem salutifera doctrina, tum ex Apostolorum epistolis, hæreticorum imposturis refellendis aptissima esse demonstrat. b Plura vero eiusdem S. Irenæi, ac varia scripta, & epistolæ circumferuntur; etsi in aliquibus ecclesiasticorum dogmatum certa veritas spurijis rationibus fucari videtur, quæ obseruasse conuenit.

a. A Cæin dictis, commodare forma, quam si cū alijs Caianos Voces.

b. Quæ recenset B. Hieron. 35. cap. Catalog. & Euseb. lib. 5. cap. 25.

c. Euseb. lib. 5. cap. 5. & in Catalogo B. Hieron. d. Episcopus Asiaticus, et ait B. Hieron. Sbi sup. & Euseb. lib. 5. cap. 24.

CXXXI.

a. Antea Arabia. Metropolitanus, post cum Romanam Venisset à Callisto Pont. Portuensis Episcopus creatus; S. Martyris coronati: de quo D. Baron. Tom. II. ad annum Chr. 129. & Niceph. Callist. lib. IV. cap. 37.

b. De Desiteo Samaritanorum principe meminit B. Hieron. contra Luciferian. & Philastrius in Catalogo Hæresium. Eusebium quoque, vide, & Epiphani. lib. 1. Panar. c. Præceptoris Sabellij, de quo Sida Epiphani. hæres. 57. & Theodoret. lib. III. contra hæres. Noetianos autè eosdem Sideri cum Sabellianis, auctor est B. August. de hæres. cap. 4. d. Dissertam hanc controuersiam leges apud duos Illustriss. Cardd. Bellarm. Tomo I. Contr. l. lib. I. cap. 17. & Baron. Tom. I. Annal. ad annum Chr. 69. cap. 17. e. Eusebius tamè lib. VI. & ex eo B. Hieron. cap. 67. De script. Eccles. & Suidas. Ambrosio tribuunt, illi quem de Marcionis hæresis Origenes conuertet: idè, potissimum amulatione huius Hippolyti factum. f. Euseb. lib. 6. cap. 16. hist. Eccles. & plura B. Hieron. in Hippolyto, itemq; Niceph. Callist. lib. IV. cap. 31.

HIPPOLYTI

Libellus contra hæreses.

LEGIBELLUM a HIPPOLYTI (qui Irenæi discipulus fuit) contra duas & triginta hæreses. Auspicatus à b Dositheanis vsque ad c Noëti & Noëtianorum hæreses: quas refert, Irenæo differente, argumentis profligatas: horumque argumentorū summam colligentem se, libellum hunc conscripsisse. oratio eius clara est, ac non nihil grauis, minimeq; redundans: etsi ad Atticum sermonem non tendat. Refert autem cū alia non omnino proba, tum d epistolam ad Hebræos non esse Pauli Apostoli. Ferunt item hunc conacione ad populum, Origenis imitatione, habuisse, illoque familiarissimè vtentem, tantum esse factum scriptorum eiusdem admiratorem, vt e ad dignam scripturam Commentario illustrandam hortando impulerit: additis etiam illi suo sumptu septem notarijs, qui dictata celeriter exciperent, totidemq; librarijs, qui accuratè describerent. Hæcigitur subministrantem Hippolytum, sine remissione solitum exigere opus, quod elaborasset Origenes: atque hinc etiam f operis exactorem epistola quadà ab eo nominari. g Commemorant autem & hunc alia præterea plurima conscripsisse.

162

S. EPIPHANII

Panariorum libri VII.

LEGIMVS sanctissimi Episcopi EPIPHANII aduersus octoginta hæreses Panaria voluminibus tribus in libros septem distributa. Ducto igitur à Barbarissimo initio, tendit inde vsque ad Mcsilianios: cæteris, b qui ante ipsum contra hæreses scripserunt, copiosior atque vtilior: propterea quod quæ reliqui vtilia continebant, hic nequaquam prætermisit: sed quæcumque præter illa studiosè reperire potuit, adiunxit.

Dictio eius humilis, ac plane ralis, qualem eius esse oportuit, qui Atticæ elegantia ratione nullâ duceret. Infirmus vero vt plurimū est in conflictibus aduersus impias hæreses susceptis. Est tamen vbi fortiter aggreditur, atq; irruit, quamuis neq; verborum ipsius, neq; constructionis proprietates vlla ex parte præstantior efficiatur.

EIVSDEM

Anchoratus.

CXXXIII.

a. al. Anchyriti.

LEGIMVS eiusdem Anchoratum, quæ quasi comprehensio quædam breuior est Panariorum.

EIVSDEM

(De Mensuris, & Ponderibus liber.)

LEGIMVS eiusdem [de Mensuris & Ponderibus libellum.]

IUSTINI MARTYRIS

Apologia pro Christianis, Quæstiones, & alia.

LECTA est IUSTINI Martyris Apologia pro Christianis, cum aduersus gentes, cum aduersus Iudæos. & præterea alter eius Tractatus contra primum & secundum librum Physicæ auscultationis, siue contra Formam, Materiam, & Priuationem, rationibus epichrematicis, ac violentis, quod ex vsu est inferens: itidemque Contra quintum illud Corpus, Motumq; sempiternum, quem rationum suarum vi Aristoteles peperit. Quæstionum deniq; contra [Christianam] religionem summaria solutione.

Est autem vir ille ad Philosophiæ tum nostræ, tum potissimum profanæ summum cunctus fastigium, multiplicisque eruditionis, & historiarum copia circumfluens. Sed Rhetorico artificio, naturam Philosophiæ suæ pulchritudinè colorare haud studio habuit. Quamobrem etiam oratio eius, pollens alioqui ac valida, scientificumq; seruans stylum, Rhetoricæ illa condimenta non spirat, nec illecebris & blandimentis vulgus auditorum attrahit. Porro quattuor aduersus gentes composuit tractatus: quorum Primum Antonino cognomento Pio, filijsque ipsius, ac Senatui obtulit. Alterum similiter b ipsius successoribus: in Tertio autem de dæmonum natura disseruit. Quartus deniq; liber & ipse contra gentes, Elenchus, [siue Refutatio] inscribitur. De Dei insuper monarchia cōscriptus ab eo liber est, & alius, cui titulus Psalter; tum etiam contra Marcionem libri sunt lecti necessarii, & contra omnes hæreses vtile opus.

Fuit ipse Prisci Bacchij filius: patriamque habuit Neapolim, Palæstinæ prouinciæ. Romæ autem cōmoratus, sermonibus ibidem ac vita, pariter vt habitu Philosophi egit. itaque feruenti cum esset pietatis amore ac studio incensus, Crescentem quendā ex ijs qui Cynici vocitantur, aduersarium habuit, cum ipsi, tum vitæ, cultiq; ac religioni eius obnitentem: à quo tandem insidiosè accusatus, ita vt toto ipsius vitæ instituto dignum erat, insidias istas pertulit. Martyrij namq; hac ansa capta, splendide lætoque animo pro CHRISTO mortem oppetiit.

CLEMENTIS

Epistola ad Corinthios II. & S. POLYCARPI Epistola ad Philippenses.

CXXXVI.

LEGIBELLUM, quo CLEMENTIS a Epistola dua ad Corinthios continebantur. Quarum prima ipsos accusat, quod seditionibus, turbis, ac schismatis violatint, quæ inter eos seruari oportuerat, pacem concordiamq; hortaturq; ab hoc malo temperare.

Simplex eius oratio est ac perspicua, ad ecclesiasticam & inelaboratam accedens dicendi formam. Reprehendat vero hoc in illis quispiam, quod extra Oceanum mundos aliquos colloceat. Deinde forte & illud, quod Phœnicem auem vnicam tanquam b pro verissimo adhibet argumento. Tertio, quod summum sacerdotem Præsidemque Dominum nostrum IESVM Christum appellans, ne illas quidem Deo conuenientes, & subliliores de eo voces pronunciet, tamet si nec aperte ipsum vili in his blasphemet. Altera vero epistola & ipsa institutionem, admonitionemque vitæ continet melioris: atq; ipso mox initio CHRISTVM Deum prædicat, etsi dicta quadam peregrina velut è sacra scriptura subinducit, quibus ne prima quidem epistola omnino vacat. Interpretationes præterea locorum quorundam alieniores profert. Alioquin ipsa quæ in his epistolis insunt sensa, non nihil abiecta, continentem quoq; seriem ac consequentiam non seruant.

PRO verissimo adhibet argumento] Adhibent tamen pro carnis resurrectione Patrum, b Schol. plurimi: Tertull. lib. de resurrect. cap. 13. ubi etiam illud Psal. XCI. dicitur & os patris & dicitur.

P 2

CXXIV.

a. Cuius quædā illustrat Georg. Agricola in suo de Mensuris opere.

CXXV.

a. De quo Sida B. Hieron. cap. 23. De scriptoribus Eccles. & D. Baron. Card. Tom. II. Annal.

b. Hoc est M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodus, inquit B. Hieronymus in Catalogo.

a. De quibus sup. quoq; Photius cap. 113. pag. 156. & B. Hieronym. cap. 14.

om, reddere ausus est, velut Phœnix floreat. B. Ambros. lib. 6. in Hexamer. cap. 23. iterūq; lib. de fide resurrect. S. Greg. Nazian. Carm. ad virgin. S. Epiphan. Ancorato. atq; ex ipsius B. Clem. Constat. lib. 5. c. 6. B. Cyrill. Catechesi 18. meminitq; huius avis Euseb. lib. 4. de Constant. vita. cui adde gentiū scriptorū turbā: Lucret. in sc̄tis, Plin. lib. 10. c. 11. Tacitū Annal. V. Aurel. Victor. hist. Augusta, Pomp. Melam lib. 3. ca. 9. Solin. ca. 36. Claudian. & Auct. Carm. de Phœnice apud Lactant. Et de Gracis Xiphilin. in Tiberio, Herodot. lib. II. Horapol. lib. I. cap. 35. & alibi. Aelian. de animal. nat. lib. 6. cap. 58. Est ante Photium dubitando de hac ave locuti sint, B. Clem. supra, cū B. Greg. Naz. Orat. de Spiritu S. qua est XXXVII. B. vero Maximus martyr etiam logica dissertatione eandē planissimē negavit, lib. ad Petrum Illustrem contra Seneri dogmata, quem ipsum hic tibi locū e Notis Gracis, sed Latine, appendere placuit. Quod si, ait, avis est Phœnix, etiam animal sit, omnino necesse est. Quod si animal eā esse concedis; Primum, non omnino potest illud esse singulare, quāvis salte animal est, nullū enim solū animal. Deinde, si animal est, utiq; corpus, animatū simul & sensu præditū. Iam si corpus est animatū & sensu præditū, certē etiam generationi atq; corruptioni obnoxiiū erit. Ipsos, si libet sapientes consule, rerū quæ existunt inspectores, fieri ne possit, ut generationi q; obnoxiiū est, atq; corruptioni corpus, animatū uē ac sensu præditū, singularis esse nature (ad existentiam q; attinet) possit: cum aliorum in his ex aliis successio, evidentissimū sit existendi iudicium, certissimūq; terminus. Quomodo id Scriptura ipsa sacra testatur, in eo illi Noēm huius rei certitudinē exhibens, ubi Genes. 7. ait: Ingredere tu, & omnis &c. Item, ex omnibus volatilibus &c. in quibus Phœnix, quod alatum ille sit animal, numerandū est, sane singularis, quoad existentiam, nature non est, ut Deus ipse pronunciat.

c. Existit ea hodie, vel ex hie indicatis signis nobilibus, Latine cū operibus B. Clementis Rom. Colonis excusa. d. Osophiu.

Legebatur autē in eodem libello & c Polycarpi epistola ad Philipenses, multis referta admonitionibus, cum perspicuitate, ac simplicitate, ecclesiastici more interpretis. Refert quoque d diuini Ignatij litteras ad illos se misisse, postulatq; certior vicissim fieri, si quid forte de eo inaudierint.

EVSEBII PAMPHYLI

De Vita Constantini M. libri IV.

CXXVII.

LEGVNTVR EVSEBII PAMPHYLI De vita Constantini Magni Aug. laudatorij libri quattuor. Continent autem huius viri cum cæteram viuendi formam, iam inde 164 à pueritia inchoando, tum quæcumque ad ecclesiasticam pertinentia historia ille gestit, ad extremum vsque finem, hoc est, quatuor & sexaginta annorum spatio.

Est porro etiam in hoc opere sui satis in dictione similis, nisi quod non nihil ad splendorem magis trahitur oratio, vocesque ad floridum alicubi genus tendunt: et si iucunditatis, & gratiæ in explicando modicum adhibere, vt in alijs quoque libris, videtur. Aferuntur vero loca plurima in his quattuor libris ex vniuersa eius decem librorum ecclesiastica historia.

Refert ergo hic Nicomediæ baptizatum Magnum Constantinum, hætenusque lauacrum distulisse, quod in votis haberet in Iordane baptismo tingi: quis vero baptizaret, silentiō præterit. De Ariana insuper hæresi prorsus nihil manifestē commemorat, neq; an Constantinus illi aliquando adhæserit, neq; an eam abiecerit, sed neq; an rectē, aut secus senserit Arius: tamen si necessitas eum compelleret horum meminisse, quando & magna pars fuit Synodus rerum à Magno Constantino gestarum, & alioquin illa ipsa vicissim postulare exactissimam his de rebus historiam. Itaque diffensionem quidem ortam Arium inter & Alexandrum commemorat (sic nimirum hæresim appellare ac regere videtur) ac discidij huius gratia valde indolentem pietissimum Imperatorem allaborasse, cum per epistolam, tum per Hosium Cordubensis Ecclesiæ Episcopum, vt missa contentione illa mutua, & huiusmodi quæstionibus, ad amicitiam concordiamq; dissidentes adigeret: atq; ubi non persuasit, Synodum vndiq; conuocasse, & natam contentionem pace permutasse. Quæ tamen neq; accuratē, neq; perspicue ab eo scribuntur. Quare præ pudore videtur hic Arium, & à Synodo factam contra illum decretum, publicare non voluisse, vt nec eius erroris socios, aut simul expulsum iustam vltionem, quin neque illam, quam diuinitus sumtam omnis oculus vidit, iustam

*. Sup. pag. 120. & ibi Scholion.

instam Arii vindictam: quando horum nihil in lucem proferens, Synodi ipsius, rerumque in ea gestarum historiam obiter tantum percurrit. Quo etiam fit, vt de b diuino Eustathio narraturus, ne nominis quidem meminit, tantum abest, vt e quæ in ipsum audacissimē machinati sunt, reque ipsa præstiterunt, recensuerit. Igitur ad diffensionem dumtaxat atque tumultum ea referens, tranquillitatem rursus commemorat Episcoporum eorum, qui cū Antiochiam Imperatoris studio atque opera conuenissent, seditionem turbamque pace commutarunt. Similiter ubi narrationem instituit de iis quæ in magnū illum athletam d Athanasium improbè comparata fuerunt: seditione quidem ac tumultu impletam iterum Alexandriam refert; sed eam Episcoporum, qui Imperatoris auctoritate niterentur, præsentia placatam fuisse. Neque interim quis seditionem concitarit, aut quænam illa fuerit, neque quo pacto contentionem alij ledarint, omnino manifestē ostendit, Quin ferè quotiescunque Episcoporum inter ipsos de fide capitibus contentiones, vel aliæ denique diffensiones fuerunt, eundem seruat in narando celandi modum.

a. Eam legi supra pag. 112. b. Antiocheno Episc. quo de Bar. non. Cava. tom. 3. ad A. Ch. 340. c. Theodoretus ea refert lib. 5. hist. Eccles. c. 21. d. Cuius titum inf. lege pag. 778

LVCIANI

Opera varia.

CXXIX.

LEGVNTVR LVCIANI pro Phalaride orationes due & mortuorum, amantiumq; dialogi varii: alij item diuersi de rebus libelli, in quibus ferè singulis gentium res comicè irridet: vt in Diis fingendis errorem illorum, atque amentiam: in libidinem præterea immoderatum impetum, atque intemperantiam: Poëtarum item apud ipsos prodigiosas opinionones, ac fictiones, indeque natum in repub. errorem; reliquæ etiam vitæ inconstantem cursum, atque casus: Philosophorum ad hæc ipsorum fastu plenos mores, qui non nisi fictarum, inaniumque opinionum referti sint: denique Gentes tanquam per comœdiam, vt diximus, pedestri, numerisque soluta oratione irridere studio illi fuit. Ex eorum autem numero esse videtur, qui nihil omnino b certi pronuntiant. Alorum enim perstingens atque irridens opinionones, ipse quid sentiat tacet: nisi quis hanc illius fuisse certam opinionem contendat, nihil esse certū de rebus vllis statuendum.

a. Videndum de hoc scriptore Suidas, alij.

b. Quales Pyrrhonis, & Academicis, Strigone hinc exaruiti vj dnoq; vniq; appellat. Videndum Agellius lib. 11. cap. 5. & Diog. Laert. in Pyrrhone. Sex quoq; Empyricus in Hypotyposibus Pyrrhonianis.

Ad stylum quod attinet, longè optimus: dictione vsus significante ac propria, quæque efficax dicendi genus deceat. Distinctionis adhæc, atque puritatis, æquè vt perspicuitatis, & aptæ magnitudinis, si quis alius per studiosus est. Compositionem quoque adeo commodè concinnat, vt lector credat non se orationes legere, sed iucundum aliquod carmen, sine manifesto cantu, audientium auribus instillari. Vno verbo, vt repetam, venustissima eius oratio est, nec satis subiectæ rei decens, quam ille voluit ridendo ludere. Quod autem de iis vnus ipse fuerit, qui nihil certo assererent, vel libro inscriptum hoc epigramma satis ostendit:

Scripti hæc Lucianus, prisca stultiq; peritur:
Stulta etenim, vulgo credita docta tamen.
Ergo nil hominum certū mens concepit vnquam:
Ast quod miraris, ridiculum est aliis.

LVCII PATRENSIS

Metamorphoses.

CXXIX.

LECTA sunt LVCII PATRENSIS transformationum narrationes varia. Dicitio eius clara, pura, & dulcedine delectans: fugiens verò orationis nouitatem, supra modum prodigiosas confectatur narrationes, vt iure dixeris alterum eum esse Lucianum. Priores certè duo ipsius libri, tantū non descripti sunt à Lucio ex Luciani libro, qui inscriptus est: LVCIVS, vel ASINVS, nisi contra ex Lucij libris à Luciano ille transcriptus est. Ac si coniectare licet (neque enim vter tempore prior fuerit, cognoscere hætenus potui) Lucianū potius transcripsisse videtur. Nam quasi copiosiores Lucij libros, refectatis quæ ad proprium pertinere scopum minimè videbantur, Lucianus accidisset, isdemque verbis & compositionibus cetera vni aptasset narrationi, Lucianum, seu Asinum, quem inde furto compilaui, librum a inscripsit. Fabulosarum autem

a. Vt ex Luciano Scicissim L. Apuleius Madam. rensis fabula Meteste Asinum aureum. Vide eum interpretat.

autem fictionum, ac nefandæ turpitudinis pleni sunt vtriusque libri, hoc solo discrimine, quod Lucianus, vt ceteros suos libros omnes, ad irridendum atque perstringendum gentium superstitiosum deorum cultum, hunc quoque composuerit: Lucius verò seriò agens, & certas ratus hominum in alios transformationes, & brutorum rationis expertum in homines, ac vice versa, aliaque antiquarum fabularum ineptias, ac nugas his litteris prodiderit, atque contexuerit.

DAMASCII

Incredibilem libri IV.

CXXX.

LECTI sunt DAMASCII libri quatuor: quorum quidem primus sic inscribitur: De incredibilem fictionibus capita CCCLII. Alter deinde: Incredibilem de demonis narrationum capita LII. Tertius porro, De animis à morte apparentibus incredibilem narrationum capita LXIII. Quartus denique, Naturarum etiam incredibilem, capita CV. In quibus omnibus plurima reperies, quæ neque fieri, neque credi possint, malè conficta, & stulta mendaciorum portenta, impio atque atheo Damascio verè digna: qui dum Euangelij lumen orbem terrarum illustraret vniuersum, ipse in densissima idololatriæ caligine immerfus iacuit. Breuis ac velut compendiaria hîc eius est oratio, non incompta tamen, neque perspicuitatem, vt in talibus narrationibus solet, negligens.

u. Damascij sue huius, succulterius philosophica quadam existant, videntur in Vaticana Pontificis bibliotheca. Itabes item ex eius Isidorum excerpta inscripta CCXLII. pag. 346. & de eadem u. pærodèw

u. In Græcia leg. πνευμάτι, διηγήματα, κηφάλαια ἐν τῷ τρίτῳ κεφάλαιον ἐκ. CLXXXI. pag. 211. Plura Suid. b. In Græcia leg. πνευμάτι, διηγήματα, κηφάλαια ἐν τῷ τρίτῳ κεφάλαιον ἐκ.

AMYNTIANVS

In Alexandrum magnum, & alia.

CXXXI.

LECTVS est AMYNTIANI de Alexandri laudibus liber. Dedicatum Marco Antonino Romanorum Imperatori, prædicatque se stylo res Alexandri gestas æquatutum. At deprehensus est in orationis progressu calidus quidem, & audax promissor, in promisso verò implendo, frigidus atque imbecillus. Multò enim in dicendo iis etiam inferior est, qui ante ipsum de Alexandro scripserunt.

Tenui atque elumbi vsus est dicendi genere. Et si autem perspicuitate non caret, plurima tamen necessaria prætermittit.

Scripsit idem, cum aliis non vnius generis libros, tum vitas inticem comparatas: vt Dionysij & Domitiani, libris duobus: Philippi quoque Macedonum regis & Augusti, libris totidem. Fertur eiusdem & de Olympiadis, Alexandri matris vitæ liber singularis.

CXXXII.
CXXXIII.
CXXXIV.
CXXXV.

PALLADII, APHTHONII, EVSEBII,
ET MAXIMI.

Declamationes.

LECTÆ sunt PALLADII Sophistæ declamationes varia, & APHTHONII quoque, & EVSEBII Sophistarum, item MAXIMI Sophistæ Alexandrini. Verùm ceteros Palladius omni dicendi artificio multis partibus superauit.

u. Suidas inscribens. b. Cuius existant Progymnasij, & fabulæ Græcolat.

in German. edit. ubi plura. c. An hic ille Arabs, quem ἀντιροφρητικὸν Ἰπριάνο legimus apud Suidam.

SANCTI CYRILLI

Thesauri.

CXXXVI.

LEGVNTVR CYRILLI Thesauri. Epichèrematis refertus est liber, pugnatque validè, ac variè cum Arij & Eunomij furibunda rabie. Etenim & logicis argumentis sapienter illorum destruit amentiam, quibus dum S. Scripturæ adnectit adtexitque testimonia, quàm sit illa doctrina futilis omni ex parte diuulgat. Adhibet idem nuda quoque S. Scripturæ testimonia, vt quo se fastuosi vertant, obsepti vndique atque conclusi non habeant. Est autem inter omnia eius scripta liber hîc maximè perspicuus, iis potissimum, qui logicorum argumentorum sensum capere possunt.

EVNO.

Libellus.

167

LEGI libellum EVNOMII, quo suam ipse prodit impietatem, cuius hic titulus: * * Libellum hunc, quod Eunomianis in admiratione esset, de industria, ne ad alios perueniret, occultatum vix tandem nactus Basilius magnus, fortiter eum, ac splendide, omnemque aded dicendo vim ac facultatem peruens, euertit, ac iugulauit. Diceret eum & Babylonicum infantem ad firmam fidei petram allidendo contudisse, ac puridum cadaueris instar risu dignum ostendisse, quod tantam antea sui admirationem aliis concitaret.

a. Vide Suid.

b. Psal. 136.

EIVSDEM EVNOMII

Refutationis B. Basilij magni libri III.

CXXXVIII.

Item Epistole XL.

LECTVM eiusdem impij hominis tres libros continens Volumen, quod velut confutatio est illarum ineptiarum, quas in ipso reperiri blasphemias S. Basilius demonstrat. Hoc in opere parturiendo, multas eum annorum Olympiadas ædicolæ inclusum suæ absumisse ferunt, ac vix tandem post multorum annorum interuallum, abortiendo improbum illum ac prodigiosum, quem furtiuis congressibus conceperat, factum in lucem eiecisse. Quin tunc etiam miserum illic fouendo partum, ipsi quoque seæ affectis non temerè exhibuisse, veritum nimirum maximè, ne quando & hoc opus in Basilij manus prius veniens, quàm coalesceret, dissiparetur; & antequam floretet, præmaturè corruptum marcesceret. Igitur studiosè, velut alibi in fabulis Saturnus, natum deorando texit atque abscondit, quamdiu quidem Basilius in fluxa ista vita degens metum incuteret. Postquam verò vir ille diuinus peregrina habitatione relicta, in suam, hoc est, in cœlestem commigravit hæreditatem, & ingenti illo metu discusso, vix tandem serò edendi aduenit occasio, ne tunc quidem omnibus, sed amicis dumtaxat [euulgare] ausus est. In quem incidentes Theodorus, & Gregorius Nyssenus, atque Sophronius (quorum & supra est à me habita mentio) multis verborum plagis, non secus quàm priorem [illum eiusdem libellum] Basilius, conficientes, iugulatum iam, & præ impuritate olidum, in auctorem suum coniecerunt. Has itaque tum impietas pœnas dedit.

a. Antiochenus, idem, Mopsuestia Episc.

b. Pag. 3. & 4.

Ad stylum quod attinet, tantum is ab omni & gratia, & iucunditate remotus est, vt ne cognouisse quidem, an tale quid exstaret, videatur. Iactantiam tantummodo quandam prodigiosè ostentat, sonumque dissonum stridendo edere affectat, tum consonantium alterna vicissitudine, tum vocibus pronunciatu difficilibus, & quæ multis abundant consonantibus; idque poetico more, vel, vt verius dicam, dithyrambico potius ritu. Compositio ipsius coacta est, & vi compressa, atque extusa, vt necesse habeat illius scripta legens, aërem vehementer labilis verberare, si modò apertè pronuntiare velit, quæ fortè nanciscens atque contorquens, aut collidens etiam, ac temerè intericiens, immò & truncans, vix tandem ille coniunxit. Longas quoque interdum, & immodicè productas periodos facit: obscuritatem insuper atque incertitudinem per omne opus offundens, cum vt vulgò videatur ipsa suæ eloquentiæ vi eorum longè captum excedere; tum vt, quod in eius sensu atque cogitatione imbecillum est (vt est sanè plurimum) hac ipsa obscuritate, & intelligendi difficultate obtegere, sententiæ quæ celare vitium possit. Videtur verò & logicis inniti argumentis, dum partim vndique hoc nomine infectatur, partim ipse libentissimè iis vitur, tametsi frequenter (cum serò hoc studium arripuerit, neque ad eius intima penetrarit) in multis sæpè merito erroris notatur.

168

Eiusdem quoque Epistole ad varios lectæ numero quadraginta. At dum in his item eandem dicendi formam subtiliter affectat, qui omnino epistolice dictionis nec leges audiuerat vquam, nec in iisdem se exercuerat, publicam per ea infamiæ notam incurrit.

BEATI

ATHANAS.

BEATI ATHANASII

CXXXIX.

In Ecclesiasten, & Cantica Canticorum commentarius.

a. Lecta sunt sup. Cod. XXXII. pag. 8.

LEGI MAGNI ATHANASII in Ecclesiasten, & Cantica Canticorum commentarium. Dilucidè dicit, vt in omnibus suis scriptis. Ad earum tamen epistolarum gratiam & venustatem, quibus secessum excusat suum, quæque ad exilium pertinent exponit, neque hic liber, neque allus eius, (qui quidem in meas incidit manus) attingit.

EIVSDEM

Contra Arium libri V.

CXL.

LECTI sunt eiusdem sancti viri contra Arium, eiusque dogmata libri quinque. Huius dictio perspicua, vt & in ceteris eius omnibus, sobria item & candida, vehemensque ac profunda, & argumenta validè torquens: eius verò vbertas in his, ac fecunditas admodum sanè fuit mirabilis. Dialecticis adhæc vsus est argumentis, non illis nudè propositis, & ipsismet ex ea arte peritis vocibus, (quod pueri, recentioresque discipuli, iuueniliter sese, ac gloriôsè ostentantes, solent) verùm Philosophorum more, magnificeque prolatis, ac per nudas dumtaxat notions, & has quidem benè ornatas. Sacræ quoque scripturæ testimoniis, ac demonstrationibus validè communitur: & vt vno verbo absolua, solus hic liber ad Arianismum vniuersum refellendum sufficere queat. Imindò qui Gregorium Theologum, sanctumque Basilium dixerit, ex hoc tanquam fonte haustos egregios illos, & limpidos librorum suorum riuos contra eundem errorem profudisse, sanè à scopo minimè aberrarit.

BASILIVS MAGNVS

In Hexaemeron.

CXLI.

a. Plutarchi libellorum de animalium naturam magnam partem amulsum. Sicut dicitur B. Ambrosius de opere sex dierum, tractatum ab hoc Basilio est mutua.

LEGIMVS B. BASILIVM in opus sex dierum, [seu de mundi fabrica.] Præstantissimus est in libris omnibus. Pura enim dictione, significante, propria, & omnino civili ac panegyrica, si quis alius, vti nouit: sensumque ordine ac puritate primus, & nemini secundus apparer. Iam persuadendi quoque vim, ac iucunditatem cum perspicuitate amat, atque ita eius fuit oratio, quasi vltro, tanquam è fonte riuulus, scarriret. Verisimilitudine autem vsque eo est vsus, vt si quis eius sermones pro ciuillis orationis exemplo sibi proposuerit, in illisque sese exercuerit (modo ne eorum, quæ huc conferunt, præceptionum rudis sit) nullum alium præterea, quantum quidem existimo, desideraturus esse videatur; non ipsum quoque Platonem, siue Demosthenem, quos tamen versandos antiqui præcipiunt iis, qui in oratores ciuiles, ac panegyricos euadere cupiant.

EIVSDEM

Orationes Ethicæ.

CXLII.

LEGIMVS eiusdem & morales orationes: in quibus omnibus supradicta dicendi virtus maximè elucescit.

EIVSDEM

Epistole.

CXLIII.

LEGENTVR eiusdem Epistolæ cum canonica, tum reliquæ, sanè multæ, ad varios miscæ. Ex his & viri mores, quam admirandi fuerint, facillè apparer, & norma esse queant, (si alia nulla suppetat) conscribendarum epistolarum.

EIVSDEM

Ascetica.

CXLIV.

LEGIMVS

BASILIVS.

LEGIMVS & a Ascetica, hoc est, monastica vita præceptiones: ex quarum quidem præcepto qui vixerit, cœlesti certè regno aliquando potiatur. Hic vnum illud insolitum videas, quòd in plerisque capitibus à indicationibus sit vsus. ceph. lib. 9. cap. 16. & vniuersus lib. 13. cap. 29. b. quædamque, quæ summa quadam capita sunt questionum breuius antefua tractandorum.

a. Quæ a multis Eustathio Sebastiano Episcopo tribus, refert dicitur. b. breuius antefua.

HELLADII

Lexicon.

CXLV.

LEGI a Lexicon HELLADII alphabeti serie conscriptum, maximum eorum, quæ nouimus, Lexicorum; non verborum dumtaxat in eo facta collectione, sed interdum etiam incisorum quam elegantissimorum, quæ & perfecta cola non rarò adrequent. Voces autem ipsæ maximam partem è soluta sunt oratione, non enuncta numeris, quales habet à Diogeniani collectio. Nec item hic ordinem alphabeti per singulas seruauit syllabas, sed in ipso dumtaxat vocabuli principio. In immensum planè creuit hæc congetics, vt nec quinque iustis voluminibus opus integrum contineri queat. nos illud in septem diuisum partes nacti sumus. Scribentibus sanè perutilis liber, qui quæ variam rerum cognitionem consecantur. Nam & oratorum adhiber testimonia, & eorum præterea, qui in poetica magnam sunt laudem consecuti.

a. Eiusdem Helladii Lexicon sequitur librorum quatuor excerpta habet in extremo Calmine pag. 864. quem scriptorem Iosifian indicationem voluit Stephanus in Baprice. Plura de eo Suid.

LEXICON

Pure Idæe.

CXLVI.

LEXICON legi Idæe pure litterarum ordine. Magnis & hic liber, vt multi potius, quam vnus esse videatur. Vtilis autem, si quis alius, iis est, qui hanc Idæam tractant.

LEXICON

Græuis styli.

CXLVII.

LEGI Idæa græuioris Lexicon, quod ipsum quoque in immensum creuit, vt legitibus aptius forte arbitret, si in duos opus illud, aut tres tomos distribuatur. Digestum item est litterarum ordine, patetque vtile esse iis, qui sublimi tumidoque dicendi genere excellere studio habent.

LEXICON

Sermonis politici.

CXLVIII.

VIDIMVS Lexicon ciuillis sermonis. sedrsm, tribus voluminibus, ingens planè opus, ac vastum. Vtilissimum, si quod aliud, ad præclarè rem suam agendam, & ex quo facillimè obiectiones suppetant. Non enim nunc ediscere, sed annotare tantum hic voces, quibus indigeat, legentem oportet: qui quidem non omnino in antiquis scriptoribus legendis hospes sit. Alphabeti ordine hoc item opus contextum est.

a. Ipsi vni dicitur.

POLLIONIS

Lexicon.

CXLIX.

LEGIMVS & POLLIONIS Lexicon alphabeticum. Plurimas quidem voces poeticas continet: pauciores tamen quam Diogenianus, cuius duplo maius opus.

a. Alexandrini illius philosophi cuius mentio apud Suidam suo loco, & in Diadoro Valerio.

376

IVLIANI, PHILOSTRATI TYRII, ET DIODORI

Lexicon è decem oratoribus.

CL.

LEGI

LEGI IULIANI *Lexicon*, vocum è decem Græciæ oratoribus alphabeti serie collectarum. Immenus verò hic item liber, qui cum voces omnium, quæ apud Athenienses certa atque constituta habebantur, explicat, tum quidquid ad priuatam ipsorum historiam pertinet rhesores hi adhibuerunt, siue patrio aliquo more vsurparunt. Illud certè manifestum, ad oratorias conciones legendas hoc opus plurimum conferre posse.

Incidimus autem & in *Philostrati Tyrri* eiusdem argumenti non ignobile opus: etsi præstantior tamen hic Iuliani labor.

Iuliano præterea in nullo inferior e *Diodorus* quoque idem argumentum tractauit, nisi quod testimonia plerumque Iulianus aduocat. Vter verò tempore prior sit (alter enim alterum descripsisse, & non ab utroque separatim collectum opus videtur) vter inquam, ab altero mutuatus sit, non habeo dicere.

tribuit. c. Cognomento Valerius, *Pollionis F. de quibus Suidas*.

TIMÆI

Lexicon vocum Platoniarum.

CLII.

LECTVM est TIMÆI ad Gentianum *de vocibus apud Platonem* alphabeti serie, breue opusculum libri vnus.

ÆLII DIONYSII HALICARNASSEI

Dictionum Atticarum libri X.

CLIII.

CONTINEBAT idem volumen & *ÆLII DIONYSII Halicarnassei Atticorum* verborum primæ editionis libros quinque: in quibus à primâ littera ad vltimam vsque Atticæ voces elementorum serie collegit. Dedicat opus illud Scymno, laborque hic iis perutilis existit, qui Atticæ linguæ studio tenentur, & in Atticis versantur scriptoribus. Quæcumque enim Atheniensibus patrio more vocabula cum in festis, tum in foro vsitata sunt, hinc haurire licet: immò & si quid aliud propriè illi vsurpant, facillè hic reperias. Idque adeò maximè, si quis non primæ editionis tantum tomos scrutetur, sed & secundæ, quæ & ipsa libros quinque continet, & ab A vsque ad Ætica nomina completitur, quæ prima editio non continebat: vel continebat quidem, sed aptis ea scriptorum testimoniis non confirmabat. Copiosius enim in secunda editione, vberiusque veterum loca laudata adhibentur. Quare si quis ex vtraque editione vnam fabrefecerit, nã ille vtilissimum opus nullo negotio exhibuerit.

PAVSANIÆ

Lexicon.

CLIII.

LEGI in hoc ipso volumine *Lexicon PAVSANIÆ*, literarum serie concinnatum, nihilo illis prioribus minus Atticæ linguæ studiosis vile futurum, immò & magis. Etsi enim testimoniorum minus adferat, in quibusdam tamen alphabeti litteris plures habet voces. Vt cum utroque *Ælij Dionysij Halicarnassei opere* vnum hoc (etsi testimoniorum minus, vt diximus, adhibeat) mole saltem ipsa adæquare liceat. Si verò quis *Ælij* duabus illis editionibus *Pausaniæ* quoque librum adiciens vnum corpus effecerit (& facile conanti fuerit) pulcherrimum hic opus, & vtilissimum scriptores Atticos versanti, elaborauerit.

BOETHI

Vocum Platoniarum Collectanea.

CLIV.

LEGIMVS in eo ipso codice, & *Boethi vocum Platoniarum collectanea*, serie litterarum. Vtilius longè hoc opus *Timæi* collectione, *Melantæ* cuidam inscriptum.

EIVS-

EIVSDEM

Opusculum de dubiis apud Platonem vocibus.

CLV.

CONSCRIPSIT & alterum *opusculum* Athenagoræ nuncupatum, cui titulus: *De dubiis apud Platonem vocibus*. Horum libellorum si quis vocabula in vnum conferens componat, compositasque *Timæo* addiderit, is sanè magnam *Platonis* lectoribus vtilitatem attulerit.

DOROTHEI

De vocibus externorum more vsurpatis libellus.

CLVI.

LECTVS ibidem *DOROTHEVS* de *externorum more vsurpatis vocibus*. Alphabeti ordine, quod item vtilissimum esse studiosis opus apparet.

MOERIDIS

Atticista.

CLVII.

LECTVS ad hæc etiam *MOERIDIS Atticista*: qui libellus & ipse litterarum serie decurrit.

PHRYNICHII ARABII

Apparatus oratorii libri XXXVI.

CLVIII.

LEGI *PHRYNICHII ARABII oratorii apparatus* libros sex & triginta. Collectio est vocum atque incisorum. etsi ex his aliqua, quæ nimirum venustè, & cum nouitate non indecenter dicta atque composita fuere, ad membra etiam integra extendantur. Horum pleraque & in *Helladij* collectaneis reperias licet: sed ea passim ibi in vasta illa congerie dispersa iacent; hic verò simul id genus collecta. quando & *Phrynicho* talia congerere propositum fuit, & *Helladius*, si quid huiusmodi, dum vocabula simpliciter accumularet, in communem vocabulorum librum retulit, id tantum cum ceteris vna inclusum, ibique relictum voluit. Alphabeti autem hæc etiam ordine digeruntur.

Floruit hic scriptor, imperante Romæ *Marco Antonino Aug.* eiusque filio *Commodo*, cui etiam operis initium ita inscribit: *COMMODO CÆSARI PHRYNICHVS SALVTEM*. *Commodo* itaque librum dedicans, dum in sua ad eum præfatione ad discendi studium hortatur, & opus hoc verbis extollit, sepe se ait, supra triginta in illum vsque diem comportasse libros, quos & Imperatori obtulerit, seque alios totidem præter hos editurum promittit, si longior vitæ vsura daretur. Horum nos è sex tantum & triginta, vt dictum est, legimus, à prima littera ad extremam vsque deductos.

ta numerat: quosdam etiam LXXII. vetulisse.

Etsi verò Imperatori eos libros se offerre ait, variis tamen eisdem nuncupasse constat. Confestim enim primum illorum *Aristocli* cuidam mittit, eumque velut ludum quendam e natali *Aristocli* die accommodum fieri exoptat, quo ille se oblectet. Similiter & alterum librum, immò & tertium eidem inscribit. Quartum dein *Iuliano* cuidam cui suo, atque amico: addens id eo factum, quod *Aristocli* quidem ab initio opus exhibere destinasset; at postquam *Cæsar*is decreto Romæ in intimum consilium adscitus esset, hunc sibi pro illo amicum sociumque honesti laboris adopraste, quo & iudice, & cognitore suorum scriptorum esset vsurus. Verum ista locutus, & erudito viro exhibet: qui & reprehenderat, quod parcius antea illam de nominum inflexione quæstionem agitaasset. Iubente ergo *Menodoro* sententiam dicere, hunc se ait librum conscripsisse. Serius autem id præstitisse, quod in tria morborum genera incidisset; in vrinæ nimirum stillicidium, senectutis comitem,

Q 2

in diu-

in diturnum graeque mentis delirium, & sanguinis e ventre fluxum, morbosque alios quamplurimos. Siquidem autem his aliquando liberatus superesset, & hoc opus ad exitum adducturum se polliceretur, & si quid forte aliud ipse iubeat ab honesta doctaque nouitate non alienum. At sextum nihilominus librum rhetorici huius apparatus, iterum alij cuidam Tiberino dedicat.

Vt & septimum alteri Menophilo, quem ad summum eruditionis culmen peruenisse ait, & integras etiam loquendi formulas suppeditasse, non parum profuturas ad ea comprobanda, quae sexto huius oratoris apparatus libro traduntur. Exhortari ergo etiam hunc ad voces huiusmodi quamplurimas scriptis amplificandas. Octauum rursus Iuliano dedicat, rogatque si quid minus perfectum exciderit morbo laboranti, corrigere ne grauetur. Nonum Ruffino inscribens, Aristoclem ait huic ansam scriptorioni dedisse, quod autem ad finem eadem deducta sit, ipsum auctorem futurum: propterea quod nactus ea quae haecenus erant edita, & utilitate eorum agnouerit, & laborem probauerit. Decimum porro, gradu iterum reducto, ad Aristoclem refert. Sequens quoque Menodoro rursus offertur: Vbi & in Aristida etiam tum vigentes a orationes sese incidisse affirmat, ac virum laudibus in caelum tollit. Refert & Marcianum eum qui Critica conscripsit, Platone atque Demosthene despecto, Bruti Romani b epistolas ceteris anteponere, atque hunc pro norma omnis in dicendo virtutis statuere. Quae quidem a Phrynicho allata sunt, non quod hoc iudicium ipse probaret: at ne quis miretur, si quidam Aristidis gloria superatum existiment hunc virum, qui ad summum in orationibus gloriae decus peruenisset. Laet enim nonnullorum inuidia ipsum quoque Aristidem, vt & alios plurimos doctrina excellentes viros. Vndecimum quoque eidem dicatur Menodoro. Sequentium vero (ne & nos hic loquacitatis nimiae cum illo incusamur) alius quidem liber. Regino, alius Aristocli, rursus alius Basilidi Mileso Sophistae nuncupatur: in quo ait, simul vt a morbo recreatus esset, hunc se ad illum scripsisse: postulatque errata, quae morbi vitio, vt fit, accidissent, lima sua emendet.

Reliquos omnes libros, quos quidem nos vidimus, Menophilo rursus, vsque ad omega obtulit.

Vtile sane hoc opus esse constat, cum scribendi, tum benedicendi studiosis. Collectas autem a se voces ad hunc modum discernere se ait, vt aliae oratoribus tribuantur, aliae historicis addicantur, aliae familiari aptentur sermoni: nonnulla etiam vocabula conuitiis subseruiant, ad haec & in amatoris adhibeantur. Sincerum deinde, puri & Attici sermonis regulam, normam atque exemplum esse praestantissimum vult, Platonem atque Demosthenem, cum reliquo nouem Graeciae oratorum choro. Thucydidem quoque & Xenophontem, & Aeschinem illum Lyfaniij F. Socraticum appellatum. Critiam item Calaeschi F. & Antisthenem cum germanis eius orationibus duabus de Cyri & Vlyssis laudibus. E Comicis Aristophanem, cum d suis; vbi quidem Atticos imitentur. De Tragicis Aeschylum illum maxime grandiloquum, ac Sophoclem suauem, & vsquequaque sapientem Euripidem. Hos ceteris omnibus anteponit siue oratoribus, siue historicis, siue poetis. Ex his tamen rursus ceteris praefert, quos ait, ne ipse quidem Moxus reprehenderit, aut omnino accesserit; non etiam si maxime Deus ille, quem Corycaum fabulae indignant, illis inhasset. Platonem indicat, Demosthenem, & Lyfaniij F. Aeschinem, propter huius septem dialogorum excellentiam: quos etiam quidam scriptis eius eximentes, ad Socratem referunt. Sed haec haecenus.

Scriptor hic, si quis alius, varia tinctus est doctrina, verbosus alloqui, & modum excedendo redundans. Enimvero ipsum hoc opus, nihil necessarium omitrendo, quinta totius parte potuit absoluisse, cum interim illud ipse, intempestiua sua verborum profusione, inutilem extendit in vastitate. Ita dum elegantis ac venustae orationis siluam alis accumulatur, ne illa quidem ipsa, de qua ceteris praeccepta tradit, recte satis Phrynichus est vsus.

* * *

ISOCRA-

a. De quib. inf. Cod. CCXLVI. b. Scy. pag. 653. c. deinceps. d. Quasi a breuitate commendatam refert Plutarch. in eius vita in init. exstantis. LXX. a Mithridate olim collecta. e. Vnper Graecae ac Latinae emulgata in Germania.

e. De quo item sup. pag. 29.

d. Veteris Comediae scripturae.

a. Vide Suidam & Adagia. Quos in eius vita Laert. Diogenes enumerat. In quibus & Axiochus, seu de morte, ab Harpocratione quoque eidem tribuitur: est hodie, sed falsis, Platoni ascribitur. Vide & Suidam in Aeschine.

173

LEGIMVS ISOCRATIS. Oratoris vnam supra viginti Orationes, & Epistolas nonem.

Deliberatiui quidem generis Orationes habet a ad Demonium, & ad Nicoclem, quae admonitiones continent perulites; & alteram item ad Nicoclem, vnamq. de Pace. Panegyrico autem est illa proposita deliberatio videatur, qua Graecis, concordia inter ipsos inita, sociali bello barbaros esse oppugnandos persuadeatur, longe tamen maxima illius Orationis pars in Atheniensium laudibus recensendis consumpta est.

Areopagiticus quoque in suorum numero, Athenienses ad virtute incitat, cum a maiorum laudibus, tum eorum reprehensione, qui adhuc superstitis essent. Plataicum item deliberatio est, vt & Archidamus qui inscribitur, Lacedaemonios ad bellum cum Atheniensibus super Messiensis gerendum hortatur. At oratio illa Contra Sophistas inscripta, eosdem a se diffidentes accusat. Sequens deinde, quod titulus ipse praefert, c Busiridem laudat. Vndecima Encomium est Helena. Duodecima vero Eaagorae laus, vnde & Enagoras inscribitur, Nicocli eiusdem filio dedicata. Oratio sequens, cui Philippi titulus est, sua forij rursus generis, Philippum adhortatur, vt & Graecorum studet at concordiae, & de communia aduersus barbaras Aegae gentes expeditione adiutuanda cogitet. Panathenaeicus laudatio est vrbis Athenarum, maiorumque eius illustrium: quam se d scribere coepisse ait, annos iam natum quattuor & nonaginta, morbo autem graui triennium vexante, tertio demum ante centesimum aetatis annum ad exitum eam adduxisse. Oratio vero, cui de Permutatione titulus, iudicialis esse videtur, continetq. purgationem eorum, quibus Isocratem Lyfimachus esset calumniatus. hanc anno aetatis octogesimo secundo, orationum c ceterarum maximam conscripsit, & mistam quidem eam magisque variam, quam e reliquis vllam, inferis insuper siliarum eius orationum segmentis, quibus non corrumpere se iuuenutem, sed rem iuuare publicam ostendit. Forensis aequae est & illa contra Callimachum: similiter & Aegimeticus, de hereditate contendens. Iudiciorum quoque sunt, oratio g aduersus Eulopyum pro Nicias, & Trapezitica, & aduersus Lochitena, iniuriarum plagarumque poenam reposcens. Has quidem Isocratis orationes h vnam & viginti legimus.

174

Iam de nouem ipsius Epistolis, vna est ad Dionysium Siciliae Tyrannum, altera ad Archidamum, duae ad Philippum, vna ad Alexandrum, alia ad Antipatrum. Quin & ad Timotheum, & ad Mitylenaeorum Magistratus nona.

Ceterum Orator iste Rhetoricae artis praecceptiones discipulis tradere maluit, quam vt reliqui nouem Graeciae Oratores (quos inter & Demosthenes) Remp. gerere: tamen vt ante horum tempora dicendi laude clarebat, ita nec eorum temporibus vlli gloria cederet. Maxima est in eo, vt cuius legenti statim patet, orationis distinctio ac puritas; tantamque in eadem elaboranda accuratationem praefert, vt in superuacaneum quoque incidat ornatum diligentiamque. Quin operosus nimis hic eius conatus, non tam argumentis fecundum, quam decoris seruandi parum studiosum eum declarat. Iam neque lenior saltem affectus vllus, neque simulatione carens sinceritas, neque incitator paulo dicendi vlla vis in eo deprehenditur. Granditatis dumtaxat tantum, quantum ad civilem orationem satis est, non male, & pari fere cum perspicuitate ab eo adhibetur. etsi iusto languidior eius sit oratio, nec parum illa membrorum aequalium ad fastidium vsque copia, minutam eius anxiamque diligentiam arguat. Verum haec aduersus eius in dicendo praestantiam dicta sint, ad ea tantummodo indicanda, in quibus lapsa, sibi que dissimilis eius virtus fuit. nam cum quibusdam certe, qui orationes scribere institunt, comparatus, etiam vitia ipsius in virtutibus numerari queant.

Habet syllabum ISOCRATIS. Orationum, & epistolarum. Inuocasse autem quaedam idoneos testes habeo. Orationes enim quattuor desiderat Dionysius Halicarnassensis, Caelius Romanus septem, vndecim Suidas. Epistolarum vero vnam ad Antipatrum legis Photius, nos querimus. Nam ad Archidamum, quae haecenus latuit, e Cod. Ful. Vrsini Rom. hominis doctissimi descriptam, & iam Latine utcumque loquentem, volentes damus.

a. Huius non est se hanc Parano. sm, sed alterius cuiusdam Iocera. ris, disputat M. Ant. Muretus lib. I. Variarum lect. & alij.

b. Immo Thebanis. pene nulla Graecorum elementorum mutatione, vnde dicitur in hinc restituendo.

c. De quo videndum Diod. Siculus lib. I. cap. 2. extremo. d. Cic. de Senectute, & Lucia. Et panegyricus.

e. Intelligit iudicialium. Alioquin omnis longissima Panathenaeica, & hinc Panegyrica. f. Praefertim Panegyrica, & de Pace.

g. Quae & aduersus & vltimo inscribitur.

h. Vna tamen hic sine auctori sine Librario excidit aevi & vixit. De bigis, & vna item Epistola. i. In compositione adeo diligens, ut Quintilianus, ut cura eius reprehendatur.

SCHOL.

Q 3

Dua

Duas autem ad Philippum, & ad Iasonis liberos alteram, inuisas Photio, vulgata obseruo.

ISOCRATES

ARCHIDAMO Lacedæmoniorum regi.

a. Agesilaum de cuius vita Xenoph. & Plutar. b. Heraclidarum.

COGNITO, Archidame, quam multi te, parentemque tuum, cum & vestro genere vniuerso, laudibus ornare aggressi essent: eam ipsis dicendi materiam, cum facilis admodum esset & obuia, relinquendam putavi. Illud enim mihi in animo est, hortari te, non ad eiusmodi expeditionem aliquam, quales hoc tempore suscipiuntur: sed ad ea, ex quibus ciuitati non minustur, quam Græciæ plane vniuersæ commodorum maximorum auctor futurus sis. Neque vero istud scribendi argumentum delegi, quod nescirem, quidnam esset ad pertractandum facilius: sed ex eo potius, quod certo scirem, quam arduum foret parumque obuium adiuuare tibi, quas geras res, præclaras, magnas, viles, cum tamen virtutes vestras laudare non ita magna cum difficultate potuissem. Neque enim de meo adferre, quæ de his dicerentur, opus fuisset: quando ex ipsis per vos gestis rebus, talis mihi ac tanta dabatur laudandi facultas, vt quæ de alijs prædicantur laudes, ne vel tantillum cum ea conferri possint, qua vos celebrati estis. Quis nam enim aliquando vel ab Hercule Iouëque ipso genus ducentium nobilitatem superet, quam omnes æque consentiunt in vobis solis inueniri: vel virtutem eorum, qui Doricas in Peloponneso vrbes condiderunt, atque hanc regionem vniuersam tenuerunt: vel illam præliorum trophæorumque multitudinem, quæ vestro ductu atque auspicijs facta statutaque sunt? Quinam etiam dicendi materia deesse possit ei, qui velit cum fortitudinem ac temperantiam totius ciuitatis, tum à vestris maioribus institutū Reipublicæ percensere? Quam item non licuisset adhibere orationem ad explicandam cū parentis tui prudentiam, tum eius in aduersis rei gerendæ rationem, tum illud, quod eo regnante in ipsa vrbe commissum est prælium? In quo tunc quidem prælio, postquam Dux tuipse creatus cum paucis aduersus multos pugnando omnibus antecessuisti, vrbes simul ipsam seruasti. Quo quid præclarius ab vilo adferri possit? Neque enim vel vrbes expugnare, vel hostium magnum numerum interimere magnum adeo est, aut honorificum, vt fuit è tantis periculis liberare patriam, non illam vulgarem aliquam, sed quæ tantopere virtutis causa emineret. De quibus nemo non dico offensatiōne, sed plane narrando disseruerit, neque cum verborum ornatu, sed enumerando dumtaxat, & sine discrimine quiduis effundendo dixerit; qui non ex eo magnam sibi laudem parauerit.

Ego itaque, qui vel de his poteram satis multa dicere, illud quoque sentio: Facilius in primis esse de præteritis copiose disserere, quam de futuris admonendo, verba facere. Omnes deinde homines maiorem habere gratiam suis laudatoribus, quam consilia suggerentibus, quando illos vt sui studiosos libenter excipiunt, hos vero, si forte iniussi admonent, pro turbatoribus habent.

Quæ etsi omnia satis prouidi antea, nihilo tamen secius ab his, quæ ad gratiam inuendandam dicenda essent, abstinere volui; de ijs tantummodo dicturus, quæ nemo alius ausit, ratus decere eos, qui de æquitate atque prudentia cum æqualibus certant, nequaquam illa sibi deligere, quæ ipsi facillimè oratione persequi possint, sed quæ difficillimè persuaderi queant: neque rursus ea, quæ auditu sunt iucundissima; sed ex quibus emolumentum plurimum adferant, cum ciuitatibus suis, tum Græcis omnibus, quorū ego modo causa ad te accessi.

Magnam autem hic mihi admirationem concitant cæteri, quibus vel agendi est, vel dicendi aliqua facultas, quod nulla vnquam de communibus rebus illorum animos cogitatio subeat, neque infelicitis Græciæ commiseratione ducantur, cuius iam status miserandum in modum adeo deformatus est, vt angulus in ea nullus reperiatur, qui non bellorum, seditionum, caedum, & infinitorum malorum plenus sit. Quorum quidem partem longè maximam sustinent ijs, qui Asiæ maritima incolunt, & à nobis omnibus foederibus exclusi, non barbaris tantummodo gentibus permixti sunt, sed ijs item Græcis, qui etsi lingua nobiscum vtantur eadem, à moribus certè barbarorum nihil discrepant. Quos equidem, si quidquam in nobis esset mentis reliquum, nequaquam sinere-

mus

mus per tantam nostram negligentiam coire, à quibusuis in expeditionem educi, maioræque & validiora colligi agmina è vagis, quam legitimo imperio gubernatis hominibus. Qui cum exigua admodum regionis eius partem, quæ regi parat, damno afficiant, Græcas potius, ad quascumque accesserint ciuitates, deuastant, dum in his alios interficiunt, alios suis sedibus pellunt, alios bonis exuunt. Taceo puerorum ac mulierum iniurias; & forma in his maximè præstantes violari, cæteras etiam ijs, quibus corpora sua tegunt, exui, vt nudæ iam à multis conspiciantur, quas in peregrina veste antea nunquam ne ornatus quidem gratia vidisses, præterquam quod aliquæ in vilibus præinopia pænis pereuntes obeant. Quæ cum tanto hæcenus tempore mala durent, nulla tamen hæc vel ciuitas, ex ijs quæ Græcos inter principatum obtinet, vel vir, de principibus aliquis molestius tulit vnū excipio parentem tuum. Solus enim Agesilaus, quod nouerimus, in magno semper vixit desiderio, tum Græcos in libertatem vindicandi, tum belli barbaris inferendi. Qui tamen & ipse vnā saltem adhuc in re aberasse visus est. Neque mireris velim, si tecum ego disserens, mentionem faciam eorum, quæ minus ille rectè sentit. Nam & liberè semper animi sentia proferre soleo, & malim ob iustam reprehensionem inuidiam sustinere, quam per immeritam laudem gratificari. Me igitur quæ attingunt, hoc se se modo habent.

Verum ille, qui in cæteris alios superabat omnes, cum esset maximè temperans, idemque iustissimus, ac Reipublicæ studiosissimus, duplicem præ se tulit cupiditatem, præclaram illam quidem vtramque per se, vt apparebat; sed ita inuicem dissidentes, nunquam vt simul ambæ confici possent. Cupiebat itaque & cum rege [Perfarum] bellum gerere, & amicos, qui ad se confugissent, in ciuitates suas reducere, ac negotijs ibi publicis summa cum potestate præficere. Ergo illud inde sequebatur, vt & ob studium erga alios, in bellis ac calamitatibus Græci versarentur, & propter exortam inde rerum perturbationem, neque orti saris, neque virium ad facessendos bello barbaros inuenirent. Quare vel ex ijs, quæ tunc temporis contigerunt, non est difficile intelligere, non expedire (ubi recta saltem obtineant consilia) bellum inferre regi prius, quam Græcos quispiam inter se conciliatos ab hoc contendendi furore abduxerit. Quæ de re, vt alijs disserui, ita neque modo supersedebo. Tametsi maximè quidam ex ijs, qui alios docere se posse pollicentur, cum sint ipsi doctrinæ omnis expertes, & mea carpere audent, quæ tamen imitari desiderant, amentis forsitan esse dicant, quod Græciæ me calamitatum cura tangat aliqua, quasi mea oratione melius cum illa agi deinceps possit, aut deterius. Quos merito sanè pusilli nimis, ac parum virilis animi omnes eque censent; quod se Philosophos iactantes, non solum ipsi parui è rebus gloriolam aliquam venentur, sed alijs quoque, qui de maioribus consilio suggerere possint, non desinant inuidere. Atque illi quidem, imbecillitati & ignauiæ obsequentes suæ, talia fortean dicturi sunt: ego vero, quamquam octogesimo iam natu annu penitus defeci, magnifice tamen adeo de me adhuc sentio, vt putem non tantum mei vel in primis fuisse muneris de his dicere, sed etiam tecum agendo præclara suggestisse consilia, ac fortasse per hæc aliqua rectè esse gerenda. Quin & cæteros ego Græcos existimo, si ex omni suorum numero deligendi ipsis essent, cum qui Græcos posset optimè oratione sua incitare ad inuadendos bello barbaros, tum qui celerrimè conficere posse, quæ vtiliter gerenda viderentur, nullos omnino alios nobis præposituros. Et vero quomodo non aliqui turpem profus rem committeremus, cum honorifica forent adeo illa, quibus nos omnium iudicio ornaremur? Etsi à me quod proficisci potest, minoris id sane momenti est; cum non ita soleat esse arduum, suam de re quapiam sententiam profere. Cum tuum sit ad ea animum, quæ modo indicauimus, aduertentem displicere, Græciæ ne res negligendæ tibi sint, eo quod paulo ante dixi genere nato, Lacedæmoniorum duci, regi quoque declarato, & maximum inter Græcos nomen sustinenti, an potius præsentia sint omittenda negotia, quo his maiora suscipias. De quibus sane ego illud sentio, in hæc duo potissimum, cæteris omnibus prætermisissis, esse tibi incumbendum, vt Græcos hisce bellis, ac miserijs, quibus cum hodie consistantur, liberes: vtque barbarorum coërceas insolentiam, qui iam pluribus, quam par sit, bonis abundant. Id autem conficere posse, meas esse partes duxi commonefacere.

CHORI-

PHOTII CHORICII SOPHISTAE

Declamationes variae, & PROCOPII GAZÆI Homericorum versuum Metaphrases.

a. curd... les mox quinque numerantur. b. τῶ ἀριστοῦ.

LECTAE sunt CHORICII SOPHISTAE GAZÆI Declamationes, Orationumq. Classes à varia. Gaudet hic accurata distinctione atque puritate: ac si quando vitiat...

δ. Πλατωνίους λόγους. ε. Μαρτυρίας, quas describit Suidas, aliq. e. Quem illustrat Suidas nominat

f. Vt historiarii libros, de quibus sup. Cod. LXIII. pag. 31.

g. Procopio Gazæo, ex Max. Margunij scholio.

h. Quos habet inf. Cod. CCVI. & CCVII. pag. 272.

i. Quales scripsisse

Aequalis fuit Iustiniani Augusti, discipulus vero Procopij Rhetoris (non illius Casariensis tamen) vnius est summis viris: qui temporibus illis multa & vitiosa scribendo, perpetuam sui memoriam hominibus paululum modo humanioribus reliquit.

Altero item in ea ipsa sua patria doctore vsus est, perinde Rhetore, cui iam ætate affecta gratissimum accidit discipulum suum videre docendi pro se munus occupantem. Huius quoque libri multi, variaeque doctrinae circumferuntur, lectu atque imitatione digni.

Est item liber eius integer: Homericorum versuum Metaphrases, varijs dicendi formis commutatae, quae summam viri cum dicendi facultatem, tum declamandi vim satis per se queant ostendere, quam virtutem, quoad eius à discipulo fieri potest, in Orationibus Choricis expressit. Utetque pius est, ac sæpenumero in suis orationibus, neque abs se, de sacro faciendarum imaginum vsu differunt. Ex Procopij vero præceptoris obitu epitaphij argumentum Choricio est oblatum.

Dorionem meminisse Seneca Rhetor Suisior. I. ad quem locum plures notauimus.

SOPATRI

Excerptorum variorum libri XII.

CLXI.

a. Quem Suid. Apamensem, seu Alexandrinum potius putat. b. Est huius metio inf. pag. 23 G. & in Protegomenis Bened. Aegy ad eiusd. Apollodori Bibliothecam. c. Castore, & Poluce. d. Lege Suidam de qua etiam inf. pag. 205. & Suid.

LECTAE sunt Eclogae variae doctrinae libris duodecim à SOPATRI SOPHISTAE. Collegit autem hoc Opus è multis & diuersis historicis, atque scriptoribus Prius itaque liber de fabulosis Gentium Dijs agit. Electa haec ex i Apollodori libro tertio de Dijs, qui patria Atheniensis Grammaticam docuit. Nec vero è tertio dumtaxat libro hæc selegit, sed & è quarto, quinto, ac nono. Item è primo, duodecimo, decimo, quinto, & decimo sexto, vsque ad quartum & vice summum. Quibus collectaneis, quæ de Dijs fabulosè ficta sunt, quæque historice narrantur, complectitur vniversa, vt & de Heroibus, ac è Dioscūris. De ijs item, qui apud inferos degunt, aliæque id genus plurimæ. Colligit hæc quoque è secundo libro d Iubæ De pictura, & verò etiam ex Athenæi Naueraritæ F. Dipnosophistis. Et ex his quidem primus liber compositus, tantumdemque comprehendit.

de hoc Regum doctissimo, & multis eruditissime scriptis libris clarissimo.

Alter deinde liber è Pamphiles Soteridæ F. Epitomarum libro primo, ac deinceps ad decimum vsque, & ex Artemónis Magnætis F. Narrationibus, de rebus factis mulierum. Adhæc etiam è Diogenis Cynici Apophthegmatibus, alijsque diuersis.

Quia

Quin & ex octauo libro Sapphus. Quæ secundi libri collectanea sunt. Tertius tum liber legitur ex omnigena a Favorini Silia, ex eius, inquam, N. 2, & ordine sequentibus, vno excepto T. vsque ad Ω. Variæ hic adferuntur historiae, & impostorum nominum rationes, atque id genus alia, in quæ tertius definit liber.

Quartus autem ex incerti auctoris libro concinnatus, cuius titulus est: Admirandorum collectanea, & ex i Aristoxeni Miscellanorum commentariis, ac ne ijs quidem omnibus, sed à decimo-sexto dumtaxat libro, atque ex octauo libro Rufi Dramatica historia. Hic incredibilia atque inopinata maximè reperias, & cum Tragædorum, tum Comædorum varia gesta, sermones, vitæque instituta, & similia; ex quibus quartus liber conficitur. Quintus vero collectus è Rufi Musica historiae libris primo, secundo, & tertio. Vbi Tragicorum, ac Comicorum variam inuenies historiam. Quin & Dichyrambos scribentium, & Aulædorum ac Citharædorum, Epithalamiorumque carminum, & hymenæorum, atque cantilenarum in chorea enumerationem. Item de saltatoribus, alijsque in Græcorum theatris visitatis certaminibus. Vnde item, & quo genere nati fuerint, qui apud ipsos viri siue feminae, ad summum in his decus peruenerunt. Quinam etiam singulorum auctores ac principes studiorum extiterint: & qui horum Regibus aut Imperatoribus in delicijs, & amici fuerint. Hoc amplius, qui ludi, & vnde, in quibus attem quisque suam ostendit. De festis quoque diebus, qui à toto Atheniensis populo celebrantur. Hæc igitur omnia; & si quid his forte simile, legentibus quintus liber exhibet. Sextus ab illo collectus liber, ex eiusdem Rufi Musica historiae libro quarto, & quinto. Tibicinum verò, & carminum, quæ vel à viris, vel à feminis ad tibiam cantata fuere, narratio instituitur. Homerus item, Hesiodus, & Antimachus Poætæ, alijsque plurimi ex hoc Poëtarum genere, magnam huius narrationis partem efficiunt. Addit vero & de feminis vaicinandis arte claris. Quæ item, & vnde dicitæ Sibyllæ. Arque hæc quidem à Ruso mutuatur. Sumit & è secundo libro e Halientium Damostrati. Quin & ex Diogenis Laërtij De Philosophorum vita, libro primo, quinto, nono, & decimo. Vbi Philosophorum res exponit. Vnde nimirum nata primum diuina illa res Philosophia, vtque vigerit: qui quarum sectarum auctores ac principes extiterint, quos quisque sui studiosos, aut artis forsitan æmulos habuerit, quos singuli mores præ se tulerint, vnde genus duxerint; quale ab initio vitæ genus sectari sint, quibusque temporibus floruerint.

177

Hinc de Rhetoribus, rebusque ad artem dicendi pertinentibus, ex hoc cognoscas libro licet. Idem etiam ex a Aelij Dionysij scriptis de Alexandria urbe decerptus liber, & ex Hellinaci Aegyptiacis. E quibus vbi fabulosa & fictitia multa cum aliorum item magna varietate collegit, in sexti tandem libri extremum incidet. Septimus postea liber ex Herodoti historiae velut è floribus eleganter ac variè contextus est.

Octauus autem liber excerpta continet è veteri quodam codice, e qui ille ipse, cui colligenti haud est adscriptum nomen. Feminas hic recenset, quarum illustris gloria, famaque esset: virorum item quorundam præclare gesta, & ab his instituta dicendi artis gratiæ colloquia. Amicitia quoque vim, & proborum hominum apophthegmata refert. Sublegit æquè hæc Plutarchi opuscula: Quomodo adolescentem audire deceat

Poëtæ: * De natura & laboribus. Vt nimirum multi sapenunero labore vitiosam naturam correxerint, alij contra bonam ignauia corruperint: vtque in multis, qui in putria à Suida laudantur, & nuper enulgentur. Quæ autè ex his intercederunt, ea tibi iudicanda putauit.

Quomodo quis ex inimicis utilitatem capiat. De animi tranquillitate. Politicas ipsius præceptiones. * De diuitijs. Quomodo se quis in virtute proficere sentiat. Rursum Valeitantis nuptiæ, & Coniugales eiusdem præceptiones. In quibus plurima reperias cum gesta prædicatione digna, tum ad multa tibi perutilia. Hæc fere octauus liber complectitur. Iam Nonus ex eiusdem similiter Plutarchi libellis compendio factus. Vt ex opusculo De sera Numinis vindicta; è vita Demetrii ac Bruti Romani; ex libro, cuius index est Clarorum virorum Apophthegmata. Ex libello g De fluminibus. Quomodo assentatorem ab amico discernas. * Rursum ex Craetis vita, * Daiphantijs, & * Pindari: & ex Opusculo, q Reptum atque Imperatorum Apophthegmata inscriptis. atque ex Coniugalium eius sermonum ci iudicant.

libris à primo ad octauum vsq. Hæc fere Plutarchus suppeditauit. Allata verò nonnulla è Rufi historia Romanae libris, primo, secundo, tertio, & quarto: in quibus occur-

R

rent

a. Videndus de hoc Suidas. b. frequens eius apud Agell. memoria. b. Quem Scl. Suidas nouerit.

c. Qui e. à Suid. da referuntur. Meminit item Aelien. hist. animal. lib. 13. cap. 12

d. A. A. Diobole emendo, cuius sup. Lexicon. A. ricarum Socium leges Cod. CLII. pag. 170. e. Superiori pag. forsitan indicatus.

f. Quorum omnium Catalogum texuit Lamprias à Suida laudantur, & nuper enulgentur. Quæ autè ex his intercederunt, ea tibi iudicanda putauit. g. Et montibus, ex sup. bodie sed alterius esse Plutarchi Crui-

rent pleraque memoratu non indigna, tamen si horum quaedam in fabulas incidant, & prolixiores nugas. Ita se nonus habet liber.

a. Quem novem Musarum appellatione historica Epiomen scripserit (sup. vetul. Photius Cod. 68. pag. 50. Vnum autem hinc eleme- tum a fugisse suspi- cibus, cum verba- rator ibi dicitur si, nisi apud Suid. κηφαλιον, ἢ κηφαλιον λε- γεται. b. Cuius apud Suid. mentio. c. Huius operis librum a. ab A- thenaeo laudatum reperies. lib. 4. d. Quorum no- mina aliquot col- legit diligenter Is. Cuius ad Laer- tium lib. 5.

a. τὸς ἰουδαίους λέγο.

CLXII.

a. Thessalonica, ut docet B. Greg. Mag. epist. 6. lib. 9. b. Monachus ad S. Paulum Roma, ut ibid. B. Greg. c. Quasi iuxta ponantur.

e. Quasi dicas incorruptionis asserotes. De quibus legendus Niceph. lib. 17. cap. 20. f. Epist. Haliar nasseris, qui est Senovo Chalce- donense concilium predicare abnu- ent, a Iustiniano Imp. sede pulsus est. Ut ait Liber- tior in Beneficario cap. 12.

Decimus vero coaluit e Cephalionis Erato, quo libro Alexandri gesta referuntur. Item ex Apollonij Stoici libris, quae sint unquam mulieres philosopharum, quid aliud praclare gesserint, & per quas familiae aliquando in concordiam redacta. Ex Thea- genis quoque Macedoniae patriis. Rursum e Plutarchi vitis Nicia, Alcibiadis, Themio- clois, Theaei, Lycurgi, Solonis, & Alexandri Philippi F. Item e vitis Cimonis ac Lysan- dri, Demosthenis, Periclis, Pelopida, Phocionis, & Aristide: quorum pleraque memo- randa, admirationeque digna. Atque hic decimus liber est.

Undecimus perinde e Plutarchi vitis selecta continet, puta* Epaminunda, Dionis, Agesilai, Agidis, Cleomenis, Eumenis Cardiani, Philopemenis, Timoleontis, & Arati, qui Achaeorum creatus Tribunus pleb. decies septies copias eorum duxit, & in eo imperio praclare gerens. Rursum e vita Pyrrhi Epirotarum regis. Quin & ex i Aristophanis Grammatici, De animalibus libro primo, & secundo, atque ex e historia theatri- cae Iuba regis libro decimo septimo. Atque his quidem undecimus liber constat.

Duodecimus denique coaceruatus est a varijs: vt e Callixeni pictorum ac statuariorum relatione: Ex Aristonico De musaeo Alexandrino: Ex Aristotelis Palisii, Thessalorum, inquam, Achaeorum, Pariorum, Lyciorum, Ciorum, atque adeo omnium, quos ille suis in Politicis commemorat, quorum non vulgarem esse usum constat. Quam in re Sopatri labor hoc duodecimo eius libro consumitur.

Magnam sane utilitatem hae legentibus lubricatio adfert. Etsi enim fabulis, pro- digijs, mendacijs, atque incredibilibus, vt saepius a me dictum, non caret: ex his ipsis ta- men, quae ad variam veluti e penu aliquo promendam doctrinam faciunt, etiam ad vir- tutem atque honestatem facientia decerpere quam plurima licet. Ad bene dicendi vero facultatem, vt ipsemet e ad amicos praefatur, non modicum eadem adferunt emo- lumentum, insignemque utilitatem legenti pariunt. Dicitio eius varia, neque vnus for- ma, tamen perspicuitatem in omnibus seruarit.

EVSEBII EPISCOPI THESSALONICAE

Contra Andream quendam libri X.

LECTI sunt EVSEBII cuiusdam, vt dignitate e Episcopi, sic & fide Orthodoxi, de- cem libri adversus Andream quendam e inclusum, qui horum illi scribendorum causam dedit. Scripserat enim hic ad Eusebium epistolam, quam e κεραυνω γρωσικὸν no- minarat, iureiurando ipsum ad eam legendam adigens. Qua lecta, Eusebius primum quidem hominem increpat, e imperitiam iuxta eius, atque audaciam reprehendens, ostendendo in ipsis etiam syllabis lapsum, & cum verum nullum potuerit sine solacii- mo facere, ad scribendum tamen sese extulisse, instituti sui, simul & quietis oblitum. legendum scripserim dicas, quod ex adverso e altrissecus cum aliorum scriptis legatur. Ut ea inter se com- d Imperium litterarum, & divina scriptura nescium appellat. B. Greg. sup.

Haereticam dein illius sententiam pluribus refellere aggreditur. Erat enim ille ex eorum numero, qui ab improba quam tenebant opinione, e Aphthartodocetae sunt dicti. Primum itaque ostendit illi rationem esse reddendam, cur in vna dumtaxat signi- ficatione corruptionis vocabulo accepto, de solo id peccato dici arbitretur: cum suo vo- cabulorum vsu sancti Patres tradiderint, ad varias omnino res hanc vocem extendi.

Secundo, quod immortale, & impabile, & incorruptibile ex ipsa vnitione corpus CHRISTI Domini dixerit, quemadmodu e Iulianus ausus est asserere, cum tamen in eadem hac affirmer epistola contra Severum & Iulianum, hunc a se susceptum esse laborem, vt qui duas naturas, vel substantias duas in CHRISTO dicere non sustineant, neque duas proprietates, neque actiones duas. Tertio quod Adami corpus asserat ante lapsum, neque mortale esse conditum, neque suapte natura corruptibile, vt nimirum ex hoc, pro ipsius opinione, illud item sequeretur, CHRISTVM Dominum ex ipsa con- iunctione incorruptibile corpus, atque impabile asumpsisse. Vbi sentiendu ipsi fuerat, atque dicendu, Adami corpus mortale quide natura sua fuisse, ac patibile, verum diuina gratia immortale atque impabile custoditum, donec cum praeparatio custodia illa pra- uauit. Hae enim concurs est sanctorum Patrum sententia,

Quarto

Quarto, quod hunc mundum incorruptibilem, interitusque expertem asserat; cum tenendu sit corruptibilem eum esse, atque mutabilem. Plura id genus alia capita, prima hac repositione Episcopus, partim obscure, partim blasphemè dicta reprehendens, cor- rigere hac eadem Andream cohortatus est.

Verum ille, accepta de emendandis suis admonitione, in sinistram inclinavit, & a de- teriora arripuit. Alteru enim mox librum scripsit, quo planius ea, quae prius asseruerat, & (vt arbitratur) demonstratione quadam astruit. In quem librum decem hos, vt di- ximus; e plus ille Eusebius conscripsit: quibus probat ipsum non contentum illis fidei terminis, quos facta Concilia statuisent, peculiarem quandam fidei expositionem au- dacter composuisse: multa quoque sanctorum Patrum dicta discerpta atque adultera- ta, vi in suam detorsisse sententiam. Veteri adhuc, & nouo Testamento, ac SS. Pa- tribus eum aduersari, dum incorruptibilem & expertem interitus mundum asserit. Mutatione praeterea illum, transformationem, ac fluxum, reprehendenda esse dicere, non minus quam illa, quae ex vitio sitate ortum habent perpeffiones: ac CARISTVM propterea Dominum nostrum immutabile corpus, atque impabile, & incorruptum, minimeque fluxum assumpsisse. Rursum autem eum reprehendit, dum affirmat mun- dum hunc aeternum esse, & ingenerabilem atque incorruptibilem: neque tamen elemen- torum illam transmutationem recipit, quae ad aeternitatem illius constituendam adfer- tur, vt pote quod hae etiam inter illas passiones sit, quas reprehensibiles ille esse cer- to docet. Deinde quod Adamum incorrupto, & immortalis suapte vi, & impabili cor- pore effectum dicat: hoc amplius addito, ipsum quoque terrae lutum, ex quo formatum corpus erat, corruptionis expert fuisse. Reprehendit eundem iterum, quod corruptio- nis vocabulo, vnicam dumtaxat subesse notionem asseruerit. Vbi etiam illud demon- strat, neque corruptionis, neque mortis, neque vitio sae alicuius passionis, sed neque culpanda- rum quidem cogitationum auctorem esse DEVM, tamen si corruptibilium ac mortali- um substantiarum auctor existat: quod illa de non existentium numero sint, & per se ipsa substantiam nullam habeant. Carpit item Andream, quod CHRISTI Domini corpus ex ipsa vnitione impabile, incorruptibile, & incommutabile dixerit: ostenditque ipsum ad hoc stabilendum, vt quidem putabar, reliqua illa de mundo, & Adamo absurde tradidisse.

Demonstrat autem eodem hoc in opere Eusebius, quot quantisque notionibus e corruptionis vocabula in sacris literis vsurpentur. Etenim dicitur de naturalibus, mi- nimeque reprehendis affectionibus; & de labore, morbo, atque senectute vsurpari. Nam e adolescentiae corruptio senectus est: vt e labores, fatigationesque robur cor- poris destruant. Dicitur insuper de corporis afflictione in Aesceticis, ac spiritali certami- ne. Sic enim loqui Apostolum: Licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur; tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem: & quae sequuntur. Adhiberi quoque affirmat in il- lata corpori afflictione, siue in tabe & plagis, atque punitione. Dici vero & de noxa si- ue partis siue totius in animantibus, femine ac stirpibus: immo & de morte ipsa. Ad- haec de dissolutione vsurpari, ac de fluxu corporum, quae humi conditis accidere solet. Praeterea de vitiosa quoque in malum affectione, siue de peccatis. Tot igitur modis cor- ruptionis nomen adhiberi eum possit, lapsum esse merito Andream ostendit, qui vnam dumtaxat his vocibus subesse significationem, tradiderit.

Confirmat deinde haec suas Reprehensiones e libris S. Scripturae, veteris iuxta, ac noui instrumenti. Patrum item lectissimorum sententij, Athanasij, & trium Gregorio- rum; admirandorum inquam illius patris, & Gregorij Theologi, ac B. Nysse- ni Episcopi. Basilij similiter Caesareae antistitis, & Ioannis Chrysostomi, Cyrilli Alexan- driae, & Constantinopolitanae sedis praefuli e Procli, sancti adhuc Martyris e Metho- dij, & e Codrati. Quorundam enim ex his dicta quaedam Andreas auulserat, ac per- uerterat, h simulque malitiose, aut imperite interpretando, errorem suum ex illis, vt si- bi quidem persuasit, confirmarat. Verum ob haec omnia, quae modo dixi, iustas Euse- bio penas dedit, e ob adulterationem, inquam, SS. Patrum, & improbitatem, atque inficitiam: quod quae haereticorum dicta quaedam compilans, sanctis ea partibus attri- buere

a. Quare nec multo post dam- natus in Concil. Rom. Sit referat Card. Baron. ad A. Chr. Cor. sub fin. b. e iocibus Eu- sebij. c. ἀπολασιν καὶ μεταστοιχείωσιν, καὶ πύσιν.

d. ἢ τὸς φλογαί, ἢ τὸς κηροφλο- γαί, καὶ ἡὲν τὸς διαφθόρας ἀνομοί.

e. Cor. 4. 16.

e. De quo Baron. Card. To. V. e. Notis ad Marty- vol. 24. Octob. f. Cuius memi- nit B. Hieron. in Catalogo. S. Epi- phan. haeset. G. Suidas, Tabula Catal. Euseb. lib. IV. hist. Eccles. cap. 3. e alibi. e Martyrol. Rom. 26. Maij. De his omnibus lege Niceph. h. Lego ἅμα διευκλ. i. Sicut e Eusebij huius apud se depositam ad B. Greg. Epistolam corruptit: e sermones errorum plenos eiusdem Pontif. maxime falsè inscripsit. Ut propterea damnatum in Synodo Romana Greg. anno XII. e superiore discip. Episc.

buerē sit ausus. Ostendit postea ex ijs, quæ ineptiendo proferebat, statuere illum cered, nihil CHRIS TVM Dominum resurgendo mutatum de corruptione in incorruptionē, æque esse impabilem in humanitate, vt in diuinitate: ausumq; blasphemos appellare ceteros, qui sentirent ac dicerent, mortali ac patibili corpore verlatum in terris CHRIS TVM Dominum, cum ipse non erubesceret, etiam post superatos cruciatus, & mortem ac corruptionem sublatam, patibile esse Domini corpus prodigioso mendacio asserere, nihil interim aduertens, dum Orthodoxos a Phthartolatras per iniuriam appellat, suis ipsum verbis b Pathetolatram se reuera probare.

a. Quasi dicas Corruptibili- colas. b. Pavi forma Patibilicolam, dixit.

c. Theologi no- stri in scholis ho- die Propassio- nes nominant.

d. 2/3 τὴν ἀνο- μοίαν.

e. ἀπαθείαν.

Addit dein iterum SS. Patrum sententias, ostenditque patibile ac mortale, & quod hinc sequitur, corruptibile CHRIS TI corpus fuisse, vsque ad gloriosam eius, resur- rectionem: inde vero immortale atque impabile per ipsam esse redditum. Vanum item esse Andream indicat, qui Orthodoxis probrosam Phthartolatrarum obijciat cognomentum. In Arium enim, Actium, Eunomium, Apollinarium, atque Nestori- um, non in pios, hanc quadrare appellationem. Illud quoque docet Eusebius, Domi- num Deumque nostrum, vt naturales minimeque reprehendendas perfections, tan- quam Naturæ opifex atque architectus assumpsit (quæ e non passiones proprie, sed o- pera naturæ magis proprie appellantur) sic proprie dictas passiones, siue a vitiositate profectas, omnino suscipere non potuisse. non item quo ante Resurrectionem ederat acerbiter modo, etiam postquam ab inferis exstitisset, cum discipulis vna edisse ac bi- bisse: sed prius illud quidem ex naturæ legibus fecisse, fluxam carnem cibo ac potu re- uera reparando atque corroborando; hoc vero supra naturæ ordinem a procurandæ sal- utis nostræ gratia gessisse, vt discipuli crederent, & per illos fideles omnes, idem omni- no corpus, quod cruciatibus excarnificatum, atque in crucem actum fuisset, a mortuis surrexisset: neque aliud esse ab illo, quantumuis iam ad incorruptionem & e indolenti- am transformatum esset. Hæc vbi Eusebius diuine docuit, decimum tandem librum absoluit. Stylus ei clarus est, & simplex, puroque dicendi genere vitur, atque vbi opus est, etiam benè distincto.

VINDANII ANATOLII BERYTI

CLXIII.

Collectaneorum de agriculturæ disciplina libri XII.

LEGI VINDANII ANATOLII Beryti de agriculturæ disciplina collectanea. Con- flatum autem hic ab eo liber est è Democrito & Africani atque Tarantini scriptis, A- puleij quoque, & Florentij, Valentis, Leonis, a Pamphili; tum vel maximè ex Dio- phanis Paradoxis. Opus duodecim absolutur libris, vtile sanè, vt ipsa nos experientia in multis docuit, ad terram excolendam, laboresque rusticos, quin fere cæteris vtilior hic liber, quotquot in ea ipsa re elaboratur. Continet tamen nonnulla prodigijs simi- lia, fidemq; excedentiâ, & Græcis referta fabulis, quæ præterire pium decet agricolâ, cætera quæ vsui futura sint, arripientem. Et verò alij omnes, qui de re rustica scripse- runt, eadem ferè de iisdem, quantum videre potui, prodiderunt, neque in multis adeo differunt. Quibus autem inter se dissident, in his Leonis experimenta cæteris ante- ponuntur omnibus.

a. Tres huic Ge- orgiocrum libros tribuit Suidas.

CLXIV.

GALENVS

De sectis Medicorum.

LEGIMVS GALENI librum de sectis. Dissertit autem de sectis, quæ in arte medica inter se conspirant. Eas tres ait esse potissimas. Nam Logicam appellatam, quam & Dogmaticam agnominat, & Analogisticam. Alteram vero Empiricam dictam, hanc Obseruatricem quoque, ac Memoriam nominat. Tertiam denique Methodicam. 182 Dissertit autem inter se cum alijs rebus, tum inuentionis modo. Dogmaticus enim medicus, ex eo quod ratiocinando curandi Methodos reperiat, artem suam constituit. Empiricus vero non ratiocinatione, sed experimento, atque obseruatione artem colligit. Iam Methodicus, qui & ratione vsum se, & experimento proficitur, etsi horum neutro satis accuratè vtatur, ab vtrisque illis merito distinctus censetur.

Libr.

Liber hic tres in partes secatur: quarum in prima quidem Empiricam atque dog- maticam graphicè describit; vbi etiam, qualis vtriusque natura sit, ostendit. Altera verò parte duas inuicem sectas valde contententes, & de principatu certantes componit. Tertia denique Methodicam producit, & quidem cum alijs superscriptis duabus pu- gnantem, qualibet è tribus sectis sua iura proferente, & reliquas vincere fatagente. Atque hic tertij libri finis est. Illud clarum, opus hoc inter cetera artis medicæ scri- pta omnibus præferri oportere. siquidem discere cõuenit, quæ secta inter omnes opti- ma sit, vt eam deinde secteris. Videtur autem non proprie medicus habendus liber hic, sed procemij vicem præbere, atque ad Philosophiam potius pertinere.

Certum item illud, ad dictionem quod attinet, atque compositionem, purum eum esse, ac venustum. Harum enim vbi que formarum studiosus in primis Galenus existit, tametsi in plerisque scriptis intempestiuus suis sermonibus ac digressionibus, prælongisque periodis a non sine molestia libros commisceat, dictorum sensum ob- scuret, & orationis seriem quodammodo abrumpat, lectorem etiam ipsum longiori- bus hisce deliramentis in negligentiam abducens: quibus saltem vitis vacat hoc de sectis opus.

a. Quæritur lego.

HIMERII SOPHISTÆ

Declamationes.

CLXV.

LECTÆ sunt a HIMERII SOPHISTÆ Declamationes, seu orationes varia. 183 Suasoriæ duæ: Iudiciales tres: quarum etiam edit c argumenta. Et sualoriarum quidem prima Hyperidi affingit, quasi super Demosthene deliberatio sit, [inf. pag. 574.] Alteram verò ipsi Demostheni, consultationem super Eschine efformanti. [inf. pag. 574.] Trium reliquarum prima contra Epicurum velut impietatis reum instituitur. [inf. pag. 578.] Altera aduersus diuitem, qui pauperis integram domum scelestis suis facinoribus exhauserat, ipsamque aded pauperem inducit causam hanc peroran- tem. Tertia Themistoclem facit aduersus Persarum regem sententiam dicentem, quando hic ad amolendum bellum promissa pacis adferebat. [inf. pag. 586.]

a. Vide Suidam. b. Eorum excer- pta quadam inf. reperies Cod. CCLXIII. pag. 574. quarum hinc tibi singulorum locum indicans dnm diximus. c. ad Democritum quasi Prefatio- nes ad ea, qua dicuntur.

Hæc autem ab eo sunt orationes conscriptæ, vt in iis quodammodo plus quàm in ceteris, dicentem vim suam, sententiarumque florem a pro viribus exhiberet. Ad imi- tationem enim Demosthenis e circumductionibus abundat, ac multis schematis variè distinguitur. Ideis item pulchre orationes temperat, sublimes se dicendi genere magis efferens. Verbis ad hæc vitur, quæ (ad formam saltem quod attinet) neque ob pro- priam suam notionem, neque ob emphasim a perspicuitate recedunt: etsi, quia f nomi- num dissolutiones vt plurimum sunt, aures quidem cum incunditate peregrino suo sono feriunt, sed non æquè à vulgo intelliguntur. Clarus quoque est earum rerum ob- seruatione, quæ ad distinctam orationem proprie pertinent. Vitur etiam, vt diximus, complexione cum alibi, tum vbi rei alicuius rationem reddit. Dum verò incitatis sche- matibus suam redditionem apponit, simul etiam omnem, quæ ex illis orta fuerat, ob- scuritatem tollit. Hyperbatum præterea, ac tropum, etsi rarius quàm complexionem, frequenter tamen hic & scitè adhibet, non sine contentione atque velocitate, cum quidem ita opus est. Talem igitur se in iis, quas enumeravi, orationibus exhibet.

d. ἡγοῦ ἄνευ εἰς δὲ αὐτοῦ lego. e. πρὸς ἑκάστου, de quibus Themio- genes lib. I. Idearum.

f. λέγουσιν ἐπιπέ- τω, quas Demo- critus Phalaricus fieri scripsit no- θιστοῦ ὀλίγου τῶ εἰς λόγους οἷον εἰς προσηγο- ρίας. Vide tibi dedit. P. Victorii comment. & Aristot. rhetor. lib. III.

Subiicit his Polemarchicum [vt vocat:] iquæ quidem oratio eorum, qui pro patriæ libertate cum Persis fortiter pugnando ceciderunt, laudatio est, & belli simul breuem laudem continet. [inf. pag. 591.]

Hanc excipit Areopagitica, siue pro libertate Rufini filij, quæ fictitia non est, vt neque sequens in eundem filium recens vita functum Monodia. [vtræq; inf. pag. 594.]

Dehinc Epithalamius sermo in Senerum socium, qui nec ipse ficticius est, & ite- rum argumentum præfixum habet. [inf. pag. 596.]

Deinceps Diogenes, seu g Propempticus. Hæc quoque argumento ornatur ac dialogorum more fictis personis conformata est. [inf. pag. 598.]

Hinc ad locios h Syntactericus, quâdo Corinthum proficisceretur. [inf. pag. 600.]

R 3

Propempti-

g. Qui sancti omnis causa ad hominem max profecturam ha- betur. h. Idem qui ἀποπελάσθη, vt docet doctiss. Billius ad S. Ioan. Damaseni orat. de fidelib. defunct. schol. 48. & S. Greg. Nazianz. orat. XXII. describitur, ὁ ἐν ἑσθλοῖς τῶν πῶρων τῶν τῶν ἀποπελάσθη ἀποκατασταθεῖς. Vide de hoc, alijsq; apud Himerium ora- tionum generibus, Menandrum Sophistam in Epidicticis.

a. Hac illa for- sitan est, qua in- ter excerpta, in aduenam Aegy- ptium inscribitur, inf. pag. 605. b. Ex tempore dictum reddit Glossar. Serus. inf. autarxidios vocat. c. in idem. d. De quo Suid. e. ναυα: de qua multa leges apud Menan- drum Sophisti. in Epidicticis.

f. Quem Persa Salem putant. Lege Suid. Bris- son. & alios, qui hanc vocem per idem ferè scripserunt.

g. Propemptica ad Ampelium inf.

Propempterius alter ad Flavianum Asiae consulens factum. [inf. pag. 601.] Deinde in a Pisonem aduenam. Rursus Propemptica, quae & Diogeni inscribitur. [inf. pag. 604.] Hinc b Schedium, ob contentionem in schola exortam. [inf. pag. 606.] In Cyprorum aduentum. [ibid.] In primum suum e Cappadocia auditorem. [inf. pag. 607.] Mox e ingenij quoddam specimen, quando ut diceret rogatus recusauit primum: de quo tamen ipso postea dixerit, Pulchra omnia etiam esse rara. [inf. ibid.] In a Mysianum Graecia proconsulem. [inf. pag. 608.] In Severum quoque aduenam, Symplegatae praefectum. [ibid. inf.] Hinc e Sermocinatio. [inf. pag. 609.] In Vrsacium Comitem. [inf. ead.] In Severum sodalem. [ibid.] In Scylacium Graecia proconsulem. [pag. 610.] In Ephesios hospites, ac Mylos, Leonisque ciues. [ibid. inf.] In sodales e patria. [ibid.] In Athenarum Comitem. In Priuatum domo Romanum, qui Ampelij proconsulis filium instituebat. [inf. pag. 611.] In reditum Corintho. [ibid.] In Phoebum Alexandri proconsulis filium. [inf. pag. 613.] In Arcadium medicum & comitem. [ibid.] Oratio quoque Propemptica in amicos, qui nuper venerant. [inf. pag. 613. & seq.] Altera item in Flavianum. [pag. 614.] Epithalamium quoque dictum in Panathenaeum. Hinc Sermocinatio vna, & item altera. Disputatio habita Philippis, cum euocatus a Iuliano Imp. iter illac haberet. Post oratio habita in vrbe, in ipsius Constantinopolis laudem, ac Iuliani Caesaris. In sacrificium f. Mythra. Dissertatio in Salustium Praefectum, cui & argumentum annexum. Iterumque g in Ampelium proconsulem. In sodales sui natalem diem. Sermocinatio quoque in sanitatem socij. In insidians. In Basilium proconsulem. In eundem rursus. In Hermogenem pariter, qui Graeciae proconsulatum gerebat. In Plocianum itidem proconsulem. Iterumque h in Ampelium procosi. [inf. pag. 611.] In Graecia proconsulem praetextatum, atque sodales. Hinc ad Iulianum Imp. discessum adornans. Deinde Nicomedia habita oratio hortatu praetoris Pompeiani. Mox in aduenas. Rursus in aduenam. Deinde in Zenonem socium. Et in Aphobinum aduenam. In eum qui a Neptuni oraculo reuerteretur. In eos pariter, qui ex Ionia aduentassent. In Ionas hospites. Ex tempore quoque in sociorum laudem recitatum. Oratio, quam amico Constantinopolitano tradidit. Sermo quoque inter amicos post reditum e patria. De isto docendi munere extemporalis Disputatio. Obiurgatio eorum, qui negligenter orationes audirent. Schedium in quosdam ad se ventitantes discipulos, qui respuere frenos videbantur.

In Cyrianum cum sociis, qui cum petulantia eum audierant, dum schedium suum recitaret.

Adhortatio quoque ad rerum varietatem in dicendo sectandam.

Dissertatio post vulneris medelam.

Dein oratio post reditum Corintho.

In sylum ac socios.

In urbem Lacedamoniorum, quando somnio obsequens, a Amyclum Deum praecaturus accessit: & non oportere recitationes omnes publice pronuntiare.

Sermocinatio, oportere in gymnasio versari.

Altera Corinthi edita.

Has, puto, nec plures orationes Himerij sophistae b ferè septuaginta, me praesente, c studiosè legisti. In quibus omnibus eadem dictionis forma, eademque figura seruata, circumductionem ita ac tropum adhibet, rædium vt nullum pariat ingeniosus, & quasi familiaris redditus troporum vsus. Immo nemo haecenus, mea quidem sententia, aut venustius, aut iucundius tropis vsus est. Exemplis porrò ex historia, fabulisque omnigenis scripta eius referta sunt, vel ad demonstrationem, vel similitudinem, vel voluptatem, & pulchritudinem rei, qua de agitur: quibus orationem suam & emendatiorem efficit, & variè exornat. Quin & exordia interdum ipsa, atque epilogi, & quae quasi d contentiones [vocat,] his ab eo rebus exornantur: e non raro insuper iis antea delineatis quae post tractaturus est.

Verum in dicendo talis tantusque cum esset, impiè tamen de religione sensisse perspicuum est, latenterque mordentes imitatus canes, Christianos allatrat. Vixit Constantio, & impiissimo Iuliano Imp. atque Athenis eloquentiae ludo doctor praefuit.

Item alloquitur. d. Vulgè Confirmationes. e. κατά κληρονομίαν τῆς ἀσθενείας.

ANTONII DIOGENIS

Incredibilem de Thule insula libri XXIV.

CLXVI.

LECTI sunt ANTONII DIOGENIS incredibilem de a Thule insula libri quatuorviginti. Dramatici sunt: & dictio ipsa ita clara, ita pura, vt minus egeat perspicuitate. Per narrationum quoque diuerticula iucunditatis plurimum sensis inest: quando & ad fabulas propius accedit elocutio, & incredibilem narrationum siluam cum verisimili tamen fictione atque apparatu sibi suppeditat.

Inducitur itaque Dinius quidam nomine, vt exigebat historia, vna cum filio Demochare patria profugus, qui per Pontum, & a Caspio atque Hyrcanio mari ad Rhizos, vt vocantur, montes, & Tanais fluminis ostia primùm delati: ingentibus deinde adacti rigoribus ad Scythicum conuersi Oceanum, atque hinc ad Orientalem tendentes, ad Solis orientis partes venerunt: vnde circulo factò, exterius mare longo tempore, variisque erroribus circumiere. Errorum socij sunt Carmanes, Meniscus, & Azulis: atque in Thule denique insula stationem interim errorum quandam constituerunt. In hac ipsa insula cum Dercyllide quadam Dinius consuetudinem habuit: quae genere Tyria, & claris in ea vrbe natalibus orta, cum b fratre Mantinia hoc in loco versabatur. Cum illa igitur Dinius consuescens, eius audit fratrisque iactationes, & quanta mala Paastius quidam, Aegyptij sacrificulus, intulerit. Hic enim cum vastata eius patria, Tyrum migrasset, & hospitio acceptus a parentibus horum fratrum, Mantiniae atque Dercyllidis, beneuolus primùm in bene de se meritos, familiamque ad eò vniuersam esse videretur: ingentibus postea malis domum, hosque, & eorum parentes affectit. Refert deinde quomodo in Rhodum, post tantas familiae calamitates, cum fratre abducta sit, indeque in Cretam errore delata fuerit, mox ad Tyrrenos, & rursus inde ad Cimmericos, quos nominant, vrque apud hos inferos spectarit, & eorum multa, quae ibidem sunt, didicisset: Myrto magistra vsa, sua quadam pedisequa, quae olim vita abierat, & à morte dominam docebat.

Haec itaque narrare incipit Dinius Cymbae cuidam nomine, domo Arcadia, quem commune Arcadium legatum miserat Tyrum, Diniam ibi rogantes, vt ad ipsos in patriam suam rediret. At quoniam ipsum iam grauis senij aetas prohibebat, fingitur hic re-

a. Apollinem, qui Amyclis Laconicus colebatur. Nam quo proverbio celebrantur Amyclae, in Latine fuerunt. b. Vnam supra septuaginta hic numero. Excerpta vero duarum, hoc loco praetertarum, inf. Cod. 243. colligo. Ex Proemptico pag. 605. Et ex oratione in Anacoliu Cod pag. 612. c. Tarasij gra-

a. Ad Geogra- phos de hac ve- riora narrati- vos, & imprimis Procop. Gothic. secundo, Ortelij Islandiam in theatro. Franc. Petrarch. lib. 3. epist. 1. Gnl. Camden. de in- sulis Britan. & alios. b. ἀδελφῶ λέ- γendum docent sequentia. c. Qui Paapis deinceps perpetuo nominatur.

hic referre, tum ea quæ ipsemet erroribus iactatus viderat, tum quæ ab aliis conspecta acceperat, quæ quæ à Dercyllide in Thule narrata didicerat: supra dictum, inquam, eius errorem, ut quæ post suum illa reditum ab inferis, cum Ceryllo & Astræo (iam enim à fratre segregata erat) ad Sirenes venerit sepulchrum: & quæ rursum ipsa ex Astræi sermone cognoverit de Pythagora, & Mnesarcho: qualia vicissim Astræus ex Philotide didicerit, & in fratribus ipsius spectrum, visum quæ planè fabulosum: & quæcunque rursum Dercyllis ad suos reuera errores tetulit, ut in hominum civitatem incidit in Iberia, qui noctu quidem viderent: interdium autem quotidie cæcutirent. Quæ item ibi Astræus tibia canens, hostibus eorum fecerit, ut quæ benevoli inde dimissi in Celtas incidit, gentem immanem ac stolidam, quos in equis ipsi effugerint, quæ quæ in mutato equorum colore acciderint: ut hinc ad Aquitanos penetrarint, quantos quæ honores ibi adepti sint Dercyllis atque Ceryllus; & hoc amplius Astræus, quod oculorum 186 a suorum incremento atque decremento, Lunæ quoque designaret alternationes, quod quæ contentionem distimeret, duos inter reges de principatu contententes, qui iuxta tales Lunæ vicissitudines invicem succedebant in imperio, ut ob ista etiam populo illi Astræus carus acceptus quæ fuerit.

Narrat præter hæc Dinias, Dercyllida cum alia vidisse atque pertulisse, tum ut ad b Artabros perveniret, ubi feminæ bella gerunt, viri autem domum custodiunt, ac muliebria quæ quæ obeunt officia: quæ item apud Asturum gentem, ipsi Ceryllo quæ contigerint, & quæ Astræo quoque priuatim acciderint: ut quæ præter omnem spem frequentia apud Asturos pericula cum effugissent Ceryllus cum Dercyllide, pœnam tamen ille, quam improbitatis olim causa commertus esset, non effugerit, sed ut inopinatio pericula hæc euaserit, ita etiam tandem excarnificatum fuisse. Refert postea quænam per Italiam, Siciliam quæ oberrans illa viderit. Ut in Eryce Siciliæ civitate comprehensa, ad Sænidemum, qui tunc Leontinis imperabat, adducta fuerit: ubi rursum in Paapidem, sceleratissimum illum hominem, apud regem agentem incidit, reperit quæ nec opinatio calamitatis ingentis solatium, Mantiniam fratrem, qui diu multum quæ iactatus, varia quoque, & incredibilia, quæ cum in hominibus, ac ceteris animantibus, tum circa Solem ipsum & Lunam, plantas quæ, & insulas potissimum spectarat, sorori commemoravit, vberem quæ admodum præbuit fabularum materiam; quas Dinias postmodum illa referret, quæ hic omnia ipse connexuisse, & Cymbæ Arcadi retulisse fingitur.

Addit dehinc, ut Mantinias cum Dercyllide (Paapidis perâ cum libris, herbarum quæ arcu sublata) Rhegium à Leontinis traiecerint, inde quæ Metapontium, ubi eos Astræus affecutus, Paapin vestigia eorum subsequi significavit, ut quæ Astræum hi in Thraciam, & Masagetas ad Zamolxin socium proficiscentem secuti sint. Quid item ille hac in profectioe conspexerit, ac quomodo in Zamolxida incidit, apud Geras iam tum pro Deo cultum: quæ quæ dicere, ac postulare pro se Astræum iusserint Dercyllis atque Mantinias: ut tibi oraculum illis datum sit, in Thulen insulam deferri satis esse destinatum: tandem tamen in patriam redituros, sed cum alia prius aduersa passuros, tum d impietatis in parentes (tametsi deliquissent inuiti) pœnas daturus: vitam nimirum ipsi cum morte alternis vicibus commutatam iri, & noctu quidem vituros, interdium verò semper mortuos futuros. Refert insuper, ut hoc auditu vaticinio, inde discesserint, Astræo cum Zamolxide summa apud Geras in existimatione relicta: quæ item ad Boream videre admiranda atque audire ipsi contigerit. Hæc cum omnia Dinias in Thule, Dercyllide narrante, audisset, eadem nunc referre pergit Cymbæ Arcadi. Ad hæc etiam, ut Paapis Dercyllidis vestigia insecutus, in ea insula ipsi su- 187 perveniret, & arte sua magica hoc effecerit, ut interdium morentur, nocte verò accedente reuiuiscerent; hoc tantum ritu ad illud efficiendum vultus, quod publicè in illorum faciem conspueret. Thufcanum item quendam, Thule oriundum, Dercyllidis amore captum, viso amatam suam Paapidis malis artibus in eum morbum incidisse, ingentem ad eum cepisse dolorem, ut subito Paapida inuadens gladio percussisset, atque interfecerit. Hunc vix tandem Tyrios malorum reperisset exitum. Thufcanum tamen postquam Dercyllida mortuæ similem iacere conspexit, mortem sibi quoque consciuisse. Hæc igitur omnia, & alia id genus plurima, ut eorum sepulcrum, & è tumulo reditum, amores Mantinias, quæ quæ hinc illis acciderunt, & eius farina multa cum Dinias

b. Hodiè Cabo de finis tetrae, nautarum Sclago, apud Ortel. in Thesaur. Memore Plin. Strabo, Mela, & alij.

e. Plura de hoc apud Strab. lib. 7. Suidam, & Herodot. Melpomene. d. De qua seq. pag. e. Quæ ratione motus Siciliæ LX. supra spingentis se- pichales decubunt inscriptio- nes inf. pag. 189.

Dinias in Thule insula, Dercyllide referente, cognouisset, inducitur nunc eadem Cymbæ Arcadi commemorans. Atque hic tandem finis est tertij & vicesimi libri, Antonij Diogenis incredibilium de Thule inscripti, cum nihil pene, ac nisi pauca tantum ab initio huius Operis de hac insula memoriæ prodiderit.

Quartus verò & vicesimus liber inducit Azulin narrantem, atque inde etiam Diniam ad ea, quæ antea Cymbæ retulisset, Azulidis gesta cumulantem. Quo modo nimirum præstigiatarum illarum rationem deprehenderit, quibus Paapis Dercyllida, & Mantiniam ludificarat, nocte quidem ut viuentes apparerent, interdium verò mortui: ut quæ malum illud depulerit, cum modum ac rationem huius cruciatus, eius quæ curandam didicisset ex perula Paapidis, quam secum Mantinias atque Dercyllis attulerant. Neque hoc solum, sed & illud reperit, quomodo Dercyllis & Mantinias parentes iacentes ingenti malo liberare possent. hos enim illi ex Paapidis præscripto, quasi hoc sibi profuturum esset, graui affecerat in com modo, cum longo eos tempore mortuorum instar iacere fecissent. Accedit huc, ut Dercyllis, & Mantinias in patriam properarint, parentibus ut vitam salutem quæ redderent.

Dinias interim vnâ cū Carmane, & Menisco, separato ab ipsis Azulide, vltra ipsam Thulen etiam oberruit. quo quidem in errore quæ supra Thulen incredibilia viderit, nunc inducitur referre Cymbæ: ea nimirum à se conspecta esse dicens, quæ & astrorum studiosi docere solent. Qualia sunt ista: Habitare quosdam posse sub polo arctico, & noctem inueniri vnus mensis, aliam quæ qua breuiorem, qua longiorem, ut sex etiam mensium, & summum anni vnus spatium teneat. Neque verò noctem solum eo usque produci, sed diem etiam ipsum noctibus his proportionem respondere: alia quæ id genus à se visa nuntiat. Homines item conspexisse se, & quædam alia fabulatur, qualia mortalium nemo vidit, audiuit, sed ne mente quidem effinxit. Hoc autem omnium maximè omnem excedit fidem, quod Boream versus profecti ad Lunam propius, tanquam ad purissimam quædam tellurem, accesserint, indidem quæ cernere poterint ea, quæ vidisse par est eum, qui nugas huiusmodi supra fidem cõsixerit. Ad hæc & Sibylam vaticinam artem à Carmane didicisse tradit, ac vota post ista quem quæ sua & precibus concepisse, atque ut optarant, res de in singulis cecidisse: hinc enim è somno ait excitatæ Tyri in templo b Herculis repertum: vnde cum surrexisset, ipsam quoque Dercyllida & Mantiniam reperisse, cum cetera bellè hæc tenus egisse, tum parentes suos è longo illo sine somno, sine interitu potius, c feliciter excitasse, beatam quæ modò in omnibus vitam ducere. Hæc Cymbæ Dinias fabulosè retulit, prolatis quæ cupressinis tabulis, inscribere eas iubet Erasimidem Atheniensem, Cymbæ comitem, litterarum non imperitum. Ostendit etiam ipsi Dercyllida (hæc enim cupressinas illas tabulas attulit) Cymbæ quæ negotium dedit, ut duplici exemplo eis hæc tenus narrata inscriberetur: & alteram quidem tabellarum ille penes se haberet: alteram verò Dercyllida cum è vita decessisset, suo in tumulo capsulæ impostam collocaturam.

Diogenes igitur, idem quæ Antoninus, qui hæc omnes prodigiis similes fabulas Diniam facit Cymbæ narrantem, Faustino tamen scribit: De incredibilibus se, quæ vltra Thulen essent, scribere, & Isidorus sorori, literis cum primis dedit, hæc ipsa dedicare. Veteris præterea comædiæ Poetam se proficetur: ac licet falsa, ea quæ incredibilia sinxerit, habere tamen de his ipsi fabulis testes longè antiquiores, è quorum scriptis summo hæc labore contulerit. Singulis deinde libris auctores laudat, qui eadem antea in litteras miserint, ne teste scilicet idoneo carere etiam incredibilia illa viderentur.

Ipsò igitur Operis initio epistolam ad Isidoram sororem scribit, qua licet hoc illi volumen in scriptum esse ostendat, Balagram nihilò secius quendam ibi vxori suæ, Philæ nomine, Antipatri filia, scribentem narrantem quæ facit, cum ab Alexandro Macedonum rege Tyrus caperetur, & ignis plurima deuastaret, venisse ad Alexandrum militem, qui se peregrinum quid, præter quæ opinionem in dicandum habere diceret. Esse enim quid extra oppidum spectata dignum. Regem itaque adsumtis vna secum Heptastione, & Parmenione sociis, militem secutum ad tumulos è lapide subterraneos quosdam peruenisse, quorum alius sic esset inscriptus: LYSILLA VIXIT ANNOS xxxv. Alter verò sic: MNASON MANTINIAE F. VIXIT ANNOS LXVI. d POST

189 LXXI. Alius verò titulus erat: ARISTION PHILOCLIS F. VIXIT ANNOS XLVII. d POST LII. Alius rursum sic inscriptus lapis: MANTINIAS MNASONIS sup. pag. 187.

a. Habitari in Luna, camis, esse terram multarum Sribum & montium, dixit olim Xenophanes, & refert Cic. Acad. quest. 2. b. Vide Arrian. Curt. Greg. Gyr. ad de hoc Hercule. c. Herbis etiam homines ad Sita reuocatos fabulatur Plin. lib. 25. cap. 2. & Apollod. lib. 3. Biblioth. Claud. cum Minos F. sic quoque Sita restitutum refert.

d. Iacturæ enim mortui toto eo tempore, quo Mantinias atque Dercyllis in Thulen & quæ oberarunt, domer post ad horum reditum reuixerunt. Et fabulatur sup. pag. 187.

F. ANNOS VIXIT XLII. NOCTESQUE LX. ET IOCC. Item alius: DERCYLLIS
MNASONIS FILIA ANNOS VIXIT XXXIX. NOCTESQUE LX. ET IOCC. Se-
xtus verò tumultus hoc epigrammate: DINIAS ARGAS VIXIT ANNOS C. ET XXV.
His lectis dum animi pendunt (preterquam in primo tumultu, cuius clarior erat titulus)
ad parietem inciderunt in arculam è cupresso fabricatam, cui sic inscriptum:

HOSPES QVISQVIS ES
APERI
VT DISCAS QVÆ
ADMIRARIS.

Aperto igitur ab Alexandri sociis scrinio, cyparissinas inveniunt tabellas, quas
vt apparet, Dercyllis ibi Dinia mandato collocarat. Hæc ferè vxori scribentem Bala-
grum inducit, quodque cyparissinas istas tabulas transcribens, eidem coniugi transmi-
serit. Ab hac occasione fertur deinceps oratio ad cupressinarum lectionem, scriptio-
nemq; tabularum, & Dinias quoq; adest narrans, quæ præ diximus, Cymbæ. Ad hunc ergo
modum, ac de his ferè rebus dramatis est fictio ab Antonio Diogene composita.

Videtur autem ipse tempore prior esse iis, & qui talia studiosè confinxerunt, vt &
Luciano, Lucio, & Iamblichio, & Achille Tatio, & Heliodoro, atque f. Damascio. Natu
& verarum Luciani narrationum & transformationum Lucij fontem hunc & radicem
dixeris. Quin & eorum, quæ de Sinonide ac Rodane, de Leucippe ac Clitophonte, de
Chariclea ac Theagene, de que fictis eorum rebus, erroribus, amoribus quoq; & raptu
atque periculis composita sunt, Dercyllis, Ceryllus, Thruscanus, ac Dinias exemplum
præbuisse merito censeri queant. Qua verò tempestate fabularum hic auctor, Dioge-
nes ille Antonius vixerit, non habeo certò affirmare. Illud tantum coniectere liceat, non
ita diu post Alexandri magni tempora floruisse. Meminit item Antiphani cuiusdam se
antiquioris, quem id genus prodigiosis narrationibus simillima conscripsisse ait. Ex
ipsis verò potissimum, vt & cæteris huius farinae fictis narrationibus duplex parari,
eaque non modica vtilitas potest. Primum quidem, quod hinc, etsi qui iniuste quid-
piam admiserunt, effugere sæpius videantur, tandem tamen meritas dare pœnas, discas.
Infantes deinde multos, ingentibus vicinis periculis, præter spem omnem sæpenumero
seruari.

a. De quibus sup.
b. Cod. f. XXXIII.
pag. 165.
c. Cod. XCIV.
pag. 130.
d. Cod. XXCVII.
pag. 118.
e. Cod. LXXIII.
pag. 93.
f. Cod. CXXX.
pag. 166.

IOANNIS STOBÆI

Eclogarum, Apophthegmatum, & vitæ præceptionum libri IV.

LEGIMVS IOANNIS STOBÆI Eclogarum, Apophthegmatum, & præceptionum vitæ
libros quatuor, voluminibus duobus. Dedicat eos, cuius maximè gratia collectos
affirmat, & Sextimo filio suo. Collegit autem (vt ipsemet indicat) è [philosophis] poë-
tis, oratoribus, atque ex iis, qui in omni repub. rebus gestis claruerunt, partim eclogas,
partim apophthegmata, partim denique instituendæ vitæ præcepta, quæ instar colum-
næ alicuius erigere voluit, quo ad hanc rerum lecturam stelen dubium non nihil filij in-
genium componeret, mellusq; redderet. Primus autem liber totus est physicus: alter
deinde & aliqua sui parte ad sermonem ab initio pertinet: cetera verò, & longè maxi-
ma, ethicus est. Tertius denique & quartus, pauca si demas, ethica rursus & politi-
ca continent.

Primus itaque liber capita complectitur à LX. ad quæ veterum sententias cele-
briaque dicta redegit. Sunt autem ista:

Postquam de Deo differuit, & cunctorum eum opificem esse, & providentia sua
gubernare vniuersum.

Secundum caput de iis agit, qui providentiam tollunt, diuinasque facultates eas,
quæ illam ipsam ad vniuersum administrandum consequuntur.

3. Deinde de constituta à Deo iustitia ad hominum facta inspicienda, & pecca-
ta puniendâ.

4. De diuina necessitate, qua necessariò cuncta quæ ex Dei voluntate sunt,
fiunt.

5. De fato, & apto eorum quæ fiunt ordine.

6. De for-
tuna, aut Sarid sine titulo dispersa, praterquam quòd multis in locis corrupta sint ac inutilia. e. Quod hic
intercedit in
Canteri editione de numeris caput, è prolegomenis huc malè trahendum docet Phot. inf. pag. 191. & na-
stra fragmenta
dividit. Constat eadem ex Cod. m. f. Bibliotheca Augustana.

a. Suidas Et
pau vocat: pnto
legend. Vitrobig
Etrijm) gni
& ipse quatuor
Stobai libros nu-
merat. quorum
Sic tres hodie
integri circum-
feruntur.
b. Sex primâ ca-
pita, quæ & in-
tercederunt.
c. Quin & æco-
nomica qua-
dam.
d. Habes ea o-
mnia, aut penè
omnia, Græcè &
Latine à Gul.
Cantero pridem
edita, sed alter
alicubi distim-
pfit: & nonnulla
quæ perturbata,
aut Sarid sine
titulo dispersa,
intercedit in
Canteri editione
de numeris caput,
è prolegomenis
huc malè trahendum
docet Phot. inf. pag.
191. & natura
fragmenta
dividit.

6. De fortuna siue casu.
7. Temere huc illuc fortunam ferri.
8. De temporis natura ac partibus, & quot quantarumque rerum causa sit.
9. De Venere cœlesti, & diuino amore.
10. De principijs, & elementis, atque vniuerso.
11. Hinc de materia.
12. De idea.
13. De causis.
14. De corporibus, eorumque sectione, & de minimo.
15. De figuris.
16. De coloribus.
17. De mistione, & temperamento.
18. De vacuo, loco, & spatio.
19. De motu.
20. De ortu atque interitu.
21. De mundo: & Animatusne sit ac providentia regatur, atque vbi principa-
tum habeat, & vnde nutriatur?
22. De mundi ordine: & An vnum sit vniuersum.
23. De cœli natura ac diuisione.
24. De siderum natura, figura, motu, significatione.
25. De Solis natura, magnitudine, figura, conuerfionibus, defectu, signis, &
motu.
26. De lunæ natura, magnitudine, figura, & illustratione, de que eclipsi, eiusdem
& interuallo, ac signis.
27. De lactea via.
28. De cometis, & transuolantibus stellis, ac similibus.
29. De tonitruis, fulguribus, fulminibus, & igneis turbinibus, & typhonibus.
30. De iride, de corona, paretello, ac virgis.
31. Item de nubibus, nebula, pluuiis, rore, niue, pruina, & grandine.
32. De ventis.
33. De terra: sitne vna, & finita.
34. Quantæ magnitudinis terra sit, de que eius situ.
35. De figura ipsius terræ.
36. Fixa ne terra sit atque immota, an mobilis?
37. De terræ motu.
38. De mari: quonam pacto ætus eius modò recedat, modò accedat.
39. De aquis.
40. De vniuerso.
41. De natura, causisque ex ea ortis.
42. De animantium generatione, & ceterisque.
43. Quot sint animantium genera: & An omnia ratione sensu que prædita?
44. De somno & morte.
45. De estipibus.
46. De animantium nutrimento, edendi que appetitu.
47. De natura hominis.
48. De mente.
49. De f anima.
50. De sensibus, & sensuum obiectis: & An etiam veræ sint sensationes?
51. Quot sint sensus, cuiusque naturæ singuli, atque efficaciz.
52. De visu, & speciebus visibilibus.
53. De auditu.
54. De odoratu.
55. De gustatu.
56. De tactu.
57. De voce: & An corporis experts, ac quid sit in ea præcipuum.
58. De imaginatione, ac dijudicandi facultate.

a. Emenda hinc
in Canteri edit
p. 190. in ai-
vi.

b. Addit Cant.
liber Faciem:
de qua Plutar-
chi in opusculis
libellus.
c. πρεβι πρεβιων.
Vide Plin. lib. 2.
cap. 48. & seq.

d. Cuiusmodi il-
la, qua apud
Gul. Canterum
inscribuntur, de
causis similitu-
dinis patentum
& matrum. Itè:
Quare septi-
mestres parus
vitalis.
e. Huc refero
Canteri illud:
Quomodo lit-
pes alantur, &
animalia.
f. De qua duode-
cim tractasse
Stobæum indi-
cat Cant. codex.

191

Notum verò & quinquagesimum: De opinione.
 Sexagesimum denique: De respiratione atque [eius] affectionibus.
 Et hæc quidem libri primi capita sunt, taliaque continent, ad naturam nimirum pertinentia, paucis dumtaxat in initio exceptis, quæ ad metaphysica quispiam rectius retulerit. Per hæc ergo capita, ut diximus, veterum sententias, siue consentientes, siue repugnantes legendas Stobæus apposuit. Hoc ipso tamen libro, antequam ea, quæ modò recensui, aggrediatur capita, de aliis duobus differit. Quorum primum Philosophiæ laudatio est, & ea quidem ex variis congesta scriptoribus. Alterum verò de sectis, quæ in ea conspirant. Vbi pariter veterum opiniones de Geometria, Musica, & Arithmetica describit.

Alter dein liber a sex & quadraginta absoluitur capitibus.
 Primum quidem de sacrorum interpretibus, & quòd à mortalibus spiritualium vera natura comprehendi nequeat.

2. Hinc de arte differendi.
3. De bene dicendi facultate.
4. De oratione, ac b litteris.
5. De arte poetica.
6. De charactere, seu forma orationis.
7. De e morum Philosophia.
8. De iis, quæ in nostra sunt potestate.
9. Neminem sponte esse improbum.
10. Qualem deceat esse Philosophum.
11. Pietatem erga DEVM colendam esse.
12. Piis ac iustis a numen auxilio esse.
13. De vaticinio.
14. Sapientum consuetudinem magni esse faciendam: fugiendos verò, ac declinandos improbos atque imperitos.
15. De eo quod videtur tantum, & de eo quod verè est.
16. Non è verbis, sed moribus de homine esse iudicandum.
17. Eos qui aliis insidientur, se ipsos potius imprudentes lædere.
18. De nominis gloria.
19. De fama.
20. Modum esse optimum.
21. Virtutem agrè parari: Vitium contra facile acquiri.
21. Non oportere stultorum iudicij rationem habere.
23. Fictionem siue hypocrisin, quæ non iis tantum, apud quos exercetur, sed ipsis quoque fingentibus nocet, ex animo esse pellendam.
24. e Curiositatem esse vitandam: præbere enim ansam invidiæ, atque calumnia.
25. Optimum esse respicere, in quibus ipse deliqueris.
26. Conuitium minime esse bonum.
27. In conuitiando considerandum, ne in eadem ipsi quandoque errata incidant.
28. De vitæ necessitate. (rimus.
29. Opportunè res agi debere.
30. De voluntate: non esse eam temerè differendam.
31. Aduersis affligi summæ sepe numero vtilitati esse: maximè verò imprudentibus.
32. De educatione, atque institutione.
33. Optimum bonorum omnium esse amicitiam.
34. Morum similitudinem amicitiam conciliare.
35. In aduersis suis atque periculis, non esse negligendos amicos.
36. Non esse amicos iuandos, cum quid iniuste faciendum suscipiunt.
37. De fide atque infidis amicis.
38. Citò esse cum amicis in gratiam redeundum, eorum que vitia ferenda, cum erratorum obliuione.
39. In aduersis fidos explorari amicos.

40. Præcepta amicitiae.
41. De inimicitijs, &, quo se quis modo cum hoste gerat.
42. Quæ ratione a ex inimicis capi possit vtilitas.
43. De bene-merendi studio.
44. Maius esse beneficium quod in tempore confertur.
45. De remunerandis beneficijs.
46. Non esse benigne faciendum improbis, neque ab ijs beneficium vllum accipiendum.

b Denique de Gratitude. Atque hæc summà Capitum secundi libri.
calculo aberrauimus. quem facile errorem corriget, qui olim hunc librum nobis integrum in lucem dabit.

Tertius dehinc Capita continet. XLII.

- Primum de Virtute.
 Alterum de Vitio.
3. De Prudentia.
 4. De Imprudentia.
 5. De Temperantia.
 6. De Intemperantia.
 7. De Fortitudine.
 8. De Timiditate.
 9. De Iustitia.
 10. De habendi Cupiditate, atque Iniustitia.
 11. De Veritate.
 12. De Mendacio.
 13. De loquendi libertate.
 14. De Assentatione.
 15. De Prodigalitate.
 16. De Parsimonia, [seu Tenacitate.]
 17. De Continentia.
 18. De Incontinentia.
 19. De Patientia, [seu Malorum tolerantia.]
 20. De Iracundia.
 21. De cognoscendo se ipsum.
 22. De Faltu.
 23. De cæco sui amore.
 24. De Conscientia.
 25. De Memoria.
 26. De Obliuione.
 27. De Iureiurando.
 28. De Periurio.
 29. De laboris studio.
 30. De Ignauia.
 31. De Pudore.
 32. De Impudentia.
 33. De Silentio.
 34. De tempestiua oratione.
 35. De dicendi breuitate.
 36. De d Garrulitate.
 37. De Benignitate.
 38. De Inuidia.
 39. De Patria.
 40. De peregrina terra.
 41. De Arcanis.
 - Et 42. de Calumnia.

Quarti denique libri Capita hæc sunt.

a. De quibus Stobæus tria hæc primum, septimum, & octauum: Scimusque integra posteriori Eclogarum libro à Cant. edito legas: quing. inter hæc medijs capitibus, partim turbatis, partim alio reiectis.

b. Vnica en modo nade à superiora

c. Quæ tandem in istem inscriptionibus, Sermonum nomina, sua cuquar-to libro, edita siue sapient. Græcè Venetijs, Græcolat. Tiguri non semel, ac deniq. Francofurti sit Am. Melissi, alijsq. Gnomologis.

d. De qua Plutarch. etiam.

a. De quibus Stobæus tria hæc primum, septimum, & octauum: Scimusque integra posteriori Eclogarum libro à Cant. edito legas: quing. inter hæc medijs capitibus, partim turbatis, partim alio reiectis. Reliqua porrò XXXIIX. huius libri alterius capitibus, magno sane damno publico periisse, vel sole inscriptiones hæc restantur.
b. Huc planè pertinet, quæ serm. d. 81. c. 82. in Conradi edit. hodieq. leguntur.
c. Cuius sum capitula quinque subsicit Cant. codex: quorum tamen vltimum illud est, quod octauum hic locum obtinet.
d. vò vò a Plu.
e. Vide Plutarchum libello de Curiositate.
f. Lege Luciani libell. Non esse calumniæ credendum.

IO. STOBÆVS.

a. *Hodie in Stobæo Vulgato sermo est XLIII.*
b. *Qui Sermo in libro editis non existat.*

c. *Hoc signo notatum, quæ in editis distincta in laudem, ac vituperationem reperimus.*
d. *In Stobæo est hic de Militia, & vitibus corporis.*

e. *Evulgatis libris hoc addit.*
f. *In editis tangitur præcedenti capiti: & subditur Vituperatio Veneris, & quod malus sit amor, ac mulorum malorum auctor.*

g. *De quibus sex habent capita libri editi.*
h. *Quæ libri editi per tria distributa capita exhibent.*

i. *Tres hic in sermone Sermones 80. & 82. in libros aliunde irrepisse, iam sup. indicavimus, pag. 197. k. Tribus explicata capitibus in libro editis.*
l. *Quæ in duo capita distrahuntur utij.*

m. *Inferunt hoc loco Vulgati libri caput De Pusillanimitate.*

- 1. Primum de Repub. Alterum de legibus, & consuetudinibus.
- 2. De Plebe.
- 3. De potentibus in ciuitate.
- 4. De Principatu, & Qualem esse principem, ac Magistratum deceat.
- 5. Optimum esse vnius imperium.
- 6. Regni administrandi præceptiones.
- 7. Vituperatio Tyrannidis.
- 8. De bello.
- 9. De Audacia.
- 10. De Iuuentute.
- 11. De belli Imperatoribus: & De ijs, quæ militiæ vsui esse possint præcepta.
- 12. De Pace.
- 13. De* Agricultura.
- 14. De Tranquillitate.
- 15. De Navigatione, [& naufragio.]
- 16. De* Artibus.
- 17. De Dominis, & seruis.
- 18. De Venere vulgari, [e quæ generationis humanæ causam fouet.]
- 19. De amore voluptatum corporis.
- 20. De* Pulchritudine.
- 21. De Nuptijs, & eius capitibus cætera.
- 22. Connubialia præcepta.
- 23. De Liberis, h & eius generis reliqua.
- 24. Debito parentes honore à liberis esse afficiendos, [& An per omnia eis obedire conueniat.]
- 25. Quales deceat esse parentes erga liberos, [& quod vtrinque naturali quadam necessitate mutuo afficiantur.]
- 26. Fratrum amorem, & animi affectum, erga cognatos esse honestissimum, [quodque hi necessarij sint.]
- 27. De rei familiaris tuendæ ratione.
- 28. De nobilitate [nobiles illos esse, qui ex virtutis præscripto viuunt, tamen si nec bonis moribus præditis parentibus orti sint] & reliqua eiusdem argumenti.
- 29. De Ignobilitate.
- 30. De* Diuitijs, & huius generis cæteris.
- 31. De* Inopia.
- 32. Diuitiarum paupertatisque comparatio.
- 33. Vitam esse perbreuem, curarumque plenam.
- 34. De Tristitia, eiusque molestia.
- 35. De morbo & medelis.
- 36. De Valerudine, eiusque permanfione.
- 37. De Medicis, & medicina.
- 38. De Felicitate.
- 39. De Infelicitate.
- 40. Instabilem esse mortalium prosperitatem.
- 41. De his qui præter meritum felices sunt.
- 42. De his qui præter meritum infelices sunt.
- 43. Quæcumque accidunt, constanter esse ferenda [hominibus, quorum est ex virtute vitam instituere.]
- 44. m Secundas res ostendi, aduersas contra tegi oportere, [& rebus præstantibus rectè vtendum.]
- 45. De Spe.
- 46. De desperatis euentibus.
- 47. De aliorum infortunio gaudendum non esse.
- 48. Infelices indigere condolentibus.

193

De

IO. STOBÆVS.

a. *Diuisæ hinc videntur, quæ in editis libris distincta cap. faciunt. Facilius est alium admonere, quam seipsum.*
b. *Libri editi singulæ cap. proponunt: Quod senectutis molestiam prudentia tollat, ipsamque multa supra ducenta*

- 50. De Senectute, & aliæque huc spectantia.
- 51. De Morte, [& eam euitari non posse.]
- 52. De Vita.
- 53. Vita & mors inuicem comparata.
- 54. De Luctu.
- 55. De Sepultura.
- 56. Consolatoria.
- 57. In vita functos non esse exercendam contumeliam.
- 58. Plurimorum à mortem motiam cito euanescere.

Hæc quartrilibræ L VIII. Capita sunt: cum quatuor ipsorum librorum in vniuersum 8 octo sint supra ducenta: quibus, vti diximus, sententias, testimonia, & Chreias ex Eclogis, & Apophthegmatis, ac vitæ præceptis Stobæus proponit. reuerentia dignam effici. c. *Addunt hic typi excussit caput De laude mortis. d. Atqui sex tantum singulorum librorum calculi collecti consueiunt. Erroris anse fortassis ex numerorum notis obiecta. Cæterum ex his XXII. secundi libri, quæ intercederunt, capita desideramus.*

a. *Comodis tibi fore, lector, arbitratum sum, si neque lectum alicubi elementorè ordi- nē accuratè restituerem.*

Philosophi autem, ex quibus ista collegit, hi fere sunt: PHILOSOPHI.

- a. Aegimæus.
- Aeschines Socratiom.
- Albinus.
- Amelius.
- Anacharsis.
- Anaxagoras.
- Anaxarchus.
- Anaximander.
- Anaximenes.
- Anipater Isthium.
- Anisphidius.
- Apelles.
- Apollodorus.
- Apollonius.
- Apollonphanes.
- Arcefilas.
- Archaneus.
- Archadæmus Hecaram.
- Archelaus.
- Archimedes.
- Archytas.
- Arianus.
- Aristagoras.
- Aristander.
- Aristarchus.
- Aristippus.
- Aristobrotus.
- Ariston.
- Aristonymus.
- Aristoteles.
- Aristoxenus.
- Asclepiades Aristai F.
- Atticus.
- Beronice.
- Berosus.
- Bias.
- Bion.
- Boëthius.
- Brotinus.

- Callicratides.
- Callimachus.
- Carnæades.
- Cebes.
- Charondas.
- Chilon.
- Chion.
- Chrysippus.
- Cleantes.
- Cleobulus.
- Clineas.
- Clitomachus.
- Coriscus.
- Crantor.
- Critias.
- Critolaus.
- Criton.
- Damármenes.
- Damippus.
- Demetrius.
- [Democritus.]
- Demonax.
- Didimus.
- Dioctes.
- Diodorus.
- Diogenes.
- [Dion.]
- Diorimus.
- Dius.
- Ecphantus.
- Empolus.
- Empedocles.
- Epandrides.
- Epicharmus.
- Epictetus.
- Epicurus* Gargitius.
- Epicurus Atheniensis.
- Epidicus.
- Epigenes.

En Cod. H. 57.

* Nihil sane liberaliter Photius duos nobis offert Epicuros, eum unus idemq, ab urbe Atheniensis dicitur, qui à page Gargetium est, ut hæc Lucius, lib. X. init.

Erasistra-

a. Euryfui alij.

Erasistratus.
 Eratosthenes.
 a. Eryfus.
 Euclides.
 Eudoxus.
 Euenius.
 Euphrates.
 Euryphamus.
 Eurystratus.
 Eusebius.

Glauton.

Harpocratio.

Heraclides.
 Heraclius.
 Hermes.
 Herophilus.
 Hierax.
 Hierocles.
 Hieronymus.
 Hippalus.
 Hippas.
 Hippodamus.
 Hippônus.
 Hypsam.

Iamblichus.

Ion.
 Iuncus.

Leophanes.

Leucippus.
 Longinus.
 Lucius.
 Lycius.
 Lynceus.
 Lysis [Epaminonda Præceptor]

Maximus.

Melissus.
 Melon.
 Menechmus.
 Menedem.
 Metropus.
 Metrocles.
 Metrodorus.
 Moderatus.
 Mnesarchus.
 Musanius.

Naucratus.

Naumachus.
 Nicolaus.
 Nicostratus.
 Nilus.
 Numenius.

Ocellus.

Onatus.
 Onitor.

Panacæus

Panæus.
 Parmenides.
 Pæmpelus.
 Periander.
 Perictione.
 Phanorinus.
 Pherecydes.
 Philolaus.
 Philoxenus.
 Phintis.
 Pittacus.
 Plato.
 Plotinus.
 Plutarchus.
 Pólemo.
 Polybius.
 Porphyrius.
 Porus.
 Posidonius.
 Protagoras.
 Pyrrhon.
 Pythagoras.
 Pythiadas.
 Pytheas.

Reginus.

Rufus.
 Scythinus.

Selenus.
 Serenus.
 Senerus.
 Socrates.
 Solon.
 Sossades.
 Sosion.
 Spensippus.
 Sphærus.
 Stilpon.
 Straton.

Taurus.

Teles.
 Timæus.
 Timagoras.
 Timon.
 *Thales.
 Theagenes.
 Theages.
 Themistius.
 Theobulus.
 Theocritus.
 Theodorus.
 Theophrastus.
 Thrasillus.

Xenocrates.

Xenophanes
 Zalcucus.

Zeno

Zeno.
 Zoroaster.

Hi verò ex Cynicorum secta.

Antisthenes.
 Crates.
 Diogenes.
 Hegesias.
 Menander.
 Monimus.
 Onesicritus.
 Polyzelus.
 Theomnestus.
 Xanthippus.

Igitur Philosophi, ex quibus hæc colle-
 ctionem fecit, isti sunt.

Poëtæ autem hi:

Achæus.

Aeschylus.
 Agathon.
 Alcaeus.
 Alcidas.
 Alexander.
 Alexis.
 Amphius.
 Anacreon.
 Anaxandrides.
 Anaxillus.
 Andronicus.
 Antimachus.
 Antiphanes.
 Apollodorus.
 Apollonides.
 Aralochus.
 Aratus.
 Archilochus.
 Archippus.
 Aristæus.
 Aristarchus.
 Aristocrates.
 Aristophanes.
 Aristophon.
 Asfydamas.
 Athenodorus.
 Axinicus.

Bacchylides.

Barbon.
 Bion.
 Bionus.

Callimachus.

Callinicus.
 Carcinus.
 Cercidas.
 Charemon.
 Chares.
 Chersilus.

Cleantes.
 Clebmetus.
 Cleobulus.
 Clinias.
 Clitias.
 Clitomachus.
 Crantor.
 Cratinus.

Demetrius.

Dicaogenes.
 Dicitus.
 Diodorus.
 Dionysius.
 Diphilus.

Epicharmus.

Eratosthenes.
 Euenus.
 Euphorion.
 Euphron.
 Eupolis.
 Euripides.
 Euthydamus.

Heliodorus.

Hemiochus.
 Hermolochus.
 Herodes.
 Heliodus.
 Hippónax.
 Hippothoon.
 Hippobonus.
 Homerus.
 Hypobolimus.
 Hypsaus.

Ion,

Iophon.
 Isidorus.
 Iulius.

Laon.

Leonides.
 Licymnius.
 Linnus.
 Lycophron.

Melino.

Menander.
 Menippus.
 Menophilus.
 Metrodorus.
 Minnermus.
 Moschion.
 Moschus.
 Myron.

Naumachus.

Neophron.
 Neoptolemus.
 Nicolaus.
 Nicomachus.

T

Nicostra-

Nicostratus.
Olympias.
Orpheus.
Panyasis.
Parmenides.
Patrocles.
Pausanias.
Phanocles.
Pherecratus.
Phileas.
Philetas.
Philemon.
Philippides.
Philippus.
Philiſcus.
Philonides.
Philoxenus.
Phintys.
Phocylides.
Phenicides.
Phrynichus.
Pindarus.
Pisander.
Polyides.
Pompeius.
Posidippus.
Rhianus.
Sappho.
Sarapion.
Sclerius.
Simonides.
Simylus.
Sopater.
Sophocles.
Sofocrates.
Sofophanes.
Sofitheus.
Sotades.
Staginus.
Stesichorus.
Sthenides.
Sufaron.
Telephilla.
Thelerephus.
Theocritus.
Theognis.
Theſpis.
Timocles.
Timostratus.
Tyræus.
Xenarchus.
Xenophanes.
Zeno.
Zenodorus.
Zopyrus.

Verum Poëta, quorum sententias his capitibus est persecutus, isti fuerunt. Rhetores deinde, & Historici, Regesque, ac Duces, quando horum quoque testimonia collegit, hi sunt:

Aelianus.
Aeschines.
Agathon.
Antiphon.
Archelaus.
Aristides.
Aristocles.
Caius.
Callisthenes.
Chrysermus.
Chitophon.
Cornelianus.
Ctesias.
Demades.
Demaratus.
Demosthenes.
Ephorus.
Gorgias.
Hegeliades.
Hegesius.
[Herodotus.]
Hyperides.
Iſæus.
Iſocrates.
Lyſias.
Nicias.
Ombrinus. *al. Obrimus.*
Philostratus.
Polyanus.
[Prodicus.]
Protagoras.
Softratus.
Theodorus.
Theopompus.
Theſeus.
Thraſyllus.
Thucydides.
Timagoras.
Trophimus.
Xenophon.
Zopyrus.
[Reges & Imp.]
Agathocles.
Agesilaus.

Agis.
Agrippinon.
Alexander.
Anaxilans.
Antigonus.
Archidamus.
Chares.
Charias. *(al. Chabrias.)*
Charillus.
Chitarchus.
Cotys.
Darius.
Dionysius.
Epaminondas.
Eudamidas.
Hipparchus.
Iphicrates.
Lamachus.
Leonides.
Lycurgus.
Mallius.
Pericles.
Phalaris.
Philippus.
Phocion.
Ptolemaus.
Pyrrhus.
Scipio.
Scyllarius.
Semiramis.
Themistocles.
Timotheus.
[Medici, Philosophi, & alij]
Aesopus.
Alcmaon Medicus.
Anigenidas.
Amyllus Medicus.
Apelles.
Arimnestus.

Aristides Inſtr.
Aristophanes.
Aristoteles.
Brassion.
Cato.
Cephalidorus.
Cleostratus.
Clitomachus.
Dicæarchus.
Diocles Medicus.
Dion.
Dionysius.
Erasistratus Medicus.
Eratosthenes.
Eubalus.
Euphranides.
Euryphron Medicus.
Euryximachus.
Euxitheus.
Galenus Medicus.
Glaucôn.
Hermarchus.
Hermippus.
Hippocrates Medicus.
Licymnius.
Metrocles.
Metrodorus.
Myſſon.
Nicostratus.
Praulion.
Seriphius.
Simonides.
Sostratus.
Sotion.
Speusippus.
Theocritus.
Theopompus.
Tymarides.
Thynon.

Totilla Capita, in quæ veterum dicta Ioannes contulit Stobæus, & ex his potissimum Philosophis, Poëtis, Oratoribus, Regibus, atq; Imperatoribus, hæc eadē collegit. Cæterum vile hoc Opus, cum ijs, qui horum scripta operaq; aegerunt, ut eorum per hæc memoria renouetur, tum ijs in primis, qui nō legerunt, quod assiduo sēte in his exercendo, breui admodū tempore pulchra multa & varia, summarim comprehensā, mente recondere cum fructu queant. Communis autem vtriusque hæc utilitas accedet, quod quæ inuestigabunt absque labore, & breui, vt appareat, inuenturi sint, qui se à capitibus his ad futuram pertractationem conferre volent. Immo & quibusvis dicete, & scribere volentibus perutile hoc opus futurum sit.

Præfacit animus, (quid enim vetat ominari?) fore vt ope Photiana Bibliotheca, qua latent, eruantur non pauca. Et quemadmodū nunc exierunt Hadriani, Gelasii, Theophylacti Simocaita, ac quædam etiam Diodori Siculi, sic quoque spes est, Stobæi Eclogas omnes, capite truncas, alibi vitiosas, turbatas, mutilas, primo maxime & secundo libro, Philosophi alicuius opera atque Philologi in integrum restitutum iri; vt apto illo colligenti ordine seruato, maiore cum Reip. commodo appareant. Et tibi, quod omnium primum, oeconomiam librorum, ac singulorum cuiusq; capitum seriem, & argumentum Florius accuratè designet

*a. Sequor rā dō-
rūm.*

SCHOL.

designet: dein Augustana bibliotheca (cuius multamiam existant in rem literariam beneficia) codex calamo exaratus, ut & nostra neq; pauca, neque concemenda fragmenta, quæ ex Ant. Augustini V. C. libro descripsimus, magna sane ad id, quod suscipimus, adferent adiumenta. Nunc quoniam in medio palma est, huc Græca ac polita Philosophia studiosos inuito.

B. BASILII SELEVCIAE EPISC.

Orationes XV. &

Vita prima Martyris Theclæ

GLXVIII.

a. Longe plures existant hodie Græcè in Germania euulgatae, quas nuper Latinas fecit mofler Claudius Danfquellus.
b. Luc. 3. 23.
c. Matth. 11. 28.
d. Matth. 20. 21.
e. Matth. 16. 13.
f. Matth. 11. 3.

LECTAE sunt S. BASILII Episcopi Seleucia Orationes quindecim. Prima in illud: In principio fecit Deus cælum & terram. Post hanc in Ioseph, in Adamum, in Cain & Abel, in Abrahamum, in Moysen, Eliam, & Ionam. Item nona in centurionem. Decima in illud: b Navigabant discipuli cum Iesus, & quæ sequuntur. Deinde in illud: c Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, &c. Tum in Publicanum, & Pharisæum. Itemq; in illud: d Dic v'se deant hi duo filij mei, vnu ad dexteram, & alter ad sinistram. Et in illud: e Quem dicunt homines esse Filium hominis. Decima quinta in illud: f Tu es qui venturus es, an aliam expectamus?

In quibus quidem eius Orationibus hoc obseruare licet, magnum eum esse, si quis vnquam alius fuit, figuratæ arque incitatæ orationis, pariumq; artificem. Perspicuitatē nihilominus. ac suauitatem retinet. Verum quia nimis in tropis & schematis incitatōis, facietatem parit, siue potius, quia tam assiduus in his est ac totus, nihil vt aliud sine modo occurrat, auditori fastidium & calumniandi anam præbet, atque ad scriptoris ipsius vituperationem incitat, quasi neque naturam arte moderari, neque regula, quod inordinatum erat, digerere possit. Et si autem tropis hoc modo abundet, ipsumque adeo tropologicum dicendi genus fontis in morem effundat, nunquam tamen ideo vel in frigidum sermonem, nisi perraro, delabitur, vel obscuritate aliqua sensum obumbrat: sed si quid ob tropologiam intelligi minus commodè poterat, id cum & accelerata membra atque periodi, tum dictionum ipsarum significantia facile tollit. Ceterum, vt iam dixi, fatietas gratiam omnem heberat, & purorum illa tropotum affluentia artificij legibus nullam dicendi libertatem concedit.

Hic autem potius Basilii, quam h Magnus ille Cæsareæ Episcopus videtur beatissimi Chrysostomi amicus illi, & contubernialis fuisse, ad quem etiam librum de Sacerdotio scriptum miserit. Multa enim in huius Basilij Orationibus vestigia apparent; Oratorum ac sensuum illius, eorum præsertim, quibus sacram explanat. Scripturam: vt vterque sibi vtilia ex eodem fonte hausisse videatur. Et verò figurarum ille cum significantia tam familiaris vsus, permagnus est singularis cum Ioanne consuetudinis, lecturamque librorum eius argumentum. Vtitur enim iisdem & diuinus ille vir, licet moderate & opportune, atque ita, vt & tumorem, qui ex illis nascitur, simplicitate temperet ingenioseq; molliat, & orationem suam vniuersam ciuili sermoni persimilem efficiat.

Idem verò hic Basilii ille est, qui primæ martyris Theclæ præclare & gesta, & certamina, atq; victorias metris persequitur: cuius item allâ scripta [præter ista] circumferuntur.
terium quendam Basilium querit. Vide que notauit noster Claud. Danfquellus ad B. Basilij Seleuc. quas scribit, Orationes initio. Quamobrem etiamnum hodie Orationes quedam premisue tribuuntur. Et XXXIX. ac riter seqq. in libris editis. k. Est in Bibliothecis hac Sita Græcè, Basilio inscripta, sed soluta oratione, non metro: edesq; in lucem Petr. Pantinus V. Cl. Porro B. Theclæ templum habuisse celebre admodum Seleucia testatur B. Gregor. Naz. in Carm. de Sita sua. & Niceph. lib. XVI. cap. 8.

h. Quod putauit Georg. Alexand. pag. 139. ex Socrat. lib. VI. cap. 3. & alij. Cum Photio tamē sentit Suidas calamo exaratus Bibliotheca nostræ societ. Antwerp Verum D. Baro. Cord. To. IV. Annal. Eccles. ad ann. Christi CCCLXXXII.

h. Quod putauit Georg. Alexand. pag. 139. ex Socrat. lib. VI. cap. 3. & alij. Cum Photio tamē sentit Suidas calamo exaratus Bibliotheca nostræ societ. Antwerp Verum D. Baro. Cord. To. IV. Annal. Eccles. ad ann. Christi CCCLXXXII.

B. CYRILLI

Contra Nestorii blasphemias libri V.

Epistole varia, &

Scholion de Incarnatione Vnigeniti.

CLXIX.

LECTI

LECTI sunt S. CYRILLI aduersus Nestorii blasphemias libri quinque. quorum primus quidem calumniarum Nestorij capita decem infellit. Alter deinde quatuordecim. Tertius verò sex. Quartus denique ac quintus singuli septem. Elocutionem autem ipsam hic ad peculiarem illum suum, quem in orationibus sequitur, dicendi modum ita conformauit, paululum vt magis ad humile dicendi genus tendat.

197 Erat in eodem volumine ad ipsam quoque Nestorium epistola, qua in viam illum reducere, & amice corrigere nititur. Quin & Nestorij ad Cyrillum responsio, qua capita illa, quæ sua hic epistola complexus fuerat, damnanda esse censet. Altera item Cyrilli epistola [ibi legebatur] ex Alexandrina Synodo ad Nestorium missa, quæ duodecim eum capitum errores abiurare iubebat. Tertia quoque ad Valerium Episcopum aduersus Nestorium, eiusque dogmata. Item ad Acacium Melitinæ Episcopum dogmatica epistola, vel apologia potius vniōnis atque concordie cum Ioanne Antiochia Patriarcha: aliæque variæ eiusdem argumenti literæ, quarum binæ diuinam quoque Nicænæ Synodi doctrinam explanant. In quibus quidem omnibus, contentius ne agat, an remissius, propriam vbiq; dicendi formam tenet.

Erat & hic epistola ad Acacium Episcopum Scythopolitanum, de emissario capro.

Alter item liber sic inscriptus: Scholion de vniogeniti incarnatione: quo hæc ferè exponuntur. Quid est CHRISTVS? Qua ratione intelligendus Emmanuel? Quid est IESVS Christus? Iuxta quid Dei Verbum dictum est homo? Iuxta quid euacuatum esse Dei Verbum dicitur? Quomodo item Christus vnus est? Quomodo etiam vnus est Emmanuel? Quamnam dicimus esse b exinanitionem? Item de ignito carbone viso ab c Elia, aliæque præterea, his tamen affinia, capita decem. Penamnam verò legentibus vtilitatem liber hic adferre potest.

a. Cuius emissio atque ceremonia Leuit. 16. prescripta.
b. Al. Vnio.
c. Elia c. 6.

ANONYMI

Testimoniorum de CHRISTO e gentium scriptis libri XV.

CLXX.

LEGIT opus multorum versuum, vel librorum potius (libros enim quindecim quinque voluminibus continebat) in quibus testimonia, locaque integrorum etiam librorum, non modò Græca, verum etiam Persica, Thracica, Ægyptia, Babylonica, Chaldaica, quin & Italica, ex iis qui apud singulas harum gentium doctrina clari haberentur: quæ quidem hic scriptor sanctæ, cælesti, atque diuinæ Christianorum religioni non inuilia esse, conatur ostendere. Cuiusmodi assert, de ipsa quoque sanctissima & consubstantiali Trinitate; quomodo nimirum per eosdem illos prædicetur, atque enuntietur. Item de verbi in carne aduentu, signisque diuinis, & de cruce, cruciatibus, ac sepultura, de resurrectione, atque ascensione, & de sanctissimi Spiritus ignitis linguis in discipulos inexplicabili modo superueniente gratia: nec non de tremendo CHRISTI Domini nostri secundo aduentu, mortuorumque resurrectione ac iudicio, & remuneratione eorum quæ in vita quisque gesserit. Ad hæc de vniuersi fabrica, de prouidentia, de Paradiso, de que similibus. Quin & de virtute Christianorum propria, & si quid huic finitimum est. De his omnibus Græcos, Ægyptios, Chaldaeos, & quos nominavi ceteros philosophatos, eademque suis ipso rum scriptis diuulgasse, ostendere nititur. Neq; verò horum tantummodo testimonia congesta laudat, atque aduocat, sed & frigidis a. De cuius historia Phot. sup. Cod. XCIX. pag. 147.

198 Thebanus fuit hic Panopolita, qui neque argumentis eadem probare neglexit, in quibus & Hebraicarum vocum significationes exponit, & singuli vbinam locorum Apostoli salutarem doctrinam prædicarint, quæque ratione humanis curis ac laboribus sint defuncti. Donec ad finem tandem horum librorum, suam quoque adfert admonitionem, quam gentium sententiis, ac scripturæ locis contexit, atque confirmat: in qua potissimum hominis illius cum virtutis studium, tum nulli obnoxiam calumnie pietatem licet agnoscere.

Ad orationis verò eius ideam quod attinet, ea nulla esse posse videtur. Nam & compositio ita in plerisque neglecta est, ipsæque adeo dictiones, vt nec à trivialibus in-

T 3

terdum

terdum verbis abstineat: & eorum item quæ scribit sententia nihilo his aliquando melior euadit. Quare etsi laborem viri, ac scopum cordatus nemo merito reprehendat, ipsum tamen opus non perinde se habet. Non solum enim dissentanea sæpe in multis dicta diuinæ nostræ fidei accommodare nititur; verum etiam fabulas ac somnia, quæ vel ab ipsismet, qui prodiderunt scriptoribus, si quid scirent, intrideantur: quæ tamen ille Christianæ nostræ fidei conducere aded adfirmare non veretur, vt studiosè quoque fabularum & somniorum alienum sensum in veros, pios, purosque ac sinceros diuini dogmatis sensus traducat: vnde & emolumentum ominino nullum veræ religioni attulisse, ita criminandi occasionem cauillantibus præbuisse, non iniuria videatur. Ostendere siquidem deinceps gentes poterunt è nostris quosdam, qui ad commendandam religionem nostram (quæ sola pura est ac vera, neque vlla prætetea re opus habet) eiusmodi adhibeant, quæ nihil ad rem pertineant, quin maximam potius partem profus aliena sint, quia res illorum conciliare cum nostris conentur, à quibus tamen nihilo minus, quam à lumine tenebræ, disunctæ sint. Subiit verò ille ingentem hunc laborem, quod ipse identidem testatur, vt ostenso, Christianorum doctrinam in omnibus gentibus prænuntiatam fuisse, & ab eloquentissimis quibusque in singulis nationibus prædicatam, inexcusabiles eos omnes inter gentes esse contingeret, qui diuinæ non sint assenti doctrinæ. Qui quidem scopus laudandus sanè est, etsi non oportebat eum per dubia & incredibilia confici, sed per ea tantum, quorum & facultas eiusmodi esset, & quæ fidem inuenirent.

Eius autem, qui hæc volumina collegit, nomen cognoscere ad hanc diem non potui. (Nec enim libri, quos vidimus, id præferebant) illud tantum, Constantinopoli se cum vxore, ac liberis ex ea susceptis habitare, atque post Heraclij tempora vixisse ostendit.

EVSTRATI MAGNÆ ECCLÆS. PRESB.

De vita sanctorum animis, tractatus III.

CHRYSIPPI HIEROSOLYMORVM PRESB.

CLXXI.

Historia de Gamaliele & Nicodemo.

LEGIMVS librum EVSTRATI magnæ Ecclesiæ Presbyteri, qui oratione quidem vtilis est minime laudabili, sed argumentis non admodum culpandis: & dictio ipsa perspicua est. Tria potissimum illi præposita. Primum quidem, beatorum animas, mox vt corpore solutæ sint, operari. nec beatorum dumtaxat, sed & omnino quisque meritis sit, omnium hominum. Animas illas, quæ multis sæpenumero sese, variisque modis conspiciendas offerunt, in sua quamque natura apparere, nequaquam verò diuinam virtutem in formas sanctarum animatum traditam operationes illas exhibere. Quid enim fingere attinet seu formas, seu figuras, cum promptius ea possint [a] sanctis illis animis, quæ numini visa sunt, perfici. Quod quidem vtrumque caput cum veteris ac noui Testamenti locis, tum verò diuersorum Patrum testimoniis confirmare nititur. Tertium denique caput hoc studiosè persequitur, & oblata pro iis, qui in fide obierant à sacerdotibus sacrificia, atque donatia, vel preces alioquin, supplicationesque, & eleemosynas, pro iisdem factas ad fidelium salutem, ac delictorum remissionem iis valere omnino, pro quibus hæc offerantur. In his autem tertia offerre sacra refert, qui dominicæ ac triduanæ resurrectionis mysterium in precatiois subsidium atque auxilium adsumant. Nouendialia similiter, quod post octauam à resurrectione diem visus iterum est à discipulis CHRIS TVS. Præterea quadraginta, quod post dies totidem à discipulis postremum visus, in cælos cum humana nostra natura ascendit.

CHRYSIPPI HISTORIA.

REPERI quoque in eodem illo codice, Pauli in lege magistrum Gamalieleam & credidisse, & baptizatum fuisse. Nicodemum item nocturnum [quondam] amicum, diurnum etiam redditum, martyrioque coronatum, quem & Gamalielis patrualem hæc testatur historia. Baptizatum verò vtrumque à Ioanne, & Petro, vna cum Gamalielis

Antiquum hic mihi morem nota, siue sanctos sacrificios precibus, atque eleemosynis iuuant. De quo & S. Ioan. Damasceni existat orat. in qua etiam tria hæc sacrificandi intervalla obseruari olim solita videbitur.

CHRYSIPPI HISTORIA.

lielis filio, cui Abibo nomen. Beatum igitur Nicodemum à Iudæis, cum baptizatum eum inaudissent, plagis multis percussum; quas cum fortiter ipse tolerasset, è vita post non diu decessisse. Hanc codex iste continebat historiam, eamque Chryssippo adscribebat. Hierosolymorum Presbytero, qui in laudatione Theodori martyris, quasi aliud agens, Luciani cuiusdam meminit, eiusdem æquè Ecclesiæ Presbyteri, quo tempore Ioannes præsul eam sedem tenuit.

Hic & Lucianus nocte quadam, hora ferè tertia, reuera non infomnis, dicitur eam quæ diximus, didicisse. Hæc enim adstantem ipsi Gamalieleam omnia reuelasse: verum nimirum esse se Gamalieleam, à supradictis Apostolis, vna cum Abibo filio baptizatum, & in eadem capsâ collocatum. Esse & Stephanum protomartyrem in theca Orientem versus conditum, atque ad eius pedes in altero scrinio Nicodemum iacere, quæ item per quos, & sub quibus passus esset, indicauit: thecamque post hæc proximam suam, ac filij corpus continere. His dictis, Gamalieleam præcepisse Luciano, ne post hæc reliquias illas in Sole, & pluuia corrumpi per negligentiam sineret. Terræ motum insuper ad hoc visum exortum, multaque plurimorum genera morborum hic curata esse; Protomartyris maximè theca medelam adferente.

B. IOANNIS CHRYSOSTOMI

Homiliarum in Genesim, Volumina III.

CLXXII.
CLXXXIII.
CLXXIV.

LEGIMVS CHRYSOSTOMI in Genesim Homilias unam & sexaginta, in tria distributas volumina: quorum primum quidem viginti: Alterum deinde sedecim: Tertium quinque; & viginti continebat. Significat autem in horum primo, Quadragesimæ statim initio concionari cœpisse, atque ante ieiunij tempus illud decursum, viginti hos sermones vna cum aliis item tribus quatuorue, in medio concionum in Genesim (vsa ita, vt apparet, veniente) interiectis, ad populum declamasse. Anima duertas quoque, etsi Oratorum nomen præferant hi libri (sic enim in iis reperi exemplaribus, quæ legi) homiliis tamen similes magis esse, cum ceteris rebus, tum quod sæpenumero tanquam presentes respiciens auditores, sermonem ad eos conuertit, interrogat, respondet, ac pollicitationibus vitatur. Et vt possit maximè alio in dicendi genere, quam homiliarum isto, similia formare atque exhibere, quia tamen illud assidue constanterque sine villo dispositionis ordine seruat, homilias illas esse satis superque declarat. Habuit autem eas ad populum, vt ex singulis deprehendas, sæpe quotidie, interdum alternis. Ita se primum hoc viginti homiliarum volumen habet. Alterum deinde sedecim orationes complectitur, quarum priores septem durante adhuc Quadragesima habitas apparet, vt totius Quadragesimæ tempore & vsque ad hebdomadis sanctæ feriam quartam, viginti septem in Genesim orationes habuisse constet. Neque verò secundum voluminis sermones reliqui nouem, & Tertij viginti quinque, statim atque continenter post Pascha habiti. Nam post Homiliam feria quarta maioris hebdomadis habitam, quæ in Genesim septima est atque vicesima, concionatus est deinceps de S. Cruce, hinc de prodicione Iudæ: atque ita ordine, prout festi dies, siue argumenta inciderunt, homilia quoque aptatæ sunt. Iam post resurrectionis homilias in Apostolorum Acta continenter verba fecit; quemadmodum ipse octauam supra vicesimam, quæ sequitur in Genesim orationem aupticatam ostendit. quam vt apparet, cum reliquis [huius argumenti] longo post tempore habuit. Quinquaginta enim illis in Acta homiliis recitandis vnum ferme annum insumpsit, cum non quotidie vnâ, sed quinto tantum aut septimo die, & aliquando rarius etiam eas recitaret: & quidem, vt ipsemet tradit, cum tertium iam annum præsul esset. Quas verò in Genesim scripsit, quo sint tempore habitas, non potui cognoscere. Tantum si illas à se habitas homilias sermone illo XXVIII. meminit, quas tertio episcopatus anno composuit: neque de aliis quam in Acta scriptis, ibi mentionem facti (quod æquidem hæcenus non potui deprehendere) Præsul nimirum cum esset, etiam has contexerit: viginti quidem & septem secundi anni Quadragesimæ, ceteras dein triginta quatuor anno quarto.

Dictio hinc illius de more perspicua & pura, splendida insuper, ac fluens apparet, multam interrim cum sensuum varietatem, tum gratissimorum exemplorum copiam exhibens. In humile tamen hic dicendi genus dictio prior, tanto est ea, qua in homiliis

Antiquum hic mihi morem nota, siue sanctos sacrificios precibus, atque eleemosynis iuuant. De quo & S. Ioan. Damasceni existat orat. in qua etiam tria hæc sacrificandi intervalla obseruari olim solita videbitur.

millis in Acta Apostolorum vitur, inferior, quanto hæc à commentariis in Apostolum ac Psalmos superatur. Cum enim vbique orationem puram, illustrem, ac bene dispositam non sine voluptate artificiosè contexit: in his maximè scriptis virtutibus illis, exemplorumque vbertate, atque enthymematum copia, & cum ita opus est, etiam grauitate excellit. Quin, vt semel dicam, verbis hæc monumenta, compositione, methodo, sensibus, & id genus apparatu, præstantissimè exornata edidit.

Ceterum quænam in Apostoli epistolas Antiochiæ dum ageret, elaborauerit, & accuratiora quidem illa, quæ item Præful conscripserit, ex illis ipsis facile potest dignosci. Quæ autem ad historiam Commentariorum in Psalmos pertinent, cognoscere nondum licuit, nisi quis fortè vim, aliasque dicendi virtutes suspiciens, otiosum illa potius, quam publicis immersum negotiis, elaborasse affirmet.

Quod sicubi sententiarum aliquæ, seu interpretationis, seu profundioris indagacionis indigebant, neque tamen diligenter satis eas explanauit, mirum id minimè videri debet. Quæcunq; enim auditorum captui accommodata essent, atque ad eorum salutem & vtilitatem pertinerent, ea neutiquam ille prætermittibat. Quamobrem neque admittari sanctissimum virum satis vnquam possum, quòd perpetuò in omnibus suis scriptis auditorum ita vtilitatem, tanquam scopum præfixisse sibi videatur, vt cetera vel omnino neglexerit, vel leuissimè attingeret. Sed & illud penitus præ auditorum vtilitate contempsit, quòd alicui vel sensus aliquos ignorasse, vel ad profundiora quædam penetrare refugisse, vel id genus alia præterisse, videri posset.

PAMPHILÆ

Historie Miscella libri VIII.

CLXXV.

1. Pamphilus huius (sed eam Epidauriam, dicens) scripta refert Suidas, & Agell lib. 15. cap. 17. Commentarium Pamphila 29. laudat. Supra 43. Cod. 161. pag. 175. Epitomarum eius libri decem referuntur. b. Suid XXXIII. numerat. c. Socrate, & testatur Suid. in Pamphile. Sive Socrate, & idem in hac voce scripsit.

LECTI sunt PAMPHILÆ miscellarum historiarum libri commentarii 6 octo. Vixit hæc viro nuptui data, vt ipsa operis initio præfatur: cum quo coniuge annos ipsos tredecim à pubertate coniuncta fuit, & hoc opus meditari cœpit atque conscribere. Scripsit autem, tum quæ ex viro didicit, cum quo tredecim, vt diximus, annos coniunctissimè vixit, nullo interim die aut hora otiosè transacta: tum ea quæ ab aliis accepisset, qui mariti domum plurimi frequentarent, nomine & doctrinæ gloria claris: tum 202 denique quidquid legendo ipsa obseruasset. Hæc omnia, & quæcunq; memoria digna visa sunt, in Commentarium per saturam retulit, & non per proprios singula locos distribuit, sed vt quodque visum est, vtque occurreret, cõgessit. non quod difficile futurum ipsi esset in suas quæque classes diuidere, sed quod iucundius longeque gratius miscellaneum hoc scriptum, varietatemque, quam generis vnus opus existimaret. Virilis sanè liber hic omnigenæ doctrinæ. Reperias enim in eo historica non pauca bene necessaria, immò & scitè dicta. Rhetorica etiam ac philosophicæ contemplacionis quædam, & poëticæ facultatis formas, & si quid huiusmodi forte se offerat.

Ægyptia genere Pamphila hæc fuit, floruitque ea tempestate, cum Nero Romanorum imperium Cæsar tenuit. Dicitur verò (quantum ex procemio colligere licet, cumque proprium quid affert, & maximè in sensu) vt mulieris propria, simplicis est formæ, ac ne verbis quidem ipsis ab idea sit alienior. At quoties veterum dicta commemoranda colligit, varia eius oratio est, neque vni formæ accommodata.

THEOPOMPI

Historiarum libri LIII.

CLXXVI.

a. De Theopompo legendus Halicarnassus Criticus & Suidas. b. Suidas LXXII. recenset. c. Nages Diodoro lib. 15. vt item hic inf. pag. 203. Anaxag.

LEGIMVS THEOPOMPI opus historicum librorum vtrumque 85 quinquaginta: qui & reliqui sunt. Intercidisse verò sextum, septimum, & nonum, vicesimum, atque tricesimum etiam veteres quidam affirmarunt: neque sane mihi videre hoc contigit. Menophanes autem, vetus & ipse, minimeque contemnendus auctor, vbi de Theopompo disserit, duodecimum quoque periisse scribit, quem tamen nos cum aliis legimus.

Narrat duodecimus hic liber res gestas Pacoridis Ægyptiorum regis, vt cum Barcæis fœdus inierit, & pro Euagora Cyprio aduersus Perfas steterit. Qua ratione inopinato

opinato Cypriorum imperio potitus sit Euagoras, & Audymone Citico, qui eam renebat, capto. Qua arte Græci Agamemnonem secuti Cyprium occuparint, Cinnura cum suis electo, quorum posteri reliqui sunt Amathusij. Vt rex cum Euagora bellum gerere animum induxerit, Imperatore creato Autophradate Lydiæ Sarrapa, Nauarcho verò Hecatomno: & de pace quam palmarij vice Græcis donauit, vtque acrius cum Euagora dimicavit, ac de nauali Cyprium pugna. Vt Atheniensium ciuitas in fœdere cū rege inito perseuerare studuerit. Lacædemonij verò, secundis rebus elati, pacta conuenta ruperint. Quomodo item sub Antalcida pacis fœdus percussèrunt. Vt Teribazus bellum gesserit, & Euagoræ insidias struxerit, vtque apud regem Euagoras illum accusarint, ac cum Oronte transfegerit. Vt à Nechtenibi occupato Ægyptiorum regno, ad Lacædæmonios Euagoras legatos miserit, quaque ratione Cyprium bellum confecerit. De Nicocreonte, qui insidias locarat, quomodo necopinato deprehensus sit, effugeritque. Quomodo cum eius filia virgine relicta, & Euagoras, & huius filius & Pythagoras, clam alterutro concubuerint, Thrasydæo Eunuchò (qui genere Eleus erat) vicissim illis subseruiente ad puellæ amorem: vtque hæc ipsis interitus causa fuerit, Thrasydæo necem illis procurante. accusatum refert Diodorus sup. e. Nages & Diodoro lib. 15. extremo. f. Ab hoc Cypri tyanno memorat Lucert. lib. 9. Anaxarchum Philosophum necatum. g. Pythagoras, Diodoro sup. Isocrati verò Protagoras.

203

Refert dein, qua ratione Acoris Ægyptius cum Pifidis belli societatem iniecit, deque ipsorum regione, & de Aspendiis. De medicis quoque Cois, & Cnidiis, quòd Asclepiadæ sint: quodque è Syno posteri Podalirij primi accesserint. De Mopso vate, eiusque filiabus Rhode, Meliade, ac Pamphylia. ab his Mopsuestiam, & in Lycia Rhodiam, Pamphiliamque regionem nomen accepisse. Vt à Græcis habitari Pamphilia cœpta, mutuo bello arserit: & quomodo Lycij cum Telmisij, belli duce Pericle eorum rege, pugnarint: nec manus conserere desierint, donec ipsos intra muros compulsos ad concordiam adegerunt. Hæc duodecimo illo libro, quem Menophanes non vidit, continentur.

Theopompus hic Chius genere fuit, genitus patre; Damostrate. Patria verò cum parente excessisse fertur, cum Laconum ille rebus studere conuictus fuisset, quo mortuo patriæ restitutum aiunt, Alexandro Macedonum rege per epistolam ad Chienfes reditum ipsi impetrante, ætatis Theopompi anno quinto & quadragesimo. Verùm mortuo dein Alexandro, vndique exulantem in Ægyptum venisse narant, ibique regem Ptolemaum non solum hominem non excepisse, sed etiam velut nimis curiosum tollere de medio voluisse, nisi amicorum precibus seruatus fuisset. Æquales suos ipsemet nominat, Isocratem Atheniensem, Theodectem Phaselitem, & Naucratem Erythræum, quos & secum in dicendi facultate principatum in Græcia tenuisse refert. Sed Isocratem quidem rei familiaris angustia, vt i Theodectem, pretio orationes conscripisse, ac ludo aperto adolescentes informasse, indeque lucrum reportasse: se verò cum Naucræte, quòd vitam tueri honestè possent, assidue in his, in Philosophia, inquam, ac dicendi facultate exercitum. Neque verò temerè se, aut præter rationem primas sibi vindicare, cum demonstratiui generis orationes non pauciores, quam viginti millium versuum conscriperit: quin & supra quindecim versuum myriadas, in quibus Græcorum, ac Barbarorum res gestas hæcenus narratas legere liceat. Ad hæc verò nullum esse ait Græciæ alicuius pretij locum vrbemve, quo non ipse peruenerit, publiceque perorans magnum decus, ac virtutis in dicendo suæ monumentum reliquerit. Hæc de se ipse pronuntians, eos qui apud sæculum prius dicendo claruerunt, ætatis suæ oratoribus longè postponit, ac ne in secundis quidem subsistere posse affirmat, clarumque id esse vel è scriptis vtrorumque, & orationibus ad posteros transmisis. Creuisse namque immensum quantum sua ætate hanc ipsam dicendi facultatem. Verùm quos ætate priores nominet, equidem aperte non capio. Non enim credo perfringere audeat Herodotum atque Thucydidem, quibus ille viris longè sacundia inferior est. Nisi fortasse Hellanicum, aut Philistum historicos innuit, vel Gorgiam, & Lysiam, ceterosque ætati suæ viciniore, obscure significat. quanquam ne hi quidem aded dicendi inopes fuerunt. Ita Theopompus iudicat.

Perunt eum vnà cum Ephero Isocratis fuisse auditorem, vt & libri ipsi satis de-

clarant

a. Acropolis vocat Diodorus lib. 14. Biblioth. sibi etiam plura de Euagora, & in Isocratis Euagora. b. Caria Prefecto apud Diodorum sup. qui & solus ibi bello præfuisse dicitur. c. Quam refert Diodoro lib. 15. initio. d. Ab Oronte Lucert. lib. 9. e. De quo Strabo lib. 14. ad Colophonem Ionie, alijsq; sapè. f. Damastrium Suidas nominat. g. De quibus vide Dionys. Halicarn. h. Quo præcipue & seu, teste Cicer. Dionys. atque Plutarcho. Legendus autem de his Suidas. m. Similetra-ent argumentum suo Fabius sine Tacitus, Cuius sui oratores veteribus concedant. n. Vide Dionys. Halicarn. Critica, & Cicer.

clarant. Frequens enim est in Theopompi scriptis Iocraticæ formæ imitatio, tametsi in operis accuratione longè à tergo hæreat. Et verò narrandi argumenta præceptorem utriusque præbuisse volunt, & superioris quidem ætatis Ephoro, Theopompo autem ^b post Thucydidem res Græcorum, pro utriusque scilicet capto, etiam re ipsâ accommodata. Hinc & historiarum præcæmia utriusque cum sensibus tum aliis rebus esse simillima, velut ab iisdem stadij carceribus, ad calcem vsque historia decurrente. Digressionibus itaque variæ historiæ quàm plurimis, historicos suos implet libros Theopompus. Quamobrem & ^c Philippus, ille qui cum Romanis bellum gessit, digressionibus hæc sublatis, & ^d Philippi rebus gestis, e quas Theopompus scribendas potissimum susceperat, collectis, in sedecim eas dumtaxat libros (nihil de suo addens, aut præter digressiones, vt diximus, detrahens) redegit.

Duris autem Samius libro primo historiarum sic de illo scribit: Ephorus & Theopompus superioribus longè sunt inferiores. Imitationis enim gratia destituntur, carentque dicendi venustate, de scribendo tantum solliciti. Etsi Duris ipse in eadem illa dispositione longo post hos, quos carpit viros, intervallo relinquitur. Verum an huic arroganti Theopompi censuræ (qua veteribus secundas quidem tribuebat) hoc obiecerit, non habeo dicere. hoc tantum vel maximè contenderim, neutrum ipsorum iuste satis reprehensum fuisse. Cleochares verò Smyrleanus de Iocraticis, opinor, omnibus loquens (hoc enim illi est, in comparatione cum Demosthene non postremas illis dare) ait: *f Demosthenis quidem orationes militum corpori similes maxime videri, Iocraticis verò athletarum.* Illud clarum, Theopompum nemine esse Iocraticis discipulorum in dicendo inferiorem,

Ceterum Theopompi genus, institutionem, præceptorem, æquales, libros, civilem vitam, orationum formam, atque institutum singulatim adnumerando, quibus denique temporibus vigerit, quæ item illi in vita contigerint, hæcenus exposuerimus.

^{c.} Demetrii filius, & Macedonicorum regum penultimus. ^{d.} Amyntæ F. patris Alexandri M. ^{e.} Quod refertur lib. XVI. Biblioth. ad ann. Philippi XVII. ^{f.} Philippo regi Macedonum hoc dictum tribuit Plutarchus.

^{a.} Cumanus Ephorus (inquit Diadorus lib. 16. Biblioth. ad annum Philippi XX.) historiarum suarum, cum ad Perinthi oppugnationem pervenisset, desinit. Is in scribenda ea ab Heraclearum reditu exorsus, Græcorum & Barbarorum res gestas annorum ferme DCCCL. libris XXX. describit. ^{b.} Scripsit ille (de Theopompo refert Diod. lib. 14. Biblioth.) à prælo ad Cynoscema exorsus, ad quod Thucydides negotium destituerat, sedecim annorum tempus perscripsit. ^{c.} Diadorus Plutarchus.

THEODORI ANTIOCHENI

CLXXXVII.

Contra asserentes peccare homines natura, non voluntate, libri V.

LECTVM est opus THEODORI ANTIOCHENI (qui Mopsuestensis ille Episcopus est, vt ex eius quibusdam epistolis colligimus) hoc titulo: *Contra asserentes peccare homines naturâ, non voluntate.* Ea disputatio quinque libris absolvitur, quos adversus Occidentales hac labe infectos scripsit. Inde enim oriundum hæresis huius auctorem in Orientis modo regionibus versati, librosque de recens ab se excogitata hæresi compositos ad populares suos in patriam transmittere narrat, vt iam ibi multos per hanc artem in suam pertraxerit sententiam, integrasque ad eam Ecclesias absurdas illis imbuerit opinionibus. *Aram* verò illorum librorum auctorem siue nomine, siue ^a cognomine, incertum, appellat. Hunc etiam quintum Evangelium confinxisse, illudque se in Eusebij Palæstini Bibliothecis repperisse ait. Reiecta præterea diuini ac veteris Testamenti versione; quam septuaginta interpretes simul conuenientes ediderunt, vt & Symmachi, & Aquilæ, aliorumque interpretatione, propriam quandam suam novamque conficere ausum: cum neque Hebraicæ linguæ, vt illi, à puero assueuisset, neque mentem S. Scripturæ didicisset: Hebræis tantum modo quibusdam abiectione fortis in disciplinam se tradidisse, atque hinc propriam sibi editionem conscribere aggressum.

Sectæ verò illius summa capita hæc ferè sunt. Homines naturâ, non voluntate peccare. Naturâ, inquam, non ea, qua præditus ab initio conditusque est Adam, (illam enim bonam, & boni DEI opus esse asserunt) sed ea quam post peccatum adeptus sit; quando per præuicationem atque peccatum malam pro bona, mortalemque pro im-

^{a.} Ab insensata forsitan vè usque significatione.

pro immortal commutauit. Hac quippe ratione natura quoque improbos effectos, qui antea naturâ boni fuissent, in natura iam, & non in voluntate peccatum sibi acquisiuissent. Alterum deinde caput ex illo deductum. Infantes, tametsi recens natos, peccati immunes non esse; cum ob Adæ præuicationem, naturâ in peccatis constitutâ, ad omnes eius posteros peccatrix (vt ipsi loquuntur) natura propagetur. Adferre autem ipsos & illud ait: *Eccc in iniquitatibus conceptus sum,* & si quæ sunt generis eiusdem, Sanctum adhæc baptisma, sacrique corporis communionem, in peccatorum remissionem. quin etiam ipsis infantibus allata hæc præbere, ad propriæ opinionis confirmationem. Neminem præterea mortalium esse iustum, quod ipsum item ex eo, quod initio posterunt, consequitur: *Non enim iustificabitur,* inquit Propheta, *in conspectu tuo omnis caro,* & his similia.

Quarum, (ô blasphemias voces & impias!) Ne CHRISTVM quidem DEVM, adsumpta nimirum peccatis infectâ natura, sceletis purum esse. Quamquam & in aliis ipsorum blasphemias obstruere licet, inquit ille, non verè hos, & natura, sed figura dumtaxat humanam ipsi naturam attribuere.

Quintum, matrimonium, vel certè congreddendi cupiditatem, & seminis missionem, omniaque similia, quibus successione genus humanum propagatur, peruersæ naturæ opera esse asserunt: in quam quidem per peccatum lapsus Adam, naturæ mox vitio malorum omnium examen in se susceperit. Hæc sectariorum dogmata sunt.

Porrò Theodorus hic rectè quidem facit, quod hæc ipsa detestetur ac reiiciat, interdumque optimè ac validè ipsorum absurdas & blasphemias opiniones resellat, nec non sacræ scripturæ locis, quibus illi abusi sunt, proprios sensus adaptando, vt omnino imperitos redarguat. Verum hoc ei perpetuum non est: nam & Nestorij sectam in multis parturire nobis visus est, & Origenis, saltem de fine suppliciorum, nullitare sententiam.

Quod autem asserit præterea (Iam inde ab initio quidem formatum esse mortalem Adam, sed DEVM, vt scilicet peccatum odissemus, ita tantum simulasse, quasi pro peccato pœnæ loco mors imposita fuerit) mihi sanè rectam sententiam nullam adferre, sed multis potius obiectum esse criminationibus, si quis rationes exigere velit, videret: quantumvis, vt ipse dixerit, satis acriter huiusmodi opinio aduersus hæreticos pugnet. Non enim, si quid cum deteriori pugnet, continuè bonum est: etenim malum quoque secum ipsum pugnat: sed si quid rectæ rationi consentaneum, manifestumque sit sacris litteris, illud demum recipiendum, tametsi nulla hæresis ei sententiæ resistere audeat.

Nec illud item ego curiosè dictum, & Ecclesiæ DEI inauditum, in veritatis dogmatibus numerauerim, cum duas esse peccatorum remissiones asserit. Alteram quidem de commissis: alteram verò (quam nescio qui remissionem quispiam, vt ille loquitur, appellare possit) ^b impeccantiam ipsam, siue non amplius peccare. Oportet enim nos, vt apparet, pluribus explanantibus vocabulis vt, vt nouam illam peccatorum remissionem declaremus. Quod enim recta loquendi ratio *impeccantiam* nominat, ille peccatorum veniam perfectam, & maxime ratam, integrumque appellat peccati interitum.

Equarumnam igitur hæc peccatorum remissio, & vbi facta, vndeque originem duxit? Cœpit quidem illa manifestare se, ait, ex quo CHRISTVS Dominus carnem induit, & arrabonis nobis loco tradi: perfectè verò datur, cum pro bonis operibus, tum in illa institutione, quæ post carnis resurrectionem futura est, qua vt poteriamur, tam nos, quàm recens nati infantes baptizamus. Satis quidem illa, quæ dicta sunt hæcenus, præclara, & quæ tantum non inhiare fini omnes iubeant. Dic ergo deinceps, Et quid hoc rei? aures enim tibi arrectas præbemus. Quænam, inquam, hæc est peccatorum perfecta remissio? Non amplius, inquis, post resurrectionem peccabimus. Quam sanè ab ingenti spe nos deturbasti! Vt enim nunc querere omittam; Quonam modo dicere liceat, peccatorum remissionem; illud tantum breuiter rogabo; Quid ais? Propterea ne CHRISTVS tibi homo factus est, & cruci affixus, ne tu ibi post resurrectionem iterum pecces? Peccabantne igitur illic, qui vita prius abierunt, quàm in mundum CHRISTVS veniret? Et si forte non

^{f.} Gal. 5. 7.

^{f.} Gal. 1. 4. 2.

^{a.} *πῶρα οὐκ ἔστιν ἐν βυβλίῳ ἐκείνῳ, ὅτι ὁμοίως ἐστὶν ἐν βυβλίῳ ἐκείνῳ, ὅτι ὁμοίως ἐστὶν ἐν βυβλίῳ ἐκείνῳ.*

^{b.} Ita cum B. Hieron. proœmio Comment. 4. in Ierem. reddo ἀνεπισημῶς.

257

baptizemur, peccabimus ibi adhuc [tuo iudicio] & nos, & infantes? Quid? Infideles omnes, rursus in futuro sæculo, & furabuntur, & fornicabuntur, impieque agent, ac latrocinantur, omnemque ad eum sui desiderij nequitiam adimplebunt? Non enim iustus satis vel eorum, quæ hæc commiserunt, quantumvis grauissimas pœnas, reperias. En tibi, ex quibus istam ipsius peccatorum remissionem probare non possum, iam ostendi.

Sed fortasse ne ipse quidem volens huc deductus est, tantumque ut dubios sic querentium nodos dissoluat: Quare pueri sanctissimis mysteriis communicant? Cur baptismate digni iudicantur: nisi quia & ipsi peccatis abundant, insiro iam in naturam ipsam peccato? In peccatorum enim hæc remissionem conferuntur. Verum oportet & illam dubitationem, multas alioqui habentem dissoluendi vias, alio modo dissoluere, absurdisque illis, quæ ad ipsius peccatorum remissionem conferuntur, consideratis, nihil eiusmodi prodigiose fingere.

Idem hic Theodorus ille est, qui aduersus Eunomium libris octo & viginti non segniter depugnauit, & sancti Basilij, vel ipsiusmet potius veritatis, sententiam confirmauit. Etenim neque voces, neque vocum compositio, neque dogmatum mens, neque varia illa & fusa refutandi ratio, nec id genus alia quidpiam differunt. etsi autem dictionibus utatur non inuitatis, obscurus tamen est. quia enim cathenatas ut plurimum adhibet periodos, & interpositiones crebras, per quas etiam sensus quam longissimè à re proposita recedit: rursus quia nominum obliquis ac participiis redundat, & res easdem frequenter (neque id satis ornate) reuoluit, ac reperit: quia denique repetitione pluribus, quam narratione ipsæ (quod omnino sine methodo sit) circumstantiis refertæ sunt, similibusque ex causis non parum obscuritatis scriptis suis aspergit. Apparet autem studiosius versatum fuisse in sacra nostra & diuina scriptura, etsi in plerisque à veritate aberret.

a. Sup. pag. 3.
XXX. dumtaxat
referuntur.

DIOSCORIDIS

De materia medica libri VII.

CLXXIIX.

a. Vt libri editi
representant.

LEGIMVS DIOSCORIDIS de materia a [medica] volumem septem distinctum libris. Quorum in prioribus quinque agit de herbis, stirpibus, aromatibus, confectioneque olei & vnguenti. Item de animantibus, & de partium illorum vtilitate. De arboribus quoque, & succis, ac lachrymis. Præterea de melle, & lacte, atque adipe: deque iis, quæ frumentacea & oleracea vocantur. Adhæc de radicibus, plantis, arbutis, herbis, & quæcumque ex his vel liquorem vel fructum ad medicam facultatem vtilem habent. Quin & de vini generibus, ac de metallicis quæ nominantur, abundè tractat: & plurimorum, de quibus dicere instituerat, figuram, naturam, ortus locum, quo inuestigata citius cognoscantur, accuratè describit. Partius dumtaxat vsum rei cuiusque, minusque accuratè historiam adscribit. Vinorum item varium in his prodit apparatus. Sexto autem libro de iis medicamentis differit, quæ aut noxia sunt, aut salutaria. Septimo denique & huius operis vltimo, venenatorum animantium historiam scribit, ac per quænam qui in horum aliquod inciderint, aut perfectam medicinam, aut quidquid saltem solatij adferri possit, repetant. Atque hic operi huic scopus præfigitur, quod vtilissimum sanè est, non medicæ tantum facultati deditis, verum etiam philosophicæ ac physicæ speculationi intentis.

Iam quotquot post illum de simplicibus medicamentis scripsisse visi sunt, alij librum hunc dumtaxat transcripserunt, alijs ne in ipsa quidem sua scriptio- ne accuratio curæ fuit; sed vniuersam de singulis doctrinam discerpserunt, dum formam, naturam, & ortum simplicium seorsim colligunt, seorsimque rursus ac diuisim vsum, & vtilitatem perscribunt. c Alexander verò, & Paulus, Aëtius, similesque, ne formæ quidem rationem habuerunt: sed solius vsus summa dumtaxat veluti capita libantes, suis ea scriptis inseruerunt. Quamquam Paulus non solum eorum, quæ Dioscorides tradidit, vsum minimè omisit, sed & multorum, quorum ille non meminit, vsum, vtilitatemque accumulat. Aëtius verò præterquam quod nihil ipse addat, multa insuper, quæ Dioscorides scripserat, nescio quo consilio præ-

b. Ipse Dioscori-
des libri VII. pro-
œmio sextum
ipsum distric-
statuit vsus
negotiosus
telentium. Se-
plimum autem
hunc in duos
modo distric-
libros in vulga-
tis exemplaribus
Sidemus.
c. Aphrodisien-
sis.
d. Egineta.

filio prætermisit. At neque Oribasius, qui his omnibus vbertor esse videatur, omnia quorum Dioscorides meminit, in sua retulit collectanea; sed vsum à forma naturaque disjunct. Galenus item cum herbarum multa genera omiserit, facultatem dumtaxat, aut vsum earum, quarum quidem meminit, descripsit; frigida sane causa, cur harum & figuram, & naturam prætermiserit, allata. Etsi de metallicis curiosus sanè eum Dioscorides egit, non minima ex parte, & quidem vtili, virum illum superans, non adeo tamen, quantum herbarum ab illo causa vinci vicissim videtur.

Quamobrem, mea quidem sententia, ad figuræ, naturæ, atque ortus intelligentiam, Dioscoride nemo facile vtilior inueniatur.

Scriptor hic, ut & Galenus testificatur, Anazarbensis est. Incidi tamen aliquando in eos libros, qui & Pedacij simul, & Anazarbei nomen in titulo præferrent. Omnibus autem, qui ante illum multi ea de re scripserunt, accurate atque vtilitate antecellere videri c studet.

gimus, Πεδάκιος Διοσκορίδου Ἀναζαρβένσιος περί ὕλης ἰατρικῆς. c Libri primi Proœmio.

a. Lib. VI. simpl.
medicam. Proœ-
mio.
b. Quo modo in
vulgari hæc te-

209

AGAPII

Scripta.

CLXXIX.

LEGI AGAPII, odio digni atque impij hominis, Opustrium & viginti libellorum, & alia præterea Capita duo supra centum. Quibus omnibus satis ostendit, falso eum sibi Christiani nomen vindicare; cum tantus nemo omnium CHRISTIOLOR, quantus Agapius vel ex his ipsis libellis, deprehendatur; quod Vranix cuidam feminæ, sectæ suæ studijque sociæ, vti iactat, inscribit. Cum igitur nullum dogma introducat atque confirmet, quod non Christianæ doctrinæ aduerteret, Principium quoddam malum per se subsistens, ab æterno esse Deo oppositum vult, quod interdum Naturam, Materiam nonnunquam, alias etiam Satanam, Diabolum, mundi Principem, sæculi huius Deum, alijsque sexcentis appellat nominibus. Tradit adhæc, necessario, atque inuitos peccare homines: Et corpus deterioris esse partis, diuinæ vero auræ particulam esse animam, atque (ò ingentem amentiam) eiusdem cum Deo naturæ. Verus dein Testamentum intridet, ac Moysen ipsum cum Prophetis; quin & Domini præcursores miserimus ille subannat. Hos autem ipsos, & veteris Testamenti dicta factaque omnia, (ò impietatem summam) malo illi, & cum Deo pugnantia Principio adscribit. Paradisi quoque arborem illam CHRISTVM esse fabulatur, quem et si ore quidem venerari se fingit, factis tamen ipsis & opinionibus, quantum exprimi verbis haud potest, blasphemar. Trinitatem insuper consubstantialem fateri se dicere audeat execrandus ille, sed hoc impie ac malitiosè, tantumque ut pietatis hinc vocabulis decipiat, simplicius ac minus circumspectè ad eum accedentes, utque pestilente dogmatis veneno, hac quasi dulcedine quadam temperata, atque commissa, huius illos noxa confestim adimpler. Sic & corpus se CHRISTI honorare ac prædicare ait, & CHRISTVM cruci affixum, immo ipsam crucem, baptismum, sepulturam, atque resurrectionem eius, mortuorumque adeo omnium resurrectionem ac iudicium; & ut semel dicam, omnia ferè pietatis ac Christianæ religionis vocabula ad alios, vel absurdos atque abominandos, vel alienos ac stultos, vel ineptos & incongruos sensus transferens atque traducens, suam ita nititur confirmare impietatem. Tantam vero dolo mistam impietatem meditatus est, ut cum intolerabile odium, bellumque implacabile, cooperante illi diabolo, cum semper Virgine MARIA, ac matre CHRISTI Dei nostri gerat, MARIAE tamen nomen per simulationem vsurpare, eamque matrem CHRISTI mendaciter appellare, nec Dei, nec vilius omnino pudoris meum vereatur. Quamobrem & venerandam salutiferamque; CHRISTI Crucem mille conuicijs lacerans, atque ad Iudæos propulsandos telum per blasphemiam appellans, dicere nihilominus impudenter audeat, honore dignam se, ac venerationem CHRISTI Dei crucem ducere, alijs nimirum appellationibus res peruersè enuncians. Sic & corpus, & sanguinem CHRISTI fabulatur, non illud, quod Christiani agnoscimus, sed quod rabida ipsius, ac furiosa mens confinxit: Voces quidem piorum admittendo, res verò ipsas allatando. De sole præterea, & luna sine pudore veluti de Dijs disserit, eiusdemque cum Deo esse naturæ prædicat: neque sensu horum lucem percipi, sed sola mente posse intelligi, mentitur homo sensu carens communi. Hinc

210

V 3

& incor-

& incorporea, formæque ac coloris expertia hymnis celebrans, cultum illis maifesta-
remque attribuit. Abſtinentiam verò à carnibus, atque à re vxoria, tanquam à rebus
deceſtandis, maximè ipſe deſtandus, ſimulat. Vinum quoque velut ebrietatis cauſam
auerſatur, non conſiderans vino id vitium minimè, ſed immoderato indecentique vſui
tribuendum; vt & ciborum omnium, immo & ipſius aquæ immodicus vſus nocet. De
aère item inſelix ille tanquam de Deo quopiam diſputat, vt columnam eum, & homi-
nem hymnis celebrans. Ignem tamen aſpernatur, terramque, & peiori hæc parte col-
locat. Sic alijs quoque deliramentis, nugis que multis, cum è Græcorum ſuperſtitione
emendicatis, num prodigioſè è ſuo conſectis cerebro, malotum colluuiem, atque impie-
tatis apicem, ſuam ſtabilit ſectam. Diuellit & dicta quædam à ſacro Euangèlio, epiſto-
lis que B. Pauli, quæ & ipſa detorque ſolitur, atque ad ſuum trahere impium dogma.

a. De quibus co-
piòſè D. Baron.
Tol. ad annum
Chriſti 44.

Actis item illis, quæ duodecim Apoſtolorum vocantur, & Andrea maximè, non
ſolum aſſentitur, ſed etiam inde ſuperbia extollitur. Probat inſuper animarum mi-
grationes: alios quidem, qui ad ſummum virtutis culmen peruenerunt, in Deum reſol-
uendo: alios vero, qui ſummum improbitatis attingerunt, igni tradendo ac tenebris;
alios denique, qui medio quodam modo vitam inſtituerunt, in corpora iterum reuo-
cando. Teſtibus præterea ſine verecundia, etiam ijs ad ſuam ſtabilitandam impietatem
vitur, qui Gentium religionem fuerunt amplexi, maximè que Platone, diuinos illos ac
ſacros (quibus æquè nominibus CHRIS TVM Seruatore ſufficit) appellans. Alia
quoque adfert ingentis amentia, fraudis, atque impietatis pleniffima. In Eunomij
item errorem inuehi videtur, cum ipſe, quantum vix credi poteſt, impiè magis quam il-
le blaſphemet.

Dictio eius & phraſis interdum quidem non contemnenda, præſertim ſi quid aut
deſcribere, aut explicare ſatagit; in quibusdam rursus vilis, nihilque à triualibus diſſe-
rens. Attingit & Philoſophica quædam dogmata miſer ille, in quibus tamen germa-
num nihil aut genuinum retinet, ſed omnia miſcet, atque confundit. Ad deprauan-
dum etenim verū rectumque non parum in agendo ſtrenuus, vel in dicendo ſollers, ad
inueniendum atque excogitandum ſimplex omnino ac ſtolidus deprehenditur. Pro-
deſt autem impium illius, atque ineptiffimum Opus, ad reprehendendum dumtaxat, pü-
doremque incutiendum, cum Manichæorum impiſſimam doctrinam, tum hunc ipſam
ſectantibus.

IOANNIS LAURENTII

Philadelphienſis Lydi

CLXXX.

Tractatus

- De Prodigijs.
- De Menſibus.
- De Politicis Magiſtratibus.

LEGI IOANNIS LAURENTII Philadelphienſis Lydi Tractatus tres: De Prodigijs,
de Menſibus, & de Politicis Magiſtratibus. At ille de Prodigijs, mea quidem ſen-
tentia, atque iudicio, parum aut nihil à fabulis diſfert. Alter verò de Menſibus, eſt in-
utilia multa continet, ad antiquitatis tamen gratiam atque iucundam cognitionem vehemen-
ter prodeſſe poteſt. Denique de Magiſtratibus politicis liber, ijs potiſſimum, qui
eiusmodi ambiunt, non inelegantem adfert hiftoriam.

Vititur autem hic ſcriptor verborum immutationibus ad ſatiètatem, & plerumque
frigidè nimis atque audacter, eſt interdum quoque propriè ac venuſte. In alijs item in-
æqualitate laborat, dum ſaltuoſum agit, vbi non oportet; & contra abiectus eſt, vbi &
hoc minimè decet. Adulator adhuc ſuperſtitum inexcufaſſibilis, in mortuorum vero &
quibus vindictam non timeret, reprehentiones, immodicè effuſus. Dictione præterea
vitur interdum quidem ſelecta, atque Atticorum more ſublimi: & eſt rursus, vbi ea
repat humi, atque neglecta ſit, nihilque ſupra triualem adferat. Verum in libris de Pro-
digijs ac Menſibus nemo fortaiſſis idcirco ipſum admodum reprehenderit: quando tamè
de Politicis agens Magiſtratibus, & hiftoricas referens narrationes, aut aliquos laudan-
dos ſuſcipiens, eandem retinet dicendi inæquabilitatem, cum in dictionibus atque ſen-
ſibus,

211.

ſibus, tum in compositione ſcriptorum, nullam ego veniam deinceps eiſmodi vitia
merceri video.

Militauit hic vit ſub præſectis annis viceſimum primum. Aetatis vero qua-
drageſimo cauſas egit, deinde & a Matricularius fuit, poſt quæ tempora & Traſtatus
illos ſe conſcripiſſe refert, Imperatoris iudicio palatio dignum eſſe habitum. De tem-
pore quo vixit: Anaſtaſij imperium attingit, & Iuſtini tranſegit, gubernantis inſuper
poſt illū Iuſtiani emetiens. Religione vero ſuperſticioſior videtur. Gentilium enim
ſectam colit ſimul, & fidem noſtram, ſic tamen, vt lector non facile colligat, vtrum ſic
verè ſentiat, an potius veluti in ſcena ludat.

a. Siſci, ſovi, an
militia tabulis
hic præſuit tra-
dicit enim & ca-
ſalagos inſuper-
riti matrices ac
per diminutionē
mariculas rep-
bellare ſoliti.

DAMASCII DAMASCENI

De Iſidori Philoſophi vita Capita LX.

CLXXXI.

LECTVS EST DAMASCIVS Damascenus de Iſidori Philoſophi a vita. Liber eſt mul-
torum verſuum, in b capita ſerè ſexaginta diuiſus. Iſidori autem vitam ſcribere inſti-
tuens, Theodoræ cuidam feminæ opus inſcribit, Ethnicorum æquè cultum ſectanti,
& Philoſophicæ doctrinæ, omniumque ſiue ad Poeticam, ſiue ad Grammaticam ſacul-
tatem ſpectantium non imperitæ, immo & ad Geometricam, atque Arithmeticam ſpe-
culationem euectæ; quam vna cum iunioribus ſororibus Iſidorus ipſe, atque Damasci-
us varijs doecerant temporibus. Filia hæc fuit Gyrinæ, atque Diogenis, Eufebij F. Fla-
uiam Nep. qui genus duxit à Sampſigeramo, & Monimo, à quibus & Iamblichus ori-
ginem repetit, vixit qui primas in Idololatræ ſuperſtitione tulerunt. Igitur Damascius
Iſidori vitam huic dedicat, cuius etiam petitio, accedentibus & alijs quibusdam cauſis,
auctorem ad ſcribendum impulit, vt reſtarum ipſe reliquit. Neque tamen Iſidori magis
vitam, quam multorum aliorum, qui vel eadem cum eo, vel præcedente ætate flore-
runt, vna deſcribit: actis quoque eorum, ac narrationibus cum digreſſionibus pluri-
mis ad ſatiètatem adiunctis.

212.

Ad religionem porro quod attinet, ſumme is impius fuit, & nouis atque anili-
bus fabellis & animum ſimul ac ſermonem ſerferum gerens. Quare & ſanctam fidem
noſtram, tamenſi timidè, rectaque malevolentia, non raro tamen allarrat. Quorquor
autem verbis extollit, & qua ob doctrinæ excellentiam, qua ob ingenij ſollertiam ſu-
pra humanam conditionem, vt diuinos celebrat, horum cuiusque iudicem ſeipſum con-
ſtituens, nullum non perſtrigit, in ſingulis etiam quos laudarat, aliquid deſiderans. In
acti ingenio prædito, quod non per omnia æquè ſoletis ſit: in eo qui incomparabili eſt
ſcientia, quod non ſciat, immo & in eo, qui virtute Deo proximus videatur,
quod adhuc multa ei deſint. Ita ſingulos eorum, quos in cælum antea ſuſta-
lerat, rursus detrahendo, humoſque allidendo, imperium ſibi in omnes, & de
omnibus latenter arrogat. Quamobrem Iſidorum quoque aſſiduè non magis laudat,
quam vituperijs onerat. Neque vero ex logicis cum quæſtionibus, tum ſolutionibus,
quas vel ex alijs ille pro admirandis, vel de ſuo peſtore (ob celerem mentis agitationem
& accuratiorem ſcientiam arroganter ſeſe efferens) in medium producit, quidquam ſu-
pra eos, qui in Philoſophia verſari vulgo ſolent, ab hoc homine paulo felicior conſectū
reperias; aut rursus ad acumen eum, & volubilem mentis agitationem, quantum ſaltè
homini ſas eſt, nedum quantum Deo, perueniſſe, ſed neque aliqua oſtentare, quæ vel
mediocria in rebus Philoſophicis ſint. mitto quæ per ſummam accuratiorem deducan-
tur, quibus tamen ille nominibus clarus illuſtrisque habetur.

a. Excerpta inde
inf. reperitur cap.
242. pag. 546.
b. Quæ etiam
diſtinctione ſeſe
dicitur ſup. cap.
130. pag. 166.

c. Quæ aperuiſſe
videtur quatuor
illis Paradoxi-
libris ſup. cap. 130
pag. 166.

Ad ſtylum quoque attinet, pleraque eius verba non procul à perſpicuitate diſcedunt.
Habet item aliquid aliarum formarum, quæ verbis deſignantur: aſperitatem, inquam,
qua prononciatio aſperior, ac vox quaſi planior redditur; & in Poeticum præterea vſum,
raram quidem, ſed liberiore euagationem. Trôpi vero ita eius efformant orationem,
vt in imperitiam quandam, ac frigidam elocutionem, aut duriorum aliquam immuta-
tionem nequaquam deſerantur, ſed ſuauitatem vt plurimum & gratiam, ex ſeipſis ſaltè,
conſcient. Verum vt perſpicuus ſit, maximam vocum partem, vniuerſa tamen oratio-
nis ſerie, non item. Nam & compositio eius, non tam compositio, quam innotatio
quædam eſt. & ipſa porro circum ductio aſſiduam adferens ſatiètatem, non perſpicuita-
tis modo factam ſpem, verum etiam omne omnino in oratione poſitum ſtudium ob-
ſcurat,

scurat. Quare cum iucunda posset alias oratio esse, omni illa gratia, quam his expolitris habere poterat, per ea, quæ diximus spoliata est. Circumductiones adhæc, neque acriorem sensum aliquem, neque venustatem, neque velocitatem vel obiter attingunt, quibus tamen rebus non ineptè quispiam gloriatur: verum communium horum, atque leuium ornamentorum ne ea quidem hic apparent germina, quæ ad necessarium vsum atque circumstantias pertineant. Iam figuræ, nisi longissimè cum redundantia perambitus extenderentur, nunquam eas vires haberent, quibus à medio decorumque seruante temperamento abducerent. Vehementia item atque amarities abunde his inest scriptis: quamquam & illa sæpenumero languescit, non mistione ac temperamento idearum, quod foret optimum, sed defectione dictionum, & earum partium, quæ eam vim habent, vt phrasim valentior reddant, ac turgidiorem, quod multis quidem, eiusmodi peculiarem aliquam loquendi formam cõsestantibus, contingit: non tamen hoc cum laude ijs saltem euenit, qui sustinere supra vires susceptum onus non poterunt. Hoc igitur esto, vt simpliciter dicam, de eius dictione iudicium: nam in eo, qui vitam conscribit, fuerint & alia fortasse plura aduertenda. Quid enim opus ipsi erat granditatis vti forma? Legislatoris enim, ac præscriptoris orationi hoc proprium. Quid dein contentio, tantaque circumductio, & compositionis inusitata ratio? Sed hæc hæc tenus.

Damascius autem in dicendi arte tres ipsos annos Theoni operam dedit, præfuitque Rhetoricis exercitationibus annos fere nouem. Geometriæ & Arithmeticæ cæterarumque artium doctorem habuit a Marinum Athenis Procli successorem. In Philosophicis disciplinis, Zenodoro Athenis vsus est magistro, qui & ipse post Marinum Proclo successit; Ammonio verò Hermiæ F. Alexandriæ, quem non parum cæteris suæ ætatis Philosophis antecellere scribit, & maximè in Mathematicis. Huius in Platonicis se auditorem fuisse Damascius scribit, vt & Ptolemæi magnæ Astronomicæ syntaxeos. Dialecticæ tamen exercitationis vim vsu ac familiaritate Isidori consecutum contendit, quem & in hac ipsa differendi facultate omnes quotquot illud sæculum tulit, doctos homines obscurasse commemorat.

a. Cuius libellus de Procli Diadochõta in manu est. Lege Suid. b. Ad distinctionem huius ab alio antiquiore Ammonio Sacæa, de quo Suidas

B. EULOGII ARCHIEPISC. ALEXANDRINI

CLXXXII.

Contra Nauatum libri VI.

LECTI sunt B. EULOGII Alexandrini archiepiscopi contra a Nauatum, & de Administratione [Ecclesiastica] libri quinque. Hominis dictio ad verba quod attinet, fere mediocriter est accurata: verum constructione non proculsape à sollicitissimo abscedit. Diuinarum adhæc scripturarum non est imperitus, quarum testimonia feliciter atque appositè cum aduersus Nauatianos, tum in aliis quibusdam rebus adhibet. Persuadet item, vt eius dicendi genius est, docetque, ac placet.

a. Nonatianum hunc fuisse, sed à Nauato quodam B. Cypriani Presb. seductum (qua Gratia forte ansa confundendi horum nomina) discis ex B. B. Cornelij, Cypri. Hieron. & aliorum Latinorum scriptis. Vide Epiphanium hæresi 13. Theodoret. hæret. fab. lib. 3. & Annal. 2. Bevon. Card. Nicephorum item Callist. & Suid. b. Nisi diuinius intelligo potestatem Ecclesiæ in recipiendis lapsis. De diuinius idem inf. quoque Cod. CXXVCI. pag. 401. c. De quibus iterum, sed breuius, inf. Cod. CCLXX. pag. 272. Eorum porro excerpta, quæ quidem ad sacrarum scripturarum expositionem fuerunt, habet inf. Cod. CCLXXX. pag. 876. Sextus autem qui ficitur de Nauato fabulas confutatus, contra ipsos poissus eius sectatores scriptus videtur. d. Vide pag. 876

Refert autem Nauatum, Cornelio Pontifice, Romanæ esse Ecclesiæ Archidiaconum creatum, ad quem ipsum Pontificium, pro eius temporis more, decedente è vita Pontifice, deferrebat. Archidiaconum enim succedere summo sacerdoti statutum erat. Verum hunc (ait Eulogius) superbia laborantem Cornelius, & in suam mortem imminente cum cognouisset, presbyterum ordinat, omnes sic illi ad supremam cathedram perueniendi spes præcidents.

Ille verò intentus in occasionem, postquam Cornelius è varijs peccatis ad penitentiam quosdam recepit, & qua par erat pœna multatos ad immaculatum Mysteriorum communionem admisit; hac ansa [miser] arrepta, diuisus est ab Ecclesiâ, exprobrans Cornelio quod peccatorum esset receptor, seque ipsum hæresis propriæ declarauit auctorem: Catharos quidem sectæ socios nominans, Cornelianos autem vniuersæ cœtum Ecclesiæ.

In his igitur libris quatuor cum Nauati secta in genere scriptor hic pugnans, S. scripturæ

pturæ locis ipsum miserè flagellat: dum quinto singulatum libro martyrum esse reliquias venerandas contendit, quod detrectare per Alexandriam dispersos Nauatianos ait: siue hi soli eo morbo laborarint, siue communiter illud hæresis tota proficeretur.

At in sexto euerit, qui de Nauatiana secta feruntur commentarios, & falso inscriptum Nauati Episcopi certamen: a Episcopum enim vrbs Romæ fuisse hæresiarum hunc arroganter iactitant. Sunt autem hi commentarii extrêmæ vilitatis, tum dictionibus ac sensu, tum etiam compositione, omnibusque adeo quæ in sermone spectantur. Eorum illud est argumentum: Imperantibus Romæ Decio & Valeriano, Perennium Ducenarium, accepto ab ipsis mandato, omnes Romanæ vrbs, & circumcirca ditionis Christianos, exquisitis cruciatibus, pœnisque acerbis ad Idolorum cultum per vim compulsi: & multos quidem alios tormentis cessisse; in his autem & e Macedonium, qui tum vrbs Romæ Episcopus nouem sibi subditos presbyteros habebat, in quibus Nauatus vnus erat. Macedonium ergo hunc cum illis octo sacrificasse, vno Nauato animæ mortem effugiente. Hæc commentarij illi referunt, pugnamque Nauati per ineptas Perennij interrogationes, stultioresque Nauati responsiones describunt. Addunt cum Nauato Marcellum, & Alexandrum Aquileiæ Episcopos, Agameinonem quoque Tiberis Episcopum, cæterorumque Christianorum quosdam, fide iniuiolata seruata, vna habitasse ædiculam ab ipsis exstructam; quod ijs, qui idolis immolassent, vti, simulque sacris operari recusarent. Refertur & f Alexandrinos Episcopos, ea tempestate summum vrbs Romæ præfatum Nauato attribuisse. Atque id quidem commentariorum de certamine Nauati est argumentum. Refellit autem hæc libro 6. quinto Eulogius, vt diximus, mendacia esse eadem illa falsoque conficta, atque incredibilia ex ipsismet quæ scripta essent, ostendens. Librorum igitur quinque B. Eulogij hic scopus est. Qui in confutanda illa secta per S. scripturæ loca progressus, explanationes quasdam peritiles attexit; quamquam neque cætera ipsius cum aliorum pia sententia pugnent, sed accommodare ad sectæ illius refutationem, assumpta sint.

Quare suspicatur quosdam Macedonij Constantinop. odiosè hic ab imperito mendaciorum sigulo nomen esse crudelitatis illius in Nauatianos recentior esset memoria. d. Al. Episcopos, non rectè. Docent que inf. pag. 890. & ipsa huius fabula series. e. Minus rectè pro Tibyris. f. Infr. pag. 890. tres hic nominatos manus Nauato imposuisse, summiq. Pontif. dignitatem in eum contulisse. referi Phot. Et existat Dionys. tunc Alexandr. Archiepisc. Nauati reprobententis epist. apud Euseb. lib. 6. cap. 37. & alios. g. Immo sexto. Et præcedenti proximè enumeratione, & manifestissimè ex pag. 890.

a. Per schismata, cuius hinc Rom. Ecclesiæ primus auctor, aduersus Cornelium Pontificem insurrexit. b. Ita dicti, instituti ab Augusto Iudices (Suet. Aug. c. 32.) quod auctena ceteria possiderent. Vide Cl. V. Leunici Torrentij Comment. in Sueron. Claud. cap. 24. & Luc. Pamel. in B. Cypri. epist. 68. Brisson. ient in Lexico. Est militiæ inomen apud Veget. lib. 2. cap. 8. c. At nullus hoc nomine vnguarum Rom. Episcopus. d. Suspiratum quod ex ipsa huius fabula hinc summiq. Pontif. dignitatem in eum contulisse. referi Phot. Et existat Dionys. tunc Alexandr. Archiepisc. Nauati reprobententis epist. apud Euseb. lib. 6. cap. 37. & alios. g. Immo sexto. Et præcedenti proximè enumeratione, & manifestissimè ex pag. 890.

EUDOCIAE AVGVSTAE

Metaphrasia metrica in Obitateuchum.

CLXXXIII.

LECTA est METAPHRASIS Obitateuchi, heroico carmine condita libris octo, pro translatorum scilicet numero ac diuisione librorum. Inscriptio autem codicis ab a Eudocia Augusta elaboratum hoc carmen adfirmabat, quod, tum quia mulieris, & quidem in imperio delicias affluentis, tum quia præclarum adeo est, admittatione sanè dignum iudicatur. Etenim illustris est hic labor, vt in heroico carmine, si quis unquam alius. At dum artis legibus altius immergitur, in hoc vno (maximo tamen illo ad eorum laudem, qui propius libros vertendos censent) ab arte deficit, quod neque Poeticæ libertate, veritate in fabulas commutando, adolescentium aures demulcere studeat, neque rursus digressionibus audientem à re proposita abducatur, sed ad verbum audeat veteribus illis scriptis suum metrum adaptem, vt ijs nihil, qui hæc verser, indigere videatur. Nam & sensum, nihil quidquam aut diffundendo, aut contrahendo, proprietatem seruata assidue: & in verbis, quoad eius fieri potest, proxima quæque atque simillima confirmat. Quando porro liber hic eam, quæ ex arte versibus orationem struxisset, indicabat, sic ferè loquebatur.

a. De qua multa Niceph. Callist. lib. 14. cap. 23. & alibi. Zonaras etiam Centones Homericos Patri cy cuiusdã opus imperfectum, ab eadem absolutum scribit: & hodie Græcè plerique existant. Et in timo reddis. To. VIII. Bibliothecæ SS. Patrum.

Scriptis diuinã b. deductum hoc lege volumem. Eudocia, illustri Regina è stirpe Leonti.

b. de versibus Eudocia.

Et vero Iesu Naue, Iudicumque libri inscriptiones ijs, quæ iam dicta sunt, testimoniis præbent.

X EVSDEM



CLXXXIV.

LEGE eodem carminis atque idiomate, Metaphrasim propheti-
corum libro B. Zachariae, & inlyti Danielis. Eadem autem artificij
venustas haec quoque exornabat.

Hoc ipso item volumine continebantur, simili versuum forma conscripti, libri
tres in laudem a B. Cypriani Martyris: ostendebantque vel ipsa carmina, ut liberi
matrem solent, hunc quoque Augustae partum esse legitimum. Primus horum liber
res B. Iustinae martyris persequitur, ut in Christianorum illa numerum adoptata, pa-
rentes quoque suos ab idolorum ad veri Dei cultum transtulerit: utque amore qui-
dam eius captus, frustra illa sollicitata, ad Cyprianum magicis deditum artibus se con-
tulerit, rogans perditae amanti succurrat, ac puellam sibi obsequentem reddat. Ad-
dit Cyprianum omnes magicæ artis rationes incassum tentantem, violentissimos quos-
que ac perniciosissimos demones oppugnandæ virginis castitati immisisse: hos vero
pudore suffusos, victosque sacrosanctæ crucis signo, reiectos fuisse, vt ex illis ipsis cog-
norit. Quare propensum suum in improbos illos spiritus animum deposuisse, om-
nesque adeo magicos libros flammis tradidisse. Christiana denique fide imbutum,
mox etiam baptizatum esse, ac templi b. ianitorum constitutum. Quin & charisma-
tum dona à Deo accepisse, itaque morbis alios, alios demonibus liberaffe, donec tan-
dem Archiepiscopi quoque dignitate ornatur. Et hæc quidem liber habet primus. 216
Secundus deinde, dum à capite pauld altius res Cypriani arcessit, ipsum narrantem
rem inducit, suum iam inde à puericia in idola studium, cultumque demonum, & dis-
cendæ magicæ artis cupiditatem atque conatum. Quænam dehinc alia de herba-
rum variarum stirpium, atque animantium natura didicerit, utque varia etiam dæmo-
nium ludibria viderit. Quomodo item Athenis Argos, indeque in Phrygiam
profectus, demonibus vbique sacrificus constitutus fuerit, ac multam magicæ artis
exercitationem collegerit. Pergit adhæc, narrare, vt in Ægyptum eorundem causa
venerit, atque ad Indos accesserit, quæque ibi inopinata, & valde absurda, cum alia,
tum simulacra viderit atque obseruavit. Addit se, cum tricesimum iam ætatis annum
attingeret, ad Chaldæos venisse, eorumque litteris institutum, Astrologiam accuratè
perdidicisse, quæque alia cognitu digna apud illos viderentur. Omnia tandem hæc
vidisse refutata, quando stulto seu potius animis pernicioso labore hisce artibus im-
penso, à Iustina martyre repulsus est. Commemoratur item hic nonnulla, quibus alium
se ipse interdum magicis artibus exhibuit, aliosque interdum transformavit: utque à
dæmonum cultu discedens, cacodæmonem minitantem, & ad desperationem vsque
terrificantem senserit, ac quomodo horum sit metu liberatus, cum in pium virum inci-
disset, cui Timotheo nomen. Quomodo præterea Antiochiæ apud frequens auditio-
rum narrauerit, nefanda multa se ac prodigiosa effecisse, quibus homines ita deci-
piebat, vt pro Deo ipsum haberent. Lacrymis itaque ac luctu genas ob hæc hume-
ctantem, ex memoria improborum facinorum in salutis desperationem iterum dela-
psurum fuisse, nisi Eusebius quidam optimus ad pietatem & pœnitentiam dux, sacræ
scripturæ alloquitis, sacrisque narrationibus, desperationis nebulam dissipans, claræ
spei radius eum illustrasset, & in domum suam deductum cibum capere iussisset, trium
dierum inedia iam maceratum. Refert item, vt in sacrum ab illo templum fuerit addu-
ctus, & sua ipse manu coram multitudine magicæ artis suæ libros allatos flammis tradi-
derit, ac bona insuper sua pauperibus distribuerit, atque ad Christianorum inde cœ-
tum aggregatus sit. Eusebius autem hic, ait, sacerdotij dignitate exornatus erat.

Accedit

a. De Striq. his Martyribus Martyrolog. Rom. XXXI. Septemb. & Græc. Menolog. II. Octob. Item D. Gregorius Nazianz. orat. in B. Cyprian. qui duos Cyprianos confun- dere videtur, & Prudentius Hym. XIII. et seq. ac Metaphrastes. b. B. Gregorius Nazianz. orat. in B. Cyprianum Niniago fecit.

Accedit quomodo Aglaïdas, grauis ille Iustinae prociis, cum voti compos factus non ef-
fer, bona quoque Fortuna pauperibus omnia erogauerit, & demonibus tanquam de-
ceptoribus nuncio remisso, Christianis sese sacris addixerit: In quo secundi libri finis
est.

Tertius denique martyrium complectitur B. Cypriani, & claræ virginis Iustinae,
qui Diocletiano & Maximino Romæ impetantibus, morte testimonium dixerunt Fi-
dei. Vna enim ad martyrij lauream abrepti sunt; Cyprianus quidem ex patria, vrbe
Antiochia, cuius etiam archiepiscopatum post Anthimum administrat: Iustina ve-
ro Damasco: ibi enim illa, postquam Antiochia migrarat (quæ & ipsa virginis patria
erat) palam CHRISIVM professa est. His ita captis, cum impij ille hominis sermo-
nibus nihil moueretur, vinculis in sublime rapti latera raduntur; hæc autem boum
neruis cæditur. Verum vbi nihil illi de constantia remittere tyranno videntur, in cu-
stodiam eos seorsum reductos compingit. Vnde post euocatos, cum verbis frustra
tentasset, in æream sartagine (pice, adipe, ac cera in eadem simul mistis, multo-
que igne accenso) martyres Dei coniecit. Ibi cum athletæ illi fortiter in cruciatibus
perdurarent, ac potius velut in rore Deum, quod tormentis superiores euasissent, læ-
ti laudarent, Athanasius quidam miser, demonum sacerdos, B. Cypriano antea per-
familiaris, & assessor tum forte iudicis tormenta inferentis, mentis cæcitate correptus,
ausus est, Deos suos familiariter inuocans, in ignem quoque ingredi. Sed dum miraculū
extenuare nititur, si & ipse sine noxa ibidem perduraret, magis illud auxit. Confestim
enim ab igne assumptus in cinerem versus est. Hæsitans ergo Iudex, decreuit martyres
ad Diocletianum mittere, & ad eum, tum quæ pertulissent tormenta, tum quemad-
modum pœnis essent omnibus superiores, perscribere. Quæ cum Imperator Nico-
media intellexisset, præcepit martyres ad vicinam vrbi flumen, cui Gallo nomen, ca-
pite truncari. Cum his, & eadem ipsa hora a Theodistis martyrij palmam accepit,
pietatis suæ hoc solo dato indicio, quod martyrem CHRISIVM salutasset. Reliquias
istorum Sanctorum nauæ quidam Roma eo nuper delati, quibus & Theodistus mar-
tyr vsus fuerat familiariter, clam custodiibus abstulerunt, Romamque vexerunt, vbi &
pulchrum ipsius templum Claudij foro proximum excitatum, opera Rufinae piæ matro-
næ, quæ generis stirpem à Claudio Imperatore repetebat. Et hæc quidem libro ter-
tio.

DIONYSII AEGEI

Distyaca.

CLXXXV.

LEGE libellum Dionysii AEGEI, cui Distyaca titulus est, a Capita centum com-
prehendentem.

Primum est, ab vtroque parente semen emitti, gignique animal.

Secundum, id non ab vtroque fieri.

III. E toto corpore seminis fieri excretionem, IV. Non è toto corpore, sed è tes-
tibus. V. Concoctionem per calorem fieri, VI. Concoctionem non fieri per
calorem. VII. Per attritum siue subactionem [alimenti] concoctionem fieri.

VIII. Non fieri. IX. Proprio spiritus [calore] concoctio fit. X. Id negat. XI. Pu-
trificatione concoctionem fieri. XII. Negat hoc. XIII. b. Caloris proprietate
concoctionem esse. XIV. * Non succoquin proprietate concoctionem fieri.

XV. Calorem natium ad qualitatem pertinere. XVI. Calorem illum ad hanc
non pertinere. XVII. Per calorem fieri ciborum digestionem. XVIII. Idem
negat. XIX. Digestionem e ex eo fieri, quod calor ad se trahat. XX. Non attra-
here calorem. XXI. Spiritu fieri digestionem. XXII. Idem negat. XXIII. At-
teriarum applicatione digestionem fieri. XXIV. Id negat. XXV. Quod d per
defectum, qui cum vacuitate est, digestio fiat. XXVI. Non per defectum e incer-
tum siue quemcumque digestionem fieri. XXVII. Glaucedinem ex eo oriri, quod
meatus visualis alimento destituatur. XXVIII. Negat id. XXIX. Per sanguinis
illapsum in visualem meatum, glaucedinem fieri. XXX. Negat id. XXXI. Craf-
sitie humorum atque exhalatione glaucedinem fieri. XXXII. Caput idem infi-
ciatur.

X 2

a. Omnia hæc capita totidem pane verbis, addita dumtaxat censura breuissimè, reperuntur infr. cod. CCXX. pag. 278.

b. Cod. CCXX. infr. Strimog. do- rum capiti ad- versis disputatio indicatur.

c. Ex cod. CCXXI lego hic τὸ ἴδιον. α. τὴ καὶ τὸ κα- τὸν ἀπὸ τοῦ α. καὶ τὸ ἀδύ- λω.

ciatur. XXXIII. Phrenitidem per meningis distensionem, sanguinisque corruptionem fieri. XXXIV. Capite, Phrenitidem ita fieri negatur. XXXV. Ex caloris nimia abundantia Phrenitidem accidere. XXXVI. quod sequitur caput idem negat. XXXVII. Contingere Phrenitidem ex inflammatione. XXXVIII. Negatur. XXXIX. Lethargum inflammatione gigni. XL. Mox idem negat. XLI. Lethargicum morbum distentione fieri, & corruptione. XLII. Lethargicum non ob multitudinem, sed ob qualitatem eorum, quæ exhalantur accidere. XLIII. Edendi bibendique appetitum toto corpore diffundi. XLIV. Non in toto corpore hunc esse appetitum; sed in stomacho. XLV. Edendi bibendique appetitum in imaginatione esse. XLVI. Sitim nasci ex humorum indigentia. XLVII. Non in humorum defectu sitim esse. XLVIII. Duplicem quandam esse in stomacho operationem. XLIX. Hoc negat. L. Exteriore illam cerebri pelliculam, quæ in cauo est, principium esse nervorum. LI. Capite hoc idem negatur. LII. Pharmaca cum per corpus sparguntur, purgare. LIII. Non cum diffunduntur, sed ipso adlaspio suo purgare asserit. LIV. Pharmacia vendum esse purgatiua. LV. Deinde id negat. LVI. Venam esse incidendam. LVII. Non esse ait. LVIII. Febricitantibus non viliter potrigi vinum asserit. LIX. Rectè ijs præberi vinum. LX. Febricitantibus esse balneum adhibendum. LXI. Sequens idem negat. LXII. Oportere in morborum incrementis clystere uti. LXIII. Negat id. LXIV. Utendum esse inunctionibus in principijs. LXV. Idem negat. LXVI. Nō esse caput cataplasmatis curandum, sed olfactoria dumtaxat adhibenda. LXVII. Utendum esse in capite cataplasmatis. LXVIII. Quæ vomitum prouocent iuuare. LXIX. Non esse utendum ijs quæ vomitū clent. LXX. Cor sanguine non emittere. LXXI. tamen caput id asserit. LXXII. Cor spiritum non emittere, sed arterias illum attrahere. LXXIII. Cor spiritum emittere, neque ab arterijs attrahi. LXXIV. Cor per se moueri. LXXV. Idem inficiatur. LXXVI. Arterias ex natura sanguinem continere. LXXVII. Arterias non esse sanguinis receptaculum. LXXVIII. Omnia vasā ubi prominent acturgent, simpla esse. LXXIX. Receptacula esse texta inuolucra. LXXX. Per nervos sensum ac motorum perfici. LXXCI. Id ira fieri negat. LXXCII. Venarum principium cor esse. LXXCIII. Idem statim negat. LXXCIV. Iecur esse venarum principium. LXXCV. Mox id inficiatur. LXXCVI. Venarum principium esse ventriculum. LXXCVII. Id mox inficias ire non dubitat. LXXCVIII. Receptaculorum omnium originem esse meningem. LXXCIX. Negat hoc. XC. Arteriarum principium esse pulmonem. XCI. Sequens mox caput id inficiatur. XCII. Arteriam illam, quæ iuxta dorsū spinam est, arteriarum esse originem. XCIII. Statim id refellit. XCIV. Cor arteriarum esse principium. XCV. Id negat. XCVI. Non cor esse principium nervorum, sed membranulam, qua cerebrum continetur. XCVII. Membranulam illam non esse principium nervorum. XCIX. Non in corde, sed capite intelligendi vim sitam esse. XCIX. Insequens vero contra, non capite nos, sed corde intelligere vult. C. Intelligendi vim in cerebri ventriculo sedem habere.

Hæc quidem omnia Dionysius libello Di&yacorū differuit: Neque is sane infructuosus est labor Dialecticæ exercitationi, neque ad opinionum quarundam intelligentiam, quæ Medicæ sunt speculationis propriæ. Videtur autem & iudicium de his opinionibus ferre, non per omnia tamen sancte, incorrupteque iudicat.

CONONIS

Narrationes L.

CLXXXVI.

APOLLODORI GRAMMATICI Bibliotheca.

LECTVS est libellus narrationum. CONONIS. quod quidem opusculum Archelao Philopatori Regi inscriptum, è varijs Veterum scriptis collectas continet Narrationes quinquaginta.

PRIMA

PRIMA est de Mida, & Brigibus, vt in thesaurum ille incidens, ingentes subitò sit nactus opes, vt post Orpheum in Pieria monte auditum, variis artibus Brigibus imperarit. Quomodo item Silenus iuxta Brimium montem Mida regnante, sit visus, ad quem montem gens illa frequenter habitabat, & quomodo ad ductum sit illud animans peregrina & inuisitata forma, cum tamen humanam naturam atque indolem referret. Quomodo etiam omnia, quæ pro cibis apponebantur, & in aurum illi sunt conuersa, vt que per hoc persuasus subditis ex Europa in Hellespontum traicere, ultra Mysiam incolerit, Phrygibus pro Brigibus parua vocis immutatione suis appellatis. Porrò Midas, quoddam multos haberet internuntios eorum quæ & dicerentur à subditis & generentur, atque ita tutus ab insidijs vsque in extremam aetatem imperium administraret, & longas habere aures dictus est: quas etiam paulatim fama in asinas commutauit. Ita è iocoinitio sumto, verum esse tandem, quod dicebatur, creditum est.

ALTERA narratio de Byblide instituitur. Filia hæc fuit Mileri, fratrem habens Caunum. Habitatunt verò g Miletum h Asia, quam post quidem Iones illi, qui Athenis frequens, Neleo profecti erant, tenuerunt, & tunc autem Cares eam incolebant, 220 populis cum quibus, ac vicatim habitans. Caunus hic impotenti correptus amore Byblidis sororis, cum ea potiri non posset, multa licet mouisset, terram illam deseruit. Qui ubi non comparuit, doloribus plurimis affecta Byblis, paternam & ipsa domum reliquit, & per deserta diu oberrans, atq; ob frustratos amores animo fracta, nexo de zona laqueo, ex nuce seipsam suspexit. Inde flente illa lachrymæ fluxerunt, fonsque hinc enatus, quem Byblida indigenæ nominant. Caunus ipse vagus interim oberrans, in Lyciam tandem peruenit. Illic ipsi Pronoe, vna è Naiadibus, flumine emergens, quæ Byblidi accidisset narrat, vt que amore sit coacta mori. Suadet insuper sibi vt conubio lungatur, quo eius oræ regnum occupet, quod in eam iam collatum fuerat. Ita Caunus è Pronoe Agialium sustulit, qui & ipse regnum, patre defuncto, tenuit: collecto quoque populo sparsim habitante, urbem flumini impostam exadificauit magnam atque opulentam, quam de patris nomine Caunum appellauit.

TERTIA. Ad Ionium mare Scheria insula non procul ab Epiro, & Cerauniis montibus sita dicitur. Hæc Phæacæ incolæ tenuit, qui initio quidem indigenæ fuerunt, imposito huic nationi nomine à quodam eius regionis rege, donec post Corinthiorum pars eo commigravit, nomenque exinde commutauit, vt Corcyra diceretur, quæ & maris ibidem imperium habuit. Phæacæ autem insulæ rege mortuo, liberi eius Alcinous & Locrus inter se dissidentes, ita tandem conuenerunt, vt Alcinous quidem Phæacidi imperaret. Locrus verò pretiosas opes mobiles, partemque populi auferens, regione excederet, in Italiam igitur hic ad nauigans, à Latino Italorum rege hospitio acceptus est, qui filiam quoque suam Laurinam eidem nuptui dedit. qua etiam ex causa Phæacæ Italicos hosce Locrenses in cognatos adsciuerunt. Accidit deinde vt Hercules eadem tempestate elegantes Geryonis boues ex Erythia abigens, in Italiam adueniret, atque à Loero humaniter hospitio exciperetur. Hæc itaque Latinus boues cum filiam inuisens fortè aspexisset, cupiditate ductus, & ipse abegit. Qua re cognita, Hercules telo ipsum traiecit occidit, bouesque recepit. Locrus ibi Herculi metuens, ne quid grauius forsitan à Latino pateretur (qui excellentere erat & animo, & corpore) mutata veste in hospitis auxilium egressus esse. Hercules verò currentem ipsum intuitus, aliumque esse ratus, qui subsidium ferre Latino maturaret, misso iaculo interimit. Vbi tamen postea rem cognouit, amicū luxit, ac iusta illi persoluit, vitaque cum decessisset, populo apparens, urbem in Italia condere eodem loco iussit, ubi Locri sepulchrum fuit. Hinc nomen urbi manet, quæ vel ipso sui nominis vocabulo Locrum honorat. Sic quidem tertia refert narratio. Sed quid ego has ad verbum penè transcribo, cum multo sint illæ breuius mihi percurrendæ?

QUARTA narrat de Olyntho oppido, & Strymone Thracum rege: quo item nomine fluuius ille appellatur, qui olim Eoneus dicebatur. Huius tres referuntur nati esse filij, Brangas, Rhesus, & Olynthus. In his Rhesus, pro Priamo ad Ilium militans, Olyntho Herculis filio. Steph. Byzant. X 3 Dio. Macedonia, ab

Abfunt hæc duo capita infri. Cod. CC. XL. quorum loco 13. & 14. capitula aduersa sententia illic proponitur. Ita capitula Strobia, numerus idem efficitur.

Colloquium quoddam Sileni cum Mida, confitum à Theopompo, exscriptum Elian. lib. 3. Var. hist. cap. 18. Capti Sileni meminit & Cicero Tuscul. 1. extr. b. Max. Tyrinus orat. 31. Lucian. in Scotis. Philostrat. lib. 1. imag. Adagio, Ouid. Metamor. 11. c. Herod. lib. 7. Strabo lib. 7. Cic. de orat. Stephan. d. Vide Suid. Voce Midas, & ubi multas huius de auribus fama opiniones. c. Lucian. de non cred. calum. f. Ita quoque Steph. Byzant. de Byblis in Socie C. 2. g. De quo Strabo lib. 14. initio h. Nam & alia Cretica fuit, è qua in hanc cum colonis traductum nomen. Strabo ibid. lib. 8. cap. 5. k. Lego hic vtriusq; l. Vide Caunus amor, apud Suid. & in Adag. Parthen. quoque igitur quoque Stephanus de Græc. simulq; obserua ibi dici refugientem Caunum à Byblide fuisse adamatum. Quod & Ouidius restari videtur. n. Lege Strabo lib. 6. o. Ab Aspi filia huius eiusdem nominis Pausan. Corinth. p. Ita quoque Thucyd. lib. 1. & in excerpt. 2. lib. 7. Strab.

Diomedis manu casus occubuit. Olynthus vitro cum leone in venatione congressus perit, quem Brangas frater infelleum casum vehementer deplorans, eodem, quod cecidit loco sepeliendum curavit. In Sithoniam vero delatus ipse, vrbem ibi condidit, felicem sanè ac magnam, quam Olynthum pueri de nomine nuncupavit.

QVINTA a de Rhegino quodam, & Eunomo Locrensi citharcedis. Refert hos venisse b Delphos: Rheginos autem atque Locrenses flumine, cui nomen Alex, separati: & illos quidem mutas, Locrenses verò vocales habere cicadas. Cum Rhegino item contendentem Eunomum, cicadæ cantantis auxilio vicisse aduersarium. Cum enim septem fidibus cithara esset instructa, vnaque chordarum rupta dissiluisset, citharæ aduolans cicada reliquum canrus suppleuit.

Et apud Antigonum mirab. narrat. 1. Vide & Clem. Alex. and. ipsa mox initio Protrept. & lib. 4. Epigr. Græc. poster. atq; Adalgia. b. Certamen apud Delphos antiquitus fuisse citharædorum, testis Strabo lib. 9. in

a. Aristonem hunc Rheginum citharædum fuisse appellatum, leges cum fabula hac tota apud Strabon. lib. 6. sub finem Italia. Pausan. Eliac. Phocidæ.

SCHOLION.

VSVS est hac fabula Photius in quadam sua epistola ad Ioannem Patriarium, exercitum in Græcia Ducem, quam sibi tibi apposuero, non ingratum fore putavi.

Eunomus, ut aiunt, Locrius de cantu gloriabatur. Et mulcebat sanè, oblectabatq; auditorem. Accidit autem, ut chordarum eius vnâ [inter canendum] fractâ, cicada mox citharæ iugo insidens, rupta chorda sonum suppleret. quare potuit Eunomus iterum, ut antea, suauiter canere. At verò in, si iam nobis pro cicada & peregrino cantu, abruptum quo nescio pacto, amicitia tue neruum denuò restitutum intendere: fortassis ad pristinam integritatem vita nostræ reuocata, optimoq; concentu repetito, suaue aliquod atque iucundum melos de hac Tragœdia in felicitatem versa, concinet. Quin & pro citharæda Eunomo cum cicada cantatrice, veteris fabula simento, Dei Patriarcha, diuinusq; eius ac laudandus amicus, magnum satis exemplum c celebreg; dictum posteris dabitur.

e. n. n. d. Emendo Max. & Strab. lib. 14. Cilic. extrem. Vide quoq; eiusdem tonium extrem. lib. 13. & Hefodum, Lycoph. alijsq; e. Agiopian quidam dixere cum Apollod. lib. 1. f. Vide Eustath. in Hom. Il. B. Lil. Gyræid. Dial. 2. Natal. Comit. Mythol. & Diod. Sicul. lib. 3. cap. 5. g. Apud Eustath. etiam loquendi facultate priuatus legitur. h. Strabo lib. 17. Ægypto. i. Lege Nicand. Theriac. in Hermorhoos, a quo ipse percussus Canobus refert. Helenamq; propterea huic serpenti lumbos frægisse. Nicædri narrationem exhibet Elian. lib. 14. de animal. cap. 13. k. Insuper lib. 1. Diod. Sicul. lib. 2. Herod. Elianus, alijsq; de ea pluribus. l. Herodotus forte & Elianus, cum multis historiis.

SEXTA narratio de Mopso. a Mantus hic atque Apollinis F. matre extincta, pro sorte vel hæreditaria Clarium Apollinis oraculum obtrinet. Eadem autem tempestate Colchas Colophonem venit, qua Mopsus oraculum tenens vacinabatur, post Troiæ excidium errando iactatus. Cùm igitur diu multumque inter se contenderent, Amphimachus tandem Lyciorum rex litem diremit. Mopsus enim ad bellum exeuntem prohibuit, victum iri denuntians: Calchas contra victoriam pollicens, ad exeundum hortabatur. At victo deinde Amphimacho, Mopsus maiori est honore affectus, Calchas seipsum occidit.

SEPTIMA, refert Philammonem Philonidis filium, eius quæ Bosporo & Cleobæa in Atticæ Thorico nata est, excellenti corporis pulchritudine fuisse. Nympharum itaque vnam adolescentis amore captam, vterum etiam ex illo gessisse, ac præ verecundia è Peloponneso digressam, & littori [aduerso] appulsam f Thamyrin peperisse. Qui cùm ex Ephebis excessit, eam est fidibus canendo laudem consecutus, vt regem eum sibi, tam et si peregrinus esset, Scythæ crearent. Cantu verò cum ipsis Musis contendens, præmijsque victori propositis, illi quidem Musarum coniugium: Musis verò, quod eius cumque delegissent; canendo superatus, & oculorum luminibus orbatus est.

OCTAVA, de Proteo Ægyptio vate narrat, cuius filia Theonoë Canobi (is h Menelai illius Troiani nauclerus erat) amore capta, voto frustratur. Addit quomodo Canobus formosus adolescens, abeuntibus ex Ægypto, qui ad eam appulerunt, Menelao atque Helena, a vipera morsus, tibia tabefacta, post non diu interierit, & a Menelao atque Helena, in Ægypto sepultus sit: vbi nunc quoque cognominis ei ciuitas condita est. Quin & vltimum Nili fluminis ostiorum Canobus, vel Canobicum a Nauclero illo nomen trahit.

NONA, de & Semiramide narratio est. Hanc non vxorem, vt alij prodiderunt, sed filiam fuisse Nini tradit: & vt breuiter dicam, quæcunque alij i Attole Ægyptiæ attribuant, hic ad Semiramidem omnia retulit: haud scio, an quia duobus eam nominibus appellatam censuit: an eorum quæ de Semiramide narrantur, peritior non fuerit. Refert item Semiramidem clam primum, & ignatam cum filio suo concubuisse: sed deinde cognita re, viri etiam loco publicè habuisse. Ex eo itaque tempore, quod prius execrandum habebatur, Medis ac Persis usque visum, m matribus commiseri.

DECIMA. Non matres quidem vxores ducunt Persæ: sed a genetricibus abstinentes, cum nouercis etiamnum consuetudinem habent, Et narrant Persicarum rerum periti. Codd. m. ff. hic ad marg.

222

DECIMA narratio: a Oetho Nepruni & Oisæ filius, Cherronesi Thracia rex, filiam ex Mendeide Nympha sustulit Pallenen: quam cùm multi ambirent, præmium ei positum est, qui Oethonem pugnando superasset, vt & filia, & regno potiretur. Igitur interfecti pro nuptiis hisce certantes, Merops Anchemus, & Periphetes Mygdontæ reges. Hinc decretum ab Oethone, ne secum amplius, sed inter se proci dimicarent, idemque victori præmium fore. Depugnarunt ergo Dryas & Clitius, casusque Pallenes fraude Dryas. Id vbi rescituit Oethon, pœnas Pallene morte dedisset, nisi Venus nocte ciues omnes appellans, puellam morti eripuisset. Parente verò fati extincto, Pallene & Clitius regnum adepti, & à Pallene b regio nomen est mutuata.

XI. De Herculis sacrificio commemorat, quod c Lindij cum execratione ipsi immolant, vtque originem hoc ab aratoe quodam Lindio duxerit: qui, cùm Hercules alimenta pro Hyllo puero postularer (quem admodum adhuc iuuenem in via sibi adiunxerat) non tantum cibum non præberit, sed etiam concutiit incesse. Qua Hercules indignatus re, alterum boum eius maectans, cœpit ipse epulati, & puero porrigere: agricola interim eminus ei imprecante. Verum Hercules imprecationes irridens, nunquam se suauiores affirmabat gustasse epulas, quàm quæ imprecationibus condita fuissent.

XII. Quædam continet de a Troë Erichthonij filio, & Dardani nepote, qui in regione Idæ [monti] vicinâ regnauit: genuitque ex Callirhoë Scamandri filia Ilium (a quo Ilium nominatum) & Astaracum, & Ganymedem, quem Iuppiter rapuit. Astaracus hic vnâ cum patre Dardaniæ imperauit, quæ erat Troium regia. Ilius autem Ilium exædificauit, vicitque pugna regem Bebrycum, cui Byzæ nomen, & Ilium in immensum auxit.

XIII. Refert de Æthilla, quæ filia Laomedontis, & Priami soror fuit. Hanc Protefilaus cum alijs captiuus ex Ilio nauibus auhens, Mendem inter & Scidnem post varias tempestates vix naues appellit: cumque aquatum Protefilaus cum suis omnibus longius a littore ad interiora regionis loca procurreret, tum inter cetera Æthilla reliquas allocuta captiuas: Si, inquit, cum Græcis in Græciam abducimur, aurea nobis, quæ ad Troiam pertulimus aduersa, videantur. e Persuasit itaque nauibus ignes immittere. Hinc vel inuiti cum ipsis Græci in eadem illa regione remanent, vrbemque Scionem ibi conditam vna habuerunt.

XIV. Est de Endymione, qui f Æthno Iouis filio, & Protogenea Deucalionis filia natus, binos suscepit liberos, & Eurypylen, & Etolum. Hic è Peloponneso patria ditone b excedens, in oppositam regionem cum sequentium turba, i pulsus Curetibus, commigrauit: & pro Curetide, Ætolia nominari fecit. Eurypyles verò, & Nepruni filius k Elis, mortuo auro materno i Endymione, regnum suscepit, conditamq; ab Endymione vrbem, Elim nominauit.

XV. m De Pheneatenibus, & Cerere, atque Proserpina, quam Pluto raptam matre infcia ad infera regna abduxit, vtque Pheneatenibus Ceres, quod ipsi locum ostendissent, qua descendererur (erat is hiatus in n Cylina) cùm alia bona sit largita, tum quod nunquam permiffura esset, vt centum Pheneatenes in bello caderent.

XVI. De Promachō & Leucocoma Gnoffiis: vrbis autem Crete f Gnoffus est. Quomodo Promachus, pulchrum n. zocomam adolescentem adamari; & quomodo labores atque cerramina illi magis, & periculorum plena proposuerit, quæ omnia Promachus potiundi spe superarit. Qui vbi ne per hæc quidem voti compos euasit, Leucocoma vicijs molestia affecta, quando vitium suum præmium (galea autem erat fama celebrata) ateri cuidam pulchro iuueni, Leucocoma spectante, impofuit. Hinc enim zelotypia vitus hic, ferro se ipse interemit.

XVII. Dicæus & Syleus fratres, Nepruni filij, ad Peleum Thesaliæ montem habitabant. In his g Dicæus quidem erat, quod nomen quoq; præfert, iustus: Syleum verò i inuitiam alis inferentem Hercules interfecit. A Dicæo deinde hospiti excēptus, & amore f filia Sylei, quam apud illum educari viderat, captus, vxorem eam duxit. Illa interit peregræ agentis Herculis desiderio amoreque saucia, interit. Ibi Hercules cùm re-

pro hoc Promachō inducitur. p Minoë regis Hom. & alijs. Vide Strab. sup. q. Dicæam Thracia vrbem ab hoc nomen traxisse. Steph. tradit in ea Socæ. r Peregrinos per Aulidem iter facientes terram federe cõpulsisse refert Apollod. lib. 2. Bibliot. f. Xenodiceam nam Sylei filiam vnâ cum patre occisam scribit Apollod. sup.

a. Steph. Byzant. Socæ Pallene Sitarova vocat, Parthen. Sitarova cap. 6. regarid, vbi hanc fabul. fuisse paulo refert.

b. De qua in Excerpt. ex fine lib. 7. Strab.

c. Consulde Girald. syntag. 10. hist. Deorum, vel potius Lactantij lib. 1. Instit. inuicem. cuius & in Adalgia habes descripta Verba, ad illud: Audieris Ilium.

d. Vide Diodori Siculi cap. 12. lib. 4. & Apollod. lib. 3. Bibliot. e. Steph. Byzant. eadem in Eustath.

f. Pausan. lib. 1. Eliac. & Apollod. in Bibliot. Ætium vocant.

g. Pausan. Eurypiden. h. Steph. a Salmoone Pissa pulsam refert in Ætol. Lege & Pausan. sup. i. Strabo lib. X. k. Pausan. Eliac. l. Pausan. Ætath.

m. Steph. Pheneum in Arcadia ponit, & quidem sub Cylene monte.

n. Cylenem Arcadia montem ex Strab. & Stephan. intellego: apud quem Stygis aquis, Ætath. & alijs. o. Attingere videntur hæc fabulam Strabo lib. 10. ex Theophrasto de amore, & Plut. regarid: apud quos Eurypylenus pro hoc Promachō traxisse.

f. Xenodiceam

cum recens mortuæ funeri forte rediens interuenisset, in ignem vna cremandum se coniecisset, nisi qui aderant exequiis, ægrè tandem dissuadendo, prohibuissent. Vicini porro, Hercule iam profecto, puellæ sepulchrum ædificio cinxerunt, ac pro monumento sanum Herculis effecerunt.

XIIX. Locri pugnantes, quod gentis eiusdem Ajax fuerit, in acie instructa vacuum illi locum relinquere solent, perinde ac si in eo ordine constitisset. Ita ergo cum ordinati starent in eo prælio quod ipsis cum Coronatiis fuit, voluit Autoleon Crotoniatis per vacuum illam partem etumpere, hostesque cingere. Verum à spectro vulneratus in femore, fugit atque contabescere cœpit, donec ex oraculo in insulam Ponti Achilleum, (quæ Istrum præternauiganti supra Tauricam sita est) delatus, cum aliis ibi heroas, tum verò maxime Aiaci Locrensis manes placando, sanatus est. Decedenti autem inde Helena negotium dedit, a Stesichoro vt nuntiaret, si oculos aspectumque amaret, palinodiam eorum caneret, quæ in se conscripisset. Stesichorus igitur confestim hymnos in Helenæ laudem composuit, oculorumque lumen recuperavit.

XIX. b Plamathe Crotopi filia ex Apolline grauida peperit, patremque verita infantem exposuit, Lini nomine indito. Pastor repertum pro suo educavit, sed gregis canes infantem forte lacerarunt. Illa verò cum dolore ex eo valde commoueretur, deprehenditur à patre, qui corruptam eam, & falsò in Apollinem vitium referre arbitratus, capitis damnat. Quare Apollo, ob amatæ cædem ita commotus, peste Argiuos vexauit, consultusque de aueruncando malo, Plamathe, & Linum placandos respondit. Illi verò præter ceteros honores illis exhibitos, fœminas etiam cum virginibus ad Linum deplorandum miserunt, quæ cum deplorationes obstantibus miserent, non illorum solum, sed sua etiam infortunia deplorabant. Adeò autem decenter Linum illæ luxerunt, vt ex eo c à Poëtis, qui deinceps secuti sunt, in omni penè lamentationum genere Linus decantatus inseratur. Quin & mensum d Arcuum appellarunt, quòd inter agnos Linus educatus fuisset. Immo sacrificium eidem, festumque diem, Arnida vtimumque nominatum, instituerunt, maclantes eo die, quotquot vsquam reperire canes potuissent. At ne sic quidem cessauit malum, donec c Crotopus ipse Argos ex oraculo reliquit, conditamque urbem in Megaride Tripodiscium nomine inhabitauit.

VICESIMA. Theoclus Chalcidensis captus à Bisaltis (Thraciæ hi populi sunt, ex aduersum Pallenes habentes) Chalcidenses occultè accersens, Bisaltas prodidit. Turbarunt itaque primum illi subita sua irruptione Bisaltas, post epiant in tra mœnia compulsos, & Bucoliac Dolia pueros captiuorum opera vrbem capientes, Bisaltas eiiciunt. Bucolum tamen proditorem rupta fide iam data cum occidissent, diuina propterea in eos ira irruit, donec ex oraculo pulchrum Bucolo illi monumentum ponentes, & tanquam heroi sacrificantes, malum tandem auerterunt.

XXI. g Dardanus & Iason Iouis erant filij ex Eleetra Atlantis filia, habitabantque Samoethraciam insulam. Verum Iason h appares Cereris spectrum fœdere stupro conatus, fulmine ictus interiit. Dardanus autem fratris exemplo conterritus, in oppositam tetram, vbi agri multi, monsque Ida fuit, ratibus (non dum enim nauigiorum vsus erat) profectus est. Ea verò tempestate regionem illam tenebat Teucer Scamandri fluminis, & nymphæ [Idææ] filius: à quo Teucra, & Teucra regio. Cum illo Dardanus sermone habito dimidiam regionis partem accipit: vrbemque, vbi ratibus appullus excederat, Dardaniam nomine, ædificauit. Teucro deinde vita functo, omnis ea ora in Dardani ditionem concessit.

XXII. Cretensi puero k tanquam pro amasio datus est draconis fœtus. Hunc eo vique educavit ille, studioseque curauit, dum grandior factus metum etiam incolis inicieret. Coegerunt itaque puerum in solitudinem draconem deferre. Et paruit ille, multum plorans. Tandem verò cum ad venationem aliquando adolescens egressus in latrones incidisset, opemque inclamasset: agnita voce draco, & corporibus sese implicans, prædones occidit, atque adolescentem, veteris signa necessitudinis ostendens, periculo eripuit.

XXIII. Alexandri seu Paridis & l Oenones (quam vxorem priusquam Helenam

a. Vide Iperatis encomion Helenæ, Suid. & Cyrald. hist. poet. Dion. Chrysost. orat. XI. & alios. Falsò autè hanc narrationem referre vult Prologom. Stephast. inf. pag. 248. b. Narrationem hanc cum Pausan. in Attic. comparare præteritum opera fuerit. c. Quod præter Homerum etiam Hesiodus docet, apud Eustat. ad Vers. 570. illud. d. Vbi plura de Lino, deq. appellato ab eo carmine, quod c. Aïson est nominatum. Stesichorus quoque Aïson vobis oroitæ xplā hēv tivas dē nō τδ κλασθ̄ λι vū, notauit. Vide Et Thes. ling. Græc. Et Steph. d. Eustat. quoque istè. e. Pausan. Coræbo hac tribuit. f. Lego Χαρυδαίου. g. Lege Steph. voce Dardanus, et Strab. lib. 7. extremo de Samoethrace. Apollod. quoque lib. 3. ex quo hæc pene ad Serbium descripta narratio: vbi et Iason, legi obseruandum putò. h. Quædam. i. Id nymphæ nomen, quod hinc forte fugerat, ex Apollodoro, et Diod. Siculo lib. 4. reuocare visum. k. Refert hanc etiam Ælianus Varis hist. lib. 13. cap. 46. l. Lege Parthen. reuocari cap. 4. et 34. et Lycophron. Cassan. eiusq. interp.

lenam raperet, domum duxerat) filius fuit Corythus, pulchritudine patrem superans. Hunc mater ad Helenam misit, cum vt Alexandrum ad zelotypiam prouocaret, tum vt Helenæ malum machinaretur. Vt ergo Corythus Helenæ familiarior esse cœpit, superueniens aliquando in thalamum Alexander, & cum Helena filium sedentem conspicatus, ira incensus, suspectum gnatum occidit. Oenone & ob hanc iniuriam, & ob filij interitum, multa Alexandro imprecata, hoc insuper adiecit (vt erat a vaticinandis perita, & legendarumque herbarum gnata) vulneratum cum aliquando ab Achiuo, neque medelam reperientem, se etiam obsecraturum, atque ita domum discessit. Post igitur Paris in pugna pro Troia aduersus Achiuos à Philoæte vulneratus, grauitereque faucis, ad Idam curru vehebatur, præmissoque nuntio, Oenonem deprecatus est. Hæc contumeliosè valde nuntio reiecto, ad Helenam ire Paridem per conuictum iussit. Ille interim per viam ex vulnere diem clausit extremum. Antequam tamen de illius interitu quidquam Oenone inaudisset, pœnitentia graui ducta est, herbisque lectis, curriculo festinabat prætertere. At vbi mortuum esse iam, & quidem ab ea necatum, nuntius retulit: hunc primum lapide in caput impacto, ob illatam [exprobrando] iniuriam occidit: cadauer verò Paridis amplexa, & communem vitriulique fortunam diu quæsta, zona se ipsam strangulauit.

XXIV. In Bœotiæ ciuitate Thepeia, quæ non longè ab Helicône sita est, puer natus Narcissus, pulcher admodum, sed amoris amatorumque contemptor. Quare alij quidem a despondere animum cœperunt: Aminiasque tantum assiduus erat, & pertinax precator. At cum neque hunc audiret ille, sed gladium insuper mitteret, se ipse pro Narcissi foribus occidit, Deum vehementer precatus, vltor sibi vt fieret. e Narcissus igitur vultum aliquando suum contemplatus, formæque simulacrum in aqua fontis apparent, & solus & primus incipit cæco sui amore flagrare. Ergo consilij tandem inops, & iustus sese dare pœnas arbitratus, quod Aminiam amatorem iniuria læsisset, mortem sibi consciluit. Ex eo, responso dato, vt Amor magis honoraretur, coleturque, præter communem cultum, priuam quoque sacrificare decreuerunt. Ea autem incolarum f opinio est, primum ex illa terra exstitisse Narcissum florem, inquam effusus Narcissi sanguis fuisse.

XXV. Minos Iouis & Europa filius Cretam rex tenuit, g Dædalumque quæ siturus classe instructa nauigauit in Sicaniam (quæ hodie Sicilia dicitur) vbi à Cocali oræ illius regis filiabus est interfecus. Natio hinc Cretensium, regis sui cædem vltura, bellum aduersus Siculos suscepit. Sed vicij Cretes cum domum redeunt, h ad Iapygas sunt tempestate delati: ibique tum sedes fixerunt, Iapyges pro Cretensibus facti. Post, horum pars quædam per seditionem inde expulsa, oraculi responsum illud consulentes acceperunt, vbi quis ipsis terram & aquam præberet, ibi vt habitarent. atque ita Bottiazorum terram incoluerunt. Ibi enim pueri panis ceterorumque condimentorum varia genera per ludum & iocum ex luto fingentes, petentibus ipsis panis loco distribuerunt luteos panes: & illi impletum esse oraculum interpretati, sedem à Macedonum rege postulantes, Bottiazorum oram habitandam acceperunt, & Cretensium nomen iam tertio cum Bottiazorum commutantes, portio nunc sunt Macedonum.

XXVI. Narrat Apollinis spectrum, cui i Carno nomen, Dorientes sequi solitum, ab k Hippota quodam è stirpe Herculis tum esse interfecus, cum in Peloponnesum Heraclidæ redirent. Cum ergo propterea peste grauitet laboraret, oraculo accepto è castris Hippoten expulerunt. Erat autem spectrum hoc Dorienibus vatis loco. Et Heraclidæ quidem tum in Peloponnesum traiecerunt: Hippotes verò ille obrerans, filium genuit, cui ex re l Aletæ nomen dedit. m Hic vbi ad ætatem vitilem peruenit, Dorici populi parte collecta, pulsisque Sisyphidis, qui tum Corinthi reges erant, cum ipsorum focis Ionibus, vrbem illam deuòd inquis replet, 225 pergebatque aduersus Atticam, cum oraculi responsum eidem datum, victorem fore, si ab Atheniensium rege abstineret. Hoc oraculo ab Atheniensibus cognito, Codro spruagenario persuadent, libens se pro patria vt deuoueat. Ille veste mutata, quasi lignatorum vnus esset, à Dorienfi quodam interficitur. Dorientes re postea cognita, de victoria desperantes, cum Athèniensibus pacis fœdera iniuerunt.

a. A Rheæ edota, et vultu Apollod. lib. 3. vbi et plura de hi. b. Dona Apollini, et ipsa sua docet epistola ad Paridem apud Ouid. in fin. c. Hæc Q. Calaber posteriore parte libri sui. X. paulo aliter describit: Vult enim futo decreta. d. Sequor et d. e. Pausan. Bœotic. legendum. f. Ouid. Metam. 3. g. Sed vana, et docet Pausan. h. Vide Strab. lib. 6. i. Hæc de Carno aliter aliquando refert Pausan. l. in Læonic. k. Quem Phylantus f. facit Pausan. cum Apollod. lib. 2. Bilibios, qui hanc ad Naupactum patrata cædem tradit. l. Quasi Ertonem a parentis erroribus dixerit. m. Pausan. in Corinthiac.

CONON.

a. Strabo lib. 8. incho Achais, Xuthum nominat, ubi hanc leges historiam. b. Oenoen, Probalinthum, Tricorythum, & Marathona, ut refert Steph. & Strabo sup. c. Steph. in Ionia facit eum ex Atheniens. opinione Apollinis, & Creuse F. d. Strabo lib. 13. Colomayum hinc regem facit, in Troade tamen. Vide Lycoph. interp. & Servium, ac Pausan. in Phocis. Diador. quoz. Sicul. extremo lib. 5. e. Philonomen Socat Steph. in Tenedos: quem fuisse hac tractantem lege, &

XXVII. Refert de rebus Deucalionis, qui in Phthiotide regnavit, deque Græciæ inundatione eius temporibus: ac de Hellene filio eius (quidam Iouis esse dicunt) qui & Deucalione mortuo in regno successit, habuitque filios tres. Ex his Æolum natu maximum, merito voluit ejus regionis sceptrum tenere, cui ipsemet antea imperauerat, quamque Aſopo, & Enipeo fluviis determinauerat. Atque hinc Æolicum genus deriuatur. Alter deinde Dorus, accepta à parente populi parte, coloniam alio traduxit, condiditque has ad Parnassi montis radicem vrbes, Bœum, Ctinium, & Erineum. Ab hoc Doros dicti. a Natu denique minimus cum Athenas peruenit, b Atticæ quam vocant tetrapolim ædificauit, duxitque vxorem Creusam Erechthei filiam, è qua Achæum & c Iona sustulit. Achæus hic, cum cædem imprudens patraſſet, pulsus, in Peloponnesum venit, condiditque Achaiam tetrapolim. A quo etiam Achæi originem ducunt. Ion verò, mortuo auo materno Erechtheo, cum virtutis, tum reliquæ dignitatis ergo creatus rex, Atheniensibus imperauit. Vnde & Iones appellari cœperunt Athenienses, omnisque aded regio Ionia dicta.

XXIIX. Tennes & Hemitheæ liberi erant Cygni regis d Tsoadis. Cygnus autem mortua coniuge duxit e alteram, quæ insano Tennes priuigni amore capta, cum potiri non posset, suum crimen falsò illi imponens accusauit. Parens igitur indicta causâ Tennem filium arcule includit, quin & vna Hemitheam, fratris infortunio immòdicè dolentem, atque ita mari commisit. Hæc arcula in insulam quandam delata, atque ab incolis sublata est, & totius regionis imperio poriturus Tennes atque Hemitheæ: ipsa verò insula Tenedos pro Leucophryæ cœpta. Cygnus postea facti pœnitens, & ad insulam profectus, filium precabatur è nauì, præteritæ rerum vt obliuisceretur. Ille autem, ne ad insulam appelleret parens, securim arripens nauis retinacula dissecuit. Vnde dici cœperunt in omni abrupto atque præciso negotio, Tenna f bipennem fuisse adhibitam.

Adag. opus. f. Suidæ etiam Tenedos & Ægeum, & Tenedos & Ægeum & Ægeum dicit refert.

XXIX. Magnetes, qui Magnesiæ Asiæ nunc incolunt, antea ad Peneum flumen, montemque Pelium habitauerunt, & aduersus Troiam ductu atque auspiciis Prothoi militantes, Magnetes item dicti sunt. Ille postea hos, decimam Troia reportantes, Delphis ex voto collocauit. Post tamen relicto sano, nauibusque conscensis, in Cretam transfugerunt. Inde quoque vi repulsi Cretam deserunt, & in Asiã adnauigantes, malis afflictam nuper conditam Ioniam atque Æolidem liberant, pugnantem vnà cum his aduersus eos, qui mala illa inferebant. Hinc denique eodem quo nunc sunt loco perueniunt, vrbesque condunt, quam veteri de nomine patriæ Magnesiã item nuncuparunt.

TRICESIMA de g Pithenio Apolloniæ, qui oues Soli sacras pascens, cum sua incuria sexaginta de grege oues lupi discerpissent, oculis à ciuibus esse orbatus, quare tellus, irato Deo, fructus Apolloniatis non protulit, donec actu, & suburbanis prædiis duobus Pithenium placantes, & vna insuper domo, quam ipsemet elegisset, sterilitatem effugerunt. Erat autem Pithenius illustri genere, sicut & quorquot alij eius successores sacrarum curam ouium gesserunt. Ipsa verò h Apollonia Græca ciuitas est in Illyrica regione mari adiacens, quam i Lous fluuius, qui in Ionium mare exit, mediam diuidit.

XXXI. & Tereus, Thracum rex, eorum qui ad Dauliam, ceteramque Phocida pertinent, vxorem duxit Procne, Pandionis Athenarum regis filiam. Hic postquam insano captus amore, per vim constuprauit inuitam Philomelam, Procnes sortorem, linguam quoque eius exsecuit, veritus nimirum ne factum proderet. Arilla peplum texens, dolorem ei suum filis inscripsit. Procne, re cognita, & facinus vlcisci cupiens, filium i marito suum epulandum in cœna apposuit. Tum Tereus, vbi vel ex ipsa Procne execrandum conuuiuium didicit, & hanc, & fororem veluti facti consciam, gladio percussurus insequitur. Illis verò per fabulam inde sublati, Procne quidem in m lusciniã, Philomela verò in hirundinem vertitur, canuntque perpetuò suas illas calamitates. Sed & Tereus in vrpupam auem, vt fabulæ referunt, mutatus: aiuntque hos, ne aues quidem factos, iram deposuisse, quando vrpupæ perpetuò hirundines atque lusciniã insectantur.

g. Euenium nominat Herodot. Calliope sub fin. ubi integra hac narratio legitur. h. De qua Strabo lib. 7. in Illyria. i. Aue, Strab. & Lin. k. Pausan. in Atticis, & Mythologi omnes. Vide quoque Ælian. Varia hist. lib. 12. cap. 20. l. Ilyn.

m. Cum hoc sentit Aristoph. in Auisibus, Apollod. lib. 3. Biblioth. & alii plures.

XXXII. De a Europa & Phœnicis filia è conspectu sublata, vtque filios patet ad fororem inuestigandam dimiserit. In his etiam Cadmus fuit, qui cum vnâ & Proteus, Busriris tyrannidem veritus, ex Ægypto traiecit. Addit quomodo post varios errores nihil inuenientes, in Pallenam venerint, vtque Proteus, hospitalibus muneribus Clito oblati, amicitiaque inita (erat Clitus hic, rex prudens & iustus Sithonium Thraciæ populorum) filiam eius Chrysonoen vxorem duxerit. Bisaltis deinde patria sua è bello pulsus, quod ipsis à Clito & Proteo illatum est, regioni illi Proteus impetravit, genuitque patris longè dissimiles liberos, crudeles admodum atque iniustos, qui post ab Hercule, quod improbos valde odisset, occisi sunt. Et parens ipse rumulum suis effodit, Herculemque cæde pollutum explauit.

XXXIII. Democles Delphi filium genuit insigni forma, cui e Smicro nomen, nauigauitque Miletum ad consulendum oraculum, ducto secum filio annorum tredecim: quem, nimis festinato nauigandi studio, atque imprudens, ibi reliquit. Inuentum itaque triste Smicum, caprarius quidam, Erichari filius, ad patrem adducit: qui non secus atque suum filium, cognita pueri & condicione & stirpe, honestè eum apud se habuit. Narrat & de Cycno cum duobus filiis capto, deque contentione, ac de Leucothæ spectro. Quomodo hæc pueris dixerit, Milesios vt admonerent, ipsam honorandam, & puerorum certam gymnicum ipsi exhibendum: letari enim se puerorum contentione. Addit etiam, vt Smicrus, clari cuiusdam apud Milesios viri filiam vxorem duxerit, quæ pariens secundam quietem videte visa sit, Solem per os ipsam subire, & per ventrem atque verenda egredi. Quod visum bonum esse omen vates interpretati, peperit illa filium, Branchumque à somnio nominauit, ed quod per fauces ex ipsa Sol a egressus esset. Hic mortalium formosissimus puer, ab Apolline est adamarus, cum oues pascentem reperisset. Vbi & ara Apollinis amantis consecrata. Branchus verò, Apollinis dono vaticinandi arte donatus, Didymis oracula reddidit, hodieque, inter omnia, quæ nouimus, Græca oracula, e Branchidarum oraculum post Delphicum maximum prædicatur.

XXXIV. Paride mortuo, Helenus & Deiphobus Priami filij super Helenæ nuptiis contenderunt, vicique per vim & potentium opem Deiphobus, ætate licet minor. Helenus ergo iniuriæ impatiens, in Idam secedens otium egit: vbi Calchantis suasu, qui Troiam obsidebant Græci ex insidiis eum capiunt. Ille partim minis, partim donis, vel potius odio Troiæ, Græcis indicauit, ligneo equo Troiam capiendam, fato esse designatum. Immo & hoc denique, cum Achiui cœpissent f celo delapsum illud Mineræ & Palladium, quod inter multa erat minimum. Igitur missi ad Palladium furto auferendum, Diomedes & Vlysses: euaditque in murum per Vlyssis humeros conscendens Diomedes, neque tamen manus tendentem socium attraxit, sed ad Palladium abiit, eoque ablato, ad Vlysses reuertit. Ita cum per plana redirent, interroganti singulatim omnia Vlyssi, hominis astutiam non ignorans, respondit, non quod Helenus Palladium indicasset se accepisse: sed pro eo aliud quoddam. Verum moto forte fortuna Palladio, agnouit Vlysses illud ipsum esse. Quare à tergo se statuens Diomedes, interfecturus illum, gladium strinxit, quod ipsemet Achiuis Palladium adferret. At dum plagam inflicturus esset, vidit Diomedes, splendente tum forte Luna, ensis vibrati lucem. Ita Vlysses à cæde abstinuit, stringente vicissim gladium Diomedes, qui & timiditatem illi exprobrans, & gladij lamina, quod antecedere nollet, humeros verberans, eundem ante se egit. Vnde b prouerbiu natum: Diomedes in necessitas. adhiberi solitum in eo, qui aliquid faciat inuitus.

XXXV. Duos inducit pastores ad Lysum Ephesini agri montem pascentes: qui apum examen in profundo quodam atq; ad descendendum perdisciili antro cum vidissent, alter sportulam ad descendendum ingressus est, alter eam è fane suspensam demittebat. Cum autem qui descenderat, mellis atque auri ingentem copiam reperisset, impositum sportulæ onus tertio attrahere sursum iussit. Auro dein deficiente, seipsum deinceps sportam ingredi acclamauit. At postquam insidiarum ipsi suspicio cum verbo illo in mentem venit, lapidem pro se sportæ imposuit, iussitque attrahere. Alter itaque, vt iam penè ad oram quod speluncæ onus attraxit, ratus se socium occidere, confestim per præcipitium quoddam sportam præcipitauit, auroque humi defosso, verisimiles de pastore qui desiderabatur, causas interrogantibus commentus est.

a. Vide Nat. Comit. & ceteros Mythologos. b. Apollodorus lib. 3. Biblioth. in. Agenoris fuisse manuil: ubi & alia quædam aliter quâ hic narrata legant.

c. Simerum Socii Lacertius ad Ser. 19. lib. 8. Thebaid. Stat. Papiu. Vbi plura ex Parrone.

d. eisdem potius legendum videtur.

e. De quo Strabo, & Pausan. non semel.

f. Anonius. De qua voce lege Suidam. g. Vide Suid. & interp. Vng. Apollod. item lib. 3. Biblioth. ac Diogen. Cretens. lib. 5. mir.

h. Quod ipsum alia etiam ratione adfert Suidas.

Hinc cum alter ille in spelunca pastor nullam salutis viam reperiret, Apollo in somnis iussit, ut acuto lapide sibi corpore lacerato, quietus iaceret. Paruit ille momenti, & vultures tanquam ad cadauer aduolantes, vnguesque alij comæ, alij vestibus insignentes, in sublime hominem sustulerunt, auexeruntque illæsum in subiectam vallem. Inde profectus in curiam, cuncta magistratui exposuit. Quare Ephesij insidiatorem illum conuictum, aurumque defossum vel inuitum ostendere coactum [pro meritis] multarunt: iniuria verò affecto, auri dimidium attribuentes, alterum dimidium Apollini ac Dianæ obtulerunt. Seruatus ergo pastor ille, auroque donatus, ad summas peruenit diuitias, & aram in summo montis vertice Apollini, & Vulturii nomine, in rei gestæ memoriam sempiternam dedicauit.

XXXVI. b Philonomus Lacedæmonius, Sparta Dorienibus prodita, Amyclas mercedis loco accepit, in eamque ex Imbro atque Lemno incolas cœgit. Qui cum tertia dein ætate seditionem aduersus Dorienæs excitasset, Amyclis pulsi sunt. Adsumtis itaque secum & Spartiatis quibusdam, dacibusque vsi Polide & Delpho, in Cretam adnauigarunt. Sed dum classis præternauigat, Apodasmus & Melum habitatoribus infruit, indeque Pelicorum genus Spartanos sibi conciliat. Ceteri omnes Gortynam, repugnante nemine, occupantes, vnâ cum Cretensum accolis eam incoluerunt.

XXXVII. A Thaso d Cadmi fratre Thasum insulam appellatam refert. Ibi enim illum frater, datâ exercitus parte, reliquit. c Cadmus hic à Phœnicum rege, Phœnicæ eo tempore viribus plurimum ac potentia, vt ferunt, valebant, magnaque Asiæ parte in potestatem redactâ, regiam sedem Thebis Ægyptiis constituerant. Misus ergo Cadmus non (vt Græci fabulantur) Europam quaesiturus, quam Phœnicis filiam, tauri mentis formam Iuppiter rapuisset, sed proprium sibi in Europa imperium constituere molitus, raptæ fororis inuestigationem prætexuit. Atque hinc illa de Europa fabula ad Græcos prodit. Europam igitur circum-nauigans ille, Thasum fratrem, vt diximus, in ea insula reliquit, ipse in Bœotiam tendens, Thebas illas, quæ nunc appellantur, ædificauit, muroque comitum opera cinctum locum, à patris ita Thebis appellauit. Bœotis autem pugna concurrentibus, victi primum Phœnicæ, per insidias mox, ac strategemata, & inusitatum armorum aspectum, superiores euaserunt: neque enim galea & icutum fuerant vnquam Græcis ad eam diem cognita. Ita Cadmus Bœotorum potius regione, fugientibus qui cladi supererant in suas quisque vrbes, Thebis Phœnicas, quincoletent, collocat, ipse Harmoniam Martis ac Veneris filiam vxorem ducit. Bœotorum interim animis ob armorum illum, atque insidiarum metum hæc opinio infedit, cum armis ipsius viros illos è terra exstitisse, vt inde etiam f Spartas, velut ex eo ipso loco factos, nominarint. Igitur de Cadmo, Thebarumque in habitatione veta hæc narratio est: altera illa, fabula, auriumque præstigia.

XXXIX. Milesius quidam periclitante sub Harpago Cyri F. patria, Tautomenium, Sicilia vrbe adnauigauit, ibidemque apud notum quandam trapezitam auro deposito, domum rediit. Cyrus post hæc Miletum in potestatem redegit, nihilque in eam grauius, vt metuerant, constituit. Rediit itaque Milesius Tautomenium, vt depositum illud suum reciperet. Ibi mensarius quidem depositum accepisse non abnegabat, sed reddidisse contendebat. Vt verò Milesius post multas tandem rixas atque contentiones, ad iusiurandum hominem adegit, trapezita tale quid machinatus est. Ferulam tibiæ instar excavans, in eaque depositum liquefactum infundens, probè obrurat. Accedens igitur ad iurandum, ferensque pro scipione ferulam, quasi pedibus æger ea fulcēbatur. Antequam tamen iuraret, Milesio sibi astanti, veluti mox repetiturus, arundinem tradidit. Ita dum manibus sublati deierat, se depositum eidem, à quo accepisset, reddidisse, Milesius indignans arundinem proiecit, simul etiam hominum fidem defecisse clamans. Tum fracta arundine oculis etiam patuit compositum illud auri causa perituum. Milesius itaque aurum sibi suum vindicauit: trapezita verò præ verecundia, & quòd improbus coram omnibus deprehenderetur, laqueo vitam sibi abruptit.

XXXIX. Melanthus ex genere fuit Elidarum, qui Pylo & Messanæ iam inde à Neptuno imperarunt. Hunc cum Heraclidæ expulissent, armis regione potiti sunt. Ille Athenas versus ex oraculo discessit, ciuitateque donatus, claruit ibi in paucis.

Accidit

a. Pausan.

b. Meminit Strabo lib. 8. insitæ Laconica.

c. Cycladum vna Steph. cum eiusdem nominis vrbe.

d. Apollod. Thasum Neptuni filium facit, lib. 3. insit. Steph. Thasus geminato sibi profert.

e. De Cadmo Pausan. legendus in Bœotia.

f. Pausan. insitæ Bœotia. & alibi.

Accidit autem vt Athenienses cum Bæotis super a Oenoë bellum gererent, placuitque singulari regum certamine litem dirimi. Ibi b Thymætes, qui tum Athenis regnabat, duellum formidans, regno etiam cessit ei, quicumque cum Xantho Bœotorum rege dimicare veller. Melanthus itaque regni præmio inuitatus, pugnandi conditionem accipit, & pacta conficiuntur. Vbi ad manus ventum est, vidit Melanthus visum quoddam imberbis viri specie Xanthum sequi. Vt verò iniuste fieri ille exclamauit, quod contra pacta auxiliatore ad duxisset, Xanthus falso sermone turbatus, vertit se: atque ita ilico Melanthus lancea traiectum transfodit. Sic vno certamine Oenoë Atheniensibus, sibi regnum acquisiuit. Certè Erechtidarum genus ad Melanthisas, quo in numero & Codrus erat, ab hoc traductum est. Athenienses verò postea Baccho c Melanthiside ex oraculo sanum dedicauit, & quotannis rem diuinam fecerunt: Ioni insuper deceptorii sacras litantes victimas, quòd in pugna dolo fuissent vsi.

231 QVADRAGESIMA historia d de Andromeda secus narrat, quàm Græci fabulantur. Duos fratres fuisse refert Cephea, & Phineæ: ac Cephei quidem regnum, Phœnicæ postea nomen induisse, cum ad eum diem e Ioppe à maritima ciuitate appellatum fuisset, habuisseque imperij terminos à mari nostro ad eam vsque Arabiam, quæ ad Erythræum mare pertinet. Fuisse item Cepheo insigni pulchritudine filiam Andromedam, quam præci ambirent, Phœnix quidam, & ipse Cephei frater Phineus. At Cepheum postquam varia de vtroque. secum ipse considerasset, Phœnicæ tandem despondere filiam statuisse, ac per filia raptum consentientem suam voluntatem obtere. Abreptam igitur fuisse ex deserta quadam insula Andromedam, in quam solebat Veneri sacrificia oblatura secedere. Ita cum Phœnicis huius rapientis nauis (quæ Cetus dicta est, siue à piscis illius similitudine, siue casu aliquo) Andromeda tanquam insciente patre auheretur, miserè eam eiulasse, operamque cum lachrymis inuocasse. Ad ea f Perseum Danaës filium, fortè fortuna præternauigantem, cursum inhibuisse: primoque mox puellæ aspectu, pietate simul, & amore captum: tum nauigium illud Ceti nomine expugnasse, & vectores tantum non in lapides præ metu versos, occidisse. Atque hunc illum esse Græcæ fabulæ Cetum, hos homines, & Gorgonis viso capite, in saxa mutatos. Perseum igitur Andromedam vxorem accepisse, secumque in Græciam nauigio vexisse, atque Argos sub illius imperio habitari ceptum.

XL I. Antandrum habitauerunt Pelasgi. Verum (vt quidam narant) ex eo, quod hanc ipsius Ascantius pro redemptionis suæ pretio donasset, cum ex insidiis captus ab his dimissusque fuisset: hinc enim Antandri nomine urbem dixisse, quam avri èvòs avdòs [pro vno viro] accepissent. Ascantius autem hic Antæ filius fuit, qui capta iam Troia in Ida regnauit. Alij hinc potius referunt Pelasgos Antandrum incoluisse. Ex Apolline, aiunt, atque Creusa gignitur Anius, & ex hoc Andrus, qui vnâ insularum inhabitans, h nomen quoque suum insula reliquit. Sed exortis deinde seditionibus hinc exactus, locum quandam contemplantus est sub Ida, Andro vicinum, in quo vrbe ædificauit, quam ob similitudinem Antandrum nominauit. Andrum interim desertam Pelasgorum gens inhabitauit. Ita Cyzicus quoque incolæ habuit Pelasgos. Etenim Cyzicus Apollinis filius, Pelasgis, qui in Thessalia erant, imperans, ab Æolensibus cum suis Pelasgis electus, i in Cherroneso Asiæ vrbe de suo nomine extruxit, ibique ex humili magno in potentiam creuit, postquam Cliten filiam Meropis, qui vicina Ryndaco loca rex tenuit, connubio sibi iunxit. I Iasonis postea comites, qui cum illo ad vellus aureum proficiebantur, Argo nauis ad Cyzicum appulerunt, quam vt Pelasgi Thessalicam esse nauim didicerunt, ex veteri illo odio, quod ab his olim expulsus fuissent, noctu Argo oppugnant. Cyzicum ibi pugnam dirimere conantem Iason occidit imprudens, cæcis cum illo & aliis aliquot Pelasgis: ipsa verò Argo in Colchida vela fecit. Itaque Pelasgi de regis sui interitu admodum mœsti, tunc quidem optimatibus suis, quòd Cyzicus hæredem nullum reliquisset, Remp. commiserunt: donec postmodum Cyzico pulsus à Tyrrenis, qui Cherroneso occupata, & his, qui Milesiorum pars erant, pugna superatis, ipsimet Cyzicum incoluerunt.

XL II. Gelon Siculus tyrannidem inuadere studens, m Himeræorum popululum

Y 3

Alexandro continenti iunctam. & Ryndacus Strab. lib. 12. extr. in Cyzico fluvius est in Propontidem exiens: vbi Phrygiæ inter & Hellefontium. l. De quibus Apollon. lib. 1. Argonaut. & Valer. Flacc. m. Polyæn. lib. 1. Stratag. 39. vnaque. tyrannum hunc factum scribit, aliqd. & sum fraudæ.

a. πηρὶ Κελωνῶν

Suid. & Polyæn.

b. Ορυγία Εἰς

ποσειδῶνος

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ἡμετέρας

ille suis manibus scelus noluit, sed alveo per Tiberim deportandos imposuit. Alveus autem post multam iactationem tandem circa prominentem ripam caprifici cuiusdam, quæ ingens ibi excreverat, radicibus inhæsit, atque inde pueros in ripam, molli & arenoso solo, eiecit. Ibi lupa, quæ recens pepererat, in puerulos forte incidit, & circumgressa, vagientibus, manusque tendentibus mammæ præbuit. Ita illi alebantur solo suo casu indignantem lupam compefcentes. Hoc ubi vidit Faustulus pastor, diuinum quid latere ratus, pueros tollit, & pro suis educat. Longo post tempore in eum forte Faustulus pastorem incidit, qui exposuerat, reque omni de pueris cognita, narrat iam adultis, regio illos esse stemmate natos, Martisque sobolem, quæque cum matris, tum aucto materno acciderant. Erant autem egregia forma, & corporis robore inuicti, insignitaque audacia. Ex templo igitur pugiones arreptos vestibus regunt, Albamque accedunt. Hic quod inexpectatum esset eorum inceptum, Amulium sine corporis custodibus reperiunt, pœnasque exigentes ferro confodiunt, & matrem de custodia educunt. Plebs quoque dextras iungit, regnantque Albæ, & finitimis in locis. Ingenti deinde hominum multitudine ad eos confluent, relicta Alba, urbem nouam ædificant, *Romanamque*, appellant, quæ nunc, ut sic dicam, mortalium tenet imperium. In eorum porro, quæ tunc acciderunt, fidem, ostenditur in Romano foro sacra caprificus, æneis Curiæ cancellis circumdata. Tugurium item in Iouis templo (argumentum illius viuendi formæ, quam Faustulus tenuit) est quiescens & tenerioribus virgultis stratum, conseruant.

a. De qua Steph. Byzant. Totam porro fabulam leges apud Apollon. Rhodium extremo lib. 4. Argonaut. b. Egeio scribit Apollod. lib. 1. qui tibi legendus hic.

c. Ab Arête Alcinou Phæacensium regis vxore, duodecim numero, & narrat Apollod. lib. 1. d. Videndus Cicero Offic. 2. init. Val. Max. lib. 9. cap. 13. Phœar. Pelopida extremo.

e. Al. Eualce.

XLIX. In Anaphe insula, quæ supra Theram iacet non procul Lacedæmone, templum erat Apollini & Ægletæ sacrum, in quo sacrificabant insulani cum irratione, tali ferè de causa Iasonem, de Colchide raptam Medea domum redeuntem, valida oppressit tempesta, reque omni desperata, Argiui in naui ad preces vota que confugiunt. Apollo igitur arcum ipsis obtendens, mala omnia auertit, & fulgure de cælo erumpente, insulam subito terra ex imo maris gurgite emisit, in quam desilientes, quod primum eam Sol tunc aspexisset, Anaphen ab euentu nominant, & tanquam sacram ædem Apollini Ægletæ statuerunt, festumque diem hilare egerunt cum epulis, eod quod incredibile effugissent malum. Medea interim cum suis ancillis, quas ad contractas cum Iasone nuptias, dono acceperat, post vini potum ludens, scommatis Heroas per uigilio excipiebat. Illi verò conuicia vicissim mulieribus regebant. Unde nata consuetudo, ut insulani isti (habitata enim post Anaphe est) anniuersario ritu Apollini Ægletæ inuicem conuittantes, festum diem ad illorum imitationem celebrarent.

QUINQUAGESIMA narratio: Alexander tyrannus a Thebe coniuge interfectus est. Hæc Iasonis eius, qui in Theffalia quondam regnarat, filia fuit, fratresque uterinos tres, patre Eulabe genitos, habuit, Tisiphonum, Lycophrona, & Pytholauum. Hos Alexander ille Phæarum suspectos habens, de medio tollere studebat. Cognito autem Theben nequaquam æquo laturam animo uterinoz suorum fratrum eadem, ipsam quoque interimere decreuit. Sobrius igitur faciliè consilium tegebat: ac vino captus (ebriosus enim erat) rem aperiebat. Ut ergo Thebe consilium illud intellexit, dato singulis fratribus pugione ad eadem faciendam, ut se comparent, hortatur. Ipsa Alexandrum mero implens & sopiens, dimissis de conclauis custodibus, quæsito colore, quasi in balneo lauare uellet, fratres mox ad facinus incitat. Qui cum timidius agerent, & maxime natu minimus, inter alia comminata est, se & Alexandrum confestim excitaturam, & ut cædis reos accusaturam. Sic vi illi ad audendum adacti, dormientes Alexandrum iugulant. Nec mora Thebe, corporis custodem Præfectis ad se accersitis, & quæ minis, quæ pollicitationibus uia, persuadet, sibi ut in acquirendo regno ad sint. Illi postulata concedunt, atque ipsa imperium quidem sibi sumpserunt, nomen uero titulumque regni Tisiphono fratrum natu maximo concessit.

Hactenus ex quinquaginta illis Cononis narrationibus. Attico utitur sermone: compositione uero ac uocibus gratiosus est, & uenustus: habet tamen alicubi contortum quid, atque à uulgi cognitione remotum.

APOLLODORI GRAMMATICI

Bibliotheca.

In eodem

In eodem item volumine legi APOLLODORI Grammatici libellum, cui *Bibliotheca* titulus erat. Continebat antiquissimas quasque Græcorum historias, & quæ siue de Diis, siue de Heroibus temporis ratio dedit opinanda, cum appellationibus fluminum, regionum, gentium, & urbium. Hinc & pleraque antiqua, ad ipsa usque Troiana tempora descendens refert. Virorum quoque nonnullorum inter se pugnas, resque gestas commemorat, & captiam Troia, errores quorundam, & præcipue Vlyssis, in quem eius præscarum rerum narratio terminatur. Compendiosa quædam narratio est maxima huius libelli pars, iis non inutilis, qui uetera complecti memoria uolunt. Adscriptum item erat lepidum istud epigramma:

Sæclorum seriem nostra si legeris arte,
Antiqua hinc fiet fabula nota tibi.
Meonida ne uolue oplamina, neue Elegeian,
Ne Tragicam Musam, ne melicos numeros.
Multifonos Cyclicum uersus ne quere: quod in me
Inuenias, quidquid maximus orbis habet.

a. Eius partem in tres diuisam libros Bened. Regius Græcol. edidit Roma, ubi & de uariis Apollodori differuntur à Scip. Tertio. Porro librum XXIV. Apollod. huius ætate præcipue tibi Sopater sup. pag. 175.

NICOMACHI GERASENI

Arithmeticon Theologicorum libri II.

CLXXXVII.

237

LEGI NICOMACHI Geraseni de Arithmetica ad res diuinas applicata libros duos. Quæ quidem inscriptio magnam admirationem, uehementemque amorem concitare queat: cum opus tamen ipsum (ne id ratiocinationes uanas, perditique otij occupationem esse dicam) longè à titulo suo recefferit. Neque enim hic de numeris ab unitate usque ad denarium differens (quod in Arithmetica sua, eique præmissa Isagoge præstitit) illa pertractat, quæ numeris suapte natura insunt, uilemque habent contemplationem: sed ea plurimum, quæ noxij sunt ingenij figmenta: & eius quidem ingenij, quod res ipsas ad suam potius speculationem contentiosè aptare studeat, quam quod ad rerum naturam mentis suæ cogitata dirigere conetur. Ceterum quod uir ille rerum, quæ subsistunt, naturam ad numerorum essentiam referre, & huic pariter includere aggressus sit, resecando, addendo, permutando, ac diuclendo, interdum quidem res ipsas, nonnunquam etiam illos amicos ad eum sibi numeros ac Deos, idque uel alteram tantummodo partem, uel certè utramque obeundo: et si huius rei multæ essent ipsi reddendæ rationes, in medio tamen id relinquatur. De eo tantum [loquor] quod Deos & Deas uidere numeros exoptans, idque ipsis solum attribuens, secundum propriam cuiusque, definitamque quantitatem: hanc tamen ipsam non seruet integram, dum in Deorum ordinem numeros refert, sed (ut antea iam diximus) secando, augendo, uel omnino etiam dissipando, sic tandem ipsos ut plurimum pro Diis adoret; destruens interim eam quæ ab initio aderat quantitatem, ut per hanc Deus [aliquis] fiat, & hac [ipsa rursus] eundem illum spolians. Neque uero aut ineffabilis, aut a operæ huiusmodi Theologia est. Sed hæc eius sapientior, & amari dignior pars uidetur, quod oporteat ingressurum in hæc admirabilem Theologiam, altiusque in abscondita eius penetraturum, Geometriæ in primis rudem non esse, sed merandi quoque rationem accuratè tenere: neque item astrologum inspectionem obiter didicisse, quin potius & in Musicis speculationibus, atque ad eum illius instrumentis esse exercitatum. Ut enim de numeris Deos efficiat, eosdemque omnis essentia rerum subsistentium auctores ac causas effingat, de singulis iam nominatis disciplinis theorematum quædam huiusmodi Deorum efficiationi intexit: quorum scilicet ignoratio tantè sit ad huiusmodi mystagogiam impedimento futura, ut frustra suam ad discendum alacritatem præ se ferat ille, quicumque supradictis disciplinis iam antea imbutus non fuerit. Quare oporteat, ut apparet, ætatem uenerisam iis disciplinis diligenter incumbendo contriuisse, atque consumuisse, antequam ad hæc Theologica circa numeros, & prodigiosa commenta ueniat, quo delirare tandem penitus tibi concedatur. Tale quid igitur summam, uel de solo potius titulo loquendo, Nicomachi Geraseni Theologia est.

a. Cuius libri duo Græcè editi Parisiis an. CL2. XXXXIII.

b. v. 1. 1. 1.

Z

De Pni-

De *Vnitate* ergo (præter alia figmenta non pauca, quæ rebus de ea veris, naturalibusque proprietatibus in eam quadrantibus admiscet) etiam illud refert: Mentem hanc esse, deinde et a virosceminam, ac Deum, & materiam quodammodo. Eandem res omnes reuera miscere, & deinceps omnium recepticem esse atque capacem, chaos, confusionem, contemperationem, obscuritatem, tenebras, hiatus, Tartarum insuper hanc, immò Styga esse nugantur, & horrorem, atque impermissionem: barathrum quoque subterraneum, Lethen, & rigidam virginem, & Atlantem. Axis præterea ipsius est, & Sol, & Pyralios, & Morpho, & Iouis arx, ac seminalis ratio. Apollo ad hæc & Propheta, & fatidicus. Nominum verò horum ratio, partim à mente est instabilis, ac superstitiosa, partim ne à puerili quidem recessit imaginatione. Ceterum vnitas hoc pacto à Nicomacho, eiusque præceptoribus simul in Deos refertur, & contumelia afficitur.

c. *Veneris id apud Lacedæmonios cognomen, de qua Pausan. Laced. d. Ζαῖος πύργος. e. σπειρωτίςος λῶγος.*

Dyas deinde, seu *Binarius*, audacia ipsius est ac materia, dissimiliumque causa, & vnitatem inter ac multitudinem interstitium. Ex compositione atque permissione solus hic æqualitatem efficit: quare etiam æqualis est, sed & inæqualis est, de se & usque & abundantia: solus item informis, & indefinitus, carensque termino. Solus *f* paritatis principium: nec tamen par, neque rursùm pariter par, neque impariter par, neque pariter impar. Verùm horum plurima affinia sunt naturali binarij ipsius proprietati. Quæ verò ad prodigiola commenta pertinent, hæc ferè sunt. Fons est omnis concentus, & inter Musas Erato, itemque Harmonia. *g* Tolerantia ad hæc, radixque, etsi non actu quodammodo, potestas præterea, & pedes *b* fontibus abundantis Idæ, ac vertices, & *i* Phanes. Quin & à Binario æquum esse Iouem, fabularum hæc figlina theologicè disputat & Iustitiam ad hæc esse Dyada, & Iñn, Naturam, ac Rheam, & *l* Iouis matrem, fontemque distributionis. Est insuper ipsius tanquam Rhea tam Phrygia, quam Lydia atque *m* Dindymene. *n* Demetra quoque & Eleusinia, Diana, *o* Appetitus, *p* Didymna, Aeria, Aferia, Difamus, & *q* Vesta. Quin etiam Venus, *r* Dionæ, *s* Mychza, Cythereia. Ignorantia item atque imprudentia, falsum, *t* permissio, & simulata, contentio, discidium, fatum denique, & mors. Sic ferè de Binario ab ipsis est theologicè disputatum.

k. Diadus, de qua Mythologi: l. Διοσγύτης, m. De Dindymene matre Pausan. & Cyrald. Syn. tagm. IV. n. Suida quoque ὄνομα δίας, o. ἰμπερος. p. Vide Pausan. Cyrald. Syntagm. XII. & reliquos Mytholog. q. Eræ. Nisi hic, Eriæ legendum malis. De qua Diogen. Laërt. in Democrit. Clemens. Alexan. II. Strom. Hesych. & Suid. r. Διωνεία, inquit Suid. ἡ Ἀφροδίτη, ἢ Διόνη ἡ ἀντί. s. Μυχίας ἢ Ἀφροδίτη. Suid. ἡ μυχίς ἰστίαν. t. ἀδιοεία, ἀδιέερον, Suida ἀδιεχέερον, Hesych. etiam ἀμύχια, & ἰστίαν.

Ternarius verò primus omnium actu impar est, primusque perfectus numerus, & medietas, ac proportio: qui vnitatis vim in actum atque exporrectionem procedere facit. Idem prima est omnium, & quidem propria, vnitatum coagmentatio. Hinc porro ad Physiologiam numerum hunc traducunt. Causa enim est rei triplaciter separabilis, & infinitatem numerorum definiens: simile quoque, & idem, & eiusdem proportionis, ac determinatum. Verùm hæc nondum adeò stolidi, quibus istæc nequaquam similia.

Mens quædam Ternarius est, & sapientiæ atque intelligentiæ causa: cognitio ad hæc, quæ numeri est pars maximè propria: Musicæ quoque vniversæ potestas, ac compositio: & verò Geometriæ vel maximè. Quin etiam hic rerum ad Astronomiam, siue ad cœlestium naturam ac scientiam pertinentium vim omnem habet ac continet, eamque ad substantiæ productionem impellit. Virtutes quoque omnes ab hoc numero dependent, atque ab eo proficiuntur. Deinceps quæ ad fabulas spectant refert. Hinc Trias ipsius *x* Saturnia est, & Latona, Amaltheiz cornu, & Ophiona item eam esse nugantur, ac Thetin, & Harmoniam. Hecaten quoque, & *z* Eranam, & *aa* Charitiam, atque à Musarum choro Polymniam, Plutonemque, & Loxiam. Vrsam præterea, & Helicen, atque eam, *bb* quæ æquore non mergitur, Damatramen, *cc* Dioscoriam, *dd* Metin, Trigeminam, Tritona, Maris.

aa. Χερστία Suida ἡ χερστία, bb. F. Vrsæ maior, de qua Hom. Iliad. Σ. Οἷα δ' ἀμυρόπος ἐστὶ λοντρὴν ἀκίανον. D. H. cc. Διὸς κλέος, Minerva Poëtis dicitur. dd. Minerva matrem eam facit Hesiod. Theogn. vide & Apollod. & Cyrald. Syntagm. XI.

a. *Ἐπειδὴ ἄλλοι, Quod de Minerva Orpheum quoque hymna eccinit: Ἀρσίου ῥόδῳ ἢ ἑλλυθῆ φως. b. εἰ φέρει παρ-θίνον. Ita Seneca, Medea, Dianam dicit alpetam virginitatem.*

si dicitur.

g. τλημοσύνη. h. Homero quoque nota πιδύχῃ Ἰδῆ. i. Sol hic quibusdam aliis Amor. Vide Suidam & Cyrald. De Phæne Thebeo quodam meminit Pausan. in Corinthiac.

n. Χερστία. y. Ophioneus Messeniorum Sares celebratur apud Pausan. in Messeniis. z. Erganam forte legendum. De hac enim Minerva multa Pausan. & illius etiam hic mentio seq. pag.

Maris præsidem, Tritogeneiam, & Acheloam habitat, Tricem runcipedem & Curetida, & Crataida, Harmoniam, Symbeniam; Gamum, Gorgoniam, Phorciam, Triflamum, & d Lydium. Talis ipsius Ternarius est, atque in tam multos eorum Deos refingitur.

Quaternarius item magno ipsius miraculo est, nouus Deus, & quidem multiplex, vel potius omnideus. Fons enim ipsius est naturalium effectuum, atque naturæ clauiger. Sed & suam hic disciplinis constitutionem atque permansionem adfert, atque conciliat: immò natura ipsa est & varietas. Idem quoque iis Hercules, & imperus ac maximum robur, virilis potentia, & nihilque habens fœmineum. Mercurius item & Vulcanus, Bacchus, Soritas, Maiadeus, vel Maiades. Est enim Maiæ filius, hoc est Binarij. Quaternarius, *f* Eriunius adhæc, & Socus, atque *g* Dioscorus. *h* Bassareus insuper, & Bimater (matrem nactus Binarium) fœminea forma, virilis virilique patrans, baccchari faciens. Item Harmonia seu Harmonia, & in Musis Vrania. Ad hunc ferè modum de Quaternario nugando philosophantur, vbi & primi libri Theologicè expostorum à Nicomacho numerorum terminus est.

Altero igitur libro mox à proemio res illi cum *Quinario* numero est. Hic enim primus medietatem optimam, maximeque naturalem designat per disunctionem ab vtraque extremitate numeri naturalis: cum interim vnitati quidem ranquam principio, denario verò tanquam fini coagmentetur: comprehendere simul potens ea omnia, quæ in mundi natura apparent. Per vnitatem etenim mundus tanquam fixis radicibus stabilis est: per denarium verò perfectus, atque in lucem productus. Sed id non nisi ad extremam denarij partem [conficitur] cum vniversi elementa per *Quinario* [perfecti] ciantur, atque in lucem producuntur.] nam etiam æthera ad quatuor illa adicit, etsi hanc additionem nunquam admitteret, si vel in Quaternarij, vel multorum similitum laude versaretur. Sed nondum hæc elegantia, aut scita, quæ consequuntur, consideranda sunt. *Quinarius* enim siue Pentas, quies est à rixis, & alteratio, iubar quoque ac *l* iustitia, minimaque extremitas facultatis viuendi. Nemesis adhæc, & *i* Buba, *m* Iurisdicchio, Venus, *n* Gamelia, *o* Androgymia, Cythereia, *p* Zonæa, *q*. Circulatorum præfes, Semidea, arx Iouis, Didymæa, & axis stabilis. Hanc etiam *r* diuinam esse sublimum verbis prædicant, & Pallada, & *s* Credeaten, *t* Dætricum, & *v* Acroetion, *x* æquilibrium, expertem iugli, *y* Orthiatin, atque inter Musas Melpomenem, *z*. p. chraque voce respondentem, medioremque medium, & ad fœcundorum culmen. Et sic quidem ille *Quinarius* extollit.

Senarius ab illo formæ forma, ratione reddita dicitur, & solus inter numeros animæ accommodus, atque vniversi articulatio, animi effector, & qui vitalem appetitum indere solet. Vnde etiam Senarius Harmonia atque vniversa natura, & magis proprie ipsamet Venus, cum *bb* Iuga, tum Nuptialis, & Androgynæa theologicè ab eo constituitur. *cc* Ingalis adhæc & illecebra: Pax quoque, amicitia, sanitas, & *dd* Acmoti, ac veritas. Hexada insuper volunt hi Parcas inter Lachesin esse, principiumque ad dimidium totius, & *ee* longèiaculantem, ac Triuiam, *ff* Dichroniam, *gg* Perfectionem, Triformem, Amphitriten, *hh* Anchidica, & de Musarum numero Thaleiam, ac Panaceiam. Ita neque Senarius ab ipsis præteritus est, quin Deus Deaque esse omni studio probaretur.

Iam *Hebdomas* (quid dicas) confestim fit *ii* *σεπτὰς*. vbi si consuetudo *kk*, & forte exerat, vtrah hoc facile quod duplici litera *z*, quam ipsa natura *ll* ad præcedentis numeri finem veluti forte attribuit, vt hæc adminiculo aduersus vulgi insidias *mm* Augusto illi numero esset. Atque hæc admiranda illa demonstratio est, qua ita existere docet

Z 2 [vocem] *z* *z* forte exerat, vtrah hoc facile quod duplici litera *z*, quam ipsa natura *ll* ad præcedentis numeri finem veluti forte attribuit, vt hæc adminiculo aduersus vulgi insidias *mm* Augusto illi numero esset. Atque hæc admiranda illa demonstratio est, qua ita existere docet

z *z* forte exerat, vtrah hoc facile quod duplici litera *z*, quam ipsa natura *ll* ad præcedentis numeri finem veluti forte attribuit, vt hæc adminiculo aduersus vulgi insidias *mm* Augusto illi numero esset. Atque hæc admiranda illa demonstratio est, qua ita existere docet

z *z* forte exerat, vtrah hoc facile quod duplici litera *z*, quam ipsa natura *ll* ad præcedentis numeri finem veluti forte attribuit, vt hæc adminiculo aduersus vulgi insidias *mm* Augusto illi numero esset. Atque hæc admiranda illa demonstratio est, qua ita existere docet

239

z *z* forte exerat, vtrah hoc facile quod duplici litera *z*, quam ipsa natura *ll* ad præcedentis numeri finem veluti forte attribuit, vt hæc adminiculo aduersus vulgi insidias *mm* Augusto illi numero esset. Atque hæc admiranda illa demonstratio est, qua ita existere docet

NICOMACHVS

Geraleus.

a. Vt supra Qui- narius.

b. Lege Eustath. in Hom. & Cy- ruld. syntag. xl.

c. Φυλακίτης. Ο- κτώδιον

d. δὲ οὐκ ἀποπύρε- ται

e. Cyrald. supra.

f. Quod omni ar- thorum genere

g. Multis à Pan- san celebrata.

h. πολυαριθ- μῶς

i. κελύς.

k. Semel enipuro, Sult.

l. ἠεροποιός, ob επιτολισίους

m. πολυαριθ- μῶς

n. ὑψηλῶς

o. ἐν ὅσῳ ἀνα- γέρει οὐρανόν. Suid.

p. De qua copia- se Stroph. Pignus libello singulari.

q. ἀνατομία, Βασίλειον ἀκτι- πῶν.

r. Ἄλιον.

s. ἀκτιόνων.

t. ἐκείνων, id est, Apollinem.

υ. Apollinis ἐπι- θύροισι ἀρῶν. Μα- τρώδ. lib. i. Sa- turнал. Vide

z. Vide H. Stroph. Thestaur. lin- gua Græc.

aa. ἀκτιόνων.

bb. ἀκτιόνων.

cc. ἀκτιόνων.

dd. ἀκτιόνων.

ee. ἀκτιόνων.

ff. ἀκτιόνων.

gg. ἀκτιόνων.

hh. ἀκτιόνων.

[vocem] πεπταίς, & cultu dignum numerum ἐστίν. At rursus & etiã hic vnitate est ac denarij medietas. Fortuna item, & Occasio, Minerua, Mars, Acreotis, b Agelia, Ar- ytonne, & c capta eademq; i valido patre nata, Tritogeneia, celsos habens oculos, e Alal- comencia, f Pantheuchia, g Ergana, & h multis precibus expetita, integritas naturæ, A- maltheia stirps, Agis, Ofris, somnus, vox, sonus, & de Musarum numero Clio. Sil- ber, etiã i Iudicium, & Adrasteia, & eiusmodi ineptiæ multæ. Sic planè ille adoran- dus Septenarius, ingenti longoque labore, vt magnus, multiplexque Deus ab ipsis lau- dibus celebratur.

Octonarius deinde, etsi nequaquam tantam laudem (ne octaua quidem ex parte) obtinuit: quando tamen pro Deo etiã hic ipsis est, è sede sua non excidit. Adorant enim ipsum quasi summam Harmoniam, & k Cadmeiam matrem, ac Rheam i mulie- rificam, Cybelen, Cybeben, Dindymen, m vrbisq; custodem, velur amorem item, at- que amicitiam, n prudentiam, intelligentiam, o Oreiam, p Themis, legem, q natum ante exactos menses, & Musarum Euterpen.

Nonenarius item posthabetur, & in Deitate, & in longa descriptione, qua Septe- narius in altum nimium quantum euectus fuerat: at proximum saltem in diuinitate gradum cum Octonario obtinet. Circumfunditur enim ab ipsis tanquam Oceanus, atque vt visum finiens circulus [Horizonta Græci vocant] celebratur. Promethea quo- que ipsum facit, & Concordiam. Perseiam, & r Solem indigitant. Quietem quo- que à rixis, & similitudinem, Vulcanum, Iunonem, Iouis fororem & coniugem, s emi- nus operantem, pæana, Nyseida, & Agyiea, x Enyalium, Ageliam, Tritogeneiam, Concordiam, Suadam, Curetidem, Prolerpinam, & Hyperionem, Musarum denique Terpsichoren.

Denarius denique ipsis est vnictus, Deus summus, & Deorum Deus, quod ma- num pedumque decem sint digiti, decemque [vt Logici vocant] prædicamenta, & orationis partes decem. Omnia enim ipsis Decas vt fit, allocutionem ceteris orationis partibus apponunt & supplementum. Quid ariner dicere, complecti illos hic solida, 243 plana, patia, imparia, pariter imparia, perfecta, prima, y simplicia, æqualia, inæqualia, decem ipsas habitudines, spherica, circularia, ad genituras atque imitationes spectantia, & his consentientia. Vt itidem ipsis decas sit mundus, cœlum, fatum, æuum, potentia, fides, necessitas, Atlas, z indefessus Deus, Phanes, Sol, Vrania, Memoria, Mnemosyne. Et verò omnia, opinor, prædicta Deorum nomina decadi attribuisent: nisi his ipsis antea occupatis, propria iam illa aliis fecissent, & continenter eadem de singulari dicere pignisset. Quando enim aæ superdeus ipsis denarius est, qui etiã omnem eius diuini- tatis vim, quæ in numeris inuenitur, obtineat: propterea quoque fufus adeò Nico- machus in hoc describendo esse voluit. quamquam multo adhuc longior fit in Mo- nade atque Septenario. Verùm id ita in Monade accidit, quod de reliquis item nume- ris non modica ibi disputat, & præfationibus insuper extenditur. Vbi & hoc obseruo, libentius eum sermone de decade, dum de vtroque illo numero disputat, inherere: quod idem in Quintatio facit, de quo æquè penè multis atque de Septenario differit.

En tibi, charissime frater, per summa capita recensitam Nicomachi illam cele- brem; repertuque difficilem in numeris Theologiam. quæ tamen herclè ob inaccessa penè sua, perceptuque difficilia sensa, nequaquam perspicax vestrum ingenium atq; di- gentiam extra humanã propemodum conditionem remouere potuit: quando quidem iam Geometrica, Arithmetica, ceterasque mathematicas disciplinas (vt & tu scis) pleri- que nobis non ignoti nihilo negligentius, opinor, tractant, quam Hermicæ [quon- dam] filius: (neque enim ignotas Ammonij in his artibus dexteritatem) planè vt nul- lum ipsos latere possit eorum theorematum, quæ numerorum huic studio Nicoma- chus innexuit. Verùm vnde hæc defecerunt? Tempus, opinor, & quod ne vitilibus quidem pareatur, dum inutilia quæque facillime labefactantur, validam inuexit con- suetudinem inuictarumque vim, per quam etiã id commodi accepit illud Nicoma- chi studium, quod penè cum multis vitilibus censeretur periisse. quamquam hodieque adtonsum atque accifum vt est, non exiguam (quemadmodum & modò vi- des, & post etiã, scio, clarius videbis) gloriam

parit.

ALEXAN-

ALEXANDER.

ALEXANDRI

Admirabilium Collectio, &

PROTAGORÆ

CLXXXIIX.

Geometria vniuersi orbis libri VI.

LECTA est Admirabilium & ALEXANDRI Collectio. Qui multa quidem prodi- gliosa hoc volumine atque incredibilia commemorat, sed alios non incelebres laudar auctores, qui eadem prius narrarint. Scribit autem de animalibus, de plantis, de regionibus nonnullis, de fluminibus, de fontibus & herbis, atque id genus aliis. Clara eius est dictio, summatimque cum narret, non omnino iucunditatis ex- ptes est.

a. Polyhistoris illius Milefii, de quo Suid. & Athenam.

In hoc eodem volumine PROTAGORÆ quoque Geometria, quæ vniuersi orbis titulum præ se ferebat, libri sex continebantur. Horum quinque, etsi non studiosam, neque (vt postea fecit) accuratam, Asiæ tamen, & Africæ, quin & Europæ situs descri- ptionem complectuntur. Sextus verò liber Alexandri quodammodo Collectioni res- pondet. Describit enim, quæ in mundo vniuerso paradoxa referuntur: quorum ple- 242 raque veteribus accepta refert scriptoribus: plurima etiã à se visa narrat, non minus omnium opinioni, quam superiora illa aduersantia. Perpicua & huius dictio est, ac brevis narratio, hoc sexto libro maxime.

SOTION

De fluminibus, fontibus, ac lacubus.

NICOLAI DAMASCENI

CLXXXIX.

Morum incredibilium Collectanea.

ACESTORIDÆ

Mythologiæ politice libri IV.

LEGI quæ SOTION sparsim inopinata de fluuiis, fontibus, ac lacubus referri scri- psit. Respondet & hic libellus, conuentique cum Protagoræ sexto, & Alexandri collectaneis: nisi quod hic de fontibus tantum & lacubus incredibilia commemorat, cum illi eiusmodi de aliis etiã plurimis scribant. Sermo autem non longè ab illo- rum dictione recessit.

a. An hic ille forsitan Alexan- drinus, qui ab Athenæo lau- datur?

In hoc item volumine lectus est NICOLAI liber, b Herodi Iudæorum regi in- scriptus, quo Incredibilium morum collectio continebatur. Incidit autem inter- dum in eadem inopinata, quæ ab Alexandro collecta fuerunt, adscriptis etiã non paucis ex c Cononis narrationibus. Attamen in quibusdam historiis, aliter instituta narratione, dissentit. Huius quoque oratio summis quasi capitibus absoluitur, nec à perspicuitate vnquam discedit: adhibita interim frequentiore, quam prædicti, inuer- sione ac grauitate. Refert item nonnulla, quæ licet sua nouitate turbent, multis tamen in confesso sunt: & rursus incognita multa, sed quæ manifesto tamen cum veritate non pugnent. Gentium enim mores vnicuique proprios, vt plurimum commemorat. Quanquam & in his reperias, quæ mox nullam mereri fidem indicent. Damascenus autem hic, vt ego existimo, Nicolaus ille est, qui Augusti temporibus floruit, eoque est vsus a familiari. c A quo & placentarum genus Nicolaos Cæsar nominabat, quas idè ad hunc ille honoris gratia mittere solebat, quod parem sibi familiaritate reddidisset. Hicidem ingenti volumine f Assyriam historiam, quantum potuit ex antiqua memo- ria legendo assequi, reliquit.

b. Fuitus enim utroque quæ su- esse Nicolaum scribit quoque Constantinus Porphyrogen. li- bello de Thema- tibus Orient.

c. De quo supra Cod. CXXXVII.

d. itaq; b habet Athenæus lib. 14. qui palmulas misisse Nicolaus refert: & Plu- tarch. Conuual. lib 8. cap 4. e. Tesse Heg-

Bo ipso in codice legitur ACESTORIDÆ Politicarum fabularum g libros

Z 3

quoque quatuor lib 8. cap 4. e. Tesse Heg-

quoque quatuor lib 8. cap 4. e. Tesse Heg-

quatuor. Videtur autem hic scriptor maiore solertia in libri sui titulo *vsus esse*, quam plerique alij. Quæ enim ceteri in suis scriptis, partim moderatiores cum essent, ne indicarent quidem, partim pro veris etiam venditate voluerunt, eadem hic veritatis studio Fabulas nominavit, & earum rerum historiam, seu mythologiam (quomodo libenter ipse appellat) composuit. Multa igitur in his reperias, quæ & Conon collegit, & Apollodorus in suam retulit bibliothecam, congestisque Alexander, & Nicolaus a dedicavit, occupavitque Protagoras. Acestorides porro plurima quoque ab illis præterita, memoriæ mandavit: etsi in plerisque, quæ & hic & illi narrat, discrepantem videas ipsorum historiam. Plurima igitur hic scriptor, certis confirmata historiis, suos in libros retulit: & verò nonnulla, quæ euidenter vt plurimum demonstrari queant, vt fabularum vocabulum non tam ad calumnianda eius scripta, quam ad eorum gratiam iucunditatemque indicandam additum esse videatur. At verò me iudice, æquus hic rerum æstimator haberi mereatur, quod falsa multa rebus verè gestis additurus, ambiguo tamen titulo reprehensionis satisfecerit. Ad stylum verò quod atinet, etiam hic similis est præcedentium.

a. Herodot. sic.

CXC.

PTOLEMÆI HEPHÆSTIONIS

Nouæ ad variam eruditionem historiae libri VII.

a. Suidas etiam xivov agnomi-natum tradit. Lege apud eum plura: & obser-ua hic latifis-mum totis Phi-lostodis hystoria-novis campum aperiri, dum è tot falsis menda-cioses fabula proceduntur.

LEGI a PTOLEMÆI HEPHÆSTIONIS noua ad variam parandam eruditionem historiae libros septem. Operæ pretium sanè hoc opus iis attulerit, qui in multiuigæ lectione historię horas collocare satagunt. Breui enim tempore eiusmodi collecta simul cognoscenda suppeditat, quæ non nisi longo temporis intervallo quispiam per libros passim dispersa laboriosè comportare possit. Continent autem prodigiola multa, & falsò conficta: quodque absurdum magis, quarundam etiam fabellarum causas, ob quas verè euenisse putandæ sint, reddere conatur. Ipse tamen earum collector sub-inanis est, & in arrogantiam procliuis, neque satis vrbanus eius sermo. Dedicat suum opus Tertullæ cuidam, quam non dominam solum nominat, sed eam in super litteris variæque doctrinæ deditam prædicat. Nonnullos interim reprehendit eorum, qui ante se hoc argumentum non rectè tractassent. Etsi plerique ab ipso enarrata (illa maxime, quæ nec improbabilia sint, nec fidè indigna) variam, & cognitu non ingratam scientiam suggerunt.

PRIMO igitur libro, Sophoclis mortem enarrat, præmissa etiam Protefilai. Deiq; quoque de Hercule scribit, vt igne vitam sibi abstulerit, quod arcum suum intendere non posset, annos iam natus quinquaginta. De Croeso seruato in rogo: de Achillis interitu, de Laide meretrice b ossis oliuæ haustu extincta. Quæ vbi singularem retulit, eadem non rectè ab aliis antea fuisse tractata docet. Deinceps verò de Alexandro rege commemorat, dum Ephesi c Palatnem per dolum occisum in tabula spectaret, turbatum animo fuisse, quod illi per fraudem interempto similis esset Aristonæus Alexandri in pilæ lusu socius. Tanta nimirum erat Alexandri animi mansuetudo, tantumque amicorum studium. Illud deinde apud d Euphotionem in Hyacintho ignoratum:

Κωνυτός μὲν ἐπὶ ἀφελκείᾳ τῆς Ἰσθμῆς
 ἢ Solum Cocytum sua vulnera lanit Adoni.

hoc [ait] significat: Cocytus quidam nomine Chironis in re medica discipulus Adonim curauit ab apro fauciatum. Refert item illum, qui apud Herodotum libro i. historiarum ab Adrasto Gordij filio interfectus dicitur, Agathonem fuisse appellatum, & de coturnice quidem contententem occubuisse. Cadmum quoque & Harmoniam in f leones esse transformatos. Tiresiam ad hæc g formam suam septies mutasse, & cur apud Cretas ipse Phorbantis sit filia dictus. Erymanthum Apollinis filium excæcatum, quod post congressum cum Adonide lauante Venerem vidisset, & Apollinem indignatum, apri forma induta, dentibus vulneratum necasse Adonim. Quare poeta h columbas cibi Deorum ministras fecerit, & quid Alexander rex, atque adeo Aristoteles super hæc re censuerit: & de Homero ipso atque columbis. Epicharmum poetam ab Achille Pelei filio genus ducere. Patroclum per excellentiam i Equitem ab Homero nominari, quasi a Neptuno aurigandi artem didicerit, cum illius hic ama-

b. Vt acino sua pessa Anacreon. teste Plinio lib. 7. cap. 7.
 c. De quo plurima Philostratus. Heroic. Suidas, & Pausanias. Phocit.
 d. Ab Athenæo iste adductus non semel.
 e. Sic & Propert. Eleg. Vlt. lib. 1. Mortuus inferna vulnera lanit aqua.
 f. In angues conuersus fingit Ouid. Metamor. phos. 4.
 g. Lege Eustath. ad Odyss. K. h. & Plutarch. vide Eustath. ad Versum 63. Odyss. M. i. & vlt.

tor fuit. Vlysem, quod magnas aures haberet, *Outin* initio appellatum. At quia plura aliquando exorta, cum amplius partum gestare mater grauida non posset, in via pererit, Odysea inde esse nominatum. Arcas quidam Peritanus nomine Helenam apud Paridem in Arcadia agentem adulterat: quare Paris adulterij pœnam irrogans, genitalia illi exsecuit. Vnde factum, vt Arcades sic affectos atque exsecros *περτανύς* vocent. Achillem Aristonicus Tarentinus cum virginibus apud Lycomedem versantem *Cercyseram* appellatum esse scribit. *Iffan* quoque *Pirrhæm Aspetum*, atque *Promethea*. Botryas item Myndius Niobes liberos omnes ab Apolline interemptos tradit. Vlyssi [ait] a monitorè parens addidit Myiscum nomine, ex insula Cephalenia. Sequebatur & Achillem monitor b [Phœnix] nomine, prudens, c Calydonius genere: vt & Patroclum Eudorus. Ceterum Antipater Acanthius refert d Daretem, qui ante Homerum Iliadem conscripsit, monitorem fuisse Hectoris, auctoremque ne Achillis socium interimeret. Sic Protefilao docet Dardanum adfuisse, origine Thessalum: & Antilocho Chalconem Armigerum simul, & monitorem a Nestore patre darum. Hæc primilibrari capita.

Altero deinde libro de Hercule agit, vt à dementia elibero sit liberatus ab Anticyro, qui hoc remedium e Anticyræ Phocidis valde frequens, primus reperit: etsi alij aliter purgatum memoriæ prodiderunt. A Nestore quoque Herculem adamatum narrat. Item non Philocterem, sed Morfimum Trachinium pyram Herculi incendisse. Herculem præterea, deuorato à Nemæo leone digito vno, nouem dimtaxat digitos habuisse, exstareque tumulum digiti aulsi. Alij tamen f patinacæ piscis aculeo digitum amissum ferunt. Leonem verò ex lapide Lacedæmone videre est digiti tumulo impostum, symbolum nimirum Herculei roboris. Vnde mos inoleuit in reliquorum quoque sepulchris, lapideos statuere leones. Verum alij aliter de leone incippo monumentis imposito tradunt. Ex Herculis rogo magnam locustarum vim enatam, quæ regionem veluti peste vastauit, & quo modo ea lues extincta fuerit. Vt Venus propter Adonidem, suum & Herculis amantissimum, Nestor, Centaurum, quas Herculi infidias frueret, edocuerit. Vt Nireus, Symæus, Herculis amantissimus, contra Heliconium leonem vna pugnarit: quidam tamen Herculis filium Niream faciunt. Quænam sint illæ apud poetam gratiæ, g cum quibus Euphorbi crines componit. Herculem à natali Nilum fuisse appellatum asserit: at post seruatum Iunonem, interfectis qui illum inuadebant Anonymo & Pyripnoo gigantibus, exinde (quod bestium à Iunone profugasset) nomen mutasse. Anderus Herculis amantissimus, cum de huius rogo Theseo nuntiafset, ab eodem est interemptus. Dimidiūm Hydræ caput aureū fuisse, aucto est Aristonicus Tarentinus. Alexander verò Myndius refert, Draconem terra genitum vna cum Hercule pugnasse, aduersus Nemæum leonem: quem & e nutrimento ab Hercule, Thebasque ductum in huius tentorio mansisse, eundemque illum esse, qui i pullos passeris cum deuorasset, in lapidem conuersus fuerit. Argo nauem in Ossa Thessaliæ monte Hercules quidem exadificauit: nomen verò ipsi inditum ab Argo Iasonis filio, qui ipsi in delitiis erat, propter quem etiam ille vna cum Iasone ad Scythas ad nauigauit. Iunonem cum Geryone pugnantem ab Hercule vulnus accepisse secundum dexteram vber, & quæ inde consecuta sint. Corythus, genere Iberus atque Herculis amantissimus, galeam primus fabricauit. Hinc & his armis nomen id primum datum. Sepulchrum illud in Creta, quod Iouis appellatur, Olympi illius Cretensis esse, qui ereptum Saturno Iouem educauit, religionemque edocuit. Verum enim verò nutritorem doctoremque suum Iuppiter fulmine, inquit, percussit, quod d gigantes regnum eius inuadere velle suspicaretur. At cum Iouem postea ictri cadauer iam habentem facti pœnituisset, neque posset aliter dolore lenire, suum saltem nomen interempti sepulchro indidit. Cuius sit hoc dictum ab Alexandro Philippi filio vsurpatum:

Κωνυτός μὲν ἐπὶ ἀφελκείᾳ τῆς Ἰσθμῆς
 ἢ Solum Cocytum sua vulnera lanit Adoni.

& rursus Proteæ: Quali consuevit cantione vti Alexander: &. Cuius id fuit poema? In quemnam Epicedeum idem ille Philippi F. Alexander conscripsit? Atque hæc secundi libri capita.

b. De xpoφθe dracone Aiacis Locrii legendus Philostratus Heroic. in Aiacis Locri. De aliorum draconibus aliis. Heroibus enim sacros fuisse dracones: à multis obseruatum. d. De quibus Homer. Iliad. B. 3. 331. & 349. Tu vbi Eustath. lege. k. Odyss. 9. 437.

PTOLEMÆVS HEPHÆSTION. a. Μητρον. Πα- δαγογορον id. huc potius Con- siliatorum inti- morum genus. Heroibus addi, solum, maximè iunioribus. Qua les ferè hodie Gubernatores, maioris potesta- tis significatus, appellamus. Quomodo etiam dixi Star. Indo- miti Phœnix moderator a- lumni. Syll. 5. Epiced. in patrē. Similem huic παδαγογορον catalogum (in quo & Phœnix Achilles tribuitur) lego apud Clem. Alexan. lib. 1. Παδαγογι. cap. 8. b. Aulus Iam ce- lebratissimum apud omnes no- men hic in serere: nihil dubitans quia re vobis vni- prouidentissimi- sibi epitheton fuerit. c. Sic enim hic malo legere, quæ- xpoφθe: est non ignouem. d. Scyphum apud Strab. lib. 9. Thefal. Orme- nium Phœnicis patriam facere. d. Dares etiam quidam Sacer- dos Troianus ab Homero lauda- tus Iliad. E. 28 quod in manu- bus iam de bello Troiano poemata Daretis fuisse sup- positum censent eruditi. e. Vide Pro- tæbik. f. De passimæ incurabili morbo Zelian. Suris lo- ch. & alii multi. g. Iliad. 6. Vers. 51. De Euphorbo multa Philostr. Heroic.

Hephæstion. a. Quo sero & ase teneri possit a qua Stygis do- cuimus vitii co- parati ad O-lymp. CXIV. an. 1. b. Ouidius lib. 2. de remed. Heca- len feminam pauperem addu- cit. Suida in ipais i paeg Kadu- mæxi, i oedri- auris kadonias etc. Politiani miscellan. cap. 24. lege. c. Vide inf pag. 233. d. Hom. Odys. T. 8. 118. e. Vide sup. Co- non. narrat. 34. pag. 227. f. Vide Ouid. Metamorph. 11. Persi Sat. 1. & Scholiast. Ari- stoph in Plutum. g. Athen. Digno- soph. 2. Arhe- miensem facit: is ergo Sidenans. h. Ita Strabo. quidam Lynce- us per CXXXVI. millia passuum persequit. Et ex Varone narrat. Plin. lib. 7. c. 21. Val. Max lib. 7. cap. 8. Solin cap. 6. Vide et qua narratur inf. de Candauli co- inge pag. 230. i. Quam habet descriptam apud Herodot. h. Idem de Ana- xagora Clazo- menio refert. Elian. 7. 6. quæ- xidus 8. cap. 13. & de M. Crasso So- lin. cap. 4. Cicero semel dumtaxat visisse. de Ennibus V. & Plin. lib. 7. cap. 10. l. Describit eam Plin. lib. 10. c. 20. Apuleia tota laurea dicitur. m. Vide Ctes. Persic. sup pag. 11 n. al. Horaceli. o. as ietip. p. Lege Suid. in Kadu. & Vitæ a nobis copiatam. Arist. & Demost. q. Ab ipso Apolline. et refert Xenoph. lib. 1. de expedit. Cyri.

Tertio verò libro de Hyllo Herculis filio commemorat, cornu eum paruum ad læuam capitis partem adnatum habuisse, quod Epopeus Sicyonius, cum in pugna illum occidisset, acceperit, tuleritque in eo Stygis aquam, & regnum oræ illius occupauerit. De Stygis aqua in Arcadia ita narrari: Cum Cererem filiaz raptum lugentem eo ipso mæroris tempore Neptunus sollicitaret, in equam illa sese præ indignatione transformauit. Delata itaque ad fontem, vbi formam hanc suam conspexit, exhorruit, ipsamque aquam nigram reddidit. De b Hecale, & quam multis illud nomen commune fuerit. Alexandri patrem non Philippum fuisse, sed Arcadem quandam genere, cui Draconi nomen. Atque hinc illam de Dracone fabulam mansisse. De Ptolemæi cane, qui pro hero depugnari, vt que à morte sectus, habere inuentus sit e cor pilis ob- 246 situm. Erat autem genere Molossus, Briaræi nomine. De Polydamante. Quid sit apud poetam:

ὁ δὲ δὲ ὄρε Πανδαρέου κέρν χλωροῖς ἀνδρῶν.

Vt cum Pandaræi soboles Chloreis ædon.

& quæ sequuntur. De e Palladio à duobus, id est, Diomede & Vlysse, furto fuisse subla- tum. f De calamo sic fonante:

Ἀuriculus asini Μίδας habet.

De aubus Acestaliis apud Stesichorum quæsitis. De lapide Gigonio iuxta Ocea- num, quodque solo asphodelo moueatur, cum vi nulla alia cieri aut moueri queat. Ropalum Herculis filium fuisse, & hunc vna eademque die patri vt Heroi parentasse, & vt Deo sacrificasse. Amphiarum sic appellatum, quod vterque matris parens pre- catus sit, vt filiaz sine labore parere concederetur. Cuius sit hymnus, qui apud Theba- nis in Herculis honorem canebatur, dicebatque ei: Iouis ac Iunonis filii. ibidemque de iis qui hymnos per singulas vrbes cani solitos composuerunt. Philostephanum vatem ac poetam iam inde à natali die veste nunquam esse vsum. Matrim quoque z Theba- num hymnorum scriptorem per omnem vitam myrri baccis assidue victitasse. Eu- pompum Samium (qui, quod visu audituque incredibile est, ferum admodum mon- strum [id est] draconem alebat) filium habuisse Draconem nomine, acutissimi visus, planè vt per h viginti stadia commodè cerneret. Hunc igitur mille talentis condu- ctum, & Xerxi sub aurea platano assidentem, narraffe quam videret Græcorum ac Bar- barorum naualem pugnam, & i Artemisiz fortitudinem. Plesirrhom Thessalum hymnorum scriptorem ab Herodoto adamatum, bonorumque hæredem institutum fuisse: eundem etiam exordium libri primi historiarum Herodoti Halicarnassei fecisse: Principium enim historiarum Herodoti proprium hoc fuisse: Persarum doctores me- morant, dissensionum auctores ex fuisse Phœnicas. Polyzelum Cyrenæum & risisse nun- quam; indeque Agelasthi cognomen tum illi datum. Deorum cultu ceteros omnes superasse ferunt, alij quidem Antigoni Ephesum, alij Lucium Hermionium, cuius & Theophrastus in epistolis meminit. Achilli atque Deidamæie natos filios duos, Neoptolemum & Oneirum: occisumque ab imprudente Oreste Oneirum in Phocide, cum hic de figendis tentoriis aduersus illum certare cœpisset. Dissertit deinde & de historiciis quibuidam casibus. Amyci sepulchro i Rhododophanem innatam ait, quam qui gustassent, pugilatus studio capi solitos. Antodorum itaque, cum ex ea lauro edif- fet, victorem tredecies coronam retulisse: eundem tamen à Dioscoro Theræo in quar- todecimo certamine victum, quem admodum & ipse Amycus dicitur ab altero Diocu- rorum lueta superatus. Cræsum quoque festo Venetis die natum: quo item die Lydi omnes diuitias pompæ nomine illi Deæ apponunt. Taurum aliquando sacrificanti patri nuntiatum, natum ipsi esse Themistoclem, & m verò hausto idem taurino san- guine petiit. Darius Hytaspis F. à matre expositus, eque vberibus lactatus est, ab Spar- 247 gapiza equotum pastore: idemque postea hinnitu equi rex creatur. Ibyci poetæ melci- seruus n Hercules nomine, viuis exustus, quod cum latronibus in dominum conspi- rasset. Orestes Cereris illius festo die, quæ Erinnyis diæa, natus est. Philippus puer etiam num illas q quasi stellas, quas suo decursu desiliere aduertebat, vesperi sagittis pe- tere conabatur: & Diogenum vatem prædixisse ferunt, dominaturum multis adole- scentem. Et sanè p Aster illi nomen fuit, qui eidem oculum sagitta eruit. Martyas ti- bicen, ille q qui pelle exutus est, auram vitalem haurire cepit eo festo Apollinis, quo die omnium

die omnium quæ sacrificarentur animantium pelles dereptæ illi dedicabantur. De Tityo, qui Alexandro struxit insidias. Claudium Imp. grauida gestans mater, bole- tum fungorum desiderio capta comedit, & Claudius fungos veneno infectos de- uorans periiit. De Centauro Lamia F. vt adulterans captus sit, quem alij à Peri- thoos eunucho: alij à Theseo interfectum aiunt. Tales varij in istis historiis casus at- que euenta referuntur, quibus etiam liber tertius tandem absoluitur.

Libro autem quarto hæc narratur: Helenam primum excogitasse digitis mi- cando sortitionem, & cum Alexandro sortientem vicisse, fuisseque Veneris filiam, Helena adhæc & Achille filium in Beatorum insulis cum alis natum, quem ob regio- nis fertilitatem Euphorionem appellarint. eius autem amorè captum Iouem, & minimè potentem, fulmine in Melo insula percussisse fugitantem, nymphasque, quod eum terræ mandassent, in tanas commutasse. Helenam quosdam referre ait venantem in virginali monte raptam à Paride, & huius pulchritudine captam tan- quam Deum esse secutam: De b zona acu picta quam à Venere acceptam Iuno de- derit Helenæ, à qua rursum ancilla Aftyana furtio sustulerit, donec eam Venus & huic abstulit. Quid sit illud ab Homero de Helena:

ε Πάντων Αργείων φωνή ἴσκησ' ἀλέχρισαν.

Arginūm vxoris imitata es vocibus omnes.

c. Homerus O- dyss. Δ. 8. 279.

Dictum Solis & Ledæ filiam fuisse Helenam, vocatamque Leontem: raptam autem fuisse ob iratam Menelao Venerem, quod hecatomben pro nuptiis pollicitus, voti reus Deæ non soluisset. De d Helencio herba, quæ in Rhodo nascitur, ab Helena nomen hanc sumfisse. Visam enim ad eandem nasci quercum, ex qua se Helena strangularit: quia & eam qui ederit ad rixam omnino concitari. Adamatum prius ab Helena Menelao, sic tandem eam vxorem duxisse. Addit narrare quosdam, in Tauros Scythiaz profectam cum Menelao Helenam ad inuestigandum Orestem, immolatam ibi hanc Dianæ vnâ cum Menelao fuisse ab Iphigenia. Velle tamen 248 alios à Theri, marini forma vituli induta, sublatam illam, dum Græci nauibus do- mum redirent. Ferunt, ait, Echo proprium Helenæ nomen inditum, quod alio- rum illa vocem imitari egregie posset: Helenam verò dictam, quod eam Leda ἐν ἐλῆ [in palude] ediderit. Lacedæmone locum quandam Sandalium appellatum ab He- lenæ sandalio, quod illic exciderit, dum illam Alexander persequitur. Sustulisse Alex- andrum ex Helena filiam, ortaque de nomine contentione, illum quidem Alexan- dram, hanc autem Helenam nominati voluisse. Vicisse tandem Helenam talorum ita superatam, atque ita filiam matri cognominem factam: quam ab Hecuba, cap- to iam Ilio, interemptam ferunt. Ab Iliacis vsque temporibus, ait, Helenæ multæ nomen sunt mutuaræ: vt Agisti & Clytemnestræ filia, ab Oreste interfecta: Veneris item in congressu cum Adonide ministra, Epidamnij filia, & ab Epidau- nis Veneris figura culta, diuitias inhiantibus largiens: Faustuli præterea illius filia, qui Romum & Romulum educandum curauit: vt & illa est Helena appellata, quæ ternos edebat quotidie hædos. Dicæarchi quoque Telefina soror, atque octode- cim, in quibus & ea Homero antiquior Helena est, quæ bellum Troianum consecri- psit, Musæi Atheniensis filia: à qua & e Homerus accepisse argumentum creditur, & e bilinguem agnum possedisse. Tityri insuper Ætoli filia, quæ singulari Achillem cer- tamine prouocans, læsit quidem illum, inflicto mortali penè secundum caput vulnere, sed ipsa occubuit.

d. Describit Pli- nius lib. 21. cap. 10. & 21.

e Similem leges narrat. inf. pag. 251.

Helena quoque in hunc censum refertur illa pingendi perita, Timonis Ægy- ptij filia, quæ suis temporibus gestum Issicum bellum penicillo pinxit, & in Pacis templo à Vespasiano imperatore collocata pictura est. Archelaus porro Cyprius, Ste- sichori poetæ amicam vicè dilectam fuisse ait Helenam quandam, Micychi filiam: & discessisse hanc à Stesichoro, atque ad Bupalum se contulisse: iratum ergo hinc f. sui contemptu poetam scripsisse [carmen] Helena volens discessit. Falsam autem esse iæm narrationem illam de f Stesichoro excæcato. De g Moly deinde herba apud Homerum agit, quam è sanguine interfecti in Circes insula gigantis enatam ferunt, habereque candidum florem: Circes autem in pugna socium Solem, etiam gigan- tem interemisse, atque inde, quod μολῶ pugnā significat, inditum herbæ nomen. ibi interpr.

PTOLEMAVS Hephæstion. a. Lege Pausan. Eliac. II. pag. 199. edit. German. b. De hac Saty Pausan. Phoiac. non semel.

Refert quoque Dionysium fuisse Chironis amasium, & ab eodem comestationes, bacchationesque ac sacrificia didicisse. De Myrtilloꝝ patris ac filij Taraxippo in Olympia. Solum item Neoptolemum Maciotem b oraculum Phemonoes ab Aetho, vno è fratribus audisse aiunt. ac de hoc Aetho libro primo historiarum Herodotum dicere: *Esti nomen eius mihi notum, non tamen memorabo.* De duplici apud Homerum appellatione, altera apud Deos, altera homines, quodque Xanthus solus inter flumina fuerit Iouis filius. De aliis item duplici præditis nomine. Esse adhæc in Tyrthenia Halis turrim, quæ vocatur, sumpto nomine ab Hali, Tyrthena venefica, quæ Circes famula cum esset, ex heræ ædibus aufugit. Ad hanc autem delatum Vlystem, in equum incantationibus commutatum, atque apud eam educatum, donec senio confectus obiit. Ex hac igitur historia etiam nodum illum apud Homerum dissolui, cum ait:

c. Odyss. A. v. 333.

--- δάματ' ἢ τοι ἐξ ἄλλος ἀντῶ.

Qui finis Quarti libri est.

QVINTVS post hæc liber ista commemorat. Pugnauit, aiunt, Iason cum Amyco, non autem Pollux. Testatur id regio *Iasonia cypriis* dicta, & fons iuxta manans *Helena* appellatus. Ex hoc etiam illud Crinagoræ soluitur epigramma:

Καὶ Πρωκλῆς ἴπποι χλωρῶν ἢ Χαλάμωνδων ἔχουσι.
Et Procli equi viridem psalacantham habent.

Quod ignorauit Callimachus, cum sit e Eubuli Comici, in Bacchum comædia. Agit & de parodia versus illius. Psalacantha autem herba est Ægyptia, quæ equis circumligata victoriam præbet & felicitatem. Ferunt, addit, alij Psalacantham Nympham fuisse in Icaria insula, quæ Bacchum adamans allaborarit ipsi ad potiendum Ariadna, quod & cum ipsa postea congregaretur, quod vbi Bacchus reculasset, Ariadnæ hanc esse insidiatam, atque illum indignatum, conuertisse eam in herbam: pœnitentia iam inter sidera translata erat, circumposuisse. Herbam ipsam alios Artemisiam, Meliloto alios similem facere.

Athenodorus [inquit] Eretrienſis, octauo libro memorabiliū refert, Theſtin & Medeam de pulchritudine in Theſſalia certasse, arbitrumque adhibuit Idomenæa Thetidi victoriam adiudicasse. Medeam ergo indignandam illud protulisse: *f Cretensis semper mendaces*: eidemque imprecatam, ne verum vnquam diceret, vt ne in hac quidem sententia dixisset. Hinc factum scribit, vt mendaces habeantur Cretenses: adducitque hoc idem narrantem g Antiochum lib. II. ciuiliū fabularum. Ilus, vt narrat, Laomedontis pater, equinis setis comante galea utebatur, vt & è Priami liberis Melanippus & Idæus. Achilles item equi, Xanthus & Balius appellati, gigantes primum fuere, folique gigantum pro Diis pugnarunt aduersus fratres. Ad h Thylas Siciliæ naufragium passio Vlyſſe, i Achilles scutum ad Atacis monumentum emerferit, & sepulchro appositum postridie fulmine est ictum. Herculem non Nemæi leonis pellem gestasse ait, sed Leonis cuiusdam è gigantum numero, ob prouocatum ad singulare certamen Herculem ab eodem interemptum: & aurea mala

f. Vide Prouerb. cuius aliam alij cassum commenti sunt. g. Sup. pag. 242. Accessoridæ τῶ ἡγῶ πάλιν μὲν τῶ λέβητι Σιδιμίου. h. Mylas reputatione, ex Geographiarum sententia. i. Vide Alciani emblemata 28. k. Lib. r. Sibi omnem penè de Cyge historiam legat. l. Vide sup. pag. 246. m. eis ἔστιν.

n. Vide & seq. pag.

250 custodiens Draco, ait, fratrem habuit Leonem illum Nemæum. Irus apud Homerum Bæotius fuit. Candaulæ coniugem, cuius k Herodotus nomen reticet, dictam esse Nyssiam. Eam & duplici pupilla, & l acutissimi visus fuisse, quod draconitem lapidem gestaret: vt per ipsas etiam fores Gygen, m ad inquirendum egressum, viderit. Quidam tamen ipsam *Tudum* dictam volunt, alij *Chytiam*: Abas autem *Abro* nuncupatum tradit. Ideo verò eius fœminæ nomen ab Herodoto silentio preffum aiunt, quod cum eius amasius Pleſirrhous Nyssiam nomine amicum haberet, Halicarnasæam genere, nec ea potiri, repulſam passus, potuisset, de superiori loco vitam sibi laqueo abrupit. Hinc velut odiosum, eius vbiq; nomen refugisse Herodotum. Centauros Herculem fugientes per Tyrſeniam fame periisse, suauit n Sirenarum cantu deceptos. Alderum Herculis amasium, Patrocli fratrem fuisse. Eppolam Caryſtiam, Trachionis filiam, muliebrem sexum dissimulantem cum Græcis militasse, sed per Palamedem tandem detectam, à Græcis obrutam esse lapidibus. Quo tempore Alexander Helenam rapiebat, Menelaum Gortynæ, quod Cretensium oppidū est, Ioui Hecatomben immolasse. Palamedem pro Agamemnone Græcis imperasse. Cum enim in Aulidem delatus Agamem-

Agamemnon agrestem capram, Dianæ sacram, telo confixisset, atq; hinc Græcis nauigatione prohibitis Calchas vates respondisset, placari numen, expiariq; malum posse, si i Iphigeneiam filiã Neptuno immolaret Agamemnon: detrectanti id facere indignari Græci, imperiū ademerunt, & Palamedē regem creauerunt. Addit Philoſteten à serpente percullum periisse: & Paridem à Menelao femur hasta ictum, interemptum. Demetrio [inquit] Scepsio mortuo, Tellidis librū ad caput eius repertum ferunt: vt & Alcmanis i natantes [fœminas] ad cernical Titonychi Chalcedenis: & e Eupolidis d Hybristodicas ad Ephialti caput. Cratinique e Eunidas apud Alexandrum Macedonum regem. Ita Hesioidi opera & dies Seleucus Nicanoris filius ad caput semper admouit. Quin & Arcadum legislator Cercidas tumulto suo primum & secundum Iliados librum inferri iussit. Pompeius quoque Magnus non prius in expeditiones tendebat, quam primum Iliados librum perlegisset, quod æmulus esset, imitatorque Agamemnonis. Cicero item Romanus, Euripidis Medeam euoluens, in lectica, qua gestabatur, capite truncatus est. Diognetus Cretensis [ait] pugilatu victor, coronam non solum non accepit, sed etiam ab Eleensibus pulsus fuit, propterea quod victus, cæsusque ab illo, communi cum heroë nomine Hercules appellatus est. Hunc autem Diognetum vt Heroa Cretenses colunt. Homericum illum versus de iamiam vulnerando, [Menelao:]

PTOLEMAVS Hephæstion. a. Tragediam hanc docuit Eurip.

b. τὰς κόλλωβόους: quasum etiam Suidæ meminit Socre Alcman.

c. Eius vitam collegit Lh. Gynæsiac. Dial. 6. Et e Cratini. d. Ἐξομολογῶν οἱ μὴ ἐπὶ λόβου τὰς θύκας εἰς αὐτῶν, apud Polluc. & Hesych. Vide Sigon. de Magistratibus.

ἢ οὐδὲ σέθεν Μενέλαο θεοὶ μακρὰς λαλῶντο.
Nec e Menelao tui duxere obliuia Diui.

hunc [inquam] versus per parodiam Pythius, mutato Menelai nomine in Menedemi, vsurpauit. Posita autem fuit quæstio in cœna Augusti Imp. qualem versus oraculum per parodiam enuntiasset, & quis oraculo referretur. Menedemum Eleensem Bouneæ filium ferunt Herculi ostendisse expurgandi stabuli Augæi rationem, atque adeo flumen auertisse. Eundem vna cum Hercule bello Augæam oppugnasse, interfectum humo esse conditum in Lepreo, propter piceam arborem. Inſtituto autem eius causa certamine, Herculem ibi cum Theſeo certasse, cumque viribus pares essent, iactatum à spectatoriſibus de Theſeo: g *Alter hic Hercules*. Phantasiam aiunt quandam Memphitida, Nicarchi filiam ante h Homerum Iliacum bellum & narrationem de Vlyſſe composuisse, depositamque opus Memphide. Homerum ergo profectum eo, à Phanite sacro scriba commodato illud accepisse, eiusque esse ordinem inſecutum, Adonis [narrant] Androgynus cum esset, vt vir cum Venere, vt mulier cum Apolline congressus est.

e. Eundem, vt e τὴ Ἀθήνῃ κἀπαρῶν. Vide Hesych. ac Suid. & citantur ab Athen. f. Iliad. d. Vers. 127.

g. Vide Prouerb. & Plut. Theſeum init. h. Sup. pag. 248. similem narrat. xetilit.

Alpha item flumini remuneraturus in Olympiis victor Hercules, Alpha ab eo litteram nominauit, primamque omnium collocauit. i Nugatur etiam fabularum hic scriptor, dum ait, k Moysen Hebræorum legislatorem Alpha idcirco fuisse appellatum, quod ἀλφῶ [hoc est vitiligine] corpus infectum haberet. Galerius Crassus, imperante Tibertio Cæsare tribunos militum, Beta est appellatus, quod illa libentius herba vteretur, quæ à Romanis Beta nominatur. Orpyllis verò, Cyzicenum scortum Gamma dicebatur. Antenor, is qui Cretensium historiam conscripsit, Delta cognominatus est, quod bonus esset, & ciuitatis amans. Cretensibus enim *δελτον* significare affirmant. Sic Apollonius, Philopatris temporibus Astronomia clarus, Epsilon dictus est à figura litteræ E, quæ circumagitur cum Luna, in quam ille multum studij conuulerat. Satyrus item Aristarchi familiaris Ζητα est nuncupatus, ab inuestigandis rerum causis studio. Narrant & Epsilon ab Idmone hero suo Θῆτα appellatum, quod feruili esset indole ac versipellis. Nam Θῆτες seruos significat. Cupelli adhæc mater, quod pedibus valga esset, δάμπεδα vocata Apollini Pythio. Pythagoram insuper eum, qui numeros omnes descripsit, refert Democrydes à tertia cognominatum esse littera. Et hæc quidem quintus continet liber.

i. Vt ceteri quoque gentium histori. k. Lege qua ad Philon. περὶ τῶν μετανοησῶν ὀρθῶν ποταμῶν ἐξιστάται.

SEXTVS postea liber capita hæc complectitur. Occisum à Penthesilea Achillem, Thetidis matris precibus in vitam reuocatum, & Penthesilea interempta, cursum ad Orcum rediisse. Lycophronem in Alexandra poemate dicentem:

Ποία δ' ἀνδρῶν εἴς ἐγ κενταυρικῆν.
Qualis Lyncina sterilis Centauricida.

l Sirenas ibi centauricidas significasse. Helenum Priami filium, dilectum ab Apolline, munerique accepisse arcum eburneum, quo Achillem secundum manum fetiret.

l. Idem indicatum superiore pag.

a. Iterum de Basilij stylo indicium tulit sup Cod. CXLII pag. 168.

bona confectantur: maxime vero iis, qui in monasteriis ad pietatem veram exercentur. Continet autem cum e S. Scriptura, variarum questionum, quae ad mores componendos faciant, breuiarium: tum his solutiones additas, atque explanationes. Emittitur porro huius in libris egregie, non ille modo sollempnis ad e ipsi affectus lenior, sed pura etiam perspicuitas. nisi quod in questionibus quibusdam emphaseos aliquid ab eo adpersum appareat: non id adeo vocabulis minus vilitatis iuueniliter adhibitis, neque compositione per circumductiones obscurata: quin neque aliqua peregrina, & a priuato vsu ciuilique sermone remotiore curiositate, aut acrimonia: sed quod hisce de more seruatis, emphasim veluti intericiat: nullo interim [lector] indito instituti sui sensu, quamquam ea quae breuiter proposuit, plurimum non pertractat, eo quod summa capita dumtaxat oratione persequi propositum habens, clarioris explanationis opportunitatem nullam reperiat.

Et adhibet ille quidem suum ad persuadendum accommodatum acumen multis questionum solutionibus; sed animae salus atque vtilitas plane vbique spectatur. Quamquam non sola breuitate violetur apud eum perspicuitas: verum & ex eo, quod solutionis indigentem orationem claudat, nulla concludendi forma adhibita: vt inter disiectas propositiones, & inferendi atque concludendi vi destitutas probationes, mens aberrat.

Harum autem rerum causa in variam providentiae methodum dissectatur, quam sapientiae tuae considerandam permitto. In his [tamen] duobus libris non semper ad emphasim recurrit. Statim enim primus liber nihil pra se fert tale, nisi quod semel allicubi per Reticentiam malum omen auertat. Nam ad caetera quod attinet, valde ibi est firmus, & aequè purus atque dilucidus: perque duos hosce libros decurrit simplicior quidam & per familiaris sermo ac compositio, ad vulgi aures comparata atque demissa, & ad solam demum auditorum salutem intenta.

Igitur primus eius liber b continet, Quae sit causa, quantumque periculum huiusmodi cum Ecclesiarum Dei, tum singulorum hominum inter ipsos dissensionis atque dissidij. Deinde, quod omnis praecipui diuini transgressio vehementer ac terribiliter puniatur, idque in Scripturis sacris demonstratum. Tertio, de Fide nostra Catholica, siue de pura nostra & sincera confessione sanctissimae Trinitatis.

Liber vero secundus, Christiani hominis quandam veluti c descriptionem per summa capita breuiterque proponit: similemque rursus descriptionem eorum, qui docendo Euangelio praefecti sunt. Deinde quasi regulas quasdam asceticas interrogando ac respondendo propositas exponit, numero quinquaginta quinque: iterumque breuides dallas trecentas tredecim.

Dei compata. c. Vtraque haec Descriptio nunc Ethicorum siue Moralium nomine Vulgo notior: Regula LXXX. d. His etiam triuiculus, siue transgredientium panes, pro Virginitas, in libro editu sub iunctas lego.

B. MAXIMI Monachi & Confessoris

Questionum e S. Scriptura Solutiones CLXIV.

a. Lege res ab eo gestas sine scriptis apud Baro. Card. To. III. b. Irrepisse hic notula p consistat cum non nisi 64. Questiones post enumeret Phot. Existat Opus hoc cum aliis pluribus eiusdem S. Maximi cum in Patriciana, tum in August. illa nobiliss. Biblioth. d. v. 290.

LEGIMVS B. a MAXIMI MONACHI simul & CONFESSORIS Thalassio Presbytero sanctissimo atque Praefecto inscriptum Opus, quo Questionum e S. Scriptura solutiones b CLXIV. continentur. Caeterum in praefatione disputat de ortu humanarum perturbationum: asseritque peccatum cum nihil sit omnino subsistens (non qualitas, non quantitas, non habitus, non perturbatio denique ipsa naturaliter saltem in existentium aliquo considerata) tantum insitarum nobis a natura facultatum esse defectionem suae actionis a fine, vt sit hoc modo naturalium facultatum ex errante iudicio inconsiderata quidam motus, ad aliud quam ad suum finem tendens. Finem vero illum modo dico, quem naturaliter quidem omnia appetunt, sed quem iam deceptus a serpente Adamus non agnouit, totum in sensum pronus, iumentisque similis factus. Immo quantum studij ponebat in cognitione, quae per sensum adducitur, tantum a diuina cognitione recedebat. Rursum quantum in hac recessione perseverabat, tantum etiam rerum cognitarum fructioni quasi assidebatur, vnaque cum ijs praiceps ferebatur. Quantum item his inharebat, tantum quoque in eo noxius ille amor sui accendebatur. Quam denique firmiter amoris adharebat sui, tam etiam studiose multas variasque volupta-

Iuptatis rationes comminiscatur. Haec enim amoris sui soboles est. Quoniam vero malitia omnis cum ijs vna rebus interit, quae illam creant, ipseque experimento discit voluptatis omnino comitem esse dolorem, illam vel supra vires retinere conatus, cum dolore acriter pugnabat, fieri posse arbitratus (quod nullo modo poterat) vt ab iniucem hisce diuulsis, & sola voluptate perfrueretur, & sui amorem huic voluptati permittit retineret. Hinc [ergo ait] omnis perturbationum multitudo. Nam voluptatem pra amore nostri confectantes, doloremque fugientes, inexplicabiles illos perniciosarum passionum ortus mente concipimus. Et quatenus quidem in amore proprio voluptatem confectamur, ex eo gulam gignimus, superbiam, auaritiam, & quaecumque pro re nata voluptatem pariunt. sin ex amore proprio dolorem fugimus, iram mox, inuidiam, odium, desperationem parimus, & alias id genus, quae carent affectione dolore concitante. Ex vtriusque porro mixtione nascitur simulatio, assentatio, dolus, & si quae omnino alia improbitatis genera, mixtae sunt versutiae agritudines. At postquam (vt iam paulo ante diximus) per deceptionem homo a diuina excidit cognitione, & ad sensum sese penitus conuertit, creaturam, quae sub aspectum cadit, pro Deo coepit peruersè agnoscere, ob vtilitatem scilicet, quam ex ea corpus percipiebat, a creaturae potius quam creatori seruiens. Quo quidem corpore perniciosum illud praestando obsequium, voluptatem assidue sentiebat, vehementemque dolorem, re ipsa semper inobedientiae illud lignum boni & mali comedens, & sensibilem sibi cognitionem adferens. Quare fortasse, qui lignum boni & mali dixerit, creaturam esse visibilem, a vero non aberrauit. Naturam enim ipsam ita comparatum est, vt vltus eius voluptatis dolorisque efficiendi vim habeat. vel rursus: quia & spirituales habet rationes aspectabilis creaturae, quae mentè nutriunt: & b iterum vim quandam naturalem, quae sensum quidem 257 delectat, sed mentem peruertit, propterea lignum scientiae boni & mali haec est appellata. Passionum enim magistra fit ijs, qui eius partem aliquam corporeo modo accipiunt. Hinc forte & homini Deus, ne huius fieret particeps antea interdixit: vt prius deleat, (quod par erat) per gratiae participationem proprio ipse cognito auctore, vna cum gratia impartita immortalitate, per hanc participationem ad indolentiam & immutabilitatem firmatus, ac velut Deus iam per Deificationem factus, cum Deo contempleretur Dei creaturas, nulloque ab ijs accepto detrimto earum cognitionem consequeretur; quasi Deus nimirum aliquis per gratiam, non homo effectus. Haec & alia consimilia in praemio philosophatus atque pollicitus, (quasi esset alibi perfectius accuratiusque de ijs acturus, ac proprium ei negotio tractatum destinaturus) Interrogationes deinceps Responsonesque aggregit: quarum

- Prima quaestio est, quid illud significet: Pater meus usque modo operatur. [Ioan. 5. 17.]
- Altera de illo, qui in Euangelio amphoram aquae baiulat. [Marc. 14, 13. Luc. 22, 10.]
- Tertia de illo: Noli te possidere duas tunicas. [Matth. 10, 10. Luc. 9, 3.]
- IV. De maledicta terra in operibus Adam. [Genes. 3, 17.]
- V. De illo: Qui natus est ex Deo, peccatum non facit. [1. Ioan. 3, 9.]
- VI. De illo: Hoc enim e mortuis euangelizatum est. [1. Pet. 4, 6.]
- VII. De illo: Deus lux est. [1. Ioan. 1, 5.]
- VIII. De illo: Quomodo [nunc] sumus filij Dei, & quomodo post haec erimus? [1. Ioan. 3, 2.]
- IX. De illo: Qui timet, non est perfectus in dilectione. (1. Ioan. 4, 18.) & Non est inopia timentibus eum. [Psal. 33, 9.]
- X. Quis ille principatus fuerit, quem non seruauerint angeli, & quae illis referantur. [Iude v. 6.]
- XI. Quae sit illa per carnem commaculata tunica. [Iude v. 23.]
- XII. Quid illud: Inuisibilia enim ipsius a creatura mundi, per ea qua creata sunt intellecta conspiciuntur. [Rom. 1, 20.]
- XIII. Quid illud ibidem: Coluerunt & seruierunt creatura potius, quam creatori. [ibid. v. 25.]
- XIV. De illo: Nam incorruptibilis spiritus tuus est in omnibus. [Sapient. 12, 1.]
- XV. De vitulo quem in deserto conlarunt. [Exodi 32, 4.]
- XVI. De angelo mortem minitantem Mosi in itinere Aegypti. [Exodi 4, 24.]

b. Expungo, quae hoc loco in textu Graeco vitiiose reperiuntur, vnde pauca.

c. Secundum v. 290 LXX. Vers. nam vult. O quam bonus & suavis est Dominus, spiritus tuus.

Monachus. Galat. 5. 4. Enacuati estu a Christo, qui in lege iustificamini.

XVII. De illo: Si factores legis iustificabuntur. [Rom. 2, 13. quomodo a qui in lege iustificatur, gratia excidunt.]

XVIII. Quid est: Quicumque sine lege peccauerunt, sine lege etiam peribunt. [Rom. 2, 12.]

XIX. Quid in Euangelio sit ficus arefacta, & quæ ad eam spectant. [Matth. 21, 19. Marc. 11, 20.]

XX. De illo: Exspolians principatus & potestates, & reliqua. (Collos. 2, 15.) & quomodo exiit, qui neququam induit?

XXI. Si [demum] sæculis venturis Deus ostendet diuitias bonitatis suæ. (Rom. 2, 3.) quomodo in nos sæculorum fines peruenerunt? (1. Cor. 10, 11.)

XXII. De illo dicto: Dabit illi Deus domum David patris sui. (Lucæ 1, 32.) Quomodo dare potest, cum regnum David ad eas denenerit gentes, quæ natum ex eo non cognouerunt?

XXIII. Quid est: Transeuntes primam & secundam custodiam: & quæ illa porta ferrea? (Act. 12, 10.)

XXIV. De illo: Omnis viri caput Christus est. & quæ sequuntur. (1. Corinth. 2, 11, 3.)

XXV. De Rege Babylonis, & Iuda, & Gentium.

XXVI. De reuelatione Petro super Cornelio facta, vt que Cornelij causa quidam aduersus Petrum disceptarint. (Act. 10.)

XXVII. Ad quos dictum sit: Venite, & descendamus, & confundamus ipsorum linguas. (Genes. 11, 7.)

XXVIII. Quid sit in actis Apostolorum: qui per spiritum Paulo dixerunt, ne ascenderet Hierosolymam. (21, 4.)

XXIX. Quodnam sit poculi & baptismatis discrimen (Marc. 10, v. 38.)

XXX. De illo: Si non in manu factis templis habitat Deus. (Act. 17, 24.) quomodo in Iudæorum templo habitare dicitur?

XXXI. De illo: Si forte attritent, aut inueniant Deum. (Act. 17, 27.)

XXXII. De illo dicto: Amen dico vobis, quicumque dixerit huic monti, & reliqua. (Marc. 11, 23. Matth. 17, 20.)

XXXIII. De illo: Quicumque orantes petitis, credite quod accipiat, & quæ sequuntur. (Marc. 11, 24. Matth. 21, 22.)

XXXIV. De illo, Quod iubemur comedere carnem, & bibere sanguinem; non tamen comminuerit ossa. (Ioan. 6. & 19, 33. Exodi 2, 9. & Num. 9, 6.)

XXXV. Quæ fuerint Israëlitis animantium, quæ immolabantur, corpora?

XXXVI. De vipera, quæ Pauli manum comprehendit. (Act. 28, 3.)

XXXVII. De Saducæorum quæstione, qua septem viros vni mulieri sanctos fingebant. (Matth. 22, 25. Marc. 12, 20. Lucæ 20, 29.)

XXXVIII. Quid tres dies illi significant, quibus in deserto turba mansit cum Christo? (Matth. 15, 32. Marc. 8, 2.)

XXXIX. Quid sibi vult numerus sex hydarum in nuptijs Canæ Galilææ. (Ioan. 2, 6.)

XL. Quid sibi vult numerus quinque virorum Samaritanæ, & sexti qui vir eius non erat? (Ioan. 4, 18.)

XLI. Quomodo dicimus, Nos peccatum & facere, & scire: Christum autem factum esse peccatum, non scire tamen? (2. Corinth. 5, 21.)

XLII. De ligno vitæ ac ligno inobedientiæ. (Genes. 2, 6.)

XLIII. Ad quemnam dixit: [Deus:] Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis. (Genes. 3, 22.) Si enim ad filium, quomodo Adam cum Filio comparatur? Si vero ad angelos, quomodo rursus Angelum, secuti componit?

XLIV. Quid designet pectusculum oblationis, & artus separationis. (Leuit. 10, 14.)

XLV. Quid differat ab ænigmate speculum. (1. Corinth. 13, 2.)

XLVI. Quid est illud: Vox clamantis in deserto, & reliqua? (Isa. 40, 3. Matth. 3, 3.)

XLVII. De cisternis & turribus ab Ozia rege Iuda ædificatis. (2. Paral. 26, 10.)

XLVIII.

XLVIII. Quid sit rursus in eodem Paralipomenon libro: & vidit Ezechias, quod venerat Senacherib. & reliqua. (32, 2.)

XLIX. Quid iterum in eodem ipso libro: Et orauit Ezechias Rex, & Esaias filium Amos, & quæ sequuntur? 32, 20.

L. Quid est: Et multi offerebant munera Domino, & dona Ezechia Regi Iuda. (Ibid. v. 23.)

LI. De illo: Et non iuxta retributionem, quam reddidit ipsi Deus, reddidit Ezechias, & reliqua. (Ibid. v. 25.)

LII. De Ezechia iterum: Sepelierunt eum supra sepulchra filiorum David, & quæ sequuntur. [Ibid. v. 33.]

LIII. De eo, quod libro primo Esdræ de Zorobabel scriptum est: Suscepit familiam in calum contra Israel. & de oratione eius. (1. Esdræ 9, 6.)

LIV. De illo: Omnes erant ex Israel ab anno duodecimo (exceptis pueris ac feminis) myriades quatuor, tria milia, trecenti & sexaginta, & quæ sequuntur. (3. Esdræ 5, 41. qui est in Græco primus.)

LXV. De illo, quod libro secundo Esdræ scriptum est: Et audierunt inimici tribus Iuda & Benjamin, & venerunt scire, quæ esset vox tubarum, & quæ sequuntur. (ibid. v. 66. In Græco item non habentur hæc libro secundo, sed primo, cap. 5. sub fin.)

LXVI. Quid est: Adultum valet deprecatio iusti efficax. (Iacobi 5, 16.)

LXVII. De illo: In quo exultatis modicum nunc, si opus est contristatos vos, & reliqua. (1. Pet. 1, 6.) quomodo contristatus quis in tentationibus exultare queat.

LXVIII. De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt Prophetæ (ibid. v. 10.)

LXIX. De illo: Quasi immaculati & incontaminati Christi, præcogniti quidem ante constitutionem mundi. (1. Petri 1, 19.) sed à quo præcogniti?

LXX. Quid est: Quoniam tempus incipi indicium à domo Dei, & reliqua? (1. Pet. 4, 17.)

LXXI. De e falce, quam volentem vidit Zacharias. (Zach. 5, 1.)

LXXII. De candelabro aureo, quod idem vates conspexit. (Zach. 4, 2.)

LXXIII. Quid est: In qua habitant plures quam centum viginti milia virorum, qui non cognouerunt dextram suam aut sinistram? (Ionæ 4, 11.) Quinam hi viri sunt, quæque dextra & sinistra?

LXXIV. Quare post mortem Saul, qui Gabaonitas iniuria affecerat, ab innoxio Dauide pœna exacta fuerit, fame eius regione vexata, donec traderet ex femine Saul septem viros Gabeonitis. (2. Regum 21, 1.) Has igitur soluere Quæstiones diuinus ille vir & Confessor egregius allaborauit.

Oratio eius comprehensionibus continenter producit, gaudetque hyperbaris, circumductionibus quoque inualefcens: etsi proprie loqui minime satagit. Ex quibus per scriptum hoc eius, & obscuritas, & difficultas illud comprehendendi passim decurrit. Asperitatem deinde tumidoris dictionis, (quantum ad compositionem cessationesque) sua in oratione sectatus, ne auditu quidem esse iucundus studet. Verborum insuper translatio, nequaquam ad gratiam colligendam lectoremque pellicendum floride composita est; sed simpliciter atque incuriose assumitur. Idem præterea sui studiosos propemodum obrundit: & adeo procul à littera & nota historia, siue potius ab eo ipso, quod petitum erat, solutiones ipsius recedunt. Tantum si cui forte gratum Anagogicis ac contemplationibus mentem implicare, nunquam is sane reperit hilce aut magis varia, aut diligentius elaborata. Etenim cum aliorum colligit sententias in dubijs quibusdam pronunciatas, tum & adjicit, quæ ipsius diligentia nihilo his minorem, si non maiorem, præferunt venustatem atque tollentiam. Vbique autem viri pietas, & purum germanumque Christi desiderium elucet.

EIVSDEM B. MAXIMI

Epistola XXVII.

CXCII.*

LECTAE adhæc varie eiusdem epistola de rebus necessarijs, & animo vtilibus, ijs (maxime) qui mores suos corrigere, mentemque in pietate excitatam conferuare student, cienda.

BB

Distinguedi gratia hic notula fit in ad repetitum maiorem numerum adijcienda.

e. Pro tribuere legitur hodie in textu τὸν LXX. ad Doctrinam. Vng. tamē edit, cum B. Maximi dictione consentit

a. Melius hic τὸν LXX. interp. Rom. edit. ὁ ἴδιον

b. Hæc paulo aliter cum in Græco, tum in Lat. edit. leguntur.

c. In Vulgata editione legitur volans.

d. Hæc ego particulam ἴδιον comodiore ordine & superiore serije retraho.

a. Quae pene omnia reperit a leges ad Petri Illustrē inf. pag. 262.

b. Naturarum quoque Serius, et notum Theologia.

c. Idem alicubi Gregorius appellatus legitur.

d. In ceteris B. Maximii scriptis.

student, numero viginti septem. Harum erat vna benè longa ad Ioannem Philosophum missa: cuius hæc fere capita, Primum, Increpatio eorum, qui hæreticorum sectatores, ac potissimum Seueri, defendendos susceperunt. Alterum deinde, Oportere omni ratione traditam nobis incorruptam seruare Religionem. Tertium, De differentia, quaque ratione confiteri piè liceat, duas in CHRISTO post vnionem naturas. Quartum est, Numerum neque diuidere, neque diuidi, nec diuisionem in vniuersum vllam secundum propriam rationem adferre ijs, quibus additur. Quintum, Quomodo piè numerus ad indicandam differentiam adhibeatur. Sextum, Quomodo B. Cyrilli dictum epistola ad Succensum sit accipiendum. Non etiam pugnare hanc vocem in duabus, cum ijs, qui dicunt vnam Verbi naturam carnem esse factam, nisi ex opinione Nestorij impiè sumatur. Septimum, Resum siue b Substantiarum in CHRISTO, esse differentiam, non qualitatem: omnemque adeo differentiam necessitate quadam adducere secum eorum, quorū est, quantitatem: quemadmodum rursus quantitas (siue continua illa sit, siue discreta) numerum se experientem adducit. VIII. Impiè dici, Christum vnam esse compositam naturam: illudque cum veritate pugnare. IX. De Hypostasi composita, & breuis expositio receptarum de fide vocum, quæ rectè de Christo ex vsu Ecclesie Catholice proferuntur. X. De Hypostasi composita magis naturalis disputatio, vna cum accurata demonstratione, quod in eadem nequaquam incidant, qui Christum profitentur vnam compositam hypostasin, cum ijs, qui vnam eum dicunt esse compositam naturam. XI. Per assumptionem factam esse solam illam Verbi cum carne vnionem, tanquam præexistentis, & ad vnionem carnis vniri volentis: quod in alio omnino composito minime obseruetur. In alijs enim, non per alterutrum assumptionem fit vnio, sed ambobus, ex eo quod non est, ad compositi perfectionem atque constitutionem concurrentibus. Hæc ergo est ad Ioannem epistola, & eius illa capitula.

Reliquarum deinde tres datæ ad Thalassium Presbyterum ac Præfectum: duæ ad Ioannem Cubicularium, totidem ad Sophronium monachum cognomento Eucratam: vna ad Ioannem Sophistam, & altera ad Ianiam Præfectam. Iterum vna Thalassio præfecto ac presbytero missa, altera Iordanæ presbytero, Stephanoque præfecto ac presbytero. Vna quoque Cyrillio Episcopo, rursusque altera Ioanni Cubiculario, similiter & Stephano Præfecto, cum vna ad Cononem Presbyterum ac præfectum. iterum Thalassio præfecto ac Presbytero, & duæ ad Ioannem Episcopum. Rursum Ioanni Cubiculario, De eo, qui secundum Deum est dolore, & Constantino Illustri ac Saccellario duæ. Abbati quoque Polychronio tres, & ad Iulianum Alexandrinum, ab Acaphalorum hæresi conuersum, Epistola vna, alteraque Georgij Africæ Præfecti nomine ad Monachas excommunicatas Alexandrie.

In his omnibus viginti septem epistolis, cum alia eiusdem dicendi forma & pietas potissimum enitet, tum obscuritas (euge virum, qui hac in parte saltem epistolæ colat leges atque obseruet) nusquam temerè adhibita fuit. Liqueat vero, quædam, quæ obscuritatem ad adferbant, partim hic esse reiecta, partim castigata.

EIVSDEM B. MAXIMI

Liber Asceticus, Centuria de Dilectione.

LEGEBATUR etiam eiusdem S. MAXIMI Liber Asceticus, per interrogationem responsumque conformatus. Vtilis sane omnibus, tum vero ijs maxime, qui pietatis studio deditam ducunt vitam. Eorum enim morum Magister est, & cultor, quibus cœli cuius quis euadat: maximeque caritatis, partim notitiam, partim exercitationem consequendi, variam sane opportunitatem præbet.

Erat in eodem volumine a Opus quadringentorum capitum, Elpidio cuidam sanctitatis studioso inscriptum, cui titulum ipsemet scriptor indidit De Charitate. Idcirco fortasse, quod inde exordium sumpsit, & alibi frequenter de eadem differat. Quamquam & è multis ibidem Problematis ac Theorematis (quibus cum

a. Græcolim & Latine in Germania editum.

cum Theologia firmatur, tum sanctior ac purior hominis vita redditur) copiosum sane colligere fructum queant ijs, qui hæc diligenter perlegant.

Dictionis genus candidum præ cæteris atque tornatum hic instituitur: nec quidquam ibi adfert, quod reprehendendi causa quispiam excuterè possit. tantum alicubi voces Atticas cæteris non anteponit.

EIVSDEM B. MAXIMI

Epistola ad Georgium Eparchum.

Theologicorum, Moraliumque Capitum Centuria, siue libri II.

Epistola V.

LECTA præterea est eiusdem sancti viri Epistola ad Georgium Eparchum, perutilis sane & compunctiois plena. Dictio vero eius in perspicuitate & lenitate excurrrens, minime spuriam sese retinere cum quadringentis illis capitibus quasi cognationem satis declarat.

In eo ipso volumine lectus a Liber centum constans capitibus, & Alter triem totidem capitibus absolutus, in quibus non solum diuinarum rerum scientia elucet, sed moribus quoque exornandis apta doctrina excellit. Quotum quidem nulla in re cum quadringentis illis capitibus similis genius adulteraretur, si non suppositæ plerisque allegoriæ, affinia hæc ei scripto quodam modo efficerent, quod diligentem illam Dubiorum ac Solutionum & sacra scriptura explanationem persequitur, Thalassio Presbytero ac Præfecto dedicatum. Quamquam horum etiam librorum cum illis capitibus cognatio, per affinitatem cum hoc scripto [confirmata,] omnes repellat causas [suspiciandi] suppositum eum esse factum,

a. Huius argumenti Centur. septē in Biblioth. Vatic. exflare adfirmat Card. Bavarius Tom. VIII. Annal. St. & Augustani in sua.

In eodem simul volumine legebantur varia eiusdem Epistole: quarum prima ad 262. Petrum Illustrē. Eius titulus: Oratio breuis de mysterio Christi Domini, & aduersus

b. Supra quoque pag. 260. ad Ioannem Philosophum perscripta.

Seueri dogmata. b Capita hæc. De Numero & natura magis petita tractatio. De Differentia & Qualitate accuratius, deque horum orthodoxa professione. Pro blasphemia habendum, si quis ita simpliciter dicat, Christum vnam esse naturam. De composita natura, eiusque ratione: & impiè à quibusdam dici, Christum vnam esse compositam naturam. Qui dixerit Christum Deum & hominem post vnionem, is simul cum ipsis nominibus confiteretur naturas necessario post vnionem esse, rectè, vt apparet, & consequenter ijs quæ dixit, credere volens. De voce In duabus. Recta confessio vnus naturæ Verbi ex Patrum sententia, & reiectio vnus compositæ naturæ: De hypostasi composita magis naturalis disputatio. Demonstratio item, Non in eadem incidere absurda, qui Christum esse vnam compositam hypostasin confitentur, cum ijs, qui ipsum esse asserunt vnam compositam naturam. Per solam assumptionem factam esse illam secundum carnem vnionem [verbi] tamquam præexistentis, & voluntate vnionem cum carne operantis. Hæc ad Petrum Illustrē.

c. Huius emenda ex pag. 260.

Alter deinde ad Cosmianum diaconum Alexandrinum scribitur, De Comuni & Proprio, siue De Essentia & Subsistentia. Huius Caput primum è natura præcipuè petita probatio est: Nihil videlicet eorum quæ sunt, idem etiam secundum essentiam & subsistentiam cum altero esse, propterea quod idem nequaquam sit essentia atque subsistentia, adeo vt quæ essentia eadem sunt, subsistentia [saltē] distinguantur; & [contra,] quæ subsistentia eadem, essentia sint atque natura diuersa. Secundum caput ista exponit. Christus rationibus quidem communibus secundum essentiam propriarum partium cum extremis vnitus, saluam in reliquis partium distinctionem retinebat: at vero proprietatibus harum partium veluti totum quoddam ambarum commune, Hypostasin exhibebat. Tertium. Quæ secundum hypostasin communes erant rationes partium, totum ipsum, id est Christum, distinguebant ab extremis: quæ vero secundum essentiam erant communia partium ad extremâ, Christum veluti totum essentialiter cum extremis iungebant.

d. Hæc dicitur, vt in notis.

Quartum. Cum Christus Deus perfectus esset, idemque homo perfecte...

VII. Qui scit, non esse idem naturam & hypostasim, is p[er] in Christo tradit...

Scribit pr[ae]terea Pyrrho, dignitate tum temporis Presbytero, & cathedram...

Ad b Thomam insuper quendam scribit, qui ambiguum quorundam locorum...

EIVSDEM S. MAXIMI

Epistola ad Marianum.

Dialogus cum Pyrrho De duabus in Christo voluntatibus & operationibus.

LECTA est eiusdem S. MAXIMI Epistola, quae Mariano presbytero inscribitur.

Lectus

a. Mofit extemplo Exodi 4.

b. Constantino-politan. forsitan Patriarch. c. Et quidem prima (quae est in Billij edit. 35.) ipso mox int. d. Decimatercia numero, apud Billium in ipso med. e. Prima de Filio sub fin. f. Leguntur haec Orat. altera de Filio aliquanto post princip.

CXCV.

Lectus quoque in eodem ipso volumine a Dialogo de duplici in Christo...

Veruntamen dialogus hic humilior est conscriptus stylo, siue quod sinceritate...

EPHRAIM

Homilia XLIX.

CXCVI.

LEGIMVS a S. EPHRAIM sermones vndequingaginta. Quorum b primus de...

265

In his admonitoris sancti viri sermonibus, iure quis admiretur, quam altè...

BB 3

f. num. 76. t. num. 77. u. num. 78. v. num. 79. g. Hic est tom. I. num. 3. z. Tom. II. num. 80.

a. De quo multa sermone lib. 3. cap. 15. b. Cuius argumenti tres habet in super editis habitus S. Patris operibus sermones, tom. I. num. 34. Altero item tom. num. 1. c. denique num. 6. Plerique autem horum 49. sermonum ad illud quinquaginta Parvae non opus spectant, quod per se secundum editionum tomum committitur. c. Tom. 2. n. 35. d. Videtur ad tom. I. num. 35. tractatus in editione. e. Tom. II. n. 37. f. In editis tom. II. num. 62. g. XXVI. & XXVII. praeteritis sunt. h. num. 63. i. num. 64. k. num. 68. l. num. 70. & codic. argumentis alter tom. I. n. 53. m. num. 71. n. Antierhenici nomine est stat in edit. tom. I. num. 50. o. Tom. I. num. 51. p. num. 73. q. num. 74. r. num. 75.

a. Habes cum in recens editis libris tom. II. num. 87. b. Tom. I. num. 44. c. Al. Metebinos: quam inscriptionem non videtur reperisse recentior interpretes, cum hunc ipsum tractatum cum es pigraphe, de virtutibus & vitiis per oppositionem, retulit in tom. I. num. 10. & undecim sequentium capitulum, ordine plerumque mutato. d. E quibus supra centum prator iam enumerata, Latine reddita protulit Gerard. Vossius Romæ & Colonia edita.

ditionis humilitas admiranda, quam illud suspiciendum, quomodo per tantam verborum vilitatem, tanta salus atque vilitas in legentes vel effundatur.

Eadem est referta dicendi vi & gratia eiusdem & de humilitate sui que despectio- ne sermo, in centum productus capita. Vt nec illa mutua cum superioribus affinitatem ac similitudinem falso indicat oratio, qua b ridere atque extolli negat oportere, sed in mœrore potius degendum esse.

Ad eundem modum & illa ad c Metebinos monachos ab ipso habita oratio, quæ vt lenitatem ac mansuetudinem docet, ita malitiam fugiendam suadet, ducitq; ad longanimitatem, iracundia reprehensa. Sic patientia cœlum parari ac beatitudinem ostendit, animi simul abiectionem prolatam miseriam exponens. Timorem insuper Dei, qui sapientia æternæ auctor est ac principium, inducit, contemptumque [Del hominem] pœnis damnat. Ad hæc caritatem ad Deum ducere: odium verò dæmoni similes efficere competum [ait] habetur. Quem item ad modum veritas multorum est rectè factorum parens, quibus mendacium perniciem adferat: ita obedientia beatos reddit, & inobedientia Dei maledictionem multa que præter eam dedecora acquirit. Puros præterea ab invidia & æmulatione caritate diuites fieri [ostendit:] Obnoxios contra diaboli iudicio effici, qui hoc morbo laborent, non minus quam qui contuitis iacendis dediti sint. De temperantia denique atque intemperantia pari modo agit. Atque hæc ferè oratio illa ad Metebinos Monachos continet: quamquam a alia quoque plurima sancti viri in Græcam conuersa linguam opuscula circumferuntur, dicendi vi ac venustate referta. Syri verò affirmant orationes supra mille scripsisse: quibus etiam testimonium reddit (cuius grauis est in historia, non item in dogmatibus fides) Eusebius ille Pamphili cognomento.

CASSIANI MONACHI Regulæ Monachorum Egypti

De octo (vitiis) cogitationibus, libellus trium Collationum.

CXCVII.

a. An quia inter Latinos Massilia dixit Nam Scytham natione fuisse Germanos auctori in Catal. cap. 6. b. Libellis quatuor, qui passim exstant Latine, & Græcè in Biblioth. August. c. Totidem libellis editis Latine, qui Græcè sunt in Biblioth. August.

LECTVS libellus, quo CASSIANI Monachi, a patria Romani, libri duo continebantur. Eorum alter Castori cuidam episcopo nuncupatur, qui hunc ab illo scribi postularat. b Formas aptem ac regulas præscribit, ex quarum præscripto viuunt in Egypto monachi per cætos illos distributi, quos ex vocis origine perita ratione, Cœnobii nominant. Alter quoque liber eidem inscriptus, ab c octo illis [vitiis] cogitationibus titulum mutuatur, quibus gulam, luxuriam, auaritiam, itam, inuidiam, acedia, inanem gloriam atque superbiam attribuit. Vtilissima verò, si quæ alia, hæc iis sunt pronuntiata, qui religiosam inire vitam cupiunt. Et verò tanta iis vis inest, ac quasi diuinitas, vt & in hunc vsque diem, si quis Monachorum conuentus hac ex forma & hinc præceptionibus gubernetur, reuera tantisper floreat, ceterisque præluens virtutum esse officina cernatur, cum qui hæc repudiat, cætus, paruis quibusdam virtutum reliquiis [instruatus,] veluti in fluctibus iactetur, vel etiam naufragium faciat. Quare expedit nihil eorum quæ ibi traduntur contemneri. Nam Dominicæ hæc legis sunt atque Euangelicæ disciplinæ expositio & explanatio.

Ceterum sensibus ipsa quoque apud eum respondet elocutio, vt quæ non perspicuitatem solum secum adferat, sed ea insuper sit facultate prædita, vt facillè ac sine vlla vi hominum animis imprimatur: quin & eisdem persuadere, atque ad institutum suum attrahere queat. Immo sapienter aded sunt omnia & dextrè temperata atque efformata, vt nec Tropologiis liber secundus destituatur: sed multa contineat, quæ demulceant atque alliciant: ac plura etiam, quæ cum metum ac terrorem incutiant, tum homines ad poenitentiam commouendi vim habeant.

Tertium adiunctum his libellum legitimus, quem à Castoris Episcopi morte inscriptis cœnobij illius moderatori, cuius cœnobij causa, & regulæ illæ [pitis] missæ fuerant: Qui quidem libellus iis, quos iam enumerauimus, ad similes est. d Docet enim in primis quid discretio sit: deindeque maiorem eam esse ceteris virtutibus, tum vnde gignatur, ac quomodo hæc eadem cœlitus plerumque donetur: donec tandem e Scripturæ testimoniis probat, suum cuique animum seniori esse indicandum. Addit præterea

a. Quinguo ista capita exstant Collat. II. e. r. Reg. 3. Act. 9. f. Gal. 2. 2.

præterea quis a scopus ac finis eorum esse debeat, qui religiosorum exercitationibus probantur. Hæc Mosen quendam virtutibus admirandum virum ita docentem inducit, vt ipis quoque operibus ob oculos propemodum statutis, dogmata sua confirmet. Post quæ b Serenum quendam, vitæ genere nihilo inferiorem, & pari quidem illum doctrina vtentem, in medium producit: fieri nimirum non posse, quin turbetur à dæmonibus mens humana, quamquam compelli, atque necessariò cogi, vt in malum incidat, nunquam queat. nostrum enim esse turbam illam motumque vel depellere, vel admittere. Rursum, non peruadentes animum dæmones humanas cogitationes cognoscere, sed ex argumentis quibusdam externis eas timari. Solius enim esse S. Trinitatis, animum ceteraque omnia peruadere. Varia item esse dæmonum genera: ferocia quidem alia, & valde noxia: alia verò minus: rursum que alia iocosa. Atque hic tertij finis est libri. Sereno interim promittente, e expositurum se opportuno tempore quod quaesitum fuerat: illud nimirum: a Non enim est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, & quæ sequuntur. c Leontio autem tertius hic libellus dedicatur.

SANCTORVM VIRORVM LIBER,

SEV

Vita Sanctorum, qui Magni Antonij tempore floruerunt.

CXCVIII.

LEGIMVS Sanctorum virorum librum, qui ipsorum vitas & rectè facta narrabat, ad spirituales [vtri que] legentium profectum atque vilitatem. Epitoma autem erat, vt apparet, & comprehensio Magni, quem nominant, Limonarij [seu prati spiritualis] quo & vitæ opera narratur, cum magni Antonij & æqualium, tum eorum qui post eos floruerunt. Quem admodum & qui dictus est a Hortulus nouus his recentiorum ad ætatem vsque Heraclij, & paulò etiam viciniorum vitas, religiosasque exercitationes describit. Verùm hic liber in b duo & viginti contractus argumenta, eorum cuiusque vtilitatem, & obtinendi rationem, variis narrationibus expositam exhibet.

Horum igitur caput primum, admonitio est ad perfectionis profectum, & a variis quidem illa instituta personis. II. Tranquilla vitæ ac solitaria fructum ostendit. c III. De continentia agit, quam non in victu dumtaxat, sed & in reliquis animi motibus similiter exercendam docet. IV. Vt se munire quisque debeat aduersus insurgentes à fornicatione pugnas. V. De paupertate, vtque vitare auaritiam oporteat. VI. De patientia ac fortitudine. VII. Nihil esse per ostentationem agendum. VIII. Non oportere quemquam iudicare. IX. De discretione. X. Sobrium (siue circumspectum) semper esse oportere. XI. Assiduè esse & cum attentione precandum. XII. Hospitalitatem esse ac misericordiam cum hilaritate exercendam. XIII. Obedientiam docet. XIV. De humilitate. XV. De malorum tolerantia. XVI. De dilectione. XVII. d De iis qui visiones videntur. XVIII. De senibus e qui miracula patrarunt. XIX. De variorum sanctorum Patrum vita Deo grata. XX. f Aliquot eorum qui in monastica exercitatione conuersationibus. Ad hæc omnia, XXII. & vltimum caput h sententias continet Hesychie presbyteri Hierosolymitani: quibus & liber hic totus absolvitur, vtilissimus profectò iis, si quis alius, qui ad cœlestem hereditatem parandam vitam suam componunt. Adhibet idem, quam promiserat, perspicuitatem quoque: alioqui cetera talis, qualis iis aptus sit vitis, qui non de verbis laborent, sed omnem operam atque conatum in operibus exercendis ponant.

g. Hoc illud esse cap. existimo, quod in libro edito IV. part. 5. tit. de meditationibus XII. Anachoretarum, idem, quod in August. Biblioth. catalogo Cod. LXXIII. num. 2. h. Ducenta hodie ad Theodolum exstant, post opuscula Marci Anachor. Lutetia vulgata à Ioan. Pico. A. Ch. 1563.

IOANNIS MOSCHI

Pratum, siue hortulus nouus.

CIC.

LECTVS est liber quatuor & trecentis constans narrationibus. Hic quoque monastica potissimum vitæ conducit, eademque ferè cum superiore pertractat, nisi quod eorum vitæ

a. Quod prima Collationis est in hodie editis, argumentum. b. Serenum hic emendo: qui Collat. 7. apud Cassianum hac declamitat. c. Quod & præstitisse indicat, qua de hoc argumento de hoc arguuntur Collat. 7. d. Ephes. 6. e. Vna cum Heladio, et in editis planum.

a. Pag. seq. b. Quæ omnia, Hesychie duntaxat sententias exceptis, leguntur in Sitis Patrum parte II. post Adhortationes SS. Patrum professio, neque monachorum, et ibi editum. c. Præteritum hic, quod de cōpunctione tercio loco in libro editis legitur. d. neq; dæmonum. e. Emendanda hic editorum librorum inuersione. f. Haec septem capitula Moysi ad Pythmenium, & quæ ibi sequuntur, refero. g. Scribitur.

IOANNES MO-
SCHVS.

rum virotum, dicta factaque imitatione digna colligit, qui post insecti sunt. Vitas etenim narrat eorum, qui iam inde vsque ad Heraclij imperium, & deinceps virtute magis claruerunt.

PRATVM autem titulum libro indidit auctor, quem & Hortulum nouum quidam appellant. Scriptor eius Ioannes quidam, Moschi cognomento, qui in B. Theodosij primum monasterio seculum valere iubens, cum iis deinde Monachis conuixit, qui in deserto ad Iordanem exercebantur, quique noua in Laura magni Sabbæ certabant. Vnde rursus ad Antiochiæ oras, & Alexandri urbem, proximamque eremum, ad Oasin vsque delatus, multorum magnorumque virotum res præclare gestas aggregauit, quas partim oculis ipse spectauit, partim recenti tunc auditione didicit. Eadem porro de causa cum etiam infulas Romam versus nauigans lustrasset, hisce similibus ibi quoque conquisitis & cognitis, hoc opus conscripsit, quod dedicat Sophronio seu Sophronæ discipulo suo, eidemque hoc ipsum offert, cum iam animo præciperet, instare vitæ huius in meliorem commutationem.

Operis autem huius dictio, magis quam præcedentis, ad humiliorem ac rudiorem vergit stylum. Narrationum adhæc non eundem seruatum numerum in omnibus libris deprehendas, cum in quibusdam ad duo & quadraginta supra trecentas sese extendant, idque vel ex capitum quorundam diuisione, vel certe aliorum interiectione, ad aucto numero. Ceterum ex his omnibus industrius quisque & Dei amans, fructum capiens, nunquam huius scripti nimiam prolixitatem accusarit.

MARCI MONACHI

Asceticorum libri IIX. & Aduersus Melchisedecitas liber I.

LEGEBANTVR MARCI MONACHI a libri octo: quorum primus titulum præfert de lege spiritali, vtilisque existit iis, qui religiosos agere vitam aggressi sunt. quem admodum & sequens eos, Qui ex operibus iustif cari se putant, in vanam incidere opinionem docet: immo id vel in primis perniciosum esse demonstrat.

Adduntur & alia ibi salutaria præcepta, quæ ad spiritalem æquæ vitam & institutum conducant. Tertius verò liber de pœnitentia, quod hæc vbi que deceat, docere pro scopo sibi proponens, ad eundem profus vtilitatis gradum tendit.

Perpicua igitur eius est dictio, quatenus verbis vitur communibus, & summa capita percurrat oratio: etsi quod ad Atticum sermonem non satis accuratè linguam componat. sicuti verò in his obscuritas aliqua cernitur, ided nimirum ab ea, quæ per verba fit [clara] explicatione recedit, quod hæc eius (modi sint, vt per actionem ipsam potissimum percipi debeant, non quod difficulter eadem exprimi oratione possint. Quod non in hisce solum libris vsu venit, sed & in aliis deinceps sequentibus. Quin neque in hoc dumtaxat scriptore, verum etiam in omnibus ferme iis, qui de asceticis institutis, & de perturbationibus atque affectionibus, quæ per ipsa producuntur opera, docere aliquid studuerunt, eiusmodi obscuritatis vitium alicubi inuenitur. quæ enim ex ipsis est operibus percepta cognitio, non vsque adeo verbis explicari contenta est. Sed hæc hæc tenus.

Quartus porro liber interrogantis atque respondentis forma compositus; docet salutiferum baptismam, cum liberationem expiationemque criminum mysticè nobis contulisse, rum S. Spiritus gratiam infudisse: & id genus alia. Quintus deinde mentis vel consultationem, cum sua ipsius anima ita inducit, vt nos ipsos auctores esse peccatorum, non verò in alios culpam conferendam, demonstrat. Sextus autem dialogi forma conscriptus, quo causidicus quidam cum Marco ipso differens inducitur, tractantque hæc ferè capita. Qui iniuriam acceperit, vlciendi non debere, nec adeo illos damnare, qui iniuriam fecerint, cum pœnarum sit potius de peccatis nostris reputanda exactio, quæ ab aliis nobis inferantur iniuriæ. Difficile quoque esse hominibus placere. Precationem dehinc cuiumque corporali operi longo esse intervallo præponendam: & quæ sit denique carnis voluntas. Septimus liber [non per dialogum scriptus] de ieiunio agit. Octauus tandem Nicolao cuidam monacho inscriptus, quibus potissimum ira ac furor animi sopiatur, vel etiam penitus tollatur, & quibus etiam carnis extinguatur concupiscentia, edocet. Qui quidem octo libri, etsi plus minusve

a. Hodie in CCXIX. capitulum duntaxat distincta leguntur.

a. Exstant Patristicæ Latine ex-
cusi. & in Biblioth. SS. Patr. Margarini. To. IV. Alios eiusdem præterea XXXII. asceticorum sua peruenisse tempora indicat Niceph. lib. 14. cap. 54. qui hunc virum cum Nilo B. Chrysof. dicitur pulum facit.

CC.

269

minusve sint inter se diuersi, omnes tamen ad operantem sapientiam quasi manu ducunt. Accessit & nonus liber, quo dum aduersus Melchisedecitas depugnat, nihil interim minus in ipsam parentem suam, hæresis huius labe contaminatum, vehementer inuehitur. qui tamen vtilitatem vndique inuestigare desideret, ille ne in hoc quidem legendo operam ludet. Ordo verò istorum librorum non idem in omnibus est codicibus: alia enim quidam præponunt, alia subiciunt, vt primis etiam aliqui extremum tribuant locum.

DIADOCHI Photicæ veteris Epiri Episc.

Definitiones X. & Capita C.

NILI MONACHI

De Oratione capita CLIII.

IOANNIS CARPATHII

Consolatorius ad India Monachos centum capitum.

LEGI libellum, in quo post decem admodum præemij capita, centum sequuntur alia, quibus rotas abfoluitur. Illorum primum fidei est definitio: Conceptus [nimirum] mentis de Deo affectionis experts. Alterum dein definitio spei: Egressio mentis ad ea, quæ sperantur. Tertium, patientiæ definitio: Mentis oculis [Deum] inuisibilem, perinde ac si visibilis esset intruendo, ita indefinenter & durare. Quartum, definitio affectionis minimæ auaræ. Tam esse animatum ad non habendum, quam alius quispiam ad habendum. Quintum, definitio cognitionis: Seipsum nescire, extra se positum in Deo. Sextum, humilitatis definitio: Continua obliuio suorum rectè factorum. Septimum, definitio vacuitatis iræ: vehemens desiderium non ita scendi. Octauum, castimoniam: Sensus semper Deo affixus. Nonum, caritatis: Amoris in eum mentum erga eos, qui iniuriam inferunt. Decimum, perfectæ imitationis: Mortis horrorem pro gaudio reputare in Dei oblectatione. Decem ergo hisce definitionibus centum illa capita subiecta sunt. Hic autem liber iis vel maxime commodus, qui se [ad perfectionem] exercent, immò & qui in ipsis actionibus perficientibus iam exercitati sunt: nihil interim paulò obcurius adferens: scientiam enim per experientiam percepta, facile se verbis doceri patitur. Auctorem eius inscriptio ipsa facit Diadochum, Photices illius quæ est in vetere Epiro, Episcopum.

In eodem volumine lectus item est Nili Monachi liber in e centum & quingüaginta tria capita diuisus: quibus præcandi formam vir ille diuinus exposuit. Feruntur eiusdem & alia plurima lectu digna diuersi argumenti opuscula, partim epistolæ, partim historiæ forma conscripta, quæ non operum tantum perfectionem insignent, sed in dicendo quoque facultatem eius testantur. Verum etsi diffusus æquè Diadochus non est: quæ tamen ab ipso conscripta sunt centum capita, nullam partem inferiore gradu collocantur, quam quæ modo retuli. Nam & dictio ita composita est, vt reprehendi nequeat, & sensus ex actionibus natam sapientiam præfert. Ceterum Marci librum cum vtraque [quam dixi] forma præcedat, alicubi insuper sententis antecellit. Dedit verò & ille ad finem cuiusque capituli anam iis qui incorruptè pronuntiant, quod siue accessione alicuius adulteratus, siue alias hallucinatione aliqua abreptus ista dixerit. Vellem enim, ne verè confirmare possem, opinionem salutem eius damnatam fuisse. Valde autem in iis, quæ paulò antè recensui, etiam antecellit Ioannem illum Carpathium, qui hunc operi suo titulum indidit: Ad India Monachos, quem postularant, Consolatorius. Porro centum & hic capitibus librum suum abfoluit.

B. HIPPOLYTI EPISC. ET MART.

Interpretatio Danielis, & Homilia de Christo & Antichristo.

LEGI HIPPOLYTI Episcopi ac Martyris interpretationem Danielis: quem etsi ad verbum non explicat, nullam tamen sensum, vt verum dicam, prætermittit. Pleraque porro

MARCVS Mo-
nachus.
a. De quibus ex
Sacerum scriptis
plura Cardini.
Bayonius tomo
2. ad An. Christi
176.

CCI.

a. Et exstat à
nostro Franc.
Turriano Latine
scilicet, & typis
Plantinianiis
olim excusum.
b. usquequæ.
c. CXLIX. duntaxat exhibent
libri euulgati à
P. Franc. Turriano.

d. Vt, De nihil
possidendo, præd
causatus, De
Philosophia Christi
siuans, de Virtutibus & Vitiis,
de comparatione
Vite Monachorum
qui in solitudine
vivebunt, qui in ciuitate degunt,
de cade SS. Martyrum Monachorum
tyrum Monachorum
in motu
Sina. Liber item
epistolatum, quæ
in Italia Bibliothecis exstant.
Hæc nosse Turriano recenset
ad suum Nilum.
Niceph. lib. 14.
cap. 54. addit ad
Græce superstitio
nis sectatores
scripsisse, & ad
Eulogium quemdam.
At cū plures
enumerentur
Nili, forsitan non
eiusdem sunt
omnis.

CCII.

a. Vide B. Hieronymum in Catal. cap. 67.

CC

que porro

B. HIPPOLY-
TVS.

que porro veteri more, non vt postea fuere accuratius excussa, recenset. quanquam eorum ipsum reddere rationem æquum non est. Decet enim ab iis, qui principium scientiæ alicuius statuerunt, non reposcere rationem eorum, quæ præterierunt: sed contentum esse potius conatu ipso, & iis, quæ quatenus licuit, è considerandis affectui sunt. Ceterum, quod Antichristi aduentum (quando etiam mundi huius aspectabilis interitus sequetur) quem ne discipulis quidem rogantibus manifestauit Christus, Hippolytus hic quingentesimo post Christum anno adscribere ausus sit, quasi à prima mundi constitutione sex millibus annorum tum decursis eius interitus instaret, hoc sanè calidioris, quam pat sit, animi est. Verùm hæc eius assertio humanam ignorantiam potius, quam cœlestem aliquam inspirationem arguit.

Æ. Ea Græci & Latine typis e-
uulgata existat.

Genus eius dicendi clarum in primis ac perspicuum, interpretem satis decet, et si Atticæ reuera leges valde repudiat.

Legimus vnà eiusdem æ Homiliam de CHRISTO & Antichristo: in qua eadem dicendi forma seruata, & sensuum simplicitas maior est ac veritas.

THEODORETI CYRENSIS EPISC.

CCIII.

Interpretatio Danielis.

LEGIMVS THEODORETI Episcopi Cyri interpretationem Danielis. Vir hic sanè doctus, non Hippolyto modo, verum etiam aliis multis propheticorum sermonum interpretatione atque explanatione longè antecellit. Dicitio eius, commentationis (si cuiusquam alius) aptissima. Nam & puris signantibusque verbis addita quæque & obscura reuelat, & iucunditate quadam quasi delinimento, suauique lepore ad sui lectionem inuitat. Quin & ex eo quod ad ambages nullas digressionesque à proposito argumento recedat, satietatem non modò nullam adfert, sed ea in super, quæ in dubium vocantur, sine vlla vel confusione vel dissipatione facile, & comoda ratione lectores suos docet. Vocum item eius delectus, atque ipsa compositio ab Atticæ elegantia origine non refugit, nisi quid fortè curiosius illic occurrat, quod quis multorum auribus insolitum dicat. Hoc constat, nihil eum, quod ad interpretandum faciat, declinare, adeoque in summum euasisse optimorum interpretum culmen, vt non facile sis aliquem re- perturus, qui illo melius obscura explicet. Sunt quidem & alij purè loquentes, qui propositarum sibi reru sensum haud segniter inuestigant: at simul & perspicue dicere, & nihil interim cognitu necessarium (vel breuitatis causa) prætermittere: non item ad diuertacula, vel ad doctrinæ ostentationem digredi (nisi hæc forsitan, non sine vtilitate, sic adhibeantur, vt percipi nequeat, quod à re proposita discedatur) hoc certè præ ceteris rebus omnibus à bono Theodoro studiose curatum est, non in hoc solum opere, sed ferè dixerim in omnibus eius scriptis, quæ multa sanè reliquit, quibus S. Scripturam industria sua mirificè illustrauit. Igitur in aliquibus quidem illi in hac diuini Danielis expositione cum Hippolyto Martyre conuenit, sed plura in quibus dissentit: quorum hæc illustriora sunt * * *

Æ. Desiderari hic
est, argumento
est vacuum in
quibusdam co-
dicibus relictum
spatium.

CCIV.

EIVSDEM

Ostateuchi expositio, & In libros Regum, ac Paralipomenon.

LEGI eiusdem diuini viri explanationem Ostateuchi, quæ inscriptionem certè operi egregiè congruentem, nacta est, æ In impedita sacra scriptura loca: in quibus & ad libros Regum ac Paralipomena. Vtilissimum in primis hoc opus, quodque cum ipsis quasi natalibus parentis mox genium lectorum oculis subiiciat. Præterquam autem quod hic confecta ipsi dicendi forma egregiè eluceat: habet quoque (si ad maiorem perspicuitatem & comprehendendi facilitatem respicias) cum aliud quoddam commodum, tum quod in summa veluti capta per quæstiones solutionesque liber distinctus sit, exhibentur in Notis exemplaris Græci, eadem, & plura, vidit atque conuertit olim Gens. Heruetus.

Æ. Els τὰ ἀποκ-
τῆς γραφῆς. Ad-
dant editi libri
ἕξτ' ἰερογλυφ.
Vnde interpretes
fecerunt: De se-
lectis scripturæ
S. quæstionibus
ambiguus.
Quæ autem hoc
loco, è Cod. Ba-
nar. descripta.

CCV.

IDEM

In XII. Prophetas.

LEGIMVS eiusdem in duodecim Prophetas eadem dictionis ac sententiæ venustate adornatum librum.

271

PROCO-

BIBLIOTHECA.
PROCOPII SOPHISTÆ

Schole commentariorum in Ostateuchum, &
In libros Regum ac Paralipomena.

CCVI.

LECTÆ sunt PROCOPII Sophistæ Schole commentariorum in Ostateuchum veteris Testamenti, & in Regna ac Paralipomena. Diffusus autem est interpres hic atque prolixus: non quidem propterea, quod in superuacaneas, quæque ad rem nihil pertineant egressionis diuertat, sed quod opinionu eadem de re diuersitates sæpenumero commemoret. Et verò etiam præfatur hoc à se opus magnam in molem esse aggestum: quod item maximè ad Theodoretum breuitatem venustatemque assurgit. vt aptissimum illud planè sit, atque vtilissimum, si post illum lectum, ad huius etiam viri labores legendos ortum contingat. Dicitio ab eo est optimè quidem exulta, sed comptior aliquanto, quam commentarij rudiorum formam deceat.

IDEM

In Esaiam Prophetam.

CCVII.

LEGIMVS eiusdem perstudiosi hominis æ in Esaiam Prophetam opus: quod similem supra scriptis seruat commentandi rationem, eandemque dicendi vim præfert, pari cum lectoris (vt constat) vtilitate.

Æ. Quod cum
Latina sua in-
signi interpre-
tatione, & sacri Prophetæ textu edidit Parisiis doctiss. Ioan. Curterius, An. 1580.

EVLOGII ALEXANDRINI ARCHIEPISC.

Contra Nauatianos libri V.

CCVIII.

LEGI B. EVLOGII Archiepiscopi Alexandrini aduersus Nauatianos a libros quinque. Qui et si scriptor dicendi elegantia nomen sibi quærere nullo modo curarit: nihil tamen, quo minus Nauati sophismatum plenæ assertiones, captionesque reselantur, atque ignominia nocentur, sermonis neglecti incuria impedimento fuerit. Sacra enim Scripturæ commentationibus ac contemplationibus abundè instructus, quæ hinc ad suam hæresim asserendam atque propugnandam ille discerperat, eadem hic interpretando, & vnà hæresis in iis fraudes detegendo, Nauato eripit ac tollit. Quanquæ & aliis scripturarij locis, ipsius venia indignam amentiam, ac peregrinam hæresim, velut cippo eam inscribendo, diuulgat. b Extremo denique libro falsum illud & improbè confictum, quod Nauato eius studiosi attribuunt martyrium, exagitat. Est inter hæc Nauati confutatio legitibus vtilis: præterquam quod hic c non paucorum scripturæ locorum passim sese offerat explicatio, ipsis etiam interpretum principibus profutura. d Sed & illius persuadendi vim ac iucunditatem, vt in hoc charactere, nemo qui cum veneretur, contemnendam ducat.

Æ. De isdem plu-
ribus sup. Cod.
CLXXXII.
pag. 213.

b. Qui Sextus
numeratur,
Cod. CLXXXII.
iterumq. Cod.
CCLXXX.

c. Quæ excerpta
leges infi. Cod.
CCLXXX.

d. Eadem planè
negius etiam
sup. pag. 213.

DIONIS CHRYSOSTOMI

Orationes LXXX.

CCIX.

LECTVS est æ DIONIS b orationum octoginta liber. Patria hic fuit Prusensis, sed c Lytannidis dum fugit seruiturem, exsul factus, varias oberrando peragravit regiones. Idem in dicendi arte acutus ac solers est habitus, præsertim si de componendis moribus dandum esset consilium. Viguit Traiano Romæ imperante, cum quo diu multumque vixit, & in ea existimatione atque honore, vt & cum Augusto communi que Philosophus. Tantam autem morum seueritatem affectasse ferunt, vt leonina sæpe indutus pelle in publicum prodiret. Vocem mittebat placidam, & firmam: in- cessus minimè quidem incitatus, sed non ideò segnis aut fractus, à quo nec reliqui cor- poris motus discrepabant. Gracilis adhæc erat, & corpore haudquaquam vasto. Ora- tiones conscripisse plurimas referunt, quarum octoginta in meas incidere manus: quæ quidem orationes Chrysofomi [hoc est aurei oris] cognomentum illi apud eius ætatis homines pepererunt. Ceterum pleræque, vt dicebam, orationum eius,

Æ. De quo lege
interpretis Lati-
ni præfationem
& Suidam.

b. Quæ hodie o-
mnes existat Pa-
risiis nuperimò
cum Notis Græcè
& Latine edita.

c. Ac cuius men-
tione XIII. orat.
quam de exsilio
Athens habuit,
inchoatam Si-
deas.

CC 2

quas qui-

quas quidem nouerim, Suaforiz. Sed quando æquum est deliberatio generi quidam etiam iudiciali permisceri, parum ipse virtutem in hoc quoque orationis genere ostendit: & inter omnes quidem maximè *Rhodiaca*. Nam & acrius enthymematis instat, & breuem atque contortam orationem (quod saltem ad characterem) adhibet, & uehementia cum ueritate abundat. Exemplis insuper maximè præstat, quæ ubique multa è uariis petita rebus, aptissimè ad propositum argumentum accommodat. Libentissimè quoque fabulosas narrationes aliquas monitionibus intexit, ut eam etiam ob rem simplex dicendi genus cõfectatus uideri possit. Rarius enim Platonis exemplo eiusmodi eum fabulas adferentem uideas, quæ (ut in Borysthenica) elationem aliquam granditatemque orationi addant. Simplici igitur idea plurimum est usus (ut paulò ante diximus) in sensibus, uocabulis item familiaribus, & passim obuiis, nihilque compositio habet aut sublimitatis ostendendæ, aut caprandæ iucunditatis gratia innouatum. Et uerò in uerbis saltem, nominumque coniunctione, perspicuum dicendi genus scriptorem hunc propositum habuisse existimes: sed dum longius sententiæ redditionem producit, digressionibusque; ut plurimum orationem intertextit, non parum ab hoc instituto deflectit. Quanquam hæc quidem uarietas quædam ideæ, & characteris proprietas, non pro uitij indicio haberi forsitan possint. At quod exordia, aut quæ exordiorum instar sunt, longissimè producat, id iam palam facit, & eum nequaquam familiarium congressibus accommodatam dicendi formam pro ciuili & historica usurpare, & maius quasi caput, quam reliquum sit orationis corpus, effingere.

Oratorum igitur eius quatuor priores, de Regno dictæ sunt. Quinta dein, quæ *Libyca* uocatur, & ab illis etiam num dependet, fabulam Libyæ refert. Eam excipit sexta, quæ de tyrannide commemorat: ut de uirtute septima. Octaua, *Diogenis*, sine *Isthmica* titulum præferens, facta quædam dicta que Diogenis in Isthmicis narrat. Nona, *Diogenis* quoque dicitur, seu *de fernis*. Hortatur singularem uniuersos, satagere quosque, ac sollicitos esse sui, neglectis quæ extrinsecus adueniant. Non expedit insuper fugitiuum seruum insequi. Absurdum enim est, si uel illi, cum improbi sint, sperent abfque dominis melius sibi fore, uel heri illorum nequitia uelut ignari, non iudicent melius secum agendum, si nec obiter ullum è fugitiuorum seruorum soliditate damnum fuerit. Decima oratio *Troica* inscribitur, de eo studiosè elaborata, quod illum non fuerit captum. Homero igitur asperius aduersatur, iisque omnibus contraria describit, quæ sunt ab illo in Iliadè composita. *Olympica*, seu *de prima Dei cognitione* (quæ idem illud demonstratè conatur) Undecima est. Duodecima *Athenis de exilio habita* ritulum præfert. Et habita uerò ibidem est, docetque exsilium nihil habere molestiarum: diuitias item & gloriam atque imperium citius à possidentibus ad eos qui minime sperabant, transferri: sapientiæ uerò studium, ac uirtutis exercitationem, & perpetuas in hac uita constantesque diuitias esse, & hinc etiam emigrantes comitari. XIII. *Euboica*, seu *Venatoria* inscribitur. Inducit autem quosdam hanc in Eubœa uitam ducentes: per quos docet uitam priuatam, etsi pauperior sit, longè iucundior esse, & uillior, quàm eorum, qui in urbibus turbas iuxta ac delicias experiuntur. XIV. *Rhodiaca* nominatur. Absurdum hac oratione motem, qui tum Rhodi inualefcebat, reprehendit. Quos enim status honorandos censuerant, his nullas staturiebant, sed eorum, quæ præcis fuerant collocatæ, uel inscriptiones in eorum, qui uenturi essent nomina mutant: uel si temporis iniuria non apparet tituli, novos insculptos, simul uita functorum gloriam (quantum in ipsis erat) fœdabant, simul quos honorare decreuerant, alienis, & quæ nihil similitudinis haberent, imaginibus dedecore potius afficiebant. Quæ quidem in oratione ingens Dionis refutandi alios uis atque facultas insigniter elucescit. XV. *Ad Alexandrinum* habitata, inscribitur. Vulgi in ea ingenium moresque exponit, ac perstringit. Nequaquam insuper decere, ut etiam populus Alexandrinus, qui propria tot haberet uirtutis incitamenta, exortorum in republ. tumultuum ac seditionum uelut mancipium fiat. Præsertim uerò illum errorem cauendum esse monet, qui in publicis conuentibus ac theatris committebatur. *Tarsicarnum*, quæ duæ sequuntur, appellationem natæ sunt. Harum prior post urbem illam cursim laudatam, nunquam ciuitatum felicitatem merendam docet à fontibus, fluminibus, uentis porticibus aut ædificiis, fructuum-

fructuumque; abundantia, quæque, his similia laudantur, sed eas urbes commendari, in quibus disciplina ac uirtus ciuium claresceret. Hæc quoque oratio absurdum quendam ac profusum castigat morem in uocis emissionem quadam [lasciua] ex Alexandrinorum consuetudine petita, non mens ei aduersos ut abstineant, uel potius acerbis ipse in eos incurrens. Altera uero hortatur, ne calumnijs magistratus persequantur; neque paruis offensionibus statim iritentur, atque illos temere acculent. XIX. cui nullus præfixus titulus, *Celenis* Phrygiæ urbe *habita* est. Disserit autem non esse uirtutis iudicium comam illam promissiorum, ut nec alia, quæ ad corporis cultum pertinent, ac ne horum quidem contraria. Huic & ipsius urbis laudatio adiungitur. XIX. Ipse mox a titulo indicat, habitam quidem primum Borysthene, sed recitatam postea in patria. In ea cum alia refert Auctor, tum Platonis imitatione prædicat de uniuersitatis opifice apud Borysthenitas se disseuuisse, ac de mundi totius ornatu motuque, & elementis eiudem. Est autem illustrior hæc grauiorque præ cæteris Orationibus.

Corinthiaca autem numero uicesima, Corinthi habita, ciues ibi obiurgat, quod statua se prius honorassent, quam tamen post ipsius professionem, falsâ quadam calumnia adducti, iterum sustulissent. Proxima est hæc dicendi uis ac uirtute Rhodiæ orationi, quanquam eius quod exordij loco statuit longitudo, hic, perinde atque alibi fere ubique, uirtute uacat. XXI. inscribitur *De Nicomediensium concordia cum Nicæensibus*. Quam quidem potissimum contendit efficere hæc oratio, quæ non sine iucunditatis ex ea re commemoratione, opportune profertur. Sic enim melius persuadendi uis hominum sese animis insinuat. XXII. Nicææ pronunciatam titulus significat: *De Concordia, seditione iam exstincta*. Hoc autem est hic uiri institutum, rem ibi tum gestam laudibus celebrare. XXIII. in patria recitata est, *De concordia cum Apamensibus*: quod ipsum ibi pertractat; ut & proxime sequenti Apamenses hortatur ad concordiam cura Præsensibus inuendam. XXV. *Disputatio est in patria*. Ignorare uerò se fingit causam ipse qui disputat, cur libenter eum & cupide audiant, cum nihil uile ipsius orationes proponant. *Politica* dehinc inscripta est uicesima sexta oratio, recitata in patria: quemadmodum & quæ proximè sequitur; *beneuolentiæ restitucio in patriam*, quod se beneuolo eam animo prosequentem honorificè excepisset. Succedit his *Apologia seu Defensio*, de suo in patriam amore. XXIX. *Ante Philosophia studium in patria habita* inscribitur. Eos autem qui lapidibus ipsum cum alio quodam obruere aggressi essent, ac post etiam eius domum igni cremandam tradere, clementer obiurgans, melius ob ciuiles turbas esse confirmat peregrè uagari, quam domi degere. Ciuium uero suorum erga se indignationem hinc ortam ait, quod ruens iam ædificium quoddam instaurasset. Tricesima deinde *Concio in patria* inscribitur, idemque respicit argumentum. XXXI. in patria habita, *Politica in concione* titulum præfert: suadet que uerò post hac iniurijs inuicem ac proprosis contumelijs ualere iussis, seditionem in concordiam uertant. Similiter & ea quæ sequitur habita est in patria, inscribiturque ex eo quod palam indicat; *Recusatio magistratus in Senatu*. Magistratum enim Scrip-
tor, ad quem suffragio delectus erat, repudiat. XXXIII. *De administrationibus in Senatu*, inscriptionem præfert. In ea post breuem Senatus laudem, de ijs se purgat

276 Dion, ob quæ in suspicionem uenerat: nimirum à paterno non esse profecta consilio, quæ in administranda ciuitate filius egisset. Proxima ad *Diodorum* inscripta oratio, & ad uirtutem hortatur, & e se laudare ciuitatem ait, quando qui eam laudauerat Diodorum laudibus ornat. XXXV. *De Aeschyle, Sophocle, & Euripide*: seu, *De Philo-
Etearchi & sagittis*, inscripta est. Philoeten hæc dolo deceptum facit, quo Vlysses
usus, cum illius arcu & sagittis abierit. Sextæ porro & tricesimæ titulus est *De Homero*:
cuius Poetæ laudes prædicat: quemadmodum & Socratis illa, quæ huius Philosophi
nomen præfert. Hinc illa *de Homero & Socrate*. XXXVII. Oratio, Homeri æmu-
lum fuisse Socratem ostendit, ac discipulum. Ab hoc item Philosophum non illam
tantum familiarem adeo sibi exemplorum tractationem hausisse, sed reliquam insuper
dicendi uim omnem ac uenustatem imbibisse. XXXIX. *Agamemnon seu De Rege*
inscribitur: docetque oportere Regem optimis usum consilianjs, iisdem parere, neque
suum arbitrium peruicaciter sequi. Proxima uero quæ inscribitur *Nestor*, quam
ratione Reges admonendi sunt instruit. Mox *Achille* sequitur: qui Chironi non ac-
quiescens, e momenti prudentia potius atque arte, quam audacia aut corporis uiribus
res
ibi Berouald.

a. Boristhene-
tica, quam in
patria recitauit.

b. Philoetenis

c. Immo contra,
Photi dixit Dio:
Laudasse se Dio-
dorum, cum quo
hinc prædicat
laudauit ciuita-
tem.

d. Lege Sophocle
Philosten. Næ
Aeschyle atque
Euripidis inter-
cidere. Et hinc
mox nostri Philo-
eten. Meminit
quoque M. Tul-
lus Tuscul. II. c.
res

res bellicas geri, tandem neglecti consilij pœnas dedit. Quæ vero Philoſtates post hanc inscripta, silius eius infortunia commemorat. Post quas Xessus & Deianura [quæ vocatur oratio] absurdus de ijs obsequij cuiusdam causa confecta, in seriem quandam atque ordinem meliorem videtur reformare. Chryseis [item dicta oratio] laudatio Chryseidis est. De regno vero & Tyrannide oratio, de his ipsiſ differit: vt tres deinceps sequentes, De Fortuna gratas simulac Philosophicas meditationes exhibent. Ad eundem modum, quæ has excipiunt, totidem De Gloria orationes, suadent & monent cõtemnendam esse vulgi gloriam. vbi pulchræ simul & vtilis considerationes inter hortandum miscetur. LII. De Virtute & inscribitur, & differit. LIII. Agit de Philosophia, vt LIV. De Philosopho. At LV. De habitu cultus, corporis inscripta, docet non ob tunicam mox & calceos philosophorum, neque ob externam cultus speciem Philosophum quemquam esse iudicandum. LVI. De Fiducia titulum sortitur; vt cõtra huic proxima De Dissidentia. Suadent hæc cauendum ne cui fidas, aut te credas; ne ijs quidem, qui vel maximè amare videntur. Multos enim alijs confisos in magnam incidisse calamitatem: cum dissidentia munitis manifesta contigerit salus. Sed hæc quidem illa de Dissidentia oratio. præcedens enim edisserit, Fiduciam magna vt plurimum damna confidentibus atulisse. Argumentum deinde Orationis LVIII. quod docet inscriptio, De lege est, vt & insequentis LIX. De consuetudine: quam quidem tantundem præstare, quantum lex solet, ostendit; sed cum voluptate id potius atque inductione, quam vi, multoque securius. Duæ vero Orationes, quæ sequuntur, De inuidia 277 agunt. vt LXII. De diuitiis; quarum molestias atque insidias ita omnibus not as facit, vt villiorem longe esse statuat iusticia comitatam paupertatem. LXIII. Inter Cilicæ orationes De Libertate habita inscribitur. a Illum autem liberum pronunciat, qui suarum sit dominus perturbationum, affectionumque animi, tametsi mille eius corpori impetent domini; illum contra seruum, qui malis suis parens affectionibus seruitutē seruiat, licet mundi totius imperium tenere videatur. Quam in sententiam subsequens quoque differit, De seruitute & libertate inscripta: vt & sequens, quæ De seruis altera est. Hinc De egritudine, hortatur non oportere virum generosum ac prudentem vinci aut perturbationi succumbere, sed contemnere potius, atque obterere. LXVII. De auaritia inscripta, vitare hoc malum iubet. LXVIII. Oratio titulum præfert De benedicendi exercitio, atque hoc idem argumentum suggerit. Mox LXIX. agit, inscribiturque De sua [alios] audiendi cupiditate. Septuagesimæ titulus est, De secessu, docetque non loca sola sectando, mox etiam vitiosas animi affectiones, ac vitæ tumultus vitari, sed ad seipsum sese conuertendo, & ad sui cognitionem contendendo, aliunde accedentis mali hæxigua interim habita ratione. Proxima vt est De pulchritudine inscripta, sic & de adolescente differit. Ibidem nec apud omnes gentes, etiam barbaras, idem pulcrum videri ait, sed aliud apud alios obtinere. LXXII. De pace bello, & agit, & titulum gestat. LXXIII. Sapientem etiam felicem prædicat: & sequens De felicitate disputat. Hinc De genio agitur. Genios autem nominat, qui aliorum ita fortiantur imperium, vt per eos aut melius cum subditis agatur, aut peius. LXXVI. est De consultando, LXXVII. titulus est Disputatio de iis, qua in symposiis accidere solent, eorumque nonnulla etiam narrat, ac mortalium plerosque tunc ad Philosophiam respectum habere consueuisse, cum rebus tristibus vita infestatur. LXXVIII. & altera insequens Melancomas prima & secunda inscripta, cum laudem adolescentis illius continent, tunc memoriam mæroremque in secundarum rerum affluentia vita functi. Vltima & octogesima, quæ Charidemi nomen præfert, laudationem simul ac lætium extincti iuuenis commiserat.

a. Cicero in P. radoris, & Philo ludæus atque Moratius.

b. In frequens quidem illud φροσύνη, sed quod vel ex suo avastepi φησὶ δὲ λέγειν facile percipiunt.

a. An hac iam in quattuor illos Dialogos distributa legitimus, quos ad finem operum D. Gregor. Naz. san. ceni lac. Billini edidit.

LEGI CÆSARII Librum, a Capita continentem Ecclesiastica ccxx. quibus partim enunciatæ quædam explicantur, partim quæstiones solvuntur. Dicas autem hunc scriptorem, & ætate etiamnum florere, & cum Rhetoricæ quasi scætura, tum externæ

ternæ non minus quam nostræ Philosophiæ eruditione turgere. Quamquam non minima deesse videntur, vt verbo dicam, quo motus illi atque impetus dedecore careant. Attamen clara eius dictio est (crebro licet ad pœticas voces iuueniliter deflectat, atq; ad viciata constructione, non sine defectu aliquo, recedat) & ad summam dogmatum accuratorem parum sane ei deest. Per Quæstiones porro & Responſiones, suppolitus quoque personis [interloquentibus,] composita illi oratio est, & quidem Gregorij, vt aiunt, a cuius hunc Auctorem esse fratrem Theologi cognomentum indicat.

a. Negat id lac. Billius argumentum in Orationem X. B. Greg. Naz. 277.

LECTA DIONYSII AEGEI a Diſtyaca, quæ inscribuntur. Libellus erat centum absolutus capitibus, quorum quinquaginta suam singula sententiam asserbant: totidem vero suam quodlibet adstructam antea hypothesein, euertere conabantur; ita vt sua cuique assertioni refutatio statim opponeretur. Ipsa porro elocutio nequæ admodum exornatur, neque tamen sine venustate negligitur: præsertim cum non ad ostentationem aliquam, sed ad disputationem potius Opus hoc comparatum sit à suo Auctore, cui tenue dicendi genus & cognatarum rerum series curæ fuit. Vtilis autem liber ijs est, qui in Dialecticis exercentur, atque ista ferè suo argumento comprehensa.

a. Sui & videtur ablutus Photius proposiſi semel antea Opus (sup. Cod. CLXXXV pag. 217) hic de nouo repeti, cum iſis tantum utriusque partem Caput. & breuissimæ xpiciæ adiecta.

I. Ab utroque parente mitti semen, animantiaque gigni; & contra, non ab utroque. II. Ex vniuerso corpore semen excerni: contra vero à testiculis. III. Concoctionem calore fieri: contra vero non item. IV. Attritu concoctionem fieri: & attritu minimè fieri. V. Putrefactione fieri concoctionem: contra vero minimè. VI. Proprietate spiritus concoctionem fieri: contra non item. VII. Succorum proprietate concoctio fit; vel minimè. VIII. Proprietate caloris fit concoctio: & non item. IX. Calore digestionem fieri: & non item. X. Ciborum distributione per caloris ad se attractionem fieri; vel minimè. XI. Spiritu fit digestio: aut non ite. XII. Arteriarum applicatione digestio fit: minimè vero sic. XIII. Digestio fit per absentiam cum vacuitate: & quod non per incertam siue quamcumque absentiam fieri solet digestio. XIV. Ex eo glaucedo nascitur, quod alimento suo vidualis porus destituitur: & non item. XV. Sanguinis illapsu in vifionis porum glaucedo fit oculo: & non item. XVI. Humidorum crassitie atque exhalatione fit glaucedo: & non fit. XVII. Phrenitidem fieri per distensionem meningis, sanguinisque corruptionem: & non ita fieri. XVIII. Ex caloris excessu nasci phrenitidem: & non ite. XIX. Per inflammationem phrenitidem nasci: & non item. XX. Lethargum ex inflammatione fieri: & non ita. XXI. Per distensionem corruptionemque lethargicos fieri: & non item. XXII. Per vniuersum corpus diffundi appetitum edendi atque bibendi: & tantum in stomacho existere. XXIII. Edendi atque bibendi appetitum in imaginatione situm esse. XXIV. Ex humorum inopia sitim nasci: & non item. XXV. In stomacho duplicem spectari efficiendi vim: & vero minimè, XXVI. Inferior cerebri pellicula in concavitate principium est nervorum: & vero minime, sed exterior. XXVII. Pharmaca diffusa per corpus purgare: & non item, sed ipso adlapsu. XXVIII. Non esse vtendum purgantibus medicamentis: immo esse. XXIX. Vini haustum febricitantibus esse concedendum: & non esse, cum perniciosus sit. XXX. Balnea febricitantibus vitia esse: immo noxia esse. XXXI. In morborum incrementis clytere vtendum: & non vtendum. XXXII. Non esse morborum initio unctionibus vtendum; immo id perutile esse. XXXIII. Caput cataplasmatibus curandum: & non item, sed olfactorijs dumtaxat vtendum. XXXIV. Vomitus prouocationem nihil prodesse: immo utilem esse. XXXV. Cor emittere sanguinè: & contra non emittere. XXXVI. Cor non emittere spiritum, sed arterias potius ipsum attrahere: & contra. XXXVII. Cor à seipso moueri: immo non à seipso. XXXVIII. Sanguinem naturà in arterijs existere: & arterias non esse sanguinis receptaculum. XXXIX. Vasa omnia in summo simpla esse: immo plicata esse atque inuoluta. XL. Per nervos sensum esse & motum animantis: & non esse. XLI. Venarum cor esse principium: & non esse principium. XLII. Iecur venarum esse principium:

b. Sup Cap. 27. & in 276.

cipium; & rursum non esse. XLIII. E ventriculo venas nasci: & non nasci. XLIV. Omnium vasorum principium esse meninga, seu cerebri tunicam: & non esse. XLV. Spiritum esse arteriarum originem: & contra non esse. XLVI. Arteria illa, quæ iuxta dorsi spinam sita, principium arteriarum est: & non est. XLVII. Cor esse arteriarum principium: & non esse. XLVIII. Neque cor nervorum principium est, sed cerebrum ambiens pellicula: & non est. XLIX. In corde non esse intelligendi vim, sed in capite: & contra. L. Intelligendi vim in medio esse cerebri ventriculo: & non esse. Hæc igitur opus illud [efficere] contendit.

AENESIDEMI AEGEI

De Pyrrhonis Libri IIX.

CCXII.

*a. Alibi minus
reliquitur
Onesidemi
legitur.*

LEGI AENESIDEMI Pyrrhonorum libros octo. Cuius quidem Operis scopus est, hoc unum probare, Nihil certo comprehendi aut sensu, aut ipsa etiam intelligentia posse. Quare neque Pyrrhonios, neque ceteros, quæ in rebus ipsis lateat, veritatem scire. Reliquarum ergo sectarum philosophos cum alia ignorare multa, tum quod frustra sese assidue molestis torqueant, atque absumant: quin & hoc ipsum ignorare, quod nihil eorum comprehenderint, quæ iam opinentur se comprehendisse. At qui ex Pyrrhonis instituto [ait] philosophatur, cetera felix, in eo quoque sapit, quod vel in primis intelligat, nihil à se certo comprehensum esse. immo & hoc studiose agat, ne cui eorum, quæ cognovit, affirmando potius, quam negando assentiatur.

*b. Eius vitam ac
placita descripsit
Diag. Laert. qui
frequenter huius
Aenesidemi me-
mini.*

Porro tota huius Operis Commentatio quid propositum habeat, iam dictum. Libros ipsos Academicum euidam sodali Lucio Tuberoni inscripsit, domo Roma, & claris ibi natalibus orto, quique magistratus gesserit civiles non vulgares.

*d. A. Cell. lib. XI
cap. 5. legend. &
Sexti Pyrrhonij
Hypotyph. lib. 1.
cap. 33.*

PRIMO igitur Libro Academicorum & Pyrrhonorum discrimen referens, tantum non emissa voce ista dicit: Academicos dogmata constituere, & alia cetera atque indubitata ponere, alia rursum sine vlla dubitatione tollere: Pyrrhonios autem dubios hæterere, & ab omni dogmate liberos atque solutos esse; vt eorum etiam nemo omnino, aut comprehendit omnia posse, aut non posse dixerit; sed nihilo magis talia, quam talia esse; aut tunc quidem talia, aliàs vero non talia; vel vni quidè huiusmodi, alij vero non huiusmodi, tertio etiam plane non esse. Neque rursum omnia esse communiter eiusmodi, vt assequi illa quispiam possit, vel quædam saltem horum assequi non possit; sed non magis fieri posse, vt quis ea assequatur, quam vt non assequatur: vel nunc quidem assequi possit, tunc verò non item. Immo neque verum, neque falsum, neque probabile, neque ens, neque non ens; sed idem, vt sic dicatur, non potius verum esse, quam falsum; aut probabile potius, quam improbabile; aut ens, quam non ens; aut tum quidem tale, aliàs vero aliusmodi, aut vni tale, mox alteri etiam non tale. Nihil enim in vniuersum Pyrrhonios definire, ne hoc quidem ipsum, quod nihil definiunt. Verum cum non suppetat, vt aiunt, quod sensa mentis efferamus, sic loqui solemus. At qui ad Academicam, maxime que ad hanc nouam pertinent, inquit, cum Stoicis interdum opinionibus consentiunt, & (si verum fateri volumus) Stoici ipsi, sed qui cum Stoicis pugnant, videntur. Deinde & de multis decreta statuunt. Virtutem enim atque amentiam inducunt; bonum quoque, & malum velut principia ponunt, verum item, & falsum; rursum probabile, & improbabile; ens deum, & non ens; aliaque non pauca certo definiunt: ambigere se tantum dicentes de comprehensua imaginatione. Quamobrem Pyrrhonij, dum nihil definiunt, omnino irreprehensi permanent; verum Academicis, ait, patet cum alijs Philosophis rationes reddendæ. Illud porto maximum: Quod illi de re qualibet sibi oblata dubitantes, non tantum et tunc perpetuo teneant ordinem, sed nunquam etiam secum ipsi pugnant; cum hi secum pugnant se, ne sentiant quidem. Simul enim ponere quidpiam, & rursum indubitanter tollere, simul item dicere communiter aliqua esse comprehensibilia, & non esse; manifestam vtiq; pugnam adfert. Alioquin quo modo fieri possit, vt qui ignorat hoc esse verum, illud falsum, adhuc dubitet, atque ambigat; & non certo prius illud amplectatur, alterumque declinet: Nam si ignoratur hoc bonum esse, aut malum; vel hoc verum, illud falsum; & hoc existere, illud vero minime: omnino fatendum horum singula comprehendi non posse. sin eui-
denter

*e. nisi κατὰ τὴν
ἀλήθειαν φαντασι-
άζοι.*

denter sensa vel intelligentia horum quidque percipiatur, comprehensibile iam horum esse quodlibet dicendum est. Hæc, aliaque id genus, ab ipso mox librorum initio discrimen Pyrrhonios inter & Academicos ostendens, hic Aenesidemus Aegeus pertractat, vniuersum deinceps Pyrrhonorum rationum institutum eodem hoc priore libro paucis ac summatim traditurus.

SECUNDO deinde libro singulatim iam, quæ vniuersè dixerat, tractare incipiens, de Veris & Causis disputat, deque affectionibus, de motu item, & generatione, atque corruptione, ac de horum contrarijs; aduersus hæc omnia dubia illa esse, atque incomprehensibilia, validis, vt putat, ratiocinationibus ante oculos ponens.

TERTIUS post hæc liber de motu & sensu, eorumque proprietatibus, similes contradictiones curiosius inuestigando, ad ea quæ nemo assequi aut comprehendere possit: hæc quoque abripere conatur.

QUARTO autem libro signa rerum obscurarum, quæ nos manifestas hæc res esse dicimus, ne esse quidem vult; sed decipi inani affectione eos, qui hæc opinentur. Mouet & ex more alias deinde quaestiones de vniuersa natura, de mundo, de Dijs, nihil horum percipi posse contendens.

Proponit ipsius & QUINTVS liber dubitandi aduersus Causas occasiones, nihil nullius esse causam tradens: & falli, qui Causas adferre conentur; numerans etiam modos, quibus Causas reddere studeant, qui coacti iam in hoc errore versentur.

SEXTVS vero bona & mala, quæque experenda & quæ fugienda, præposita ad hæc atque reiecta in eandem ludicatoriam disputationem adducit: quæ quantum in ipso est, à nostra quoque comprehensione atque cognitione excludit.

SEPTIMUM aduersus virtutes instruit, referens varias de ijs opiniones nequidquam commentos esse Philosophos, seipsos decipientes, quasi iam ad earum actionem contemplationemque peruenissent.

QUI ad hos omnes OCTAVVS accedit liber, contra [bonorum] Finem disputat, neque beatitudinem illum esse, neque voluptatem, neque prudentiam, neque aliud eorum quidpiam quod cuiuscunq; Philosophorum familiae sectator opinando asserere queat; sed omnino Finem non esse, ab omnibus licet decantetur.

Igitur ad huiusmodi concertationem dirigitur Aenesidemi libri, qui Platoni, alijsque ante nos pluribus sacis indicarunt, stultitiæ plenum ac nugarum illius Opus esse. nihil item ipsum ad aliquod dogma [confirmandum] prodesse, æque est manifestum; vbi saltem ipsas quoque inhærentes nostræ menti dogmaticas contemplationes expellere aggressus est. Si qui tamen in Dialecticis exercentur, non inuultis hic liber. modo ne horum parum adhuc confirmata mens, hisce ratiocinationibus inhærescat, iudicijque perspicacitas vitata non sit.

AGATHARCHIDÆ

Historica.

CCXIII.

LEGI AGATHARCHIDÆ, quem Agatharchum quidam nominant, Opus historicum. Hic patria Cnidius, instituto Grammaticus fuit. scribam tamen atque anagnosten insuper fuisse, præsitum his functionibus Heraclidæ Lembo ministerium, indicium fecit. Fuit & alumnus Cinnæi.

Scriptisse autem Asiaticas res libris decem, & de Europæ rebus libris quadraginta nouem historiam pertexuisse, didicimus. Eius autem libri quinq; rubrum mare, quæque ad illud pertinent, exponunt. Et hæc quidem omnia ipsemet extremo libro quinto commemorat. Vbi & ob alias certas causas à scribendo se cessasse ait, quodque exacta iam ætas in senium vergeret. Sunt qui præter hæc alia ab illo conscripta tradunt, quæ mihi videre nunquam contigit. Nam & Compendium aiunt vno libro reliquisse eorum, quæ de rubro mari scripsisset: item de Troglodytis libros quinq;: sed & Epitomen Lydes ab Antimacho scriptæ: Rursum aliud Breuiarium eorum, quæ de collectione admirabilium ventorum scripta exstant. Historiarum adhæc Excerpta composuisse, atque De amicorum inter ipsos consuetudine.

Est autem hic vir, quantum eius libris legendis cognoscere potui, grandiloquus, & sententijs abundans. Qui orationis magnitudine ac dignitate præ cæteris quidè gaudet.

DD

sed

*a. Quos citat non
semel Athenas,
vt & Lucian. in
Macrobij IX.
Asiaticor.
b. Quorū primū
& quintū Excerpta
occurrunt po-
stea Cod. CGL.
pag. 717.*

sed verbis selectioribus non admodum videtur additus. neque tamen dum vilitas per omnia consuetasque voces non adhibet, nouas ipse format: nisi forte usurpando, rum vocabulorum artifex quispiam, nouam quandam speciem præferentem phrasim de non nouis vocabulis effecerit. Quod quidem artificium ingeniose adeo tibi subijcit, vt nec in nouatum quidquam videatur, nec minor sit, quam si vilitas attulisset voces perspicuitas. Vtitur etiam sententijs, quæ eius prudentiam non minus, quam industriam manifestè declarant. Ad verborum item immutationem rectius adsumendam, egregie præ cæteris comparatus est. Iucunditatem porro, quodque animum demulcere, aut diffundere queat, occulte passim ac latenter per totum Opus disseminat. Ad tropos quoque vbi se applicarit, sine vilo molestiæ sensu illos adhibet. Quod quidem in eo efficit non verborum ipsa per se commutatio, sed ingeniosa quædam & suauis ad res alias transitio atque conuersio. Etenim nomen pro verbo adsumere, rursusque verbum in nomen commutare, voces quoque in orationem diffundere, & orationem in nominis quasi formam cogere, nemo est omnium, quos nouimus, hoc ipso peritior. Idem Thucydides in concionibus apparatus & vbertate imitatus, magnitudine orationis æquat, perspicuitate autem etiam vincit. Talis omnino vir iste est, ab ipsa quoque Grammatica gloriam assecutus. Cui etsi Rhetoris cognomentum improvidum aliorum iudicium non concessit, mea certe sententia non Grammaticorum solum, sed ne Rhetorum quidem vlli secundus cum docendo, tum scribendo videtur.

HIEROCLIS

De Providentiæ & Fato libri VII.

CCXIV.

a. De quo Suid.
b. Liban. lib. 1.
ep. ad Acacium.
c. Vnde impressa
Lutetia, quædam
excerpta, apud
Fed. Morellum.

LIBERVS est **HIEROCLIS** Liber de Providentiæ & Fato, atque de arbitrij nostri cõ diuina gubernatione congruentia, Auctor hic professione Philosophus, cui libet ipse Olympiodorũ quendam veluti censorem constituit, qui eius scribendi causam dedit, cum Philosophiæ non vulgaris amator, ne cuiuslibet sapientiæ rudis esset. Clarum enim legationibus Romæ fuisse, multasque, ac magnas è barbaris gentibus Romanorum adiunxisse imperio, quæ ipsi quoque ad magnos apud illas magistratus acquirèdos viã strauerint. Igitur Olympiodorus, ad quem liber mittitur, talis fuit: ad quem insuper libro primo extremo adiunxit Auctor consolationem, cum ille adoptiuũ filij amissionem supra modum lugens, non dolenti tantum esset animo, sed etiam vultu tristiore. Ipse autem commentarius de Providentiæ, disputationem præfert eius, qui erga Platonis nõ aliter, quam erga Aristotelis sententiam animo affectus esset. Conciliare enim horum Philosophorum inter se opiniones studet, non solum in ijs, quæ de Providentiã disputant, verum etiam ubi animos docent esse immortales, aut de cælo quidpiam ac mundo iidem philosophantur. Quotquot autem hos inter se dissentire ac pugnare arbitrati sunt, eos longissime ab eorum sententiã abductos, à veritate omnino aberrasse contendit, alios sua sponte contendendi studio atque vesaniæ sese addicentes, alios præoccupata opinione atque imperitiã subactos. Ac prioris quidem ordinis ingentem fuisse numerum refert, donec Ammonij aliquando sapientia orbi illuxit, quem etiam *Diuinitus edocinm* appellari prædicat. Hunc enim veterum Philosophorum opinionibus perpurgat, & relectis quæ vtrinque excreuerant nugis, in præcipuis quibusque & maxime necessitatijs dogmatibus, concordem esse Platonis & Aristotelis sententiam, demonstrasse. Huc igitur Hieroclis scriptio magno studio conuincens, & argumentis illa astruit, quæ ipsos sensisse contendit. & acriter cum ijs certat, qui contrariam tueri partem conati sunt. Epicureos dico, ac Stoicos, & quotquot forte Platonem atque Aristotelem colunt quidè, sed eorum sensum minus rectè explicant. Eos item, qui in Genethliacã desudant arte, redarguit, dum fallacem eorum esse ac lubricam de Fato opinionem ostendit. Immo & qui prorsus rationũ quasi quæstionibus explorandos subijcit. Vt autem simul omnia dicam, aduersus omnes illas opiniones insurgit, quæ indoctiores eo adducunt, vt diuinam Providentiã vel omnino non esse, vel nullus esse momenti ac despicitui ducendã putent.

Ex Platonis igitur sententiã supponit hæc disputatio, Deum natura ante illam [providentiã] esse, velut vniuersæ simul aspectabilis & inspectabilis huius molitionis opificem, quam ex nulla re subiecta vult à suo artifice productam; vt cui sola suffi-

283

284

eeret voluntas, quo rerum natura subsisteret. Cæterum corporea substantia per creationem cum incorporea coniuncta, mundum ex vtraque natura perfectissimum, duplicem simul & vnum, constitutum esse; in quo summa, mediã, & ima mundi opifex sapientia iuxta cuiusque naturam decreuerit. Horum prima *Ratione prædita celestia*, & *Deos*, vocari ait: Quæ vero proxima post hunc ordinem regioni attributa sunt, ea cum *Ratione prædita ætherea*, tum *Dæmonas bonos* appellat, bonorum item hominibus interpretes & nuncios factos: Humanum denique gentis infimum tenere locum, eosque *Terrena animantia*, & *Humanas animas*, atque (vt Plato diceret) *Mortales homines appellari* tradit. Hæc porro tria genera in vno velut animante, vel choro atque concentu ita esse aptata inuicem atque connexa, vt naturalis eorum distinctio per vniorem illam, ac nexum mutuum minime confusa conseruetur. Ac præesse quidem præstantiora inferioribus; omnibus tamen omnino imperare ipsorum Patrẽ atque conditorem Deum. Hoc ergo eius tanquam à patre denominatũ regnum, & videri, & vere esse Providentiã, quæ quod cuique generi conuenit, hoc illi distribuatur: At vero Iustitiã illam, quæ Dei prouidentiam comitatur, vocari *Fatum*. Vno enim Fati nomine in plures notiones, ab ijs qui nouitate gaudent, distracto, non aliud tamèn Fatum sibi videri, quam id quod Aristotelem & Platonem credidisse tradit. Neque enim illam temere positam Genethliacorum necessitatẽ ullo modo admittit, nec Stoicam item vim, neque illud etiam Fatum, quod Alexander Aphrodisiensis statuit, eoque tandem deducit, vt idẽ prorsus cum natura corporum Platoniorum efficiat: sed nec eam, quæ carminibus magicis aut sacrificijs à consueto naturæ ordine desectatur, Genesin: sed illud tantummodo Fatum, vt diximus, extollit, quod cum suis Plato vult: Rerum scilicet euenientium secundũ Providentiæ leges iudicialẽ quandam Numinis operationẽ, bono ordine ac serie res nostras dirigentẽ in illum finem, in quem liberæ actiones ex certo proposito feruntur. At enim isthæchæius viri scripto cum contineri videas, frequens nihilominus ipsi & magnum certamen est de humanorum animotum a priore vita, deque eorum in alia corpora transmigratiõne. Nam ex animantibus quidem ratione carentibus, aut in bruta transfusionem non recipiens, at vero hominum in hominem transitum studiose defendens, periculosã hanc atque ineptam opinionem sursum deorsum versat. Per illam quidem, vt credit, diuinam prouidentiam corroborans; Per hanc, liberum arbitrium, & liberumque; sui ipsius dominatũ adstruens; Fato certe tam ei grato auxilium ferens: idque non absurdis tantum commentis incitatus, sed etiam ex minime coherentibus argumentationibus suas, quas putat, probationes producens; cum interim, per quæ reuera prouidentia dogma constitui poterat, ne in mentem quidem illi uenerint. Immo vero, si quis huic homini veritatem anteponeat, quibus illam argumentis adstruere nititur, his ipsis eandem omnino euertit. Nam qui infirmum argumentum semel veritati substrauit (vt alibi, cum res ita postulare; copiosius ostendimus) is in contrariam facile partem conuerti illam posse, quin & nequaquam subsistere, simul demonstrat. Illa quippe animotum priore vita, & in corpora transmigratiõne (quam ipse basim ac fundamentum Providentiæ, liberoque arbitrio, ac Fato illi subijcit) omnino inter absurda & impossibilia per veritatem ablegata, nimirum vna cũ illo, qui per ista hæc molitur efficere, etiam Prouidentia, & Liberum arbitrium, & Fatum euertitur; atque in nugas operosa illa machinatio abijt.

Porro in septem libros vniuersum Opus diuiditur: quorum Præter quidẽ exponere instituit ea, quæ ipse apud se de Providentiã, de Iustitiã, & de Sententiã in nos pro factorum merito ferenda, meditatũ esset. **SECUNDVS** dein Platonicas colligens opiniones, suas cuique probationes ex ipsis Platonis Operibus apponit. **TERTIVS** obiectiõnes proponens, quibus vt quispiam aduersus ea, quæ tradita sunt, queat, dissoluere harum cauillationes conatur. **QUARTVS** Oracula, quæ vocantur, ac Sacerdotum leges, & Platonis dogmata inuicem conciliare studet. **QUINTVS** Orpheo, Homero, & cæteris, qui ante Platonẽ celebrabantur, Platoniam de modo dictis doctrinam tribuit. **SEXTVS** omnes, qui post Platonẽ fuerẽ, ipso quoque Aristotele principe assumpto, vsque ad Ammonium Alexandrinũ, cuius in familiaribus celeberrimi Plotinus & Origenes, ad hos, inquam, vsque Platonis posteros, qui quidem aliquod sibi nomen sapientiæ petereunt, eiusdem ad unum omnes cum Platone esse sententiæ, argumentis probat. Quod si qui consentientes Platonis & Aristotelis opiniones dirimere aggressi fuerint,

285

286

287

e. E quorum tribus primis excerpta quaedam inseruntur infra, cod. CCII. pag. 749.

eos & nihili homines, & fugiendos statuit. Multa insuper Platoniceorum scriptorum adulterasse eos etiam, qui hunc sibi præceptorem adscriberent; vt & Aristotelicorum Operum eos, qui se huius partem maximi facere profiterentur: non aliam id utiq; ob causam, quam vt cõmittere inter se Stageriten atq; Aristonis F. possent.

SEPTIMVS Liber proprio sibi sumpto argumento, de Ammonij supra scripti Disputatione studiose differit, vtq; Plotinus & Origenes, immo & Porphyrius atq; Iamblichus, & deinceps ordine cæteri, qui diuina (quemadmodum ipse quidem loquitur) generatione sunt editi, vsque ad Plutarchum Atheniensem, quem etiam auctorem salium ipse nominat dogmatum, vt, inquam, hi omnes purgatæ Platonis Philosophiæ addicti sint.

Ipse vero huius Auctoris dictio perspicua est ac pura, & Philolophicum decens studium: tamen si fucatis & superuacaneis coloribus, aut benedicendi varietate non exornetur.

IOANNES PHILOPONVS

CCXY.

Contra Iamblichi Opus de Simulacris.

LEGI IOANNIS cognomento Philoponi Librum aduersus Iamblichi Opus, quod de Simulacris inscripsit. Scopus autem Iamblicho propositus est, ostendere, cum diuina esse idola, (nam ista etiam simulacri nomine complectitur) tum præsentia numinis referta: non solum quæ hominum manibus occulta quadam arte fabricata, ob incognitum nimirum artificem cælo delapsa nominentur (hec enim & cælestis esse natura, & inde in terram decidisse, vnde etiam sint merita nomen accipere) verum etiam quæcumque fundendi arte, & sculpendi atque atque fabrili certa simul mercede, & opera [ab artificibus] conformata essent. Horum igitur omnium opera naturam excedere, & hominum opinione maiora esse Iamblichus scribit; multa partim incredibilia è fabulis narando; partim in obscuras causas referendo; partim etiam contra atque oculis cernantur, scribere nihil metuendo. Opus integrum duas in partes fecit, *Maioremq;* alteram, alteram *Minorem* nominat. Vtramque Philoponus oppugnat, confueto orationis genere vsus, quin & compositionem ad solitam sibi formam adaptans. Apuro enim & dilucido non recedit: neque tamen elegantia & Attica phrasi exornatus nitet. Rationum præterea Iamblichi reprehensiones sane generosas, & per ipsas quoque penetrantes causas frequenter tibi exhibet; quas interdum superficie tenus tantum refellentes, & ad sola nomina relatas, longiusque à re controvertia recedentes [adfert:] etiam cum hæc redarguenti valde est obnoxia, & per se imbecillitatem suam prodit.

ORIBASII MEDICI

Opera.

De hoc Enneph. & Suid. memere.

LEGI Volumina quattuor, quibus medicam rem ORIBASIVS à se compositam complexus est: aliaq; præterea septem, eadem pæne forma ab eodem edita.

ORIBASII MEDICI

CCXVI.

Galenii Compendium ad Iulianum Imp.

PRIOR ergo volumine, quæ Galenus Medicus conscripserat, ea hic in compendii redigit. Iuliano autem, Christianæ religionis deserto, hunc laborem inscripsit, hoc ferè vsus principio.

„ Iustus à te, Diue Iuliane Imperator, Galeni hominis admirandi peritiles de re Medica libros ad pauciora redigere, libenter sane voluntati tuæ sum obsecutus. Ijs enim, qui ad hanc sese artem applicare volent (vt ipse ait) & natura forsitan destituuntur, neque aptam sunt naesti ætatem, ne prioribus quidem sæpenumero disciplinis initiati (vt ob eas causas libros illos fusiores ediscere nequeant) sufficient, quæ iam scriberentur: cum & tempore egeant ad ediscendum breuiore, & sensum habitura sint faciliorem; quando in pauca verba hoc compendium, vitata interim obscuritate, redigetur. His verò, qui præcedentibus Medicinam scientijs excolti, neq; per naturam, neq; per ætatem prohibentur

„ bentur per se & prioribus hic imbui præceptis, hæc quoque Synopsis conueniet: cum maxime necessaria quæque breuiter ijs suggererentur tunc, quando in ipso curandi opere urgebit necessitas.

Sic igitur Oribasius in hoc opere præfatus, illa solum pollicetur collecturum se, quæ Galeno placuissent, quæque ad Medicam artem, & eius tractationem facerent. Absoluit autem illud opus libris * * *

EIVSDEM

Medicinalium collectorum ad Iulianum imperatorem libri LXX.

CCXVII. Ita hic titulus in editis legitur libris.

ALTERVM quoque Opus eidem Iuliano dedicatum septuaginta libris absoluitur: Anihilo interim minore, quam illud prius, sed maiorem potius vtilitatem sua mole adferens. Eius autem proloquium hunc in modum instituitur:

„ Epitomas, quas tu olim, Diue Iuliane Cæsar, mihi conficiendas mandaueras, iam pridem (cum in Occidua Gallia versaremur) ad finem, quemadmodum tu voluisti, perduximus: & eas quidem ex ijs solis confectas, quæ Galenus conscripserat. Verum vbi tu, ijs laudatis, alterum mihi laborem adiunxisti, vt perquisitis omnibus quæ Medicæ præstantissimi maxime oportuna dixissent, & quæcumque ad eundem hunc Medicinæ finem pertinerent, vnum in volumen redigerem. Id quoque ego pro virili parte, & prompto animo facere decreui. Superuacaneum igitur, & omnino ineptum arbitratus eadem sæpe scribere, siue quæ ab optimis Medicis, siue quæ ab ijs, qui non ita diligenter res tractauerunt, scripta fuerint: ea solum colligam, quæ nobis reliquerunt ij, qui ceteris præstiterunt, nihil eorum omitendo, quæ Galenus dixerit: Siquidem ceteris, qui easdem res pertractauerunt, optima ipse, & via ac ratione, & distinctione adhibita, omnibus antecellit, vt qui principia & sententias Hippocratis assidue confectur. Ego verò hic huiusmodi vtar ordine. Inprimis colligam ea, quæ ad partem materialem spectant: deinde quæ de hominis natura atque fabrica dicta sunt: tum de tuenda sanitate, & reficiendis corporibus agetur: quibus confectis, addam, quæ ad dignotionem & prænotionem pertinent: adhæc, quæ de moribus, de quæ symptomatis sunt, accedent: & denique ea, quæ valent ad corrigendum ea, quæ præter naturam sunt, adhibebuntur.

Hoc igitur proloquium secundi operis, cuius (perinde ac præcedentis) ab eo argumento ducitur initium, quod alimentorum nobis facultates exponit. Septuaginta verò libris, quæ receperat, pertractat. Opus equidem, vt tempore posterius, ita vtilitate prius. Neque enim ea solum, quæ Galenus rectè litteratum monumentis prodiderat, continet, sed etiam quæ ab ipso prætermissa alij discenda proposuerunt. Ac mihi quidem sanè vtilis hic labor videtur, si non ceteris omnibus, quotquot in Medicæ artis vsum atque contemplationem hæcenus collati sunt: at certè præ plurimis: idque vel eo nomine, quod non perspicuè tantum sua tradat, nihilque prætermittat: sed eorum etiam quæ congestit pleraque variis vocibus efferantur. Vnde si quid forte obscurius hic est ab aliquo prolatum, id mox per aliorum explanationem declaratur. Quare ad Medicinæ studium sese applicantibus auctor ego sum, vt hoc potissimum opus assidue versent. Atque huiusmodi quidem Oribasij altera illa est medicæ tractationis & contemplationis collectio.

EIVSDEM

Compendii ad Eustathium F. libri IV.

CCXVIII.

TERTIVM item ab eodem est elaboratum Opus, vt ipsemet in proemio testatur, Secundi illius compendium, Eustathio filio inscriptum, ac libris nouem distinctum, quibus ea morborum medicamenta proponuntur, quæ parari facile possint, in promptuque sint. Ceterum chirurgiæ, speciem omnem hisce collectaneis penitus prætermisit. Itaque liber hic memoriam excitando ijs, qui in Medicæ artis exercitatione ac speculatione iam versati sunt, non modicam adfert aut parum promptam vtilitatem. Ijs item, qui primùm ad artis huius cognitionem hoc compendio peruenire se posse sperant,

sperant, dicerem breui tempore non modicum allaturum utilitatis: nisi ex eo quod methodo careat, & nihil definitè pronuntiet, quosdam parua rerum harum instructos experientia, & æquo tamen promptius ad curationes aggredientes, in ipso vidissem opere compelli ad maximas noxas tum ægris, tum interdum etiam sanis inferendas. Verum nouem hisce libris illorum septuaginta compendium includit.

a. Is in XXXV. hodie capita distictum.

PRIMO ergo libro disserit de cautione in corporis exercitationibus adhibenda, & de ipsis exercitationibus, de euacuationibus cum vniuersè, tum singularim: & iis, vel per ea quæ ingenio sunt excogitata, vel per ea, quorum domina natura est. De aëre ad hæc, & balneis tam natiuis, quàm artificiosis. Item de sudoribus, & cataplasmatibus: de olei meri, & olei aqua diluti libro. [De iis denique] quæ cutem rodendo, aut saltem dissoluendo, illam diuturnorum morborum curationem efficiunt, quam *Metasyncreticam* Methodici appellant.

b. Huius Senum et LX. capita. c. Quenam ea sint, docet Corraui in definit.

SECUNDO libro de simplicium medicamentorum facultate tractat, eorumque delectu: de apparatu, cum *αὐξήσεων* quæ nominantur vnguentorum, tum emplastrorum. Post hæc de ponderibus: de latis emplastris, quæ *κοπή* [sive contusa] appellant, deque cõctione medicamentorum, quæ ad emplastrum confectioem commiscentur.

d. Capita ei tributa in editio XXI.

TERTIO libro compositiones medicamentorum omnis generis persequitur. 238
QUARTVS de alimentorum facultate, deque horum apparatu, conscriptus est: de mulso item, ceterisque portionis generibus, quæ quidem ægotantibus vtilia sint. De lactis insuper potu, ac denique de aquis.

e. Sectus in capitula LIII.

QUINTVS liber, quæ gravidis ac prægnantibus accidant, tradit, earumque victum, & quales nutrices eligendæ. De infantis educatione, quæque ei ætati accidere solent. De lassitudine cum ab exercitatione nata, tum ea cuius causa exterioris minime appareat: itemque de cutis astrictione. Senum quoque victum hic reperias, & quæcumque corpori extrinsecus aduenientia deformitatem conciliant, horumque depulsiõnem & curationem. Dentium præterea custodiam, & quæ audiendi difficultatem, atque oculorum caliginem restitunt: damni ad hæc à saturitate illati curationem, & negotiosæ vitæ victum. De iis etiam agit, quibus alimenta corumpuntur: & iter agentibus ac nauigantibus victus rationem præscribit. Disserit & de carnis extenuatione atque nutritione, post quæ temperamenti cognitionem, & eius euerfi curationem tradit.

f. Continet nunc capitula XLVII.

IN SEXTVM librum ea sunt coniecta, quæ signa sunt ad rectè tutoque de morbis iudicandum. Curatio item, ac prænotio febrim atque symptomatum: adiunctis & febrium generibus, earumque remediis. De fame, & de animi defectione ac syncope, atque de dolore, & singultu agit. Item de canina appetentia, & contra de prostrato appetitu, & turatione immensæ famis. Præterea de nausea & vomitu, & de insomnia, torpore, colliquatione, siti, atque exulcerati ossis sacri medicina.

g. Pro et L. capitulum.

SEPTIMO verò libro de vlcibus vniuersis, tam quæ simplicia, quàm quæ cana dicuntur: immò & de iis, quibus cicatrice est opus, atque de carne abundantibus agit: vbi & igne ambustis remedium adfert. Item de papulis, de pruritu, de pustulis, quæ phlyctænæ vocantur, & de vlcibus diruptis ac malignis. Ad carbunculos quoque & caneros curationes adscribit: conuulforum item ac luxatorum & ruptorum: quibus ad hæc rebus cuspis, arundo, spina, aut sudes carni infixæ euellantur. De reduitiis, articulorum vlcibus, sanguinis eruptione. De neruis vulneratis, & articulis luxatis: de inflammatione, & de affectione, quæ ex defluxionibus fit: de gâgræna, & sphaclismo: de apostematis seu abscessibus & fistulis: de erysipelate & herpète. Item de scirrhis, œdematis, termintho, epinyctide. De dissectis ligamentis, & thymo, ficis atque furunculis. De verrucis & myrmecis, atque similibus. Ad ganglia, quæ appellantur, ad permones, ac fissuras edit medicamenta: & ad vlcera pudenda. De leuce præterea, alpho, lepra, scabie, impetigine tractat, & de inflationibus: vtque theriaca è viperis magno sit elephantiacis adiumento. Et hæc quidem septimo continentur libro.

h. Capitulum LVII.

IN SEQUENTI verò de memoria iactura, deque iis, qui nimia vigilia, vel graui somnolentia torquentur, h agit Oribasius. tum quid ephialtes sit, morbusque comitialis, & vertigo, apoplexia, atra bilis, insanía, vehemens amor, ac lycanthropia: horumque remedia. De cerebri ad hæc morbis, & rabidi canis morbu. De paralyfi, seu neruorum resolutione, & rigore, qui calefieri nequeat. De conuulsionibus ac distentione,

tionem, deque capitis doloribus. Ad puerorum insuper adustiones, ad foedum narium odorem, ad fugillationes sub oculos, & ad *α* ecchymomata inuenerata. Item de labiorum fissione. Ad ephelidem quoque ac faciei nruos, oculorumque nigras maculas, & varos, ac ficosas menti eminentias. De foedo alarum odore: de variis oculorum doloribus, de pediculari morbo, de narium obstructione & de strangulatis. Atque hic octauus liber est.

a. Vitiis legi hic expone dicitur libri editi.

NONVS autem & vltimus, illud morborum genus complectitur, quod circa thoracem ac viscera consistit, & ad verenda vsque pertingit. muliebres etiam morbos recenset, atque aduersus podagram, articulem morbum, & ischiadem remedia præscribit. quod quidem tertium est ab Oribasio scriptum de re medica opus.

b. Per capita LXII.

EIVSDEM

Ad Eunapium libri IV.

CCXIX.

QUARTVM item *Opus eiusdem esse artis compendium*, Oribasius vult, quatuor illud libris absoluens. cuius quidem componendi Eunapium (quem & eloquentissimum prædicat) auctorem sibi fuisse commemorat. Remedia verò, quæ facile parantur, tradere sibi propositum ait: quam etiam doctrinam triplici ferè modo conficit. Primum enim simplicium facultates vniuersè, & singularim vsum cuiusque recenset. Deinde morbi cuiusque curationem docet. Tertio præter partis affectæ cognitionem, etiam medicandi rationem exponit. Quarto denique loco illud argumentum tractat, quod ad sanitatem curandam spectat: quod & ceteris iam enumeratis præmittit. Mox ergo cum natura ab infantis educatione auspiciatur.

Ceterum hinc ad Eunapium labor idem ferè ac geminus est cum eo opere, quod ad filium scripsit. Neutrum enim Chirurgiæ rationem ducit: & verò in ceteris quoque conspirant, nisi quod ordinem aliqua eundem vel similem non seruant. In quibusdam item alterum altero non nihil præstat, vt in plerisque locorum morbis, & quantum ad simplicium medicamentorum cognitionem illud, quod ad Eunapium scribitur, opus. Et habet vicissim alibi quidpiam ad Eustathium liber, de quo præ illo gloriari possit. verum *α* pro vtroque suscepto labore habenda homini gratia est. Quod enim in scriptore fuit, non incommodi cuiuspiam, sed emolumenti potius *β* causa vtrumque (vt & quæ antea scripserat) elaborauit.

a. Emendo, dicitur inuicem tunc scribitur, aut inuicem tunc prouenit. b. Inuicem repone pro inuicem.

Quod autem ad dicendi characterem attinet, dubium esse ac superuacaneum videatur, quidquam iudicare. Nam & è variis atque omnigenis hæc sunt ab eo collecta volumina: & vir medicus, non sermonis elegantie peritiæque reddere rationem prudentibus debet, sed si quam fortè medicarum functionum minus rectè aut reddidit, aut demonsttrauit.

290

Vidi ego alterum eiusdem auctoris opus, totidem libris distinctum, in scriptumque *Parasu-facilia*. Id ad Eugenium quandam argumentum suum referebat, quem & disertum nominat. Vtilem quoque scripionem fore rusticantibus addit, iterque agentibus, & vbi cumque locorum medici copia non suppeteret. Veruntamen hic liber, etsi titulo, & apposita dedicationi persona, non nihil differat: cetera tamen non nisi descriptum esse operis ad Eunapium satis manifestè apparet. Quare in eam cogitando sententiam veni, non esse id vnquam ab Oribasio factum: sed vel errorem eius, qui ab initio missum ad Eunapium librum describendo, titulum quidem in *Parasu-facilia* commutavit, pro Eunapio verò Eugenium subiecerit: vel alium certè quempiam gloriam sibi ex dedicatione querentem, ad hoc confugisse commentum, vt pro Eunapio Eugenium, & pro scripto ibi titulo *Parasu-facilia* scriberet.

c. Qui titulus modo librorum ad Eunapium in excussis exemplaribus.

THEONIS ARCHIATRI ALEXANDRINI HOMO.

CCXX.

LEGI THEONIS Archiatri Alexandrini librum medicum, qui HOMO inscribitur, & Theoclisto dedicatur. Curationes autem auspiciatur ab hominis capite vsque ad pedes, affectorum omnium humani corporis partium morbis remedia quædam adferens. Non tamen aut morbi naturam, nisi in paucis fortè, explicat, aut satis distinctè

stinētē illas res tradit, de quibus differere proponit. Descriptis verō iam eorum morborum remediis, qui pedes atque articulos inuadere solent, de purgantibus deinde medicamentis simplicibus agit, conaturque & causas quasdam reddere (idque, vt mihi quidem videtur, non recte, neque veritatem secutus) cur purgandi facultatem pharmacorum natura exerat. Hinc medicamentorum omnis generis compositionem pertractat, quæ sufficientem ad supranominatos morbos, ceterasque humani corporis affectiones vsu præbeant, singulis morbos partibus, quas omiserat, remedia adscribens. Emplastra insuper, & aduersus lassitudinem remedia, collyria item, ac varias antidotos à variis præscriptis Medicis adfert. Quæ in re opus illud consumitur. Liber autem hic eandem ferè vtilitatem, quam Oribasij synopsis, adferat.

AETII AMIDENI

Operis medici libri XVI.

CCXXI.

n. Quorum priores IIX. Græcè, pridem Venetijs excusæ.

LEGIMVS AETII Amideni de re medica libros 2 sedecim. Collegit autem totum hocce opus non ex iis tantum scriptoribus, è quibus Oribasius suos siue ad Iulianum Imp. siue ad Eustathium & Eunapium libros, sed ex Therapeuticis præterea Galeni libris, atque ex Archigene, & Rufo. Ad hæc è Dioscoride, Herodoto, Sorano, Philagrjo, Philomene, Posidonio, aliisque nonnullis, qui medendi arte nomen sibi gloriarique pepererunt. A facultatibus autem simplicium medicamentorum, ac ciborum è Galeno breuiter hæc commemorans, initium ducit, finiturque; opus libro sextodecimo, qui de mulierum morbis præcepta tradit: quibus cū alia adnectit capita, tum tergendæ faciei, reliquique corporis rationem docet, cœnanthariorum insuper præparatione, & id genus aliis quibusdam adiectis. Sic, vt diximus, opus vniuersum & incipit & definit. Singulatim autem; PRIMVS liber simplicium alimentorum ac medicamentorum facultates breuiter perstringit.

ALTER dein metallicorum facultatem & vsu, animantiumque vel integrorum vel partium eorum vtilitatem paucis in medium adfert. Possit autem totius de simplicibus medicamentis tractationis pars hæc non modica censerī.

TERTVS eius liber agit de omnis generis exercitationibus, quæque exercitacionem parent. Hinc post euacuaciones, seu humorum eduções illas occultas, de venæ sectione pertractat, non sectionis tantum modos discernens, sed etiam magnitudinis, formarum, temporis opportuni, atque euacuandi mensuræ describens. Mox de arteriæ sectione, & de sanguinem sistente arteriarum medicamento, de cucurbita, scarificatione, & hirudinum delectu. De victus ratione & vsu. De purgantibus medicamentis, & vinorum purgantium vario apparatu. De purgante vino mulso, condito, absinthiato, rosato, melle rosaceo, aceto mulso, itemque de garo purgante. De melle, vino mulso, oxygato, ac iusculo molliente: de lacte, atque oliuis purgantibus. De quibus quidè omnibus præceptiones tradit. Præterea & de compositis oxyporis, ac variis purgatoriis, de que pastillis, & buccellatis, purgantibus. Aloëdaria quoque purgantia describit, similiaque è sale, & illas quinque celebratas hieras. Auxiliantia quoque iis, quos purgans medicamentum non purgavit, aut qui supra modum, euacuati sunt. De vomitu, & quibus dandum sit veratrum, quid illud possit, ac qui ad sumendum apti. De exploracione veratri, & præparatione bibituri. De vario ellebori seu veratri vsu atque exhibitione, & de cura eorum, qui illud bibebunt. De epithematis purgantibus profequitur, & quæcumque in nobis partes purgantur, puta oculos, aures, & reliquas. De suffimento ad eundem effectum pertinente, & de iis quæ tenula intestina, simasque; iecoris partes, & his similia euacuant. De aëre, ventis, ac stellarum significationibus. De aquis item & balneis, partim artificio paratis, partim natura productis. De frigida lorione, de que in fessu solij ex oleo, & de faciei aspersione, de perfusione, in fessioibus, humectacione, & sicco fomento. De variis cataplasmatum generibus. De dropace, picatione, sinapismo, rubricacione, & in quibus sit metastyncriticis, siue humores ex alto euocantibus auxiliis, vtendum. Et hæc quidem libro tertio continentur.

QUARTVS liber, quæ ad tuendam valetudinem pertinent, colligit. Auspicatus ergo ab infantium educatione, horum cum morbos, tum remedia exponit. Agit & de omnium ætatum ac conditionum victus ratione. De carniū item diminutione, & gracillium

cellium instauracione. De lassitudine ab exercitacionibus, de que huius differentiis: de ea item, quæ ex Venere oritur, & cuius causa ignoratur, quæ spontaneam nominant. Quæ cura ad concoctionem vtendum sit, & de densatæ cutis curacione, arque de æstuoso ardore & frictione opportuna. De cruditate, ac crapula, & æquali temperatura. Optimi præterea temperamenti dinotionem, & calidi aliorumque, cum simplicium, tum compositorum temperamentorum notas (idque non modo corporis totius, sed & capitis, cerebri, ventris, cordis, iecoris, ac testiculorum,) edocet: horumque omnium, si forte à naturali statu deflexerint, remedia ponit.

QUINTVS Aëtij liber de morbis, & in primis de febribus disputat, quorum signa, prænotiones, dinotiones, curaciones diligenter sanè pertractat, & quæcumque præterea ad hanc medicam contemplacionem spectant: quodnam morbi principium sit iudicandum, trifariamque; illud dici, quæ item accessio morbi, quæque; remissio: vigor item atque declinatio, cum partialis morbi accessione, tum corporis vniuersi. Quæ sint fanitatis signa, vel mortis in ægotante: & quænam horum tardius aut citius vel medio modo, ad sanitatem vel interitum pertinere iudicentur. De pulsuum signis, & vrinarum dinotione: ac quid hæc designent. De excrementorum noris, vomitusque; prænotione ac significatione. De sanguinis è naribus eruptione, & muliebri purgacione. De notis criticis sudorum atque abscessuum: & de indicio è spūto. Medicum præterea bene peritum cogniturum, morbusne perfectè solutus sit, an non, etiam si forte solutus videatur: diem etiam atque aded horam, quæ sit ægotus moriturus. De popularibus & communibus ac pestiferis morbis tractatio, & de iis, qui variis ex causis syncope corripuntur, de que animi deliquio, quod variis item ex causis animanti obuēnit. De febricitantiū capitis, aurium, atque oculorum dolore, insomnia, luminis heberacione, ac de eorum curacione quibus sanguinem per nares in febribus effluere contingit, & quomodo sit prouidendum febricitantibus. De vesica, vrinæ difficultate, lumborum doloribus, de vlcerato iam osse sacro, ac testibus, & ano. De pustulis per totum corpus diffusis, vel in corporis parte natis: ac de tremoribus, & conuulsionibus. Quibus item dulces potiones in febribus maxime viles sint, præscribit; ibique liber quintus definit.

SEXTO porò libro de capitis & cerebri morbis agit vniuersis, non hos solum edocens, sed remedia quoque; ipsorum. Agit & de commotis à rabido cane, & de apoplexiâ atque paralyfi. De supercilij aut palpebrarum resolutione, itemque; de lingua, & vocali instrumeto, ac gula, dum hoc ipso malo infestantur, & de horum curacione. De canina conuulsione, & curacione resolutæ vesicæ, penis, & intestini recti. De cruris, alteriusve cuiuscumque membri medicina, ac de tetano seu distentione. De capitis variis doloribus è diuersis causis ortum ducentibus, ac de cephalæa & hemicrania. Describit & curaciones alopeciarum, capillorum defluentium, & depilium superciliorum. Quæ item capillos tingant, crispent, exstirpent, delabentes iuuent, attenuent, vnaque; horum psyllora. De furfuribus, morbo pediculari, achoribus, quæque; capiti accidunt sine causa manifesta pustulis, & horum omnium atque similibus incidentium morborum medicina. Item quæ auribus varia variisque de causis mala accidunt, & aduersus sanguinis ex ipsis eruptiones: ac de parotidibus. De affectionibus insuper, quæ nariibus contingunt, & de sternutatoriis, ac quibus potissimum remediis redundantes sternutaciones sedari possint. Horum omnium medelas & curaciones libro sexto recenser.

SEPTIMO post hæc libro (quod sexto capitis affectiones & morbos ad aures vsque & nares, earundemque partium curaciones esset persecutus) de oculorum nunc natura orditur, & omnigenis morbis, qui circa ipsos oculos concitantur, siue causam allquam internam illi præstant, siue ab externis proueniant atque pignantur. De arteriarum quoque sectione præcepta tradit, & de scythismo, ac de frontis per submissum scalpellum excoriacione, venarumque delectu. vbi & illitiones, cataplasmata, varia collyriorum genera, quibus oculorum morbi curantur, præscribit. Quæ quidem libro septimo cum cura tractat.

OCTAVO autem libro refert ab initio quædam de his, quæ supercilia exornent, quid suggestio sub oculo sit: quæque; hæc ratione & fiat, & curetur. Quomodo à Sole & vento non aduratur facies, ac per quæ hæc eadem sine rugis conseruari, atque colorem exuere, aut alia ratione nitidior reddi, corporisque; ipsius cutis odora effici possit. Hinc de omnibus iis morbis, qui ad faciem & os atque; tonsillas excitantur, pertractat, siue illi

*a. Distincte sunt
Anginae species.*

ab intrinseco accepta causa prodeant, siue ab extrinsecis euenire soleant. Dentium ergo hic varia continentur incommoda, eorumque curatio: vt & linguæ, gurgulionis, ac cæterorum omnium, quæ oris termino definiuntur, quo in numero censentur. Cyananche atque Synanche in faucibus consistentes morbi: immò & tonsillarum tumores supra scriptis accedunt. Docet item qua ratione strangulati, nondum tamen mortui, rescillari possint, tum de articularum affectionibus ac remediis disputat. De catharro quoque ac tussis agens, pharmaca simul tussis dolorem leuantia, describit, cum suffitionibus & epithematis. De orthopnoicis posthæc, & anhelosis, ægræque spiritum ducentibus disserit, ac de palpitationibus circa cor. De pulmonis denique ac pectoris morbis postquam tractauit, librum tandem claudunt præceptiones de pleuritide, tam quæ verè adest, quam quæ adesse putatur, vtriusque harum descriptione, quæque ad eas curandas faciunt, adiectis.

NONO libro incipit de cardiacis morbis, pergitque porrò de his agere, quibus atra bile stomachus perturbatur: aut si qui præterea morbi ventriculi os infestant. Cataplasmata iis atque auxilla, qui variis stomachi malis torquentur, enumerans. Ibidem de iis quoque agit, qui à stomacho epilepticorum more conuelluntur: itemque de inappetentia: de canino appetitu, cruditate, & horum curatione. Docet adhæc qua ratione crapula laborantibus opitulandum sit, & alui adstrictæ curam præscribit. Agit insuper de inflatione, & voluulo, seu gracillioris intestini obstructione, ac denique de omnibus, qui colicis doloribus cruciantur. De ventris fluxione, atque de cœliaca, quam vocant, affectione. De colliuatione: de lumbricis cum rotundis, tum latis: de iis quæ ascariides nominantur, deque intestinorum passionibus. Eorum quoque remedia describit, qui aurum, qui æs, vel tale quid deglutierunt: dyssentericis item quæ vel supernè vel infernè immittantur, remedia commemorat: passillos, supposita vnguentra, epithemata, donec tandem in sermone de lienteria librum finiat.

DECIMUM librum auspiciatur ab imbecillitate iecoris, indeque de omnibus hepatis morbis, & per quæ horum fieri medicina queat, tradit. Hinc ad splenis pergit affectiones, eiusque variam intemperiem cum curandi modis refert: [tales] inflationes, inflammationes, scirrhi, tumores præter naturam atque durities. De ictero tum agit, seu morbo arguato, & de mala corporis habitudine: itemque de hydrope, siue aqua inter cutem: vnde singuli hi morbi nascantur, & quomodo curari possint via ac ratione tradit: quo libri decimi labor terminatur.

VNDECIMO libro de diabete (hoc est vrinæ profluui) tractat, & de renum imbecillitate euentam vrinam excrementium. Hinc de calculosis renibus, calculosa vesica, ac de renum inflammatione, duritia, suppuratione. De dysuria quoque & stranguria, atque ischuria. De resoluta vesica, & de iis, qui se in somnis permingunt: de inflammata vesica, ac de sanguinis per eam eruptione, deque existentibus in ea grumis, tuberculis, vlcetibus: itemque de vesicæ fluxione, ac scabie. De satyriasi, priapismo, seminis fluxu, ac in somnis profluui. Horum omnium morborum causas, quoad eius fieri potest, explicat, & cautiones curationesque eorum. Extremo verò libro iis quoque, qui Venere vi nequeant, exercitia curationesque statuit.

DVODECIMO libro de ischiade & podagra atque arthritide siue articulari morbo agit: horum simul causas cum generales, tum singulares exponens, vna cum variis curationibus, & si qui ad hos accedere alij morbi solent. Varias item horum euacuationes, vntiones, malagmata, perunctiones, acopa, vnguenta præscribit: purgantia quoque illis accommodata & antidotos, aliaque plurima, quæ opem illis morbis adferre possint.

XIII. libro de morfu infestis animantibus agens, simul quas hæc moris vel affectiones, vel morbos afferant, singulorumque medelas exponit. Hinc & de fetis venenum eiaculantibus similem doctrinam tradit. Quin & plantas atque herbas, quæ venena sint, & vrentibus noxia, pari studio demonstrat. De fungis etiã, ac sanguine taurino, deque lacte in ventre coacto in grumos amplius docet. Quæ item metallica animanti noxia si in ventre mittantur, & horum explanatio. Adhæc de frigidæ, vel vini potu, qui homini noccat. De strangulatis, & qui in aquis suffocatione periclitantur, aut ex edito loco præcipitantur. De præseruantibus ac prælagis animantibus, præsertim domesticis. Hinc de Andromachi theriaca ex viperis, quomodo apparetur, quis vsus, quãdo vtendum, quomodo exploranda, qua mensura exhibenda, quibus denique morbis potissimum conueniat, describit.

describit. De aliis item theriacis agit, vero de antidoto Mithridatica, eiusque præparatione, vsu, atque in quibus proficit: cui etiam alias Antidoti species subiungit. de duobus inde Cyphi generibus scribit. Hinc de elephantia, de pruriginosis eruptionibus, de psycracis pustulis, atque de sudore subortis papulis, de tibiæ vlcerosi eruptionibus, & de cicatricibus, quæ ex vlcetibus relicta corpus denigrant, de duobus vitiliginis seu alphi generibus agit, & de leuce, ac tandem de lepra, earum ortum & causas, vnde originem trahant, curationemque referens. Atque hæc decimustertius liber docet.

XIV. libro de sedis variis morbis diligenter disserit, & de thymis in pudendis, de rimis atque inflammatione, de noma & carbunculis, & de vlcetibus vrinarum meatum occupantibus. De scabioso ac pruriginoso scroto, eiusque & testium inflammatione, atque de hernia speciebus. De emplastrorum cõfectione, & eorum coquendi modo, quæ his iniiciuntur. Ad hæc de neruis fauciatibus ac contusis: & de glandulis inguinis: & inflammatione generatim. De apostematis item, & cauis vlcetibus: quid prædictorum vnumquodque sit, subiectis singulorum remediis, exponendo. Præter hæc verò etiam, aduersus vermes in vlcetibus enatos, & ad nomas ac putredines vlcetum, itemque ad sanguinis eruptionem remedia apponit. Scribit & de sinibus, fistulis, gangræna, sphacelo, tum moribus canceratis, carbunculis, erysipelate, erpete, epinyctide, termintho, & papulis siue pustulis, horum ortus simul & apta remedia recensens. Medelam adicit igne aut aqua ambustorum, flagris cæcorum, abrasionum, intertriginum, carnis contusa, vel rupta, conuulsionis, contortionis, & de luxatis articulis, ac pernioibus. Item de digitorum pterygiis, de paronychis, de vnguibus contusis, subcreuentis, non fixis, scabris ac leprosis: quibus etiam remediis effici possit, vt pro delapsis vnguibus, alij subnascantur. De annulis quos aliquando contingit digitis insigi. De clauis & pedum rimis, seu fissuris, & de varicibus. Quæ postquam vtiliter omnia, atque ex medendi artis legibus præcepit, in illam tandem medicæ doctrinæ partem desinit, quæ de brachiorum ac crurum dracunculis agit: atque ibi XIV. libro finem imponit.

XV. libro pertractat de tumoribus laxis. De inflationibus, de tumoribus duris, atheromatis, strumis, bronchocelis, meliceridibus, stratomatibus, gægliis, aneurysmate, fauis, & hydrocephalis: horum quoque origines, causas, chirurgiam, aliasque curationes exponendo, vna cum multorum variisque generis emplastrorum præparatione.

Libro XVI. & vltimo, de vteri situ, magnitudine, forma scribit. Tempus item quo purgari, ac seminare femina solet. De conceptus earum tempore, & indicio cum fecunditatis, tum an iam conceperint, deque aliis pregnantium affectionibus. De cura item ac sollicitudine iis adhibenda, tum quæ magis ad pariendum apta, quæ incepta: de ægro partu, & quæ præter naturam nascuntur: de infantis exfectione, & defectu secundæ, seu secundarij inuolucri. Quibus item de causis vir aut femina steriles sint. Horum omnium prædictorum remedia hoc libro recensentur, vt potiones, pelli, & suffitus ad cõcipiendum. Hinc de vberum, mammarumque morbis omnibus conuenienti huic arti scientia pertractat, eorumque cõstitutiones, ortus, chirurgiam, aliasque curationes atexit. Mox de variis agit causis, cur in feminis mæstrua sistatur purgatio. De nimia quoque mensis purgatione, & muliebri fluxu partim rubro, partim albo: tum de vteri stragulatione, de feminis fluxu: admodum bona his statuta curatione. Ad alias quoque matricis variis pergit affectiones, puta apostemata, tumorem, molam, hydropem, vlcera, & id genus alia: vbi de vtero obstructo, non perforato, aliisque similibus locutus, medicinas quoque adicit. Item de nymphæ sectione, cauda, varicosa hernia, thymis, similibusque agit, & cadè iis methodo remedia præscribit. His faciei, ceteratumque corporis partium smegmata iungit, & suffituum cõpositiones. Atque hic vniuersum medicæ facultatis opus suum Aëtius absolvit.

Qui quidem huius viri labor (quantum ego cognoscere potui) Oribasi synopses, siue quam Eustathio, siue quam Euna pio inscripsit, in omnibus superat. Neque enim eo solum præcedit, quod causas reddat, quodque dinotiones, pñotiones, ac definitiones adferat: verum eo etiam, quod curationes copiosius tradat. Neque rursus hos modo tractatus conspiciatur superare: sed & quæcumque è Galeno ille in epitomen accuratè redegit: tum quod ad minorem liber hic molem cõtractus sit, tum quod maiore cum perspicuitate suam doctrinam proponat, tum etiam quod de pluribus agat morbis. At cum Oribasi collectione, quæ septuaginta libros cõplectitur, committere se ausus Aëtij labor, inferior fortasse iudicetur: tum quod tractationem de Anatomia prætereat, quam illa ex-

plicauit: tum quod considerationem de vsu partium, quæ Philosophi potius erant, quam Medici curantis opus, similiter hic prætermisit. Quin & eandem forsitan ob causas non-nihil cedat, vt minus illam à Galeni scriptis collectam epitomam vincat. Verum dixerim equidem (animaduersa quæ nunc est hominum negligentia, & inclinatione maiore in alia omnia, quam in ea, quibus ægrotum curatio perficiatur) hanc Collectionem præ aliis scriptis in vsu deducendam præferim, quibus abstrusorem medicinam scrutari, aut physiologiæ subsidio cognitionem & veritatem consequi, propositum non est, sed ad solam corporum medicinam respectum habere, nulloque quod ad eius vsu pertineat, destitui. Qui enim re ipsa demonstrare volent curacionibus morbos depelli, eos hunc librum manibus diligenter terere, eidemque operam ac studium nauare oportebit. Cui admonitioni quisquis parebit, nã ille mox experiundo laboris sui fructum referet. 298

IOBII MONACHI

CCXXII.

Commentarii de VERBO incarnato libri IX. capita XLV.

LECTVM est IOBII Monachi opus libris nouem, capitibus vero quinq; quidem illis supra quadraginta, sed quibus alia nonnulla intericiantur. Ipse auctor titulum libro dedit, DE VERBO INCARNATO COMMENTARIVS. Propterea nimirum, quod (vt ait) multas hic de FILIO DEI homine quæstiones pertractet. In tractandis igitur controuersis (si generatim loquaris) non pœnitendus quidem ille est, aut remissus: non ita etiam rectè in solutionibus procedit. Nam vt maximè solutione in plerisque vestiget: in quibusdam interim sola illi, quæ apparet, species satisficit, vt nihil altius ad certiorè veritatem penetret, quin & hoc fortassis alius quispiam dixerit, ipsi etiam sese offerenti speciei conatum eius cedere. Et si cum in hoc opere, tum in eo quod cõtra Seuerum scripsit, & rectè religionis est (quod quidè obseruauerim) amans, laudèque dignus, & diligentèr exercitatus, non contemnendæ, atque in sacrarum præterea scripturarum cõmentatione insignitèr exercitatus, Iuliu autem viri cuiusdam virtute clari ad hunc sese laborem aggressum refert.

LIBER I. & II.

Cur Dei filius, non Pater, aut Spiritus S. humanam formam induerit. Cuius esse quæstionis solutionem hanc carbitatur. Quædo filius Verbum est, & homo Verbo atque imagine Dei olim cohonestatus, hisce postea excidit, & comparatusque est iumentis insipientibus, & similibus factus est ipse: propterea nimirum Verbum ad eos, qui in irrationabilitatem lapsi erant accessit, ruinam nostram reparans, ac nos in pristinam dignitatem postliminio reuocans. Verbum enim, inquit, caro factum est (id est, naturam nostram in irrationabilitatem prolapsam, & nihil iam intelligentiæ habentem, sed totam ad ea, quæ carnis sunt inclinatum, assumpsit) & habitauit in nobis.

Joan. 1. 14.

Non hac apud Esaiam hodie, sed Abacuc 3. 2. leguntur, & non nihil aliter. Vide qua notata sunt ad Petrus Testamentum Græc. t. 1. LXX. Rom. adit.

Psal. 11. 71

CAVIT I. Primam itaque librorum suorum quæstionem proponit, Cur Dei filius, & non Pater, neque Spiritus S. humanam formam induerit: Cuius esse quæstionis solutionem hanc carbitatur. Quædo filius Verbum est, & homo Verbo atque imagine Dei olim cohonestatus, hisce postea excidit, & comparatusque est iumentis insipientibus, & similibus factus est ipse: propterea nimirum Verbum ad eos, qui in irrationabilitatem lapsi erant accessit, ruinam nostram reparans, ac nos in pristinam dignitatem postliminio reuocans. Verbum enim, inquit, caro factum est (id est, naturam nostram in irrationabilitatem prolapsam, & nihil iam intelligentiæ habentem, sed totam ad ea, quæ carnis sunt inclinatum, assumpsit) & habitauit in nobis.

II. Nam hanc etiam ob causam, ait, virgineos recens sinus egressum Verbum excepit præsepium, brutorum mensa, bobus atque asinis alimentum præbens. Bobus quidem, quod puri cum sint, veteris populi Israël symbolum præferant: asinis verò, quod ob impuritatem gentium cœtum repræsentent: quos utroque iam opere atque opinionibus in irrationabilitatem illapsos, Verbum reuocauit. Quemadmodum & alicubi propheta a Elaias prædixit: In medio duorum animalium cum clamaueris, memoraberis: cum appropinquaueris anni, cognosceris.

III. Sagenam quoque in Euangelica parabola testimonium esse affirmat extremæ & irrationabilitatis, in quam delatum sit humanum genus, vt vel à piscibus maximè mutis, & irrationabilibus nihil differat, quos sagenam, quam à Verbo iactam esse constat, inde eduxit, & rationis donum eo destitutis restituit.

IV. Illud item Verbi mandatum, quo recepto Petrus, & piscis ore aperto, staterem inuenit, argumentum esse liberari per Verbum humani generis ab irrationabilitate. Staterem enim indicasse asserit regale numisma, vel certè dominica oracula. Eloquentia enim Domini argentum igne examinatum, quod autem in piscis ore stater absconditus latuit, confusam atque defossum ratiocinandi vim & gratiam in iis, qui piscium instar bruti euaserant, [significasse:] quorum Petrus donum, à Verbo utique confirmatus, aperto piscis ore, tollit, conspicuum exhibet, & in medium productum munus vt exsequeretur suum efficit.

V. Idem &

V. Idem & ex eo significari ait, quod Verbum incarnatum asinæ ac pullo infunderit.

VI. Quin imò & ex illo pisce, qui post resurrectione prunis impositus torretur. Id enim quod prius erat irrationabile, dum à verbo velut ab igne torretur, non irrationabilitatem solum amittere, sed spiritalem etiam Verbi cibum manifeste fieri.

VII. Linguarum insuper illud Apostolis donatum munus, nihil indicare aliud, quam Apostolicæ ordinationis decretum, vt scilicet vel ex ipsa figura discerant, propterea se illud esse donum consecutos, quod verbis Verbi mandata subministrarent.

VIII. Præcusem etiam illum, vocem utique clamantem Verbi, quem sacra litteræ prædicant, nihil aliud per ea quæ dixit, indicare, quam quod Verbum ad curandam irrationabilitatis morbum accesserit. Hoc & Dauidem ipsum pronunciare: Misit Verbum suum, & sanauit eos.

Hæc igitur duobus primis libris sic exequitur, vt altero certamine prælusorio inuenilliter egerit contra aduersarios, dicentes: Propterea Dei Filium hominem factum, atque saluatorem aduenisse, eo quod in adoptionem vocatis, non alium aliquem præter ipsum Filium oporteret dicere atque instauratorem adoptionis & esse, & appellari.

LIBER III.

CAP. IX. Tertio vero libro causam reddit, Cur Dei Filius homo factus. Ipsam ergo ait, oportuisse creatorem ac formatorem corruptam creaturam reformare atque innouare. Et si autem Pater quoque ipse perinde creator est, vt & Spiritus sanctus, nihil tamen minus omnia per Filium facta esse sacra litteræ perpetuo docent. Quare plasmatorum oportebat lapsam creaturam ad se recipere, & per reformationem seruare. Quid vero de his sacra litteræ? Omnia, inquit, per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et: Ex ipso, ait, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Itemque: Per quem fecit & secula. Certe qui inde natus est paterum nostrorum chorus, per Filium omnia Patrem facere, diuinitus tradiderunt. Sic illa quæstione profligata, mox ad alteram huic adnatam accedit.

300

X. Querit, Quomobrem, cum vna atque eadem efficacia, gloria, potentia in sancta Trinitate consideretur ac celebretur: perpetuo tamen cum sacra Scriptura, tum SS. Patres, per Filium quidem Patrem omnia fecisse affirmant, non autem Filium per Patrem? Adeo ibi acriter hanc quæstionem textit. Cæterum ipsa solutio Communia esse dicit, quæcumque siue in Patre, siue in Filio diuinam decent maiestatem, & vero Patri etiam attribui, quæcumque de Filio prædicantur, siquidem ipse Filius non repellit Patrem ab ijs operibus, quæ dicitur facere Filius; quin vna potius inducit atque collaudat. Quando item à Dextera Patris est Filius, & Brachium, & Sapientia, & Verbum, & Potentia; Pater verò, nihil horum esse dicitur Filij: merito per Filium omnia facere Pater dici possit, (cum & in nobis eadem cernatur ratio) non è diuerso Filius per Patrem.

Adfert & aliam causam (non iam allatæ controuersie, sed proximè præcedentis) non satis illam, vt mihi videtur, consentaneam. Afferit enim, Quandoquidem omnia per Filium facta esse dicuntur, nisi etiam incarnatio per illum processisset, falsitatis utique argumentum hanc sententiam fuisse daturam. At nō qui dicat per Filium facta esse omnia, ipsum mox omnium naturas subijisse dixerit: absit. Sed [hoc solum] ipsius hæc fuisse creaturas.

Sapienter deinde mundum ab eodem creatum & re creatum asserit, argumentum enim hoc esse euidens, quo qui Maneris insanie adhæreant, redargui possint. Nam si impia illa Manichæorum turba, cum ab eodem vtrumque S. Scriptura perfectum clamat, tamen vniuersi opificium Filij aduersario nescio cui attribuit: ad quæ non [putas] maledicta confugissent, si ab altero factum mundum, ab altero re creatum sacra litteræ pronunciasent.

XI. Ad ea quæ modo retulimus Capita vndeclmum illud adijcit. Cum, inquit Iobius, Scriptura Filium per excellentiam quandam Creatorem vocare solet, iusta simul distributione, & ex consequenti cum iudicandi, tum leges ferendi potestatem priuatim ipsi dedit, ac multo etiam magis (quando hæc deformata erat) creature renouandæ facultatem. Conditoris etenim est creaturam nosse, & vbi nouerit, pro sufficiuentium conditione leges ferre. Legislatoris vero est iudicium ferre, cum in eos qui

Cur Dei Filius sit homo factus.

Joan. 1. 5. Rom. 11. 36. Hebr. 1. 2.

a. Psal. 43. 4. b. 1. Cor. 11. 24. c. 1. Joan. 1. 1. & Psal. 32. 6.

a. Ioan. 5, 22.
b. Ioan. 3, 35.
c. 1. Petr. 2, 21.
d. Ab. 1, 1.

legem spreuerit, tum in eos, qui secundum illam vixerint. *Quare*, inquit, *Pater non iudicat quemquam; sed omne iudicium dedit Filio*. Et iterum: *Pater diligit Filium; & omnia dedit in manu eius*. qui creaturam per semet respiciens, & primus leges implens, & exemplum nobis degenda vitæ seipsum præferibit: quam vitam facile est recte instituere, si modo in Principem, & manu ducentem respiciamus. Optimus quippe legislator ille, qui non verbis modo quid agendum, sed actione potius ipsa præxit, quam etiam ob rem dicitur: *d. Quæ cepit IESVS facere, & docere*.

e. Luc. 11, 22.
f. Job. 14, 4.
g. Coloss. 2, 15.

XII. *Querit deinde, Quare non per hominem sit facta saluatio? aut: Quare non Angelus quispiam carnem induerit?* Respondet, Tentatam quidem hominum salutem per homines non semel, per Moïsem nimirum, & Prophetas: sed nunquam vel vnam aliquam gentem, totam Iudæorum puta, ab illo communi morbo conualluisse. quo modo igitur humanum genus vniuersum, morbo correptum, sanasset, aut e forem ligasset, atque eius arma abstulisset. *Quomodo vero putus homo eiusdem secum naturæ hominem expurgasset, earundem ipse particeps sordium? Nemo enim à sorde mundus*. Neque rursus Angeli vllius erat, si illi commissa fuisset Incarnatio, & Principatus & potestates in triumphum ducere, ac palam traducere. *Quomodo etiam seruus potuisset dominica ac regia præcepta, Legis inquam, in melius illud Euangelicum institutum (per quod nobis [solum] in cælum ascensus datur) immutato ordine reformare, quod Saluator fecit, cum diceret: h. *Dixit sunt hæc in lege, At ego dico vobis*. Quo modo item iubente conseruo, dæmonia eorumque princeps in tenebras mitterentur; quandoquidem i Michaël Archangelus pro solo Moïse, & quidem iusti, corpore, cum Diabolo disputans, per se non est ausus iudicium ei inferre blasphemiam? *Quomodo seruus ipse nos ad ordinem adoprivorum euehere potuisset?* aut quomodo, vt nunc per Filium, cognitum fuisset genus nostrum vna confidendi in patrio throno potestatem esse nactum?*

h. Math. 5, 22.
i. Epist. Iuda. 9.
k. Exodi 34, 21.
l. 1. Reg. 2, 8.

Hæc vbi differuit, causam reddit, cur Iordanes & mare rubrum, & Moïse quidem atque Elia & Elisæo transeuntibus, diuidantur; tunc præceptum Domini, quod in ipsis erat, reuerita (Naturæ quippe opus est, pondere illapsa, aquam scindi ac discedere; sic vt per miraculum ab illis patratum nihilo fuerit natura præstantior effecta) Domini vero pede calcante, non iam amplius pelagus naturæ suæ seruiens diuidatur; sed supra naturam, sui continuatione seruata, subleuiat Domino, seipso validius effectum. Igitur mare imbecillitatis suæ oblitum, naturam quidem non abnegat; verum miraculo reuertæ continuationis Domini, per illud ambulationem clare satis prædicat. Quare non absurde, ait, conijciat aliquis in diuisibilitatem illam in Domini per aquam ambulatione, Deitatis indiuisibilitatē diuisionem vero, quæ Moïse, & aliorum temporibus accidit, humanam crassitudinem significare; quodque nos è duobus simus compositi, materia & forma, æquibus & omnia constant corpora.

m. 2. Tim. 2, 13.
n. Luc. 1, 17.
o. Malach. 3, 6.

XIII. His dictis, ad tertium decimum transit caput, quo quærit, *Cur hominum genus nudam per diuinitatem Verbum non redemerit*. Ac primum quid dicit: Etiam si maxime hoc ita factum fuisset, nihil tamen impediret, quo minus stultiloqui, & omnia audentes (siquidem ex re qualibet vesani illi homines rationem à Deo respoicere insolenter audeant) alium rursus modum salutis requirant, eo qui fuisset non contenti, rursusque alio dato, & eum reprehendant, & alium inconcessum inquirent. Deinde, *Quæ hac maior esse dementia possit, quam id existimare, se quod conferat, nosse præ Deo, qui vt vniuersa in sapientia produxit, ita etiam conseruat?*

Solutur vero etiam illud hic: *Quomodo Deum tum communis sensus, tum diuina Scriptura omnipotentem celebret; diuinus vero Paulus dicat: m. *Deum seipsum negare non potest*. Quin alia insuper sexcenta suppetere, quæ Deum non posse æquum sit dicere: vt Non posse bonitatem amittere, neque mutationi obnoxium esse, & alia id genus. Cui quidem dubitationi solutio mox ista subiicitur: *Quæ Deum non posse dicimus, ea neque sunt, neque in rerum naturam cadere omnino possunt*. Vbi enim proditum est vnaquam, vt Deus vel negaret seipsum, vel mutaretur, vel bonitate excideret; aut quod verum erat, falsum fieret? *Omnipotens vero & dicitur, & prædicatur, quod quæ ipsum decet, & salutaria sunt rebus creatis, ea facere possit omnia, cum vult*. Alioquin hoc ipsum dicere, Non posse Deum, quæ non decet ipsum, ad potentiam pertinere reuera. Si enim hæc omnia priuatio atque impotentia quædam sunt; quomodo*

quomodo non summæ hoc erit potentia ac fortitudinis, infinito quodam spatio supra hæc omnia collocatum esse? Quamquam nec ille forsitan à recto discedat, qui istud quoque ijs quæ iam dicta, adijciat: nempe ratiocinationem hanc non diuinum solum nomen oppugnando, conari eius omnipotentiam euertere, sed illud etiam omni penitus vi moliri, vt omnium rerum naturam confundat atque in aliam formam transmutet. Nam si iustitia non potest quod iniustitia (nunquam enim iniuriam fecerit iustitia) vitium vtique plus poterit, quam virtus. eademque ratione, si homo lapis esse non potest, lapis potentior sit, quam rationis particeps animans. Atqui si hæc iterum inuertas, nihilominus quæ viribus potiora iudicabantur, rursus imbecilliora videbuntur ijs, quæ potestate vincebant: & de cæteris omnibus ad eundem modum. Ita ludicrum quid huiusmodi ratiocinatio est, & nugationis Sophisticæ ludibrium. Refellatur igitur horum vel nequitia, vel inscitia, si dicatur, quod aut non norint, aut certe nouisse nollint, duplex esse potentia nomen. Alias enim proprie significare potentiam, quæ & Deus omnipotens appelletur, & omnia quæ existant ex innata sibi ac propria vi, quæ ad naturam suam pertinent, operari dicantur: Alias verò dumtaxat, quod decorum & conueniens sit, adsignificare. Cum itaque dicimus, *Non posse Deum seipsum negare*, hoc dicimus, *Neque decens esse Deo, neque conuenire, propriam naturam inficiari*. Similiter cum dicimus: *Non posse vllam mutationem admittere, vel à bonitate excidere*: Non decere ipsum dicimus, neque conuenire, vt aliqua illi vel mutatio, vel alteratio attribuat. tur, quod non modo nullam mutationis significationem habet, sed omnipotentia potius firmissimum est testimonium; eademque in cæteris ratio. Sed hæc [illis argumentis] obiter interposita sunt.

XIV. Iam vero probus sane noster hic Auctor, quartum decimum huius Operis caput illud statuit, quod maioris esse & præstantia, & sapientia docet creaturæ reformationem, quam formationem; cum cæteris de causis, tum quod per solum verbum formatio confecta sit, reformatio autem non nisi per ipsiusmet Creatoris operationem. Paulum igitur Sapientia magnitudinem efferendo, ista loqui ait: *a. *Vt innouescat Principibus & potestatibus in cælestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei, quam fecit in Christo IESVS**. Eum item, qui inseparabilem Dei erga nos amorem ostendere conatur, non hoc commemorare, quod ab initio hominem formauerit, neque quod suam ad imaginem hunc effinxerit, vt nec quod magnum aliquod aut admirandum opus susceperit; *Quid igitur? Filij ipsius per carnem aduentum refert, per quem vtique nostra est patrata reformatio*. *b. Sic enim, inquit, Deus dilexit mundum, vt Filium suum vni-*

XV. Addit insuper, iusta cum ratione ac necessario Verbum nobis per carnem salutem esse operatum. Quando enim iam antea omnia via ac ratione frustra adhibita, (etenim & Prophetæ, & d. *populi duces, & mirifica prodigia, & beneficia, minæque ac pene, vel ex parte, vel etiam in vniuersum [præcesserant]* humanum tamen genus in melius mutationem nullam admisit, morbusque insanabilis potius factus est: ex necessitate scilicet tum, atque consequentia, vel potius ex ineffabili bonitatis abundantia, Verbum (assumpta carne) ducem se ac præceptorem, atque instauratorem bona cum

a. Ephes. 3, 10.

b. Ioan. 3, 16.

c. Luc. 15, 4.

d. Diuina 2, 20.

mentationem productionemque. Vt & quod efficiendi perficiendique potentiam spiritui tribuat, per ea quae adiunxit: *Et spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Gregorius quoque diuino suo ore dicit: *Primum Angelicas potestates cogitat, atque illa cogitatio erat opus, quod Verbo complebatur, & Spiritum perficiebatur.* aliaque sexcenta. Vtiliter ergo, & ad institutionem atque introductionem satis accommodata diuinae cognitionis praeconium processit. Etenim in veteri Testamento, velut in vniuersorum causa primaria primum praedicatur Pater: deinde Filius tanquam operatrix causa declaratur: Tertio denique, vt causa perficiens, Spiritus Sanctus. Quae enim perficiendi vim habent, ea pro suo quem a fine habent nomine, & profectu & incremento rerum temporumque; manifestantur, coronae videlicet illius instar, quae ob athleticis sudores in fine renunciatu [victori] adaptatur. quam obrem etiam postquam hominem primum formauit Deus, vt eundem deinde perficeret, inspirauit in faciem eius spiraculum vitae.

XIIX. Haec aliaque similia, quibus Spiritum sanctum perficientem esse doceat, vbi laboriosus hic homo studiose collegit; Propterea, inquit, illuminati catechumeni diebus septem candidari incedunt. Quae item causa fuit, cur vetus instrumentum, quod vmbrailem baptismi typum gerebat, hoc idem obleruaret: *a Comedite quoque (ait) panes, qui positi sunt in camistro & consecrationis. f De ostio quoque tabernaculi testimonium non exhibitis septem diebus.* Et non dierum dumtaxat numerum descripsit olim vetus Testamentum, sed & quaecumque alia hic consequuntur.

Primo etenim nunc baptizatur, deinde vnguento vngimur, inde pretioso sanguine dignamur. sic profus & Moses haec adumbrans, abluu primo aqua eos qui consecrabantur, mox induit & cingit, deinde confert olei vntionem, & tum sanguine aspergit, atque ad panis lumptionem adducit. quapropter & *p. B. Lucas in Euangelio primum, ait, benedici Dominici sanguinis calici, & fideles participes fieri, atque ita demum panem sumere.* quamquam diuinus Apostolus calicis benedictionem alicubi praemittit, in reudum vero corporis dominici benedictioni subijcit. Ait enim: *b Calix cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus? Et rursum: i Non potestis calicem domini bibere, & calicem demoniorum: & non potestis mensam Domini participes esse.* k Alibi vero dicit: *In qua nocte iradebatur (de Domino loquens) accepit panem.* ac dein de calice differit.

Hec igitur vbi retulit, causam huius vati ordinis reddere conatur, dum ait: Quandoquidem in nobis primus sanguis constituitur, qui hinc in carne conuertitur, naturali via Scriptura procedens, hunc etiam ordinem in mysteriorum narratione retinuit. Porro 308 contrarius huic ordo, communis mensae ritum imitatur. Primo enim in ipsa panis apponitur, ac tum vinum infertur. Communem autem illam mensam, rursum respondere nostrae formationi [addit.] Postquam enim (vt vult Iob) de luto formati sumus (quod est terra & aqua temperatur) Nutritio autem quaedam quasi formatio est, replens ac reficiens, quod defluerat. idcirco quemadmodum in ea quam Deus fecit formatione, aridum ante humidum sumptum est, sic & in ea, quam nos huius imitatione facimus formatione, panis ante vinum sumitur. Huiusmodi ille fere de ordine ex natura philosophatur; etsi id non satis pro dignitate Theologiae.

Quod autem candida, qui baptizantur, vestem gerant, inquit, signum illud est angelici splendoris, qui puritatem mentis illis, sine mixtione materiae ac passionum, exhibet, quorum quidem gratiae cum illuminatus sit participes effectus, in notioris accepti donis seipsum conseruare debet. Atque in his decimo octauo capiti ab eo finis imponitur.

XIX. Capite causas recenset, *Cur in mundi fabrica referenda, Moses ab angelorum creatione initium non duxerit.* Mosem ergo leges hominibus laturum, cum recte quidem agentibus bonorum promissionem, minas vero ad Deo & poenam sceleratis intenderet, merito, ait, pro historiarum more illorum etiam omnium creationem adducere, quorum visus vel ad beneficentiam, qui admoniti fuere, vel ad terrorem incutiendum valeret. *Erit enim, inquit, calix aneum, & terra ferrea.* & quaecumque aliae huiusmodi creaturae eorum vel ad vsum recte agentium, vel ad correptionem peccantium descriptae sunt. Cum igitur Legislatori propositum fuerit, & mortali generi leges ferre salutares, & ipsis legibus laetis praesidium, suppliciorum minis, ac praemiorum promissione, quaerere, vtrumque horum ex creaturis desumendo: propterea quaecumque ad hunc scopum conducunt, horum etiam creationis historiam pertexuit, ijs quae eo non pertinebant reiectis.

Deinde

Deinde per sensibilem mundum, tanquam per imaginem, voluit Moses artificem eius, & creatorem, ijs quibus legem ferebat exhibere. qui cum tunc adhuc crassiores essent, & vix de sensibilibus atque cognatis rebus, eorum quae videntur creatorem possent cognoscere; recte illud confici non potuit, cepta ab angelis narratione. Ex ignotis enim, non autem ex apparentibus notitiam ignoti parare velle, inutilis sane conatus est, valdeque infirmus. Alioqui Deum si non recte, at aliquo saltem modo Iudaica gens, etiam ante legem latam, glorificauit: cum angelorum ne appellationem quidem nouisset, vno forsitan & item altero excepto, quibus id S. Spiritus gratia reuelarat. Confirmat quae dicimus hoc, quod etiamnum Sadducaei Deum quidem existere, & architectum esse mundi facentur, cum tamen angelos illos esse pertinaciter negent. Angelorum vero natura atque appellatio a principio ignota, inde primum in notionem venit, ex quo Abraham in Deum pietas cognosci cepit: vnde aucta atque amplificata, in omnes deinde pius deturba est. Quamquam hos etiam Moses in fine suae historiae cum alia creatura coniungens: *b Latamini, inquit, calix, & adorent eum omnes angeli eius.*

Tertium illud addit Iobius, si visibilia nobis viciniora, atque ad cognoscendum aptiora, quam inuisibilia sunt; recte sensibilem tradens ortum Moses, maiora tantisper rudibus tradere ob inaccessam difficultatem, & quae multa indigeret instructione omittit. Tu porro hic vna mecum considera, vnum esse admodum de sensibilibus docendum illud, quod a Deo producta sunt: cum de intelligibilibus duo haec docenda veniant, & quod sint, & quod suam ex Deo subsistentiam acceperint. Propterea quoque Angelorum non meminit Moses, dum mundi creationem narrare primum incipit; ne qui forte fidem latius extendere cupiunt, atque instabiles sunt, ipsum quoque vniuersum ab Angelis conditum esse opinarentur. Si enim cum nullam huiusce causam Moses scribendo dederit, Hebraeorum tamen non pauci, & quibus horum placet error, mundum ab Angelis, quaeque mundo continentur, creata esse nugantur, quanto yriue auctior erat futurus morbus, si quid tale ab ipso Legislatore Mose scriptum fuisset.

Nunc vide mihi ratiocinationis huius accuratorem. Ab Adami praeruaricatione usque Noe generationem, Angelorum natura in hominum cognitionem minime venit. quae prima omnium aetas fuerit. Ac ne in secunda quidem aetate, quae in audacem illam turris aedificationem desinit. Sed nec tertia se potest aetas angelorum cognitione iactare, quae vsque dum Abraham Deum cognoscere cepit, vt manifestum est, extenditur. At postquam Abraham promissiones illas, quae Dominicam incarnationem veluti fundabant, ac praordinabant, factae sunt, humanaeque mentis oculi veritatis luce collustrari magis ceperunt, & animi fluctuatio stabili religionis fide confirmari; tunc certe angelus vnus introducit ancillam Abrahae Agar ministrans, qui illam animi pendente ac deficientem solateretur. Tantum non hanc vocem mittente historia, magnu esse discrimen inter ministerium & creationem, in rerum creatorem, & res creatas.

Illud enim dominationis est atque imperij; hoc vero obedientiae ac feruitutis. Quam obrem & Paulus praeter caeteros Legis bene peritus: *Nonne omnes sunt administratores Spiritus, in ministerium missi?* exclamauit. Haec igitur de causa, vt diximus, Angelorum creationem initio historia non attigit. Quae quidem vbi retulit Auctor, aliaque adiunxit, quae (mihi saltem) nequaquam ea videntur ad rem propositam adferre, quae necessaria erant, tertium tandem librum finit.

LIBER IV. & V.

QUARTVS vero & quintus liber duobus capitibus absoluitur, neque aliud quid attingit, quam [CAP. XX.] decentissimum fuisse, vt immutabilis nativaeque Patris imago nos ad eandem conditos (sed qui formam illam iam corrupteramus) a fordibus mndaret, & pristino deo restitueret: [CAP. XXI.] vtrque oportuerit veram & Hypostaticam Sapientiam Dei conuersos in insipientiam, & iumentis similes reddidos a stulticia liberare, & ad rationabilis creaturae dignitatem reducere.

SEXTVS Liber primus illud [XXII.] Caput proponit: *Quare Dei Filius opifex Creator, & Index Dei Filius* dicitur, cum prima nostre existentia, tum reformationis in fine saculorum, tum etiam *Index omnium, noua resurrectionis tempore?* His enim tribus inter se connexis, & ad eundem dominum artificemque relatis, ipsa quoque quaestio & solutio connexam atque coherentem rationem habent. Postquam enim creauit, merito perditos reparat. Quod cum ita sit, consequenter etiam suae creaturae legem fert. Vnde & illud planum efficitur, ipsius esse sententiam incorruptam ferre, tam in legem seruantes, quam in eam sponte violantes. Praemissa igitur quaestione, *Cur cum nulla sit in Trinitate gradus superioris aut inferioris differentia, Filius tamen potius opifex atque formator praedicatur:* manifestum est hac vna soluta, reliquas quoque ex ea deinceps ortas quaestiones dissolui. Quare affirmat recte ac merito Vniuersi creationem ad Filium per excellentiam referri. Cum etenim Verbum in carne ad nos venisset, plures ac maiores haereses de creatione processerunt. In his aliqui verum atque vnicum creatorem ignorantes, in varias causas mundi creationem retulerunt. Vnde non in multitudinem solum Deorum quidam sese effuderunt, sed & bono malum opposentes, Vniuersi gubernationem indiuisibilem in contrarias Providentias distaxerunt. quidam rursus indiuiduae & per omnia aequalis Diuinitatis diuiores amaros atque iniustus se constituentes, tota Dei maiestate Patri attributa, Filium ac Spiritum sanctum ab eiusdem naturae participatione repulerunt. Hoc pro sua dementia praetextu arrepto, quod & DEVM vnum (quem etiam Patrem praedicat vetus Lex) celebrarent, & noxam adducendis audaciae esset, Filium vel Spiritum Deum confiteri. Ex his vero fuerint tum qui ignorantia Filij & Spiritus laborarunt; quotquot nimirum Iudaeorum atque gentilium tabefecit error; tum qui scientia quidem, sed fallaci praediti (vt Arius atque Macedoniani) ipsum creatorem impie rebus creatis adnumerauerunt. Vide igitur, quando hic error longe adeo lateque inualefcere potuit; si etiam creationis Vniuersi dignitas desinitae Patri esset attributa, praetereaque redemptio atque iudicium, quis non impijs dementiae color, ac praetextus confingeretur, quo Filium ac Spiritum sanctum, vel nullo modo subsistere, vel subsistentem in creaturarum ordinem redigere audent? Propterea igitur Pater Filio iusta de causa cedit, cum creationis dignitate ab initio, tum reformationis, tum etiam iudicij. Veruntamen non si in eorum aliquo, quae modo diximus, Filio cessit Pater, mox etiam in omnibus cessit. Neque enim hoc disponens omnia sapienter Providentiae fuerit: quandoquidem tali nulla penitus apparente occasione, multi impiorum duo Testamenta contrarijs Legislatoribus assignarunt. Quare conuenienti prolixius, quaeque Deum deceat ratione, & sapientiae plena dispensatione, Filio non formatio solum atque reformatio, sed iudicium quoque (etsi tribus personis communia haec sint) per excellentiam attribuuntur. Sic igitur obiectam quaestionem Dei amans Scripor hic dissoluit: cui & alia accedunt, quae parum nequaquam cum supra scriptis vtilitatem habent.

Interim praesenti dubitationi aliud quiddam inuestigatione dignum admiscet. Quae rit enim, *Cur Filio Pater preponatur, ac dehinc tertius Spiritus sanctus constituitur?* Respondetque certum esse, Diuinam naturam (cum nec verbis exprimi, nec mente comprehendi queat) neque ratione, neque oratione hoc ipsum quod est, e vulgari vel nominari posse: Quibus vero per ineffabilem dispensationem cognoscenda obijcitur, non sicuti est, sed vt fas atque vile est ijs, quibus apparer, sic pulchritudinis suae splendorem immittere infixius in se intuentes, & vt cumque fruendam dare. Quapropter vt profundius, & magis Theologice loquamur, siue Trinitatem, siue vnitatem, siue Patrem, siue Filium, siue Spiritum sanctum, siue Deitatem, siue aliud quidpiam incóprehensibilem illam & ineffabilem naturam cogitemus, vel nominemus, non haec illa, sed supra haec est. Quamobrem etiam ineffabilium enarrator clamat: *Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, Cum autem venerit quod perfectum est, enabitur quod ex parte est.* Huiusque germanus discipulus, sapiens ille Dionysius, haec ipsa iisdem propemodum testata verbis reliquit: maxime vbi de perfecto atque vno agit. Quando

b. 1. Cor. 13, 9.
& 10.
c. Cap. XIII. lib.
de diuin. nomi.
nibus.

Quando igitur plurima eorum, quae de Deo dicuntur, non id quod est, significant, sed potius manu ducunt, & pro captu nostro per cognatas nobis res atque voces, mentem nostram supra nos attollunt: perspicuum est tale quid illud esse, quod primo loco inter loquendum proferatur Pater, deinde Filius, ac post hunc Spiritus sanctus. Quemadmodum alieubi etiam ipse Dominus, nos instruens, discipulis ait: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Quoniam ipsa secundum se diuina natura, neque praeponi, neque subici apta est, sed supra omnem tam numeri, quam singularitatis notionem collocatur. Numerus siquidem, & vnitas de substantia dicuntur: diuinitas vero substantiam superat vniuersam. Quemadmodum igitur DEVS omnia quae in tempore existunt, sine tempore cognoscit: & indiuisè, quae diuisibilia, vt & fluxa, sine villo fluxu: sic omnis creata natura, id quod tempus excedit, in tempore cognoscit, & diuisè, quod diuidi non potest, quodque ineffabile est, per cognatam nominibusque & verbis efformatam vocem.

XXIII. Quae rit deinceps, *Cur Filius, cum loquimur, medium adsumatur, extre-
miusq; locis Pater & Spiritus sanctus?* Respondet: Quoniam iustitiae trutina dicitur Deus, proportione quadam cum trutina nostra, ided quoque in natura diuina ordo eiusmodi excogitatus est, vt filius medio occupato loco, exactam aequalitatem cum extremis teneat. Ipse enim & a principio creationem, & ad postremum generis [nostri] instaurationem perfecit. Quin etiam trutinæ exemplum, infinite potentis Trinitatis aequalem omnino ac parem potestatem subindicat, cum nulla trium personarum, vel plus altera assurgat, vel ad ima magis vergat, sed in aequali & pari, nulloque modo differente gloria, & essentia trutinetur, ac theologicè expendatur. Vnde & in rebus generatis aequalitas datur, & iustum aequis ponderibus libratur. Haec ferè in vicesimo secundo capite sexti libri, itemque vicesimo tertio ab eo contextuntur.

XXIV. & XXV. Post haec analogiam quandam seruati adserit à duplici illa Trinitate, quae in alis Seraphin consideratur. Et medium quidem Patri respondere, extrema vero Filio, ac Spiritui sancto. Triplicem quoque illam & omnino inuariatam in se vocis SANCTVS exclamationem, trium personarum immutabilitatem, quo ad essentiam, potentiam, & facultatem subindicare. Quin & illorum trium consubstantialitatem atque vnitatem velut sigillo obsignari ac cooptrari, dum vnum duntaxat postea [per vocem] DOMINVS inducitur & infertur. Alarum item geminationem, significare cognitionem illam omnem, quae per hos in homines deriuatur (etsi per immateriales spiritus subministratur) non simplicem, sed materiatam deferri: ex nostris nimirum figuris ac formis, velut compositum quoddam, compositis adaptatam, cum duplex sit materiatum omne, ex materia constatum & forma. Quamquam & intelligibiles potestates, ex sanctificatione & substantia, quod duplicibus alis significetur, constari volunt. Certum verò quod horum cognitio, perfectissima illa, & quae omnem cognitionis simplicitatem superat, vt quae soli creatrici Trinitati adscribatur, inferior atque imperfectior existens, non ab omni sit compositione libera. Adhaec vocem SANCTVS sine vlla coagmentatione prolatam, & nullo omnino alio intercedente prouocabulo, indicare simplicem, minimè compositum, excellentem ac sacrosantum diuinæ naturae statum, cum omni alia natura & subsistentia comparata. Illud verò SANCTVS SANCTORVM, eiusmodi significare sanctimoniam, quae sit supra omnem aliam, quae nominari possit, collocata, minimeque cum illa componenda. Quotquot enim ob diuinam gratiam SANCTI dicuntur, profani alioqui atque impuri merito iudicari queant, si cum Deo componantur. Vt & omnes reges, serui, & existentia, non existentia, ad eum qui reuera existit collata. Excellentiam igitur, vt dictum est, ac singulare quid, & supra reliqua creaturae terminos de Deo nuntiat verbum illud SANCTVS. Sanctum enim hic dicas, non quod ab omni sorde, quae corpus aut animam inquinat, purum est nequaquam. Quae nam enim illa Dei laus, aut potius quomodo non extrema eius vituperatio sit, si id laudationis loco vsurpetur, quod Deus ab affectionibus nostris liber existat: Sed distinctam [Dei naturam vox illa] & ceteris omnibus antecellentem, atque ab iis seiunctam praedicat. Neque verò insolita sacrilitteris eiusmodi huius vocabuli significatio, vt ibi: *Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur.* Luc. 2. 29.

IOBIUS

a. Indic. 13. 5. In Sulp. c. LXX. Nazareus legitur, quia vox Hebraeis sancti, vel sanctificatum significat, ut apud B. Hieronymum, Siderum. b. 1. p. 6. 6.

e. Deut. 4. 24. d. Psal. 17. 37.

e. Quis in Hispania hodie spectatur, ad asium ardentem canticum de pellendum.

f. Matth. 4. 11.

g. Deut. 32. 42. secundum LXX. Et Psal. 96. 7. h. Hebr. 1. 6.

i. Idem docet Niceph. Cabasilas exponit. L. 1. cap. XX.

k. Gregorius Celsarius in hystor. compend. anno XXX. Theodosii.

l. Psal. 118. 3. m. Psal. 39. 8. e. d. Abr. 10. 7.

hoc est, selectum. Et rursum Iudicum libro: *Paries filium, & non ascendit ferrum super caput eius, quia sanctificatus est puer.* Aliaque sexcenta. Sic sane sanctificari locum, vel panem, vel vinum dicimus, quae Deo secernuntur, & ad nullum communem usum referuntur. Fidem vero ut faciat his (quod materiae expertes spiritus materialiter nobis materiatis res caelestes adferant) & forcipem illam adducere pergit, quam vnus e Seraphin ad Prophetam missus attulit, carbonem complexam. Palam enim est, corporalibus in Symbolis incorpoream illam potestatem incorporeorum quorundam, atque intelligibilem mysteria significare apud Prophetam voluisse, docente nos S. Scriptura: quemadmodum sine intermedio aliquo, & absque crassiore materia ignis capi non potest: sic nec rerum diuinarum quidquam percipi posse sine materialibus symbolis, ceterisque rebus, iis qui suscipere accommodatis. Est autem forceps materiam designans, quemadmodum & carbo diuinum numen denotat. *Deum enim noster ignis consumens est.* Et: *Eloquia Domini a igne examinata.* Ipsa quoque vox forcipis tantum significat, qui scilicet in solis apparet sensibilibus. fortasse vero & Verbi incarnationem, nostri causa factam, obscure designat praedictis symbolis probabiliter dicitur. Ignis enim diuinus, carnis nostrae crassitie [interfecta,] nobiscum conuersatus est. Fieri etiam potest, ait, ut forceps legalem ymbra designet: carbo vero nouum Testamentum, cum per legalia symbola noui mysteria Testamenti ostendantur, ac bene sententibus tradantur. Addit insuper: Cum corpus dominicum in sacra mensa propositum est: idem qui ab utroque latere sacris operantibus [adstant] in eorum, quae sex alas gestant symbolum, & confecta ex alis flabella supra oblata ibi horrenda mysteria agitare, ut ne sinant inuitos rebus visis inhaerere, sed eos mentis oculis supra omne id, quod cum materia coniunctum est sublato, faciant per ea quae videntur, ad inuisibilem contemplationem, & inexplicabilem illam pulchritudinem ascendere. Nam tum etiam cum corporaliter Dominus praesens esset, cum timore ac tremore Seraphin ei inseruiebant: huiusque timoris & tremoris specimen obscurum esse, alarum illam agitationem, quam ministrantes adhibent. Si vero Seraphin etiam incarnato iam Verbo ministrare declarantur, ut nihil ob eius in terram descensum de seruitute, quae in caelo erat, dimittant: clarum quod & alter incorporeorum spirituum ordo incarnatum cultu laetiae adorabat. Cum enim qui in his primum ordinem tenent, cultum non immutant, mox etiam par a subsequenter ministerium exhiberi confirmant. Scriptum est enim, quod etiam Angeli accedentes ministrarent ei. *Angeli* vero appellatio, ut rerum diuinarum periti norunt, commune est intelligibilem spirituum nomen. Et iterum de primogenito in orbem terrarum introducto S. Scriptura loquitur: *Et adorant eum omnes Angeli Dei.* Propterea etiam simulatque ad altare facerdotum accedunt, Cantor facer de superiore loco sic clamat: *Sanctus h. Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis.* Quem hymnum ex veneranda ac tremenda Seraphinorum professione compositum asserit. non tamen de suo habere hoc inuentum, sed e Iudaeorum gente quandam veritatis doctrina imbutum, qui alios quoque docendi auctoritatem ab Ecclesia accepisset, virum cetera sapientem, vitaque illustrem, huius doctrinae Iobio auctorem fuisse, cum vnde compositus esset sacer ille hymnus, exponeret. Docere vero ipsum, ex Cherubinorum hymno, & Psalmo XLI. sacrorum cantorum canticum illud conflatum esse. Celebrari enim in hoc Psalmo *Deum fortem viuum*: ac mutatam quidem esse vocem *viuum* in equipollens vocabulum *immortalis*, ipsa voce *fortis* retenta. ita factum illud canticum contextum esse. Porro exprimi voces *DEVS* & *SANCTVS*, ut distinctio fiat ab idolotum simulacris, quae terrestria sunt, humanarum manuum opus, & vere abominationes. *Fortis* vero aduersus muta, immobilia, & imbecilla idola. *Immortalis* denique, quod idola nec spirent, nec ullam efficiendi vim habeant: sed nec tantillam quidem vitae partem acceperint. Narrat hoc etiam, eundem illum sacrum virum sese docuisse, quemadmodum ab aliis quoque scriptoribus refertur, ut & B. Proclus (Constantinopolensis praesul erat) praedicti hymni constructionem, per teuelationem edocuit, cum Angelis factum hunc hymnum canentibus, primus ille eandem deinde doctrinam hausit. Tali disputatione vice simum quartum & quintum clauditur caput.

XXVI. Capite refertur, sex dierum numerum in principio typum esse agnoscendae Trinitatis, illudque cum ex aliis manifestum euadere, tum ex illo: *Dies 1. diei eructat verbum, & nos nocti indicat scientiam.* Quin & ex illo: *In m. capite libri scriptum est de me:*

est de me: quibus [saltem] contigisset percipere sex illis initialibus diebus nihil esse intelligendum eorum, quae apparent. Caput enim & principium libri, siue omnis a Deo inspiratae Scripturae, est opus sex dierum, quibus mundi creatio perfecta est: cuius ex magnitudine ac pulchritudine creator ipse agnitus canitur. Imaginem vero referre Trinitatis, & ad mysterij cognitionem conducere eosdem illos sex dies asserit, non minus quam de sex alis Cherubin symbolica & sacra oratio. quae certe docebat Trinitatis creatricis notitiam per materialem atque compositam cognitionem aduenire: quin imò simplicis ipsius, & incompositae substantiae trinam proprietatem, per materialem ac compositam aenigmaticè denotari: atque hinc etiam per duplicem Trinitatem illius, omnem simplicitatem excedentis Trinitatis cognitionem reuelari. fidem vero astruens rebus visis, septimum diem ait esse figuram illius temporis, in quo nobis requies erit a corporeis & grauioribus laboribus, ut & alibi etiam Paulus affirmat, relinquit qui sabbatum populo Dei. Qui enim ingressus est in requiem suam, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut a suis Deus. Si vero figura est septimus dies requietis a nostris materialibus operibus, quando & secundum eundem diuinum Paulum cum figuram esse materialis cognitionis meditando perspeximus, secundum quam ex parte & in aenigmate Deus a nobis cognoscitur. His addit Gregorius Theologi sententiam, qua vsque ad tres personas diuinitatis mysterium nobis manifestatum dicit: Vnitatem mota, ait, ob diuitias, binario vero superato propter materiam & formam, ex quibus corpora: Trinitate vero propter definitam perfectionem (prima enim [in numeris] trias binarij excedit compositionem) ut neque angustis terminis, diuinitas contineatur, neque in infinitum diffundatur. Addit huic & aliam causam, cur ad Trinitatem vsque diuinitas progressa sit, & ait: Quia solus numerorum ternarius librae figura est manifestissima. Libra vero aequalitatem efficit, simul ac significat. Vnde & in numeris solus ternarius medium occupat locum inter vtraque extrema partem atque incommutabilem, sic ut nulla omnino in tribus animaduertatur compositio, in quibus sextus speculatio huic homini liber absoluitur.

LIBER VII.

LIBRO septimo [cap. xxvii.] asserit tres politiarum mutationes a sacra representatione Scripturae, quas & *TERRE MOTVS* nominat. Primam quidem ab idolorum cultu in legalem reipubl. ordinationem, in qua solus Pater manifestissimè praedicatur. Filius autem & Spiritus symbolis dumtaxat & aenigmatis indicantur. Alteram vero ex hac in Euangelium, quo magis perspicue Filius & Spiritus sanctus manifestantur. Tertiam denique illam materiae magis expertem & diuinorem sortem, in qua penitus Trinitatis vniformitas, & indiuisibilitas, & omnipotentia, quantum natura creata assequi potest, in hominum indubitata peruenit cognitionem.

Primum autem terrae motum praedicat diuinus ille David, his verbis: *e. A facie e. Psal. 113. 7. Domini mota est terra, a facie Dei Iacob.* addit enim: *f. Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum.* Rursumque cum dicit: *g. Afferre Domino patria gentium, & intrate in atria eius.* Sed non in Iudaicum, & vnum tantum atrium: adiungit enim mox: *Commoueatur a facie eius vniversa terra, dicite in gentibus quia Dominus regnauit.* Et iterum: *h. Dominus regnauit, excultet terra, latentur in insula multa.* Ac deinceps: *h. Psal. 96. 1. Apparuerunt fulguratae orbis terra, vidit, & commota est terra.* multaque id genus apud eundem. *i. Elaias quoque dixit: Cum surrexerit conterere terram.* Diuinus vero Paulus secundum simul & tertium terrae motum describit, dum Aggae Prophetae verba inclamat: *k. Cuius vox terram mouit tunc: nunc autem denuntians dicens: l. Adhuc ego semel moueo non solum terram, sed & caelum.* Eadem & m. Gregorium cognomento Theologum scribere affirmat.

[XXIIX. & XXIIX.] Hac locutus profundius mox inquirere pergit, Cur primus Pater praedicetur? Respondet Dei prouidentiam circa nos pro illo rerum statu id fecisse, dum hac sapientissima ratione [homines] a Deorum multitudine abducere studet. Absurdum enim fuisset atque inordinatum eum, qui a Deorum multitudine auocare vellet, diuinitatis Trinitatem iis animis, qui longo temporum curriculo Deorum multitudinem attoniti suspexissent, committere. Praesertim cum Patriis notio silenti &

silenti & muto quasi suffragio Filium ac Spiritum sanctum existere confirmaret, eorumque cognitionem colligeret, non laedendo quidem imbecillos, sed religionis firmamenta mytice delineando. Nam Pater Filij omnino Pater est, & Spiritus quoque alicuius esse dicatur. Pater igitur nulli vllam multitudinis Deorum anam præbendo, potuit populo publicari: maximè cum & apud Hebræos, & apud gentes in more positum esset, vt ipsorum etiam hominum Pater Deus vocaretur. Mos enim ille inumbrabat supernaturalem Filij cum Patre coniunctionem, eosdemque simul existere, & mutam ante sæcula inter eos habitudinem esse. Quod autem Deus vocetur *Pater*, ex iis quæ nobis pro hominum more chara esse solent, dicimus. Nihil enim est omnium apud nos paterna appellatione aut iucundius, aut honorificentius, aut magis venerandum, sed neque familiarius quidquam, vel ad beneficentiam propinquius. Nam & producit Pater antea non existentes, & alit, & de liberorum victu satagit: quæ quidem, & magis etiam, pro primæ causæ conditione, ad Deum spectant, vnde per participationem ad generantem quoque Patrem pertinent, ex quo Deum vocare Patrem terrogenum more edocti sumus. Porro *Spiritum*, aut *Filium* vt vocemus Deum, patres è nobis ipsi causas non habemus. Neque verò Deorum multitudinem * horum cum Patre enumeratio sic funditus aboleuisset, aut impietati deditis multiplicandorum Deorum occasionem eripuisset, vt Patris solitariè sumpti prædicatio. Vtiliter igitur ac prouide solus Pater per leges & Prophetas clarè prædicabatur, cum sic nec prædicationis officiculum aliquod crassioribus præberetur, & magis speculatiuis Filij simul notio atque confessio ingereretur. Vbi si Filius prior prædicaretur, non perinde diuinæ prouidentie sapientia procederet, vt neque si sanctissimus ac viuificus Spiritus.

a. Filij & Spiritus sancti.

b. Psal. 2. 7.

c. Psal. 117. 16.
d. Psal. 32. 6.

e. Ibid. 7.
f. Sap. 1. 7.
g. Psal. 142. 10.
h. Isa. 61. 1.
i. Iob. 33. 4.
k. Psal. 103. 30.

l. Psal. 142. 4.

m. Psal. 2. 7.
n. Ibid. 9.

Ad eandem vtiq; hoc etiam prouidentiam & cognitionem pertinet, quòd Pater non sit incarnatus. Quomodo enim tolerari posset, si pro illo, *Filius meus es tu, ego hodie genuite*, ad incarnatum diceret, Pater meus es tu, hodie genuisti me? Quid enim non per dementia designasset Iudæorum gens, inuento ex re vix credibili ac minime rationi consentanea audacia suæ perfugio, si incarnatus diceret: Pater sum Dei? Quomodo item hæc non videretur fabula, si aliqua de celo vox diceretur appellare incarnatum: Hic est Pater meus dilectus, in quo mihi complacitum est, vel ipsemet diceret: Filius milit me, & maior me est, & quæcumque sunt alia generis eiusdem? Eademque hæc dici possint de Spiritu sancto.

Quamquam de hoc planius etiam Scriptura sacra, quam de Filio disserat. De Filio enim dicit: *Dextera è Domini fecit virtutem. Et: Verbo Domini à caeli firmati sunt: & similia alibi*, quæ intelligentia quidem quadrant, & consentiunt Filij significationi, sed non sine vocum abusione. Iam vide expressum & non detortum Spiritus sancti vocabulum: *Spiritus è oris eius omnis virtus eorum. Et: Spiritus f. Domini repleuit orbem terrarum. Et: Spiritus g. tuus bonus deducet me in terram rectam, item: Spiritus h. Domini super me. Sic: Spiritus i. Domini fecit me. & alibi: Emitte k. Spiritum tuum, & creabuntur: aliaque multa. Vbi & hoc ab ineffabili vtiq; Dei sapientia perfectum obserues, Filium aliis vocibus in Theologia, Spiritum verò sanctum suo tantum nomine appellari. *Filij* enim vocabulum prolatum, statim per se existens, suppositum adducit, quod errore in Deorum multitudine laborantibus occasionem præbuisset, ad illum ipsum errorem recurrendi, quem fugere docebantur. Spiritus verò, etsi à pijs similiter suppositum per se agnoscutur, vulgò tamen potest & crassioribus ita regi, quasi non aliam inducat personam, atque nihilominus etiam dum profertur, monarchiæ prærogatiuam firmare. Vt enim dum dicitur: *Anxiatius l. est spiritus meus*: non duas id affert personas, sed vnitatem peræquè retinet personæ: Sic & *Spiritus Dei*, dum ab antiquis audiretur pinguiore modo, & ad eum quo in nobis est, nullius hoc idololatricæ scandalum dabat. Propterea itaque Spiritus planè in veteri Testamento prædicatur. Filius non item, sed per huiusmodi nomina, quæ & ipsa nequeant vnitatem hypostaficos diuidere, vt illud: *Dei manus, brachium, sapientia, potentia, dextera, Verbum*, & quæ sunt generis eiusdem. Ista etenim nec in mortalium natura ipsam vnitatem in duo diuidunt, aut personam distinguunt. Sicubi verò etiam Filij vocabulum adfertur (quando mox vt dicitur *Filius*, differentia significatur personarum: vt in illo: *Filius m. meus es tu*:) adumbratum hoc & obteatum adducitur. Adiungitur enim: *Hodie n. genuite. & Postula à me. Quæ humana cum**

mana cum sint, & diuinæ * minus apra naturæ, Filij appellationem tegunt, & adumbrant. atque in similibus ad eundem modum.

At, cur tandem etiam *Dextera & Verbum*, & *Potestas Patris*, & similia dicitur Filij, non contra Pater Filij? An quia Pater non è Filio, sed Filius è Patre? Ad hæc, *Manus quidem, Brachium* quæ ac *Sapientia, & Verbum*, hominis esse dicuntur, cum homo dexteræ, vel sapientie, vel similitum nemo dixerit; quemadmodum non rami arborem, sed ramum arboris esse dicimus.

319 Spiritus item sanctus *Dei digitus* appellatur. quando autem digitus manus esse dicitur, conuenienter non solum Patris, sed & Filij, quæ paterna est dextera, esse dicitur. Verum non sic vicissim Filius sancti Spiritus. Neque enim manus digiti rectè dicitur.

Exod. 8. 19.
Luca 11. 20.

Neque verò vel ob hæc solum ab initio expediebat pro Patre Filium, aut Spiritum sanctum enuntiare. Etenim hominum Pater Deus, vt modò referebam, dictus est: *Filius verò nostrum*, aut *Spiritum* dici Deum, absurdum sanè ac minime consentaneum iudicatum fuisset. Quamobrem etiam Pater tunc prædicatus, ob familiarem scilicet vocis vsum, vnam vulgò innuebat, ostendebatque personam. [Quo tempore] si Filius aut Spiritus sanctus prædicatus fuisset, omnino personarum dualitas simul probabatur: Qui enim Filium audisset, statim ad Patrem retulisset, & Spiritum sanctum similiter: Cuius enim esset Spiritus, quæretet mens: [ac] quos multorum Deorum morbus teneret, incurabiles ex ipsa salutari Theologia redderentur.

Adde iam dictis, fieri non potuisse, vt quemadmodum Filij, ac Spiritus sancti, sic etiam Patris persona prudenti aliqua ratione absconderetur. Nam quod Spiritus Dei dictus sit *Dextera, Sapientia, Potestas*, id multiplicatorum Deorum insaniam [non diffculter] effugere potuit. Non enim percipit hic vulgus personarum simul differentiam induci. Cum si *Pater Dei* enuntiatum sit, siue genitum intellexeris, siue eum qui processit, nequaquam iam id, quin personarum discrimen adferat, ignorari amplius possit, neque simile remedium idololatriæ labe infestis adferri. Itaque ne tum quidem, si Pater è contratio *Filij*, vel *Spiritus sancti manus* nominaretur, seipsum absconderet, & dualitatem personarum contegere posset: ne hoc dicam, neminem vquam censere potuisse, vt quæ nunc commemorauimus, vel omnino dicerentur, aut sensum, aliquem, aut genium habere iudicaretur. Quare igitur Trinitas ab initio non euulgata est? Quia, quemadmodum laborantibus ex oculis splendidum lucis iubar, etsi saluterum, maximè noxiùm est, ita & multorum Deorum cultu occæcatis noxia erat Trinitatis Theologia, ac perniciosâ futura. Verum hæc, quidem Dei amans scriptor septimo libro tribus illis gnauiter pertractat capitibus, quæ post sextum & vicesimum ordinè consequuntur.

TRICESIMVM verò caput persequitur, vt primus b. motus terræ fundamētum b. altèrius fuerit, vtque non solum iis qui sub Mose vixerunt, Deum Patrem prædicando profuerit, sed & qui tempore Gratie. Postquam enim effecit, vt Deus hominum Pater crederetur: mox etiam quicumque in Deo fiduciam collocaret, meritò *Dei filius* appellatur. Vnde patefacta ianua, & via aperta est ad incarnationem cognoscendam. Quam etiam ob causam dum Filium secundus ille terræ motus prædicaret (quod iam consuetum esset hanc vocem de meris quoque hominibus vsurpare) non sic auditores turbabat prioris Testamenti vsu mitigatis auribus, vt non amplius sic vocis huius occasione insanuerint; quemadmodum insanuissent, nisi vtitata illis per vetus Testamentum esse cœpisset. Quem enim ad modum sub lege Filij aut Spiritus a perra promulgatio, ob eas, quas antea causas diximus, noxia fore videbatur iis, qui adhuc cicatrices iudicij à Deorum multitudine vulneris gerebant, Sic certè Patrem vel Spiritum sanctum incarnati, vmbraque tegi, & latendi accipere facultatem (vt in Filio factum) impossibile fuisset. Nam si tum quoque, cum Filij appellatio communis esset; atque vsu ritia; ipsum tamen Filium carne indurum, quia *Dei Filium* (quod erat) seipsum dixit, ex editiori loco præcipitare, & à alapis excipere, ac tandem cruci furiosè affigere aggressi sunt; quod non fecissent & ipsi, & discipuli, [solum] serui videntes formam, si incarnatus dixisset, *Ego sum Pater*, vel *Spiritus sanctus*? Ergo diuinitus, & supra quam dici ac cogitari possit, vniuersa mundi gubernatio vnâ cum hominum salute procurata est.

Luc. 4. 29.
Mact. 14. 65.
Ioh. 19. 3.

Attamen mox ab initio Verbum incarnatum non est, cum aliis de causis, tum
GG Idcirco

idcirco, quod non oporteret statim maximum medicamentum morbidis adferre, sed quæ vim haberent paulatim morbum abigendi. Ad hæc, ab initio Verbum in carnatum, non modo quantam in fine temporum, aduentu suo vilitatem [non] præbuisset, sed incitamentum potius idololatriæ ad errorem iudicatum fuisset. Nam si, cum Græci rerum potirentur, similibus affectionibus obnoxios homines tam facile in Dei euehebant dignitatem, quomodo scientes in carne Verbum apparens, tanquam Deum celebrari, non statim inde fictorum à se Deorum exempla peterent, iisque, qui conarentur ab hoc errore auellere, non promptissimè exprobrarent, illos ipsos, qui reprehenderent, hominem æquè pro Deo prædicare ac venerari. Propterea enim quo tempore Græci Deos fabricarent, Patris quoque vnitas prædicata est. [*a* Ne item dicerent: Si distulisset, suis se viribus humanum genus saluare potuisset, atque ita summa gratia, fuisset ingratis summum ingrati animi vitium. Etsi nihil etiam ab initio vetuisset, salutis loco contentionum amantes homines, sic rursus dubitare: *Cur non in fine*: sed in principio? aut, cur non in medio temporum cursu, *sed in principio Verbum incarnatum est*. Ita in se mutuo quæstiones secundum triplicem temporum differentiam torquentes.] Oportebat itaque primum illa euacuari, & ea quidem prædicatione, quæ Patrem solum annuntiat: Deinde quæ Deorum effingendorum errore è memoria sublato, verum Deum in carne manifestari. Sic igitur se habet hæc de Verbi in temporis plenitudine incarnatione ratiocinatio. Et quemadmodum primus ille terræ-motus per contrarias rationes Deorum multitudinè medicinam fecit, dum personarum discrimen texit, ita in nouissimis quoque temporibus, cum Iudaica opinio, in vnam personam lege ac tempore corroborata, Deorum multitudinem profligasset, & diuinitus tunc DEI Filius ac benignè carnem assumpsit, & Trinitatis mysterium paulatim detexit.

[XXXI.] Addit istis sapienter omnino Saluatorem, vobis quidem humilibus vtendo, diuinitatis abscondisse radium; sed per illius opera effecisse, vt omnipotentis virtutis maiestas effulgeret, ac per hæc eadem prædicari videretur. Atque hinc etiam ait, dicebat: *Verba quæ ego loquor, à me ipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera.* *b* *Credite mihi, quia ego in Patre, & Pater in me est: alioquin propter opera ipsa credite.* Duas autem has ob causas verborum humilitatem adhibuit. Primum quidem ad Iudæorum efferuescentem inuidiam mitigandam. Deinde verò, vt nobis quoque humilitatis exemplum ipsomet facto exprimeret. Tertio etiam, quia verborum splendor non omninò actiones simul emicare facit, cum tamen naturam excedentium & diuinorum operum patrati, verborum vnà secum humilitatem extollat.

Porro hoc loco dicti cuiusdam Euangelici sensum exponit: *Quid est facilius dicere, Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge & ambula.* Facilius autem primum esse dicit, quoniam illud; *Dimittuntur*, non eam habet verborum pronuntiationem, quasi ex propria auctoritate proprioque imperio proferretur. Nihil enim prohibet ab illo etiam, qui eius nequaquam sit dominus, remissionem annuntiare. At: *Surge & ambula*: totum à Dominico pendet imperio. Præsertim cum illud *Surge & ambula*, irreprehensibilem rebus ipsis adferendo auctoritatem, ipsam quoque remissionem complecteretur, qui enim ambulandi gratiam donabat, idem nimirum peccatorum etiam, ob quæ morbo ille tenebatur, remissionem conferebat. perhumani enim Domini est, & flagellum peccatoribus inferre, & flagellatum tam à plaga, quàm ab ipsomet peccato liberare. Sciens autem opus hoc non remissionem tantum delictorum confirmaturum, sed potestatem quoque dimittentis ostensurum, addit: *Vt autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, &c.* Ceterum necesse erat incarnationis dominicæ mysterium velut vmbra tegi: cum vt ab audientibus cupidius acciperetur, tum vt id tenebrarum princeps ignoraret. Nam tria diuinus Ignatius sæculi huius principem latuisse commemorat: Virginitatem MARIE, Conceptionem Domini, & crucifixionem CHRISTI. Affirmat quippe D. Paulus de principibus sæculi huius: *Si cognouissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent.*

[XXXII.] Hæc vbi dixit, infert sempiternâ ac summam Trinitatem semper esse, & similiter Trinitatem, Patrem nimirum, & Filium, & Spiritum sanctum, sed supra omne, quod aut cogitamus, aut loquimur. Quandocumque enim de DEO loquimur aut cogitamus, ex nostris verbis ac rebus ea quæ ad ipsam Triadem spectant, proportionem

a. Hæc Græci in clausa Verba in duobus dumtaxat MSS. legebantur.

Ioan. 14. 10. b. Vulg. Non credidit.

Matth. 9. 5.

e. Epist. 5.

1. Cor. 2. 8.

tionem quadam & dicimus & cogitamus. Sanctissima etenim Trinitas, dignitate ac potentia æqualis, omnia quæ ad nostram salutem faciunt prouidè operata est: quæ quæ Theologicè de ipsa speculari possimus, hæc illa nobis benignè gratificans identidem admittit. Propterea quidem à principio, vt diximus (ob Deorum scilicet multitudinem) S. Scriptura nobis descendens, non vt natura aut dignitas Trinitatis se haberet, sed quatenus à nobis facilius capi potest eam tradendo, perspicuè Patrem indicat. In altero deinde terræ-motu Filium, in quo & Spiritus sancti cognitionem, etiamius perfectam, simul accipimus. Hæc enim in futuro sæculo, & vltimo illo accedit terræ-motu, quo tota nobis Trinitas manifestius apparebit, ac reuelabitur. Etsi enim Spiritus arram habemus, vt *a* vas electionis testatur: nondum tamen ad perfectionem spiritalis status peruuenimus. Ipsam etenim arræ nomen signum quidem perfecti doni est: at non ipsum donum. Idem etiam *b* alibi pignus futuræ hæreditatis esse Spiritum prædicat, & primitias æternorum bonorum. Quare perfectionem Spiritus non nisi post redemptionem corporis suscipimus.

Iam quando qui apud homines cum *Pater*, tum *Filius* dicitur, per coniugij societatem declaratur atque cognoscitur: propterea præsentis vitæ duos terræ-motus, alterum pertinere ad Patrem: alterum ad Filium, vaticinia tradunt. Rursus cum Spiritus sanctus, etiam vt apud nos est, corporum transcendat crassitudinem, meritò vbi cessauerint coniugia, excelsior illa & illustrior vita (vita hæc resurrectionis est, *in resurrectione enim c neque nubent neque nubentur.*) propriè attribuitur Spiritui. Illius autem vitæ tempore, in qua patres filios progenerant, Deum Patrem ordine Filio præpositum cognosci oportebat, nõ quod Trinitas ordinem aliquem exigeret: (Quis enim ibi ordo sit, vbi æqualitas immutabilis viget?) sed quod per eum ordinem, qui in ipsa ex apta dispositione est, à liberis parentes honorari hortaretur. Spiritus quoque dignitatem sacra Scriptura extollens, vniuersam Trinitatem *Spiritus* nomine appellat. Quale illud: *d* *Ioan. 4. 24. Spiritus est Deus: eos qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare.* Hoc item: *Omne peccatum remittetur hominibus: ei autem qui blasphemauerit in Spiritu sancto, non remittetur*: de tota diuinitate acceptum, cum prædicto scopo quadrat. Illa quoque per speculum & in enigmate cognitio supernaturalis in Triade deitatis, per Spiritum nobis in futuro perficitur. Sic enim hic motus ad Spiritum sanctum, quemadmodum duorum præcedentium alter ad Patrem, alter ad Filium refertur. Qui autem ordine primus est terræ-motus, extremus idem dignitate & vilitatis magnitudine est. Manifestum enim gratiam multò esse lege [antiqua] maiorem & vtiliorem. Verùm & secundus minor est tertio. Siquidem *nunc si videmus per speculum & in enigmate: tunc autem facie ad faciem.* Quare etiam, *g* *cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.* Et considera [quæso] diuina operantis prouidentie sapientissimam & æ-

qualem trutinam. Videbatur Pater præcis illis præcipuam dignitatem obtinere: tum sumque Filius in noua lege quibusdam minorem, at multis æqualem: Spiritus verò sanctus multis minorem, paucis æqualem. Vt igitur ex hominum opinione ortâ inæqualitas ad æqualitatem reduceretur, primus ille terræ-motus, qui Patri attributus est, minorem dignitatem habuit: secundus deitè, qui Filij erat, illo maiorem: tertiusque Spiritus sancti, vtroque excellentiorem. Ita clarè perspicias, quomodo quæ in hominum est opinione inæqualitas, per trium temporum inæqualitatem, in admirandam ac stabilem æqualitatem coierit, Trinitatis maiestate veluti splendorem quemdam ac lucem accipiente. Quod verò qui in Trinitate est ordo, vulgi dumtaxat ordinationem spectet, non autem ex ineffabili & supernaturali natura promanet, arcanorum ille mystica docet, qui diuinitus eam institutionem accepit, vt Filium & Spiritum quandoque antè Patrem locaret. *h* *Diuisiones enim gratiarum sunt, inquit, idem autem Spiritus: diuisiones ministrarionum, & idem Dominus: & diuisiones operationum, idemque Deus.* Ad Galatas quoque scribens: *i* *Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per homines, sed per IESUM CHRISTUM, & Deum Patrem.* Quare quod diuina Trinitatis, quæ omnem & ordinem & sermonem excedit, nomina modo præponantur, modo postponantur: non id feriem aliquam naturalem tuerit, sed ad auditorum salutem variè accommodatur. Hæc verò inclutus ardensque diuinarum disciplinarum amator tricesimo primo capite & altero studiosè laborando pertrahauit.

XXXIII. Proximò dehinc capite causas reddit, cur tam nouum quàm vetus

a. 2. Cor. 1. 22.

b. Ephes. 1. 14. Rom. 8. 23.

c. Matth. 22. 30.

d. Ioan. 4. 24.

e. Matth. 12. 32. Marc. 3. 29. Luc. 12. 10.

f. 1. Cor. 13. 12. Ibid. 9. 10.

g. 1. Cor. 12. 4.

h. Galat. 1. 1.

Testamentum intellectu atque explanatu difficilibus locis intertextum sit. Etsi verus Testamentum plus, minus verò nouum huiusmodi difficultatum habeat. Et super Mosaico quidem scripto affirmat, quandoquidem typus illa erant & umbra futurorum bonorum, merito vti in typo atque umbra cum verba tum verborum compositionem eiusmodi proferre, per quæ cresceret obscuritas. Quanquam hæc in duplicibus legis tabulis, geminam quoque vtilitatem præbeant, cum & iis qui mente altius ascenderunt, interius suum spiritus lumen veluti effulminant, & crassiores litteræ obumbratione delectant.

Abscondebantur autem futura bona, in quibus cognitio Trinitatis caput est, ob eas [maximè] causas, quos iam sæpenumero tradidimus. Propter audientium imbecillitatem, inquam; vtiq; tenebrarum principem laterent: ac tertio etiam, vt è medio penitus tolleretur multorum Deorum cultus, cum nullus [deinceps] errantibus atque imperitioribus erroris sui prætextus relinqueretur ex clara & minimè velata Trinitatis prædicatione. Vt sacræ litteræ non dissimiles auræ terræ videantur, quæ non omnibus neque vulgaribus, sed laboriosè tantum ac scienter perscrutantibus, aurum probatum, & lucrum labore maius præbet. Quemadmodum itaq; paupertatem non euadit, qui fossilem arenam ornamenti, ludi, aut ioci causa tractans, nullum interea studium adhibet, vt quod sub ea absconditum latet inuestiget: sic neque ignorantiam, neque negligentiam reprehensionem euadere queat, qui soli litteræ adhærescens, thesaurum in ipsa reconditum non scrutetur, neq; latens in eius fundo sensum vtilitatem colligere studeat. Et certè hoc ipsum quod diuini sensus abditi lateant, pretium eorum maximum & sublimitatem indicat: ac maius simul inquirendi desiderium iis insigat animis, qui Dei & laboris amorem inertie anteponunt.

Iudæorum insuper improbitas, & in rebus quæ minimè attingendæ essent audacia, obscuritatis est in veteri Testamento nonnulla causa. Ne enim quæ manifesta essent de Christo atque aperta Scripturarum testimonia circumciderent & obliterarent, idè adumbratè ea promuntur. Terribè etiam ne diuinarum præceptionum contemtrix Iudæorum natio, si clarè didicissent vniuersam aliquando legem præterfluxuram: atq; in aliam reipubl. formam, quæ apud ipsos in honore ac pretio erant, transitura: magis etiam ad contemptum præceptorum Dei, ex ipsa hac clara cognitione traherentur. Quid enim amare attinet me, quod mox dissoluetur, & cuius non ita multo post nulla erit vtilitas? Propterea nimirum hæc obscuritate atque percipiendi difficultate inuoluuntur. Nam si absque vlla causa millies à præceptis Dei descuerunt Iudæi, cum neque de eorum mutatione quidquam cognitum haberent, vt neque quod imperfecta & alterius politiz figura essent atque umbræ: quid tandem [putas] non egissent, si tradita ipsis mandata tandem soluenda atque mutanda è Scripturis claris cognouissent? Alioquin & illa disciplinas tradendi lex vbique obtinebat, vt qui receter primis elementis imbuerentur, ad perfectionis vique tempus perfectiora quæque celebrantur: sed rudioribus dumtaxat præceptis discipuli ad perfectiorum cognitionem percipiendam præpararentur.

Præter hæc autem etiam naturam ita gubernari, & opera sua regere videmus. Prima enim sementis atque semina perfectam in se speciem clarè nequaquam ostendunt: sed eius tantum rationes abditas continent: vt granum spica non est, etsi in se spicæ rationem tegit. Eadem naturæ series in aliis quoque fructibus ac seminibus cognoscitur. Qualem & lex verus ferè rationem cum gratia seruat. Nam quæ gratia perficit, iacti per legem seminis seges habetur. Quibus igitur de causis obscuritatem adsumpsit lex Mosaica, vtrumque iam dictum.

Nunc quod gratiæ quoque lex obscurior, & non ita cuilibet perspicua sit, auditorum recens adhuc instructio, mentisque imbecillitas in causa est. Vnde & vas electionis: a Lac, inquit, vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis. Quemadmodum autem minus conueniens cibus omnis accipienti noxius: sic & scientia, tametsi verissima proponat, nullam imperfectis vtilitatem adfert. Etsi enim nouum quam vetus Testamentum claris fidei mysterium exponat: cum tamen principij aliquam ac seminis rationem obtineat, etiam hac ratione ad eam quæ nunc innouata est reipubl. formam, non statim initiatis, sed sensim ac iuxta proficientium gradus, quæ perfectiora sunt, manifestat. Canibus præterea (hoc est, aduersariis & oblatrantibus) ne temerè

ne temerè ac sine ratione projicias sancta, aut margaritas ante porcos, quibus nimirum vita voluptatum cœnum, Dominicum, & quod docendi regulam statuat, præceptum est. Sanctificans item sacrificium *Mysterium* dici solet: mysterium autem commune non est, neque facile profanis adeundum. Quin etiam Sancta, spiritaliter quidem à Seraphin atque Cherubin, materialiter vero velamentis, alis, portis, ac repagulis vndique ambiuntur. Sic igitur sacram quoque Scripturam nostram oportet profanis hominibus abscondi (vt ne sacra iniuria aliqua afficiantur) ac solis initiatis atque fidelibus reuelari. Alioqui, quando etiam illud, cuius vsus facile obtineri potest, numquã tam amatur, atque id quod labore multo aduersum est, merito sacræ Scripturæ thesaurum illum negligentibus abscondunt, quem laboriosis concedunt. Sed & sudantibus honesta omnia, virtutisque non possessio dumtaxat, sed fructus insuper obtingit, cum vitium facile paretur, & omnibus in promptu sit. Quidquid item cum labore feliciter confectum est, maius longe sui excitat desiderium: Quod autem facile obtinetur, facile etiam rejicitur, propiusque est vt contemnatur, quam vt expetatur. Propterea etiam Adam, qui sine certaminibus aut laboribus diuino alloquio ceterisque bonis dignus erat habitus, citius ea quibus utebatur amisit. At postquam doloris ac laboris experire vitam præcipit sibi causam fecit, contrarijs vti que medicamentis sapientissimus medicus morbum curat, lata lege, vt in sudore vultus, non corporalis tantum cibus sumeretur, verum & quibus Spiritualem amor spiritalem adornat mensam. Adhæc vero, si quibus, nullo etiam labore adhibito, S. Scripturæ sensum percipere posset, vbi nam eorum, qui in hac non sine vigilijs atque laboribus versantur, præmia manerent? Aut quis vnquam huius sese studio ad dicere velit, si minus nihil consequantur ij, qui negligentem eam attingerent? Ex ijs igitur, quæ hæcenus commemorata sunt, æquum simul & vtile appareat, quod non explicata magis Scripturæ sensa neque incautius abiecta, vel in communi omnibus, etiam indignis, propo sita fuerint.

Verum ob hæc, quæ iam diximus, nemo eorum, qui aut laboris amantes sunt, aut spiritali intellectu gratia digni, S. Scripturæ obscuritatem accusat. At negligens & remissus, cur tandem indignetur, si non capiat? Nam si diuinarum rerum cognitione labore aliquo dignam iudicat, cur ijs non studet rebus quæ habet in pretio? Sin ad virtutem hanc nihil esse necessariam putat, cur nullo affectus damno molestiam capiat quid vero? ex ipsa quoque obscuritate sensum, qui quaerat, adsequi possit. Licet enim licet cuiquamque volenti quæ sita facile addiscere. Multorum enim Sanctorum virorum labores explicant & elucidant diuinas litteras, quibus inhærere si quis libenter velit, is à proposito minime aberrabit. Quod si facere recuset, manifestum [eiusmodi hominem] nunquam in illarum cognitionem peruenire posse; non etiam si omnium essent aperuissimæ. Verum autem esse quod diximus patet, quia sunt qui omnino ne nuda quidem nomina Epistolarum Apostolicarum nouerint: Sed neque Prophetarum, vel aliorum sacrorum Librorum (sive illi antiquæ Legis sint, sive nouæ) vel nudum Catalogum voce possint recensere. Et certe quæ obscuritas, vel quæ tenebræ, quæue difficultas, nominum indicem cognoscere? quanto vero id studio indiget? Cæterum nolentibus, hæc non minus, quam Scriptura ipsa, incognita manent. Quare nõ eloquiorum Dei obscuritas vulgo ignorantia causa est: sed horum incuria ac negligentia etiam clarissima quæque ignorati fecit. Apud quos clari atque obscuri, vt demonstratum est, nullum discrimen: cum studiosos hæc obscuritas, præterquam quod sinceram ex se vtilitatem præbeat, sapientes ac virtute præditos efficiat. Quicumque adhæc Scripturæ sacræ sententiam illustrari optat, siquidem humanam gloriam quaerit, merito à diuinæ sapientiæ vestibulo arcetur: sin virtutis dumtaxat, & supernæ remunerationis gratiam, quantum laboribus ac sudoribus ipsa processerit, tanta eaque certa retributionis affectu laborantibus relinquatur. Sed istud quoque ad sapientiæ illius inexplicabilis prouidentiam pertinet, quod tollens mox ab initio Deus omnem de sorte nostra querimoniam, expertes ærumnarum delicias nobis in paradiso donat, donec deprehensio ex factis nostris, inuilem hominibus esse labore ac miseria carentem vitam, laborum ac miserationum pondus vitæ [nostræ] tanquam pro remedio admiscuit: hoc veluti stadium nobis ac palæstram constituens, quæ magnum posset questum ac [multa] præmia conciliare. His Auctor tricesimum tertium Caput, simul & septimum librum absoluit.

OCTAVVS Liber de duobus certamen instituit. [Cap. XXXIV.] Horum primū solutio cuiusdam dubitationis est, quæ rem seriam sane nec inellegantem continet. Refert autem eam dubitationem ortam ex adstructione ratiocinationis cuiusdam, per quam Deum habere Filium probatur; Auctoremque huius adstructionis esse Gregorium Nyssenum. Argumentatio ipsa ita se habet. Quisquis non irrationalem esse Deum confitetur, is etiam omnino Verbum habere concedit, quod ab immortalis immortalis est: immortale autem Verbum, præter eum quem Filium statimus, nihil esse queat aliud. Illa igitur argumentatio, quæ oportere adstruit, ut Deus Filium habeat, huiusmodi est. Deinde aduersus hæc obiectionem amici cuiusdam adducit, quem ut reuerendissimum celebrat. Obiectio vero est, Nihil prohibere, quin eadem de Filio quoque ac de Spiritu sancto assumantur. Deus enim horum vterque est. Atque ita non in Trinitatem tantum, sed in infinitas Personas ex huius argumenti vi mysterium proceder. Hanc itaque obiectionem, acrem sane, atque implexam, varijs quidem solvere rationibus aggreditur, non tamen (quantum ego iudico) satis accuratè. tamen multum hac in re laborando defuder, tredécim non minus argumentis allatis. Ac proprietatis quidem cultoribus, eorum quæ ibi dicta sunt aliqua non inepta sint, sed quæ contentioso alicui homini, non modo nihil ad pietatem impellens adferant, ut ridendi potius occasiones præbeant.

Dixerit vero quispiam, concisa ac minime superflua vsus oratione, aduersus eum, qui hac obiectione pugnet insolentius. Si quis patre primum posito, de ipso deinde interroget, Virum rationis particeps an expertus sit, atque ex illo conficiat Patri oportere Filium accedere, obiectionis huius curiositatem aliquod forsitan speciem ac robur habere. Sin hoc omisso (neque enim expedit, neque admirandus Gregorius sic orationem hanc protulit) ipsam vocem DEVS proponat, quod commune est atque indiuisibile trium diuinarum Personarum nomen, ac de eius tum sine Verbo vice gignendi vi, immo & afflatu, si voles, interroget, hic & Triadis mysterium adstruet, & locum ei nullum dabit, qui velit adstructionem ipsam curiosus excutere. Vbi enim æquale vel prope simile sit, pro tota diuinitate vnā aliquam hypostasin accipere, & de hac contentiosus illa disputare, quæ recte poterant, de tota Deitate theologice dici: Eum enim qui in tantam absurditatem delabitur, nihil prohibet sine vlla solertia nugando hinc concludere, quandoquidem Trinum confitetur Deum, necessarium quoque esse, singulas Triadis personas in aliam Triadem multiplicari. Aduersus qualia deliramenta, nulla opinor, sapiens confutatio intorqueri possit. Veruntamen solutio huius obiectionis talis fuerit, aut si quæ aliæ eadem progrediantur via. Hoc igitur primum est octauo libri Caput.

XXXV. Alterum deinde querit, Cur, cum Filius ac Spiritus sanctus ex Patre pariter procedant, hic Filius, ille Spiritus dicatur, & non ambo filiationis appellatione feruent, quemadmodum neque habitudinem? Hoc ergo ubi dubitauit modo, solutionem adhibet. Omnino [inquit] Theologia ex cognitis nobis rebus germanam atque æqualem diuinæ naturæ Trinitatem verbis describens, per Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, ineffabile, quodque denominati nequit diuinitatis nomen, consuetis nobis cognatisque appellationibus suggestit. Quando autem confiteremur est atque conueniens de filiis nostris dicere generationem, de spiritu vero processionem, (Spiritus enim inquit, vadens & non rediens. Et, Exhibet Spiritus vim. Itemque, Quoniam Spiritum pertransiuit in illo, & non subsistet.) quando igitur in humano genere filio generationem adaptamus, Spiritui vero processionem: pari quoque ratione in natura ineffabili ac supernaturali, & Filium genitum, & Spiritum sanctum procedere, diuinitus edoceri sumus. Propterea enim Spiritus Patris æque ac Filij, Spiritus sanctus dicitur: quia etiam apud nos vtriusque horum spiritus [esse recte] dicitur. Pater vero & Filius Spiritus sancti non item, quia neque apud nos. Cæterum quod Deus supra naturam neque dici à nobis, neque cogitari possit, communis omnium sensus admittit: & vero passim in sacris litteris prædicatur, sanctorumque Patrum nostrorum cætus pæne vniuersus idem testificatur, quorum ne verba quidem (cum minime dubia sint) designare necesse. Atque hæc libro octauo Iobius persequitur.

LIBER

Libro Nono modice præfatus, dum Iosue filius Naue dicitur exercitus Principem illum interrogare: *Non offeres, an aduersariorum?* non idem petere disputat Iobius aliquisne esset sensibilibus hostium, sed an spiritualium? Multa enim Iosue docebant, neque aliquem esse hunc ex hostili acie, ac neque ex proprio exercitu, ut, quod subito astitisset, quodque nemo aduersariorum auderet, vel per medias hostium copias transire, vel in conspectum Imperatoris venire, quin &, quod tanta vsus audacia, nihil omnino hostile fecisset. Alioqui ne sapientissimi Imperatoris fuerat ignorare, qualis contribulium esset habitus atque apparatus, qualis item alienigenarum? Verum nouerat quidem Iosue visum illud vnum intelligentium spirituum esse, sed hoc cognoscere auebat, vtrum quod apparuisset ex hostibus esset, an de illo exercitu, qui protegebat Israël. De hoc ergo in proemio agit.

XXXVI. Querit postea, Quomodo vtraque hæc concedi queant, nos & adpros esse gratiam angelica dignitate maiorem, & Angelis æquales in resurrectione apparituros? Quæ quæstio ita dissoluitur. Primum, nihil prohibet, eandem rem secundum aliud honorem quandam paulo maiorem consequi, secundum aliud vero inferioris esse conditionis. In quantum enim nostro corpore assumpto Dominus id sibi coniunxit, & supra omnes Principatus ac potestates euectum ad dextram Patris confedere fecit, Angelicæ scilicet dignitati nostra natura anteposita est. Quatenus item in nouit Principibus & Potestatibus in celestibus per Ecclesiam (quæ est in Christum credens populus) *multiformis sapientia Dei, quam exhibuit in Christo* IESVS, carenus etiam genus humanum primas retulit. Tertio quod illo insuper munere ex munificentia donati sumus, ut ijs fruamur rebus, & in quas desiderant Angeli prospicere. Quatenus etiam vtrisque lapsus Adamo & Angelorum ordinibus, illius, (non item horum) assumpta natura, salutem attulit. Atque hinc clarum est, maiori honore dignam esse habitam naturam nostram. Quod autem in resurrectione sicut angeli erunt homines, non id vtriusque generis æqualitatem edocet, sed ad simile dumtaxat vitæ genus attestatur. Tunc enim, quemadmodum angeli non indigent, sic neque genus humanum nuptijs aut corporum congressu indigebit.

Præter ista, nihil prohibet homines angelis æquales, vel paulo minus ab illis diminutos maius aliquod consequi munus, quandoquidem illi, qui corporis expertem naturam consecuti sunt, ubi semel è proprio honore & gloria exciderunt, in suo deinceps casu sine penitentia remanent: nos vero, cum inferiorem illis conditionem ex ipsamet origine nostra (propter corporis coniunctionem) acceperimus, præceptum deinde transgressi, in peccatis hæere nolumus, sed illorum qui exciderunt sortem, per penitentiam recuperare studemus. Et vero per exsuperantiam [diuinæ] munificentia, cælum ac Dei regnum pro Paradiso hæreditate cernimus.

XXXVII. His illa proffigata quæstione, ad explanationem parabola aggreditur, quæ iuniorem ac prodigum filium, & seniore simul cum patre inducit, & eorum historiam ita digerit. In seniore ait Filio ostendi angelicas potentias (nam & tempore & modo, nostro generi dignitate præstant) in prodigo vero humanum genus: in patre Creatorem vniuersi ac Dominum representari. Indignatum vero seniore filium reuocatione & benigna tractatione iunioris, non hoc angelicæ esse mentis aut affectionis: sed parabola ista, quo beneficij magnitudinem declaret, ita effingere. Quoniam tantum postquam infignem intemperantiam prodigus ille filius expertus est benignitatem, ut ipse quoque Angelorum ordo, si inuidencia in horum naturam caderet, indignatus vtrique fuisset, neque tolerabilem putasset tantam beneuolentiæ magnitudinē. Quomodo enim alioqui consentaneum sit, lætari eosdem super vno peccatore penitentiam agente, & rursum inuidere, quod amantissimi patris amplexibus dignatus esset? Sed enim talis parabolarum fictio esse solet. nec enim ea solum, quæ aut facta aut futura sunt complectuntur: sed & illa, quæ curiosius quispiam eorum commouendi vim, aut iucunditatem, aut consequentiam, aut denique adipiscendi facilitatem atque vtilitatem contextendo, adiungeret.

Parabola quoque centum ouium ad Angelorum & hominum naturam refert. Meminit aliarum etiam parabola de filio prodigo explanationū: sed quibus omnibus prædictam

dictam anteponit, quam varia ingenij ostentatione concinnare studet. Hæc septimum ipsum & tricesimum Caput studiose tractat.

XXXIIX. porro querit, *Quomodo pro omnibus mortuus esse Christus dicatur cum non nisi multis aetatibus postquam infinita hominum progenies & nata, & rursus mortis deleta esset, Redemptoris incarnatio euenerit?* Nodus autem sic dissoluitur: Multis in locis S. Scripturam testificari, quo modo tunc uiuentibus, eodem etiam ijs, qui apud inferos erant, per Christum redemptionem uenisse. Nam Princeps Apostolorum ait:

a. Rom. 1. 4. 9.
b. 1. Petr. 3. 19.
c. Ibid. 4. 6.

In hoc enim mortuus est, & resurrexit, ut & mortuorum & uiuorum dominetur. Et rursus: *h. His qui in carcere erant spiritibus ueniens predicauit, & ut indicentur quidem carne. uiuant autem Spiritu.* hoc est: Ut infideles, qui propter infidelitatem suam peccatores remanserunt, damnentur; quasi plane caro facti, & diuisi à Spiritu: Quotquot autem, etiam apud inferos, Christo (qui ipsa erat iustitia) crediderunt, spiritali læritia perfruuntur. Illud igitur, *ut indicentur carne*, de incredulis dictum affirmat. at illud: *uiuant Spiritu*, de credentibus. Porro ita sermonem instituit, ut quasi de vno aliquo loqui uideatur; quia, etiam si non eadem sit credentium & incredulorum conditio, in vnum tamen inferorum ordinem colliguntur. Atque ita etiam de vno eodemque corpore ægotare idem & ualere dicere possumus, secundum aliam nimirum atque aliam sui partem. Quemadmodum autem aliquem igne damnari atque puniri dicimus, sic & facta scriptura dicit: *ut indicentur carne.* Grauiissima enim poena est (maximè resurrectionis tempore) quando ea delectatione perfruuntur iusti, quæ humanam omnem superat, & Spiritu uiuunt, peccantium tunc multitudinem in nuda carne, & sine ulla spiritali gratia, vitam suam in æternum transigere atque conterere. Verum & aliam licet huic dicto dare explanationem: Ait enim à Diuinus Paulus: *Cuius opus arserit, detrimendum patietur: ipse autem saluabitur, sic tamen quasi per ignem.* Et *uniuscuiusque opus, quale sit, ignis probabit.* Et ne quis existimet, quemadmodum peccatum, sic & peccantem concrementum atque consumendum, propterea addit: *ut si opera ardèant atque dispareant, non tamen ipsum peccatorem vna disparitorem. Saluabitur uero, hoc est, perpetuè manebit poenæ reseruat.* At ne illud: *Saluabitur*, uideatur dicere sectarijs, quasi peccato expenso, peccatorum quilibet ad iustorum atque saluatorum cœtum adiungendus esset (cessante nimirum poena, ac communi omnibus libertate proposta) post illud *Saluabitur* addit, quod eorum sententiam manifestius euerit: *Sic tamen quasi per ignem*, id est, ab ignis poena non liberatus. Affine igitur & illud est, quod de ijs diximus, qui apud inferos Christo credere noluerunt. Hoc enim, *ut indicentur carne*, & quæ sequuntur, indicare uidetur: Iudicatos quidem ipsos esse ad eadem, ad quæ caro iudicari ac condemnari solet; sed uiuere nihilominus, non tanquam corruptibilis caro, & quæ poenatum grauitate soluat, uerum ita, ut cum expertes inretitus per sancti Spiritus potentiam conseruentur, incorruptibiles in perpetua poena carentem sine & laboriosam uitam degant. Sic huius loci explanatio tanquam per digressionem tractatur. Præcipuus enim scopus erat ostendere, non super uiuis dumtaxat, uerum & super olim mortuis Adami posteris communem Dominum ac Saluatorem subisse mortem, salutemque per ipsum omnibus & prædicari, & uelut certaminis præmium conferri. Illud ergo primum eorum argumentorum, per quæ probati hæc sententia potest.

d. 1. Cor. 3. 15.
e. Ibid. 5. 13.

Secundo igitur loco sic argumentatur: Si uirtutis præmia ac coronas Resurrectionis conciliat, Crux uero Resurrectionem, qua sine nihil boni consequi quispiam potest, certum est Christum pro salute omnium nostrum morti seipsum tradidisse.

Post hæc illam Domini sententiam, rationem reposcendo, explanat, quæ dicit: *Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad penitentiam.*: negatque hæc ita esse à Saluatore pronuntiata, quasi uniuersam hominum multitudinem in peccatores, & iustos distinguere uoluisset. Pugnat enim [Inquit] huiusmodi sensus, non cum factis tantum litteris, sed cum ipsa quoque rerum natura. Nam in primis communis Saluator omnes, non aliquos tantum, præteritis cæteris, & appellabat, & redemptione perfrui concedebat, doctrinamque [suam] omnibus esse communem uolebat. Euangelium quoque prædicatum esse in toto terrarum orbe, peccatorum illam à iustis distinctionem penitus euerit. Paulus item ait: *Omnes unum sumus in Christo.* Itaque & parabola de Sargena communem captorum conditionem denunciât. Hæc enim hæc alios quidem comple-

f. Rom. 12. 5.
g. Gal. 3. 28.
h. Matth. 13. 47.

complectitur, alios uero non persequitur? sed omnes prorsus quotquot incidunt, irretit. Sic & Petro ostensum linteum communiter omnes appellatos designat, non impuros solos, exclusi puris: *Finis quoque legis Christus: ad iustitiam omni credenti*, non peccatoribus tantum. Verum idem rursus ait: *Prædicare se uocatis Iudæis atque Græcis, Christum Dei uirtutem & Dei sapientiam.* Iterumque, quomodo non pugnare illa uideantur? *In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad ones quæ perierunt domus Israël.* Quatenus enim, qui perierant, oues erant, iustitiæ omnino & uirtuti uiciniores erant, quam Samaritani atque gentes. Quomodo item filios antea esse satianos edocet, ac tum quæ superant canibus relinqui? Sed & discipulos colligens: *In quamcumque*, ait, *ciuitatem aut castellum intraueritis interrogate, quis in ea dignus sit* (non quis sit peccator) *& ibi manete, donec inde exieritis.* Hoc item purpuraria illa mulier non ignorans, Barnabæ ac Paulo dixit: *Si iudicasti me fidelem, manete apud me.* Et dictum illud Apostolis, qui uirtutis erant norma: *Uobis datum est nosse mysteria, illis autem non est datum, nimirum indignis.* His igitur omnibus iam dictis, quomodo non repugnabit clare illud: *Non ueni uocare iustos, sed peccatores.* si quis de hominum diuisione in iustos & iniustos huius loci sententiam accipiat. Ad hæc uero, si iustos non uocauit, peccatores autem non accedunt? (*Omnis enim qui male agit, odit lucem, & non uenit ad lucem.* Et, *Malus homo de cordis sui malo thesauro profert mala.* Item, *Quoties uolui congregare filios tuos, & nolui.*) Si, inquam, iustos non uocauit, peccatores autem resiliit, quemadmodum diximus) maluerunt quibusnam prædicatum est Euangelium? Atque idem mihi iam de factis quoque ipsis obserua. Oportebat Dei matrem in terra esse: eam uocauit, quæ omnibus uirtutibus alios omnes superaret. Patrem oportebat, & fratres super terram nominare eum, qui sine patre esset. Non è latronibus hos, & meretricibus, deligendos putauit, sed qui iustitia collucerent. Talis Ioseph, tales & eius liberi, Iacobus uero, in quantum uirtutis gradum ascendisset, quantumque de se opinionem apud Iudæorum populum excitasset, uel sola eius appellatio clamaret: *Ipsam enim populus propter uirtutis magnitudinem, atque agendi cum Deo libertatem* OBILAM, hoc est, *populi præsidium, & protectionem* uocabant. Rursus, uerbo præcurator oportuit præcuratorem: & qui prophetis, omnibusque adeo hominibus maior esset, præcurrit. Oportuit & testem offerri, qui eius gloriam restaretur. Simeonem itaque & Annam uocauit. Discipulosne legisse oportuit? optimos utique delegit: *Scio enim, inquit, quos elegerim.* [Oportebat] mortuum resuscitare [Bethaniensem] Lazarum. Sed eum non nisi ex pia domo, in qua Martha & Maria, quam, bonam elegisse partem diuina pronunciauit sententia. Ex genibus quoque uocari aliquos oportuit: primus omnium Cornelius uocatur, quæ tantus uirtute (etiam ante baptismum) fuerit, sacræ loquantur literæ. Cruciatu quoque duo latrones: sed cui mens melior, paradysum sibi aperit; blasphemus contra, & peccati indolebilibus gestans uulnera, ex poena in damnationem mittitur. Sic in quæntiam natione, tum familia & uitæ genere, qui ex uirtute uiuerent uideamus uocari, accurrere, uocantemque sequi potius, quam qui contrarijs essent dediti studijs. Quod si tu prestibulum mihi aut publicanum aliquem adduxeris, etiam illo è numero scias atque ordine ad uocantem Saluatorem accedere, qui exiguum saltem humanæ nobilitatis scintillam retinerent, ut merito præ multitudine non accedentium ad Deum, digni habeantur atque dicantur. Vbi est igitur peccatorum uocatio, quando è meretricibus, publicanis & latronibus hosce solos diuinam esse uocationem amplexatos uidemus, qui inter consortes (quamquam ingenti in malorum barathro ceteris tamen meliorum rerum studio præstant).

a. Act. 10. 11.
b. Rom. 10. 4.
c. 1. Cor. 1. 24.

d. Matth. 10. 5. & 6.

e. Matth. 15. 26.

f. Matth. 10. 11.

g. Act. 16. 15.

h. Matth. 13. 11.

i. Ioan. 3. 20.

k. Matth. 12. 35.

l. Idem 23. 37.

m. Confirmat Eu. feb. lib. 11. cap. 22
ex Hegesippo. V. titulum ergo hie exemplar Græcè corrige.

n. Luc. 7. 28.

o. Luc. 25. 35.

p. Ioan. 13. 8.

q. Ioan. 11.

r. Luc. 10. 42.

s. Act. 10.

t. Luc. 23. 39. & seq.

Neque uero illud præterire fas est: Decem erant admodum uirginum cœtus, sed non nisi quinque prudentes sponsali thalamo fruantur, quinque fatuæ repellantur. Sic ille quoque nuptiales vestem non attulerat, ceteris suum quisque locum tenentibus, solus eijctus. Quinam uero ab angelo in extremo iudicij die in occursum Domini assumuntur? Nonne iusti, & non peccatores? Quid igitur sibi uult illud: *Non ueni uocare iustos, sed peccatores*, hoc est, *Quod ab integra atque perfecta*

u. Matth. 25.

w. Matth. 22.

x. 1. Thessal. 4. 16.

y. Matth. 2. 13.

1087 s.

cta iustitia exciderat humanum genus, vocatum veni, & in eam fortem reducturus, quam amiserat. Etsi enim vitæ genere valde inter se homines illi differant, qui in lecentius vixerint, quique continentius, nemo tamen est sine peccato. Consonat huic menti, etiam ipsa sententiæ enunciatio, sine articulo relativo prolata. Nam si dixisset: *a Non veni vocare iustos, sed ipsos peccatores.* Forsitan illa opinio locum habere poterat, quæ peccatores vocatum venisse, non autem iustos, opinatur. At cum vox hæc absolute sine relatione prolata sit, omnino periculosam ac fallacem hanc esse opinionem demonstrat. Hoc autem & divinus ille Paulus confirmat, cum ait; *b Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere: quorum primum ego sum.* Et rursum: *c Causati sumus Iudæos & gentes omnes, sub peccato esse, sicut scriptum est: d Non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum.* *e Omnes enim peccaverunt, & egent gloria DEI.* Illudque: *f Venit Dominus querere, & saluum facere quod perierat;* de toto nimirum hominum genere dicitur, quod etiam supplementum illius centenarij rationabilium ovium designat: quemadmodum & drachma illa vna è decem fordibus obruta. Huic etenim [generi] h mors imperavit, iuxta eundem B. Paulum, non quibusdam tantum, & quibusdam non, sed ab Adamo vsque ad Mosem, in quibus fuerunt Abel, atque Enos, & reliqua sub lege Iustorum ac Prophetarum multitudo. Ac rursum idem caritatis præco, & incensus amator: *i Diligentibus Deum,* inquit, *omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt.* Et post hæc: *Quos præsciuit, etiam prædestinavit: & quos prædestinavit, hos & vocavit; & quos vocavit, etiam iustificavit, atque glorificavit.* Item: *k Elegit nos ante mundi constitutionem.* Non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus. Rursum: *l Electio consecuta est: ceteri vero excacati sunt.* Et, *m Qui est Saluator omnium hominum, maxime fidelium, ut infinitum fuerit talia vel numerando recensere.* Hæc vbi studiosus ille scriptor honorificentius discernit, & tricesimo octavo Capitulum imponit.

a Matth. 9, 13.

b 1. Timoth. 1, 15.

c Rom. 3, 10.

d Psal. 13, 1.

e 2, 4.

f Rom. 3, 23.

g Luc. 19, 10.

h Luc. 15, 4, 8.

i Rom. 5, 14.

j Rom. 8, 18.

k Ephes. 1, 4.

l Rom. 11, 7.

m 1. Tim. 4, 10.

n Matth. 13, 18.

o Euseb. 17, 19.

p 1. Cor. 14, 22.

q Rom. 8, 7.

XXXIX. eam, quæ in sacris scripturis videbatur esse dissensio; curioso inquit, atque percuratur. Dubitat enim, Quomodo Dominus in sua patria signa facere non posset, *n propter incredulitatem illorum,* rursumque ad incusantes quod discipuli demonium non eiecissent, culpam in accusantes referendo dixerit: *o Propter incredulitatem vestram.* Cum germanus huius discipulus Paulus contradicat: *p Signa enim, inquit, infidelibus, non autem fidelibus.* Nodus ab illo sic dissolvitur, ut dicat Vniuersè quidem & communiter propter infideles prodigiosa signa fieri, quo hæc ipsos eo adducant, ut salubriter acquiescant ei, qui & admiranda illa patrat, & mente iam antea ab illis præceptus est. Illi tamen solis hæc offerri, qui, cum obtemperandi studium sua ex parte adferant, etiam nascentem ex his utilitatem in se admittant. Nam quos ex incredulis sponte sua cæcos ad supernaturalia opera nominamus, his signa sine vlla numinis providentia, & vane oblata videntur. Itaque & incredulis illa proponi, & eadem rursus non proponi oportere, consentaneum congruumque [videtur.] Illud quidem, quia salutem per hæc consequuntur: hoc vero, quia in profundum interitus demersi, vnde alij magnum lacum colligunt, ipsi malefici ad deteriora abripiuntur. Atque ista hoc Capite Iobius.

Sequentibus vero, XL. & XLI. curiosam ingressus speculationem, causas reddit, *Quare non pro Angelis lapsus sit factus Angelus [Dei Filius] quemadmodum pro hominibus homo factus est.*

Primam ergo istam causam adfert, Quandoquidem ex omni rationali natura, solus homo carne & materia compactus est (materia vero ad casum prona) atque ex duabus insuper pugnantibus naturis compositus, dum vtraque ad suam eum conditionem impellit, diuelli debet animal, ac diuidi (*q Sapientia enim carnis, ut diuinus ait Paulus, legi Dei non est subiecta*) propterea solus homo inter ratione præditos, istiusmodi corporalibus vinculis innexus, deindeque lapsus sui respicientiam à seipso offerens, merito & providentia ad surgendum ampliore atque maiore indiget, & diuino copiosius fruatur auxilio. Ita quod ab initio infra reliquas ratione præditas creaturas

IOBIUS.

335. turas nos esse ostendit, hoc magnæ nobis salutis causam attulisse iustus index declaravit, qui nos colligauit quidem carni ad coercendam superbiam, per quam ipsi angelorum ordines irreparabili lapsu in præceps acti sunt; sed statutum illud materiæ vinculum in infinitæ postea beneficentiæ occasionem vertit. Quenam enim aut maior, aut præstantior beneficentiæ occasio possit, quam ad dexteram Dei Patris videre sedentem nostram conditionem: & rebellantem quondam naturam obediens iam ac pacificam, & vniuersorum parenti conciliatam contueri? Quod post hanc adsumptam, per suam primitiarum oblationem, Verbum perfecit. Atque hanc mihi pacem mundo per Apostolos velut pignoris loco relinquendo, dicere videtur: *a Pacem meam do vobis.* Et, *Non quomodo mundus dat pacem.* Cui etiam concinit germanus eius discipulus *b Pax, inquit, Dei, quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra.* Et, *c Iustificati ex fide pacem habemus ad Deum, per Dominum nostrum IESUM Christum, per quem & accessum habuimus:* Non enim profecto è bello pacem natam mutam illam inter nos hic intelligere oportet: sed quam habet vnusquisque secum, ac per eandem etiam cum eius largitore, & imperturbabilis salutis suppeditatore, quæ & corda nostra custodit, & omnem excedit sensum, & quam mundus dare non potest. Quare cum his non pugnat illud: *d Non veni mittere pacem, sed gladium.* Mundi enim pacem, inquit, nõ veni mittere. Rursum: *e Eritis odio omnibus; & id genus plurima.* Piorum enim cum Deo affinitas, ad odium, inuidiam, & metum impios concitauit. Venit igitur Saluator pacem mittere, quæ cum animo ea consentire, quæ corporis sunt, facit; quodque deterius est, melioris arbitrio subiicit. Quam quidem nobis præbit, cum rebus nostræ naturæ pacificam deitatem copulauit. quod & diuinus Paulus docuit, cum ait: *f Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne.* ut iam aptè de eadem re dicatur: *g Vbi enim abundauit delectum, superabundauit gratia, quamobrem & redemptionis nostræ perfectum à Verbo opus, iustitiam Dei, & iudicium, & misericordiam, sacra Scriptura prædicat.* ut iusto iudicio Dei, qui inter rationales creaturas soli è luto fabricati sunt, soli etiam tanto honore, & ineffabili misericordia digni habiti sint. Indicabat idem & per Oseam dicens: *h Sponsabo te mihi in iustitia, in misericordia, & in misericordiis.* Mille item alij sacre scripturæ loci clamant, ob carnis vincula commiseratione dignum esse habitum humanum genus, & pro annexa nobis materia, incarnationem suam, cæteraque ex ea profecta bona vicissim nobis Dominum donasse. *i Recordatus est, inquit, David, quoniam pulvis sumus. Et, k Quoniam caro sumus.* Et Iob: *l Memento quod sicut lutum feceris me.*

a Ioan. 14, 27.

b Philip. 4, 7.

c Rom. 5, 1.

d Matth. 10, 34.

e Marci 13, 13.

f Rom. 8, 3.

g Rom. 5, 20.

h Os. 2, 19.

i Psal. 102, 14.

k Psal. 77, 39.

l Iob. 10, 9.

Alteram deinde tam egregie humano generi prospicientis curæ hanc fuisse causam dixeris, quod nequaquam à principio Conditor naturam perfectam, quemadmodum angelis, ita & hominibus tribuerit: sed modicis progressibus perfectionem tandem consequi voluerit. quamobrem & pro virtutis præmio, & pro molestijs tolleratis perfectionem rependit: quin & medium mortem inter atque immortalitatem ipsum constituit; alterutrius eligendi facta potestate; cum interim angeli, & si quid aliud ratione præditum & incorporeum [vipiã existit] ex ipso mox ortu naturæ perfectionem adepti sint. Vnde & David ait: *m Potentis virtute, facientis verbum illius, hoc est, quemadmodum eos nihil materiatur, vti nos, vel deorsum trahit, vel impedit: ita cito, & absque mora iusta perficiunt.* Exigebat ergo ineffabile Dei iustumque iudicium, ut imperfectis quidem (quo tempore placitum esset) quod decaat suppleret, quos vero ab initio perfectos reddidisset, non simili his cura prouideret: sed ex æquitate iudicaret, cum hos contentos illis [rebus] esse debere, quas ipsi mer occupassent, tum illis earum rerum defectus, supplendos, quibus aliquando priuati fuissent. Enimvero quotquot ex Angelis lapsi sunt, non ij materia diuidente, necque carne retrahente, sed arbitrio id quod malum erat eligente, de sua gloria deurbati sunt. Nos contra & carne inturbante, & natis ex ea affectionibus titillantiibus, ad pleraque delicta non sponte volentes, sed nec omnino inuiti, delabimur. Dæmonum enim genus, tamen sanguine delectetur, & carnis gaudet affectionibus: non modo tamen eam naturam non accepit, ut quidquam horum perficere per se possit

m Psal. 102, 20.

sit, sed neque vllam ex se proficiscentem causam habet quæ ad nefas trahat. Neque enim gladium dextra vibrat ad eadem, neque nuptias humanas cum adultera consuefcens violat. Sed nec iracundia ipsum impellit, cæde vt acceptam iniuriam vindicet, neque corporæ commixtionis amor. Nos vero sæpe, materiæ pondere incitanti, ea quoque perpetramus, quæ sponte detestaremur eligere, atque ad breue admodum tempus sobrietatis contentioni cedentes, rursus ab affectibus nostris captiui abducimur. Vnde & Paulus clamabat: *a Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. nam velle adiacet mihi, & quæ sequuntur.* Iterumque: *b Non enim quod volo bonum, hoc facio, sed quod nolo [malum] hoc ago.* Merito igitur, etsi plura quam dæmones; inquit, peccemus, nos veniam consequemur, non ipsi.

Amplius vero, neque si concesserit quispiam, inquit, nostrum Saluatorem ac Redemptorem Angelorum naturam pro illorum salute suscepisse, commodum ipsis vllum ex hac affinitate obuenerit. Non enim necessitas ipsos, vt neque homines, à lapsu ad meliorem statum transferat: sed optima quæque operatio, atque propensus in Deum animus, quod est fides immaculata, gratam Deo vitam probamque efficit, quorum nobis dux & præceptor Verbum incarnatum fuit, cum eorum tamen neutrum ad Angelici generis (cui hæc ipsa satis erant cognita) instructionem atque doctrinam conduceret; vt qui ab ipsa sui productione horum scientiam habuissent. Neque enim, vt nos, talibus incorporei indigent. Etenim Dei Filium in carne præsentem dæmones agnoscebant, & e Iudicem eum poenam inferentem, ac Dominum prædicabant. Et sacræ hoc testatæ litteræ aiunt: *a Tu credis quoniam Deus est, etiam dæmones credunt, & contremiscunt.* Iterumque alibi: *e IESVM noui, & Paulum scio: tu vero quis es?* Vnde satis pater, dæmonum nationem non solum scire Deum, eumque metuere, & venerari, sed & germanos eius cultores.

Porro ineffabilis in homines amoris Dei causam & hanc adiungit: Nobis [inquit] in accessum antea, nemini que adhuc visum cælum (quod *calorum* puto *regnum* appellat) aperit. Nam secundum B. Paulum: *f Initiauit nobis viam nouam, & viuentem.* Et: *g Non in manu facta sancta introiuit, sed in ipsum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.* Et, *h Vbi præcurfor pro nobis introiuit Christus.* Hanc igitur viam reuelauit, ad quam vt nobis præiter, iustitiæ exemplar fuit, quo aliquando edocti, desiderio accenderemur, eo que accensi ad rem desideratam prepararemur. Angelis vero cælum iam inde à principio notum fuit, atque testatum. Nostræ præterea coniunctus naturæ resurrectionem nobis, & incorruptione atque immortalitatem per suam resurrectionem donauit. Incorporeum vero genus, cum sit immortale, hac non indiget gratia: Nostra insuper causa in carne peregrinatus, à diaboli, qua tenebamur, tyrannide nos liberauit, & de Principatibus triumphans & Porestatibus in Cruce, & data item nobis potestate calcandi omnem virtutem inimici. Vbi si horum subiisset naturam, / quosnam destruxisset? De quibus triumphasset? Qualem item quibusdam potestatem dedisset, aut in quos?

Ad hæc vero, cum nos lapsi sumus, nullum reliquum fuit exemplar, quod eandem naturam integram retineret. At lapsis dæmonibus innumerabiles nihilominus incorporeorum acies inuariatè consistunt, quæ & diuinæ ordinationis exemplum, & nunquam flexæ rectitudinis specimen exhibent. Quapropter qui omnia sapienter, & supra quam dici potest, prouidet ac facit Deus noster, Deique Verbum, cum iam humana natura prolapsa esset, non hanc solum ex infinita sua in homines amoris vi adsumit, sed per eam quoque omnibus, qui eiusdem naturæ essent, correctionem, incorruptionem, & alia ista innumerabilia bona largitur: cum dæmonis tamen genus adsumere neque iustum, neque vile esse iudicet. Sic [X L.] & quod sequitur Caput ab hoc speculatio & studio scriptore clauditur.

XLII. Inuestigat, Vnde nobis è deteriore in melius, & contra ad deterius è meliori mutatio tam frequens, varia, ac pæne continua existat: Incorporeis vero, aliis bonum sit immutabile, aliis vitium? Causam reddit, quod in nobis cum animi inclinatio in alterutram partem conuincatur, ob subiectæ materiæ fluxum atque vacillationem, illa aliquando rationem superet, interdum etiam superetur: in illis, ad quos nequaquam materia

materia irrepere potest, ratio sola in actiones omnes imperium obtineat. Quamobrem illorum quidem casus, qui sponte & imperantis reuera more ad deterius delapsi sunt, sit immediabilis, cum nihil quidquam in se validius habeant, quod sui iuris mentem, iam ex se fluentem, ad id quod deterius est, reuocet: quemadmodum aliis contra, qui sponte ac liberè amorem honesti acceperunt, nullo fluxu turbatum illud eorum desiderium conseruatur. cum nos interim veluti duplices quidam, ac propterea etiam male admissorum poenitentia ducti, nos ipsos tanquam alienos incusamus. Duo verò vbi pugnant, & hi partim vincentes, partim victi: quomodo in his aut victoria, aut lapsus immutabilis sit? Neque verò solum in actionibus iis quæ laudem aut vituperationem merentur, mutatio & refluxus in nobis imperium sine repugnantia non habet: sed in aliis quoque nostris operationibus atque affectionibus. Nam neque semper sedere, neque rursus stare possumus, cum mox iuxta alterutrum naturam virium remissio [in his] excessum consequatur. Quod per elementorum in nobis varietatem & pugnam contingere constat. Calor enim ad supera impellit: Terrenum verò quod est, deorsum vergit, atque ad terram detrahit. atque in similibus aliis ad eundem modum. quæ sanè in incorporeis naturis locum non obtinent. Sed quemadmodum in nobis varietas, multiplexque forma: sic in ipsis nihil varium, at vna perpetua forma residet. Vnde simplices hos atque vniformes illud consequitur, vt alterati atque mutari non nisi difficulter possint: composita verò comitatur mutatio atque alteratio. Quod autem non omnis omnino immutabilitas ne ab incorporeis quidem naturis abesse videatur (dæmon enim ex bono in malum mutatus est) illud fortè aliquis prætexat, quod ipsa quoque incorporea natura ex mutatione atque alteratione initium sumpserit. nam è non existentibus & ipsa producta est, tamen à materiæ commixtione liberam habet substantiam. Ac forsitan etiam ob vnicam mutationem, vnam quoque ipsi mentis illam in malum mutationem ostenderunt. Hæc vbi pius ille, & sacris virtutibus deditus retulit, Originis de dæmoniis, Angelis, hominibus, astris, aliisque; sub aspectum cadentibus conditis rebus, impiis, stolidis, & erroris plenas nugas refellit: sicque finem quadragesimo secundo capiti imponit.

XLIII. In sequenti deinde capite de his duobus querit. Primum, cur sanctæ & intelligibiles potestates (quod quidem nouerimus, atque è sacris litteris didicerimus) se virtutem ab initio ad extremam vsque immutabilem retineant, quemadmodum improbitatem malignæ? Quam item ob causam, cum multi essent homines puniendi, *ignem*, dicat Saluator *Diabolo & angelis eius paratum.*

Atque ad primam quidem quæstionem, vtraque in parte (Angelorum, inquam, & Dæmonum) [naturæ] simplicitatem, quæ neque composita neque varia sit, in causa esse ponit: ac per hoc eam quoque vim iis inesse, vt oppositas mutationis rationes suscipere nequeant. Ad alteram porrò quæstionem respondet: Idcirco ignem Diabolo eiusque angelis, non autem hominibus præparatum scribi, quoniam in nobis non inopinata sit è malo in melius mutatio, cum illi confirmata sua voluntate, nullam de se spem reliquam fecerint. Prædictam ergo Saluatoris sententiam simul pro solutione dubitationis secundæ affert, & simul pro altero argumento, quo dæmonum naturam è malo non mutari posse ostendatur.

XLIV. Post hæc capite excutitur, qua de causa qui regenerationis lauacro tingendi accedunt, Satanæ & operibus eius nuntium remittant: non item hominibus improbis, eorumque actionibus? Enimuerò si non Dæmonum naturæ, sed operibus dumtaxat eorum, tanquam malis, renunciemus, pari ratione oportebat hominum non naturæ quidem, at certè operibus renuntiare. Non enim quod maiora, & difficiliora, ac supra naturam nostram dæmonum opera sint, rectè quispiam pro dubitationis solutione dixerit. Nam contrarium potius hoc ipsum dubium auget. siquidem illa quispiam ne admitrat, deprecetur, non quæ facere nullo modo possit, sed ad quæ agenda propendet. Ipsam igitur dubitationem sic ferè instituit: cuius hanc subiicit solutionem.

Primam quidem, quod dæmones respicere non possint, quod vsque longè grauius atque abominandum magis est, quam alia multò grauiora peccata: sed quæ ab hominibus, qui per poenitentiam in viam reduci possunt, committuntur.

Alteram deinde, quod ab initio Saluator, & securitatis nostræ curator, terminum inimicitiarum immobilem dæmonem inter & homines præfixerit, ut aduersus ipsum odium immortale intra seipsum seruantes, nunquam amplius oblatam ab ipso fraudem excipiamus. quemadmodum etiam singuli qui baptizantur, tanquam fateantur se ad id vsque tempus cum primo suo parente Adamo deceptos fuisse, recte ac sapienter in posterum deceptoris amicitie renuntiant. de hominibus autem, tametsi improbe viuunt, nihil tale Dominus, quin potius contrarium penitus præcepit. Ac de sexcentis id genus aliis, quæ hinc commemorare poteram, vnum illud è maximè necessariis, quod charitati mutue prospiciens Ecclesiæ lex (quam mille modis improbus dæmon discindere conatur) omni eam via ac sapientia componere ac conseruare iubet. quare neque ipsos improbos, & proximi cum sint, pro execrandis habere, atque odio esse permittit: sed contra, quoad eius fieri potest, amare iubet atque diligere. immò verò de purganda curandaque malitia cogitare, illosque ad se adsumere, nullo autem modo repellere, præcipit. Idemque Paulus inter alia monet, *b* qui ludæis tanquam Iudæis, & omnibus omnia factus est, ut omnino aliquos saluos faceret.

a. Matth. 5.

b. 1. Cor. 9. 20.

c. Act. 10.

d. 1. Cor. 13.

e. Ephes. 4. 26.

f. Matth. 5. 45.

g. Luc. 18.

Quod si à peccatoribus iustorum cœtus inde ab initio in hunc vsque diem abstulisset, quis saluus esset? Quomodo mundus sagena captus esset: si, cum peccatores nihil inuicem utilitatis afferant, iusti insuper illos execrarentur ac reitcerent? Sed & quod c Petro visum est linteum, puris atque impuris animantibus plenum, ad consuetudinem potius malos adsumendos, quam repellendos designat.

Iam si tum etiã, quando charitatem ad eum Dei Verbum vbique imperat, & omnibus aliis virtutibus maiorem per suos sectatores clamitat, hostili tamen alij in alios animo sumus, & ferè vnusquisque proximum, tametsi optimus sit, per inuidiam lædimus, atque interdum etiã ei insidias paramus: hac oblata occasione (ut scilicet improbis, ex lege atque pacto nuntius remittendus sit) equidem quantum hominum mores persequitur, ipsos quoque beneficos in nos, qui modo aliquam molestiam, etiam iuste afferrent, noxiæ huius voluntatis, & probrosi illius quo inuicem prosequimur odij diuinum præceptum obicidentes, & tanquam pro aduocato habentes) ac neque ad extremum vsque spiritum odium in tales vnquam deponeremus, etiam si e Solem non occidere super itacundiam nostram Domini bonitas præcipiat, atque per benignitatem erga omnes, etiam inimicos, patris sui imitatores fore declarat, *qui plus super iustos & iniustos, & Solem suum ortiri facit super bonos, & malos.* Et verò si lege decretum foret, ut baptizandi malos homines omnino valere iuberent: iam & vxor hoc colore à vito discederet, & vir ab vxore, filius à patre, à matre filla, à domino seruus. Confirmaret enim horum quilibet se suo cum Deo inuito pacto, legemque hanc sibi proptia voluntate corroboratam nunquam transgrediendam statueret. Has igitur ob causas solum diabolus atque dæmonia, & eorum opera iubemur fugere, execrari, repellere, ac nos per omnia liberos, ne cum iis sentiamus, conseruare, profitentes atque optantes, propter eorum ad malum immutabilem & irreuocabilem inclinationem, & quia peccatis non satiantur, eosdem nos minimè admittere. In nos mutud verò, siue in hominem, siue in Deum admissum peccatum sit, celerem & abruptam ferre sententiam non debemus, (noxium enim illud innato nobis amoris mntud esse solet) tum quod genus vniuersum à materia dependeat, tum etiam quia lapsus spes restitutionis adhuc reliqua est. Vnde si quis dixerit: Egonè vel vnum dæmonem imitando sequor: siquidem verum dicit, non est reiciendus. Sin, vt f ille Pharisæus, sese iactet, & publicano non esse similem superbius gloriatur, is vtiq; damnatur. Neque enim constat, an ille qui stabat iam non deciderit: neque an non sit surrecturus, qui ceciderat. Præter ea verò, quæ iam dicta sunt, etiam illud considerandum, quoniam penitentia duci dæmones non possunt: nos verò per penitentiam ad baptismum accedimus, ex eo quod impoenitentibus renuntiamus, penitentiam omnino Deo spondere nos apparet. Et verò qui dæmonibus ob id quod non respiciant, renuntiauit, quomodo is non impoenitentia primum renuntiauit? Qui etiam prioris suæ nequitie atque impietatis veniam petit, quomodo is hominibus, qui illidem obnoxij sunt passionibus, eandem quam per penitentiam consecutus est misericordiam, secluserit? Atque ista quidem hoc capite complexus est. Inter quæ illud etiam ait, nos in resurrectione Angelicam vitam ætuos, non iam

340

341

non iam amplius ad malum vllum pronos, sed in constanti statu confirmatos: non id quidem ex natura consecuti: sed, vt & Angelorum ordo, virtute S. Spiritus. Eadem, inquit, ratione etiam illud dicit: *Qui a minor est in regno caelorum, maior est Ioanne Baptistâ.* quia scilicet præ abundantia gratiæ spiritualis mutari amplius nequit. Quando enim maiorem Ioannem inter natos mulierum appellauit, qui in Spiritu sancti donis Veritas est, conditor ac Dominus noster, cum huius & futuræ vitæ differentiam ostenderet: Esti nunc, ait, spiritualibus donis maior est præcursor: tanta tamen erit in futura vita harum rerum in melius commutatio, tantaque Spiritus copia, vt qui illis minor est, ampliora dona consecutus sit, quàm qui hic maiora acceperunt. Qui enim hic degebat, etiam si maius quid esset consecutus, nondum tamen habebat immutabilitatem: qui verò in caelorum regno minor, quisquis tandem ille fuerit, quod tulit bonum, id simul stabile & nunquam adimendum tulit, nulli mutationis infirmitati obnoxius.

QUINTO ET QUADRAGESIMO capite in eam venit quæstionem, Quomodo illi duo, qui primi in vtroque [rationalis creaturæ] genere conditi fuere, diabolus & Adam, statim à creatione ceciderunt? Et Adamum quidem sui generis primum esse conditum, nemini dubium. Quod verò & diabolus tanquam dux antesignanus ceciderit, apud Iob, inquit, [legitur] *b* Hoc est principium creationis Domini, factum, ut illudetur ab Angelis eius. Et Propheta: *c* Quomodo cecidit Lucifer, qui mane secundum LXX. oriebat? Lucifer enim, cum motu quodam suo propinquior sit ceteris stellis, primus est auroræ nuntius. quod proportionem quadam olim in diabolum, respectu spiritualis iustitiæ Solis, conuenisse, obscurius Scriptura indicat. Sed quod iam agitur: Esti, inquit, minimè iucundum creaturæ vtriusque, tam intelligibilis, quàm quæ sensuum particeps est, primogenitis in interitum ruisse: posteris tamen omnibus illorum lapsus in communitate vite exemplar proponitur, præconis more exclamans, magnam vnicolumitatis suæ curam gerant, ne aut cum istis in eadem incidant mala, aut talium certè rerum amore teneantur, per quas in perniciem aliquis ruat: Sed omni modo, omnique vi inobedientiam, quodque per illam committitur peccatum exerceatur: quando ipsa quoque creationis veluti fundamenta ac bases, dum quantum oportuerat sibi non attendunt, tam turpiter lapsæ sunt. Nam & propterea sapiens hominum formator atque curator ad totius posteritatis emendationem statim, & quodammodo ante tempus vtrique pœnam infligit, alterum quidem morte damnando: alteri verò locum permittendo, & pro supera beataque vita, tenebras rependendo ac Tartarum, vtrique vitio quod conueniat, misto pharmaco. Deum enim aliquem fore se Adam arbitratus, apertusque gestaturum oculos, & boni insuper ac mali cognitione ditandum: mortalibus [subito] & variis passionibus obnoxius esse demonstratus est, occaecatam ferè ac varia ignorantia plenam naturam sortitus. Qui vero animo iam thronum in caelo collocat, ipsi quoque altissimo similis factus, merito sub terram deiectus Tartareas cauernas subiit. Ita hi per insatiabilem cupiditatem, ab eo in quo erant bonorum temperamento exciderunt: Medici verò sapientis fuit, contrariis opponere contraria medicamenta. Verum in his sacrarum ille rerum peritus, & contemplationis amans scriptor quintum & quadragesimum caput absoluit.

DIODORVS TARSIS EPISCOPVS

CCXXXIII.

contra Fatum.

LECTVM est DIODORI Episcopi Tarsensis opus aduersus Fatum, libris octo, ac tribus supra quinquaginta capitibus distinctum. Quibus in libris pius quidem est hinc scriptor, neque in eam b sectam de Dei Filio, quem impia Nestorij rabies dissecuit, aberrando defleat. Verum in argumentis, etsi quædam rectè satis ac dextere adhibet, dum Fatum laudatores oppugnat: aliàs tam eneque satis clarè, neque satis accurate aduersus fatum dogma persequitur, ea oppugnare aggreditur, quæ speciem dumtaxat dogmatis præ se ferunt: inde sæpenumero non cum illis, quibuscum certamen suscepit, sed cum aliis potius quibusdam pugnare censetur. Quamquam benè sentiens arbiter non ob id quod minus feliciter alicubi hanc rem agat, reprehensum eum velit: cum ex eo saltem
Diodorum Theodorum appellare placuit: cum quod post paulo à Phario sic nominatum; tum quod Suedus Tarsensis huic Episcopo postea a se per dicitur; quod in caput 1. ad Timoth. Euseb. toto libro VI. de præparat. Euangel. Cicero de diuinat. & de Fato. Alexander Aphrodisiensis, in Enchiridionis apud Agell. & P. cap. 1. b. Ob quam male huiusmodi supra indicat Photius Cod. CII. 2. q. 150.

Episc. Tact. a. Habes eam apud Euseb. lib. VI. de preparat. Euangel. cap. 8. De ipse porro Bardisane legendus Euseb. lib. 17. hist. cap. 28. B. Hieron. in catalogo cap. 43. Niceph. lib. 4. cap. 2. et lib. 9. cap. 16. B. Augustinus heresi 31. S. Epiphani. haeresi 70. Theodor. lib. 1. haeret. subul. b. Γενεσις ἀναλόγη. c. συμπαρόντων

eo saltem honor illi & gratia merito debetur, quod non sine sua in multis laude [noxium] de Fato errorem opprimeret molitur. In primo quidem certe & quinquagesimo capite, simul dum Fati opinionem conuellit, etiam Bardisane sententiam refellit: quae ipsa vt ex dimidio ab illa refecta, ita semi-insana etiam nunc remanet. Nam et si animam quidem à Fato, & à natalitia notatione quae dicitur, liberam dimittit, arbitrij libertatem illi conferuando: corpus tamen, & quaeunque ad corpus spectant, Fato gubernanda subiicit. Diuitias, inquam, egestatem, morbum, vitam, mortem, & quae in nostra non sunt potestate: eaque omnia Fati esse effecta tradit. Ergo hunc studiosus ille & sciendi cupidus Diodorus clarè ac validè conuincit, verbo quidem mediam dumtaxat erroris partem praedicare, re autem ipsa totum confirmare: quandoquidem plurimae corporis siue affectiones, siue actiones per animae operationem, cooperationem, aut etiam naturae consensum, accidere solent ac perfici.

LIBER PRIMVS.

PRIMO igitur libro post alia de Fato relata, tum vnde tam liberè agendi audaciam error sumplerit, aduersus eam insurgit opinionem, quae vniuersum hoc ortu carere asserit (putat enim ex hac opinione illud quoque de Fato signum constari) libroque huic ita finem imponit, vt ne in altero quidem ab eadem pugna desistat.

LIBER SECVNDVS.

QUAMOBREM decimo post hae capite, tam mundum ipsum, quam in eo degentem hominem ortum habere demonstrans, hoc ferè modo ad argumentationem aggreditur. Quandoquidem, ait, singulatim hominum singuli corruptioni atque generationi obnoxij sunt, manifestum sanè ipsam quoque horum naturam ad similem redigi dissolutionem, & non nisi in solis ex se mutuo successionebus perdurare. neque enim quod ortu caret, inde suam habere incorruptibilitatem potest, quod vnum in alterius locum identidem succedere cogitemus: sed quod id per se ipsum, atque ex sua met subsistentia, tale sit. Porro mundum quoque ipsum habere ortum, ex iis est manifestum, quod quae in ipso sunt, ignis, aqua, terra, aer, ortum habeant. Haec enim quotidie particulatim & corrumpuntur, & gignuntur. Rursum autem quod terra corruptibilis sit, ex iis perspicuum euadit, quod siue homo, siue alia animalia corrumpantur, in terram conuertantur. Nam quod haec in illam corrumpantur, argumentum vti que est; ex illa ipsa corrupta ortum suum initio accepisse. Adde quod etiam animantia pleraque ex hac versa atque corrupta gignantur, & fiunt. Quod autem conuertitur, etiam si forte minus fuerit manifesta eius corruptio, quomodo id ortu carere possit? quoniam omnis mutatio eius quod antea sua natura existerat, vel maximè in causa esse solet, cur id ortu non careat. Iam si ortus omnis expers fuisset hominis natura, quomodo eam aut Genesis aut Fatum dispensaret? Nam quod ortu caret, alterius nequaquam indiget, vt subsistat.

Si quis autem ipsa rerum euidencia coactus, forsitan fateatur, orta quidem esse eum terrestria, tum aquatica & aerea: sed illam tamen Genesim, per quam haec perficiantur, cursu suo continuam quandam, & ortus expertem corruptionem efficere, illaque, quae iam diximus, omnia perpetuo & sine ortu operari: hic suamet ipsius sententia redarguitur. Non enim fieri potest, vt haec eadem & orta, & non sempiterna sint, & tamen sempiternam admittant dispensationem. Nam ea quidem quae existunt, tuell quispiam ac dispensare potest: quae verò non existunt, primum facit, ac tum demum gubernat atque dispensat: non autem prius, quae non sunt, dispensat atque gubernat, ac deinde eadem creat.

Ortum autem habere etiam elementa, vel ex eo docet, quod mutuo haec quotidie subsidio egere videamus. quoniam quod ortu caret, idem quoque immutabile est, & nullius indigens. Porro indigent mutuo elementa, non solum vt ipsa seruentur, verum etiam vt animantia, quae in ipsis degunt, conferuent. Mundum adhuc totum habere, ortum apparere ex eo, quod hunc coagmentationem quandam esse percipimus, è caelo, terra, eorumque quae in horum medio sunt constantem. Et verò si, vt oculus vel caput, in reliquo corpore, sic & caelum inter mundi partes dignissimum: omnino, quemad-

modum caput & oculus, et si dignissima praecerebris membra, illidem circumliquor: corpore permotionibus subiciuntur, sic etiam caelum (quod illdem moribus cum terra, aqua, aere, & omnibus quae in eo sunt corruptibilibus obnoxium est) communem nequaquam effugit corruptionem: Etenim quomodo, quae à Genesis dispensatione pendens, ortu careant, vel quomodo, quae ad existendum aliorum non indigerunt, iam alienae, & quidem non bonae dispensationis coeperunt indigere? Quid verò ex hac dispensatione emolumentum capient; si iam ante ortu carebant? Omnis quippe naturae ortu carentis mutatio, corruptio est, atque amissio illius existentiae, quae principio carebat. Quomodo item posuit ea, quae ortu carent à Genesis dispensatione pendere, non vt eis donetur illa ortus experis natura, sed vt conseruetur [dumtaxat].

Si quis verò dixerit eorum mutationem ortu carere, etiam hoc infert; quod minime omnium fieri potest. Mutatio enim eiusmodi quaedam affectio est, quae principium habet, & nullus vnquam dixerit mutationem esse sine principio. Quin imò, vt breuiter dicam, & elementorum, & quae ex ipsis sunt cum animantium, tum corporum sapientissima mutatio, figurarum adhuc atque colorum, & reliquarum qualitarum varia differentia, tantum non clamat, ne aut ortu carere mundum; aut naturae sponte existere, atque sine prouidentia esse putemus, sed illud clarè sciamus, & indubitatè teneamus, Deum huius omnibus & esse, & bene esse largiri. Verum illud forsitan dicent, Cetera quidem ortum habere omnia, sed solam stellarum siue naturam, siue positionem ortu carere. At primo, Cuiusnam sit Genesis illa, priusquam aliquid factum esset? Quis verò elementa creasset? an alius nemo, sed haec seipsa? Verum quod ortu careat, nunquam sponte sua mutationem vllam subeat. Nam cum omnibus illud gratum esse solet, quod secundum eius naturam est, tum illi maximè naturae, quae ortu careat. Neque verò haec, si nolit, ab alio quopiam patiri res vlla possit. quoniam quod validius est, vi nulla [minore] cogi queat. & sanè nihil illa natura validius, quae ortum nullum habet. Quomodo item, quae nullo prorsus modo sunt, sine opifice fieri possint? aut quomodo Deo hanc vim auferentes, sibi vindicare facultatem eam possunt, vt seipsa producant, quae antea non existerant? Si verò seipsa producere potuerunt, quin item à seipsis dispensandi sui facultatem acceperunt, sed aliena cura opus habuerunt? Multo enim factu difficilius est, primum aliquid fieri, quam postquam factum fuerit permanere. Quomodo igitur quod erat difficile [à se habuerunt,] quod autem facilius, non haberent, nisi ab alio accepissent? Et quomodo Genesis terram, aërem, & alia quae non fecit, dispensat? Conditoris enim munus est etiam dispensatio, cum non solum omnium quae ab ipso condita sunt naturam norit, verum etiam qua potissimum ratione conseruari, & vnde rursus confundi queant, atque corrumpi. Si qui porro audeant, elementorum quoque creationem Fato tribuere, dicant velim nobis, qualem astrum, ad suum in Zodiacum circulum ingressum, terram perfecerit? Quale etiam aërem, vel ignem, vel aquam? Verum id nunquam dixerint, etiam si maximè amplius nugari velint. Praeterea si, quod facit Genesis, non semel facit, sed eadem saepius post temporum aliquot curricula, repetit, ostendant nobis saepius esse factas multas integras terras, multas integras aquas, multa integra maria, vnde etiam mundos infinitos constituant. Ac quemadmodum hoc fieri non potest, ita nec illud, vt vel semel Genesis vnum aliquod elementum produxerit. Iam si de insania in insaniam delabentes, à Deo quidem creata esse dixerint elementa, verum haec ab ea Genesi dispensati, quae & quae ac Deus ipse ortus expers sit, multo etiam manifestius amentiam suam produnt. Quorum enim Deum ordinem nullum seruanti Genesi creatum à se opus subsistat? An quod eam ipse sapientiam non habeat, qua illi prouideat? At quis hanc tulerit blasphemiam? quis amentiam? creandi quidem potentiam habere Deum, prouidentiam non habere tantum, quantum inordinata illa Genesis sibi rapuerit? Quin & infinitum praeter haec absurdorum examen consequitur. Verum si, quemadmodum bonitate sua [creaturas] fecit Deus, sic & prouidet: superuacaneum certe ac stultum est hoc de Fato siue Genesi commentum. Quomodo item sine ortu caelum esse possit, quandoquidem compositi mundi, quem vndique cingit, pars est? at quod ortum nullum habet, id neque cingere quidquam neque aliorum locus esse possit, sed cum ab his, tum ab aliis affectionibus omnibus liberum est. Quin vel ex ipsa eorum quomodo conseruantur hypothesi, satis apparet, omnino neque caelum, neque stellas ortu carere. Etenim

nim quasdam eorum esse beneficas volunt, quasdam rursus maleficas sciunt, domosq; aliis alias attribuit, in quibus dum versentur, alia vel maligniores fiant, vel certe ex benignis maligna evadant, alia contra vel ad beneficentiam (male cum sint) delabantur, vel benigniores quam antea reddantur. Quomodo ergo de his vel mente concipi possit, perturbationis ea esse expertia, aut simplicia, aut in composita, aut sine ortu, aliaque prope infinita? Vbi demum secundus liber absoluitur, vnaque decem illa capita, quae a decimo initio ducto in vicesimum vsque pertingunt.

*n. hunc legem-
dum sic calculus
quadret: nisi li-
bro insequenti
vicesimum ca-
pitulum Phisius omi-
serit.*

LIBER TERTIUS.

TERTIO deinde libro conatur quidem vicesimo primo, secundo, tertio, & quarto capitibus reprehendere eos, qui coelum esse globosum statuunt, sed eiusmodi nequaquam argumentis adhibitis, quae redarguendi vim habeant. Globosam verò formam coelo concedere propterea recusat, quod Factum ex tali positione induci putet: quamquam nulla id demonstratio extorquet. Non enim, si coelum globosum sit, mox etiam Fatum necessarii ponitur. Porro vicesimum quintum & sextum caput pias continet rationes, sed quae ad reprehensionem subiectae hypothese robur non adeo magnè praferant. Septimo dehinc & vicesimo de coelo, deq; eius stellis, opinionibus (quas Astrologorū esse ait) allatis, & non satis ipsas sincerè adducit, & quae contra eandem profert argumenta, ea neq; demonstrandi vim habere, neq; saltem veris similia proponere videntur. Iam vicesimum octavū caput adversus eandem opinionem insurgens, per similem quidem demonstrandi ratione delabatur, sed non ita etiam illud à verisimili aberrat.

Proximo autem refert [Astrologos] terram vniuersam in duodecim aequas partes pro pari signorum coelestium numero partientes, singulas terrae sectiones, vna cum earum incolis, ita definitè cuique signo attribuire, vt terrae partibus subiectis singula Zodiaci signa inuicem bant, atque instar nebulae supra definitam terrae partem deuehantur. At cum etiam ex illorum sententia, perpetuo coelum motu feratur, vnaque cum ipso & duodecim signa circumagantur: fieri nullo modo posse [docet,] vt eandem illa terrae sectionem perpetuo obtineant; sed pertransibit, ait, iuxta coeli progressum omnes terrae sectiones signum quodlibet, dum alias ad ortum alias ad occasum Solis, aliasque ad meridiem vna cum coelesti motu circumagitur, & nunquam in vna aliqua sectione fixum manet. Vnde fit, vt singula signa non minus illam sibi definitam terrae sectionem regant, quam alienam. Adde, si secundum eorum opinionem terra centri ac puncti rationem habet ad coelum, & quodlibet Zodiacum signum cum latitudine, tum longitudine multis partibus est, quam illa, maius: qui fieri omnino potest, vt quaelibet duodecim illarum terrae partium signorum cuilibet ex quo respondeat, atque coextendatur, ac propterea etiam affinitatem illam cum eo habeat? praesertim cum neque terra vniuersa sit habitabilis, sed pro maxima parte, praeter nimium calorem, partim frigore, habitari ab hominibus nequeat, ab ceteris item terrae partibus iam inde à principio penitus distincta. Quod si non ratione situs singulis terrae sectionibus signa imperare dixerint, neque ratione corporeae magnitudinis, quasi terrae nimirum habeant amplitudinem, sed neque ratione naturae gaudere singulas signiferi partes singulis terrae partibus, frustra omnino iuxta figuras signorum, etiam terrae loca distribuunt. vt cum cancri chelis siue forcipibus eminentes quasdam atque exporrectas extra totius molem partes attribuunt: & Tauri rursus cornibus ac pedibus alia quaedam loca, quae proprias ad naturalem horum figuram accedant.

Adhaec [si] singula signiferi signa singulis terrae sectionibus, ita naturae ratione gaudeant, vt & laedant eius partes ac vitient, vel terrae motibus, vel bellis, vel ignis vastationibus, vel sterilitate, quoties malignum aliquod sidus appareat, & contra inuent maximè, agricultura, aedificatione, vbertate, dum benignum aliquod sidus ad eas defertur. Quomodo ad haec loca quaedam reperiuntur, quae ob nimium siue frigus, siue calorem omnino deserta perpetuo remanent: neque vel beneficium aliquod astrum sublata solitudine temperiem hisce attulit, vel ad habitabiles locos malignum signum ascendens, in meram eos solitudinem ac vastitatem redegit? Etsi enim hic contigerint aliquando eluiones, vel grandinum aut fulminum ictus, quibus ea quae in ipsis sunt, perirent: attamen cum rursus haec loca ad naturalem vbertatem reduxit: cum illis desertis nunquam aliquod haecenus felix astrum profuerit. Sed natura nimirum obtinet,

obtinere, cum in solitudinibus, tum vbiicumque, non eadem illa rebus omnibus à Deo indita, vt neque pluuia ibi decidat, vbi per naturam non solet; neque niuibus vbiquam illa careant, quaecumque immania pati frigora consueverunt. Quod si qui forsitan immutabilem hunc in locorum naturam ordinem pro indicio atque argumento adsumant, quod singula signiferi signa singulis terrae partibus gaudeant: certe fertilitatis in sterilitatem commutationes, terraeque ipsius motus, imbecillum esse horum argumentum satis arguunt: nam etsi felicitium locorum temperamentum per se perierit, solitudinem tamen inhabitabilis asperitas nunquam immutata est. Haec igitur illa sunt quae tricesimo capite ita tractantur, vt consequentiam aliquam & probabilitatem habeant: cetera verò, partim capitibus dicta sunt praecedentibus, partim in speciem dumtaxat exteriori instructa videntur.

At primo & tricesimo capite Astrologorum opinionem labefactans, ita quaerit: Cur Zodiaci signa errantium stellarum domos appellant? An quia haec in coelo fixa sunt? Ergo quotquot similiter fixa manent astra, ipsorum aequè domus fuerint. Non: sed quia non errantium stellarum quaelibet gaudet errantè. Quin igitur & Planetarum signorum Zodiaci domus appellantur? Quo modo non item domus inuicem sunt benefici prosperique Planetarum, & malefici: immò & quae sibi mutuo familiaria sunt Zodiaci signa? Si verò propterea, quod signa è multis componantur stellis, cum singulis Planetarum vnius generis sint: mox etiam quamlibet fixarum stellarum compositionem, Planetarum constituere domum Astrologi coguntur. Multas enim, qui inuestigare velint, etiam aliarum fixarum compositiones reperiat. Sin quod nullae praeter Zodiaci signa vna cum Planetis effectus fatales operentur: Cur non & Planetarum domus sunt signorum coelestium, quemadmodum cum illis vna operatur? Sin forte propterea quod signorum coelestium operationes possint Planetarum aut irritas, aut efficaces facere. quomodo non etiam aliorum alij domus sunt, quemadmodum mutuos effectus, vt illi fatentur, & & ratos & irritos reddere queunt? Quomodo item sola Signiferi signa Planetarum cooperantur? Num superuacaneus est reliquos fixarum coetus? Quomodo adhuc Planetas aut benignè facere, aut nocere posse asserunt? an propter motum? Nullum igitur è XII. illis Zodiaci signis prosperum erit vel aduersum: sed neque alia vlla non errans stella. Sin idè, inquit, quod per illa gradiantur Planetarum, iam multò potius siue zonae, siue aëris illa loca, per quae isti gradiantur, hanc bene aut male agendi potestatem habebunt. Neque enim haec Planetarum coelum, cum multò sint (vt aiunt) inferiora, contingunt. Quorsum tandem Lunam minui atque augeri potest? & cum ceterorum Planetarum progressus, status fixos, ac retrogressionem adducant, Solem tamen & Lunam ab hoc retrogrado errore liberòs sinunt? Etsi partus qui videtur Saturnus, aliis tamen (vt aiunt) maior est Planetis, eò quod per altioris orbem obambulet: Cur maior Luna quam Sol, qui quarto supra illam orbe decurrit? oportebat enim ipsum multò illa innotetam apparere. Quare omnia falsa sunt atque conficta, quae Astrologorū scitptis adstruuntur. Sic quidem primum & tricesimum caput absoluitur. Alterum verò supra tricesimum nihil ad refutandos aduersarios adfert, quod veri specie habeat. Sed quam pius in suis rationationibus apparet hic vir, tam etià (quod saltem ad erroris refutationem attinet) languidum eundem videas. Iam tertium & tricesimum caput eiusdem est, quoad efficaciam formae. Quae enim ibi ad referendum coelum esse rotundum adfert, communes esse difficultates queant aduersus eos, qui hemisphaericum illud esse statuunt, vel fornicis in modum cauum, vel similem et aliquam fornam tribuunt. Vbi & tertius liber desinit.

LIBER QUARTVS.

QUARTO dehinc libro, capite verò tricesimo quarto, quinto, & sexto, haec fertè tractat. E diuersitate, quae cum inter habitabilem orbis partem atque inhabitabilem, tum inter ipsa inuicem climata repetitur, referare Genesim siue Fatum aggreditur. Quisnam enim astrorum ille motus est, ininterrogat, quo fit, vt altera quidem terrae pars ob frigus nimum, altera ob intolerabilem calorem habitari omnino nequeat? rursus quae alia vel perpetuo liquescens calore, vel assiduis percussa niuibus, & frigidis asperitate velut efferata, non nisi difficultè incoli possit? Cur non & in his aëris constitutionem immutat perpetua illa Genesim, quae tot semper in aliis climatibus mutationes producit? Certum igitur illud, neque Planetarum rursus, neque signorum coelestium

lestium compositionem, sed vnam Solis naturam pro intervallo locorum que sru eas, quas iam diximus, varietates efficere. Cur item, cum reliqua vbiq; terra imbribus irrigetur, solam Aegyptum Nilus, dum certis anni temporibus exundat, atque in illam se effundit, fertilem frugibus reddit? Cur adhuc Thebaidos interiore regionem, quam Oasin nominant, neque fluuius, neque imber vllus irrigat, sed fontium dumtaxat fluxus lactificat, qui magno in quillinorum labore existunt, non sponte sua, neque imbribus in terram delabentibus, iisdemque rursus per illius venas redditus, vt apud nos contingit. Cuius quidem rei illud signum est, quod quae montibus subiecta sunt loca, eiusmodi fontes emittant, qui integra etiam flumina non minus limpida quam dulcia producant, cum interim patentissimi quique campi à montibus remotiores, maximeq; plani, vel nullam habeant aquam, vel non nisi modicam eamque grauem & salam, necessitatem illam, sed in fossis inuentam, ac neque tota estate sibi sufficientem. Quod si omnia per Genesim administrantur, qui sit quod in humidum aliquid signum sibi que familiare Planeta ingresso, non omnem simul terram impleat pluuia, sed alibi nihilominus aquarum abundantia, alibi pluuiarum inopia, eodem profus tempore, neque magno admodum locorum intervallo, terra vitietur? quamquam & contraria iterum in his alio tempore contingere videas, nisi forte vel peculiaris quaedam sit illius populi Genesim, vt ipsi fingunt, vel in propinquo alicubi singulari quodam modo exoriens signum communes illas Geneseos effectiones euerat, inanisque sit vniuersalis Geneseos vis, si non & particularis Genesim concurrat. Singularum igitur terrae partium Genesim aërem mouent, neque signum humidum vna cum sibi affini Planeta quidquam efficere poterit, particulari Fato resistente. Quare praeterea in locis quibusdam rarior est potabilis aqua, in quibusdam verò abundat, & calidis insuper potissimum quis incolae sponte productis? Siciliae quoque, Galliae, aliarumque gentium non minimarum, maximi montes, perennem ignem sic emittunt, vt etiam longè positus noctu appareat, neque vel frigoribus imminuatur, vel imbribus extinguatur, vel terrae germinibus noceat: cum qui his ipsis populi adiacent, tale nihil patiuntur, neque ostendere [illi] possint, quid tantam locorum, aëris, aquarum, camporum, montium, differentiam dederit. Nam si duodecim signa Zodiaci, & septem Planetarum [id praesent] quare igitur non eadem vbiq; operantur? Inopes praeterea & diuites, imperantes & subditos, aegros atque sanos, & cetera vbiq; reperias: quin ergo etiam vbiq; pluuiarum & ariditates, & quae cunq; antea commemorauimus? Iam auri metallum, argenti, æris, stanni, plumbi, vel ceterorum metallicorum natura, à quali tandem Genesim orta reperitur? Itaque DEVM quidem & hanc tantam, & alias innumerabiles varietates nostra potissimum causa terrae impertiuisse videtur fatemur: à Fato verò propterea fabros artifices creati, quo mundi huius rebus vti possint, id neque nos dixerimus, neque alius rectè sentiens quisquam. Praeter ista, si singula climata permanent, sexcentis inter se differentiis iam inde à condito orbe exornata, & nihil à Geneseos mutationibus laesa, immobilia profus ab aeterno constituerunt (non enim aut alcerni fluxus maris, aut ignis inextincti fontes, aut animalium in singulis climatibus differentiae, aut aliae innumerabiles, sed immutabiles rerum alterationes vnquam cessarunt: tot interim rebus per ipsam Genesim immutatis) quomodo sine hac aut fieri quidquam, aut permanere, aut gubernari posse negant? Libenter autem ab eis quaesierim, qualisnam forte curriculi motus herbis, plantis & animalibus existentibus principium dederit? demonstranda enim Geniturae horum cuiusque hora, quae à terra formabantur: & aliam quidem esse palmæ, aliam ficus, canis item suam esse propriam, similiterque camel, neque eandem illam esse equi, columbae, aut hominum, & id genus aliorum. Si ergo possunt dicere, cur non & nunc à terra Genesim formet praedicta, doceant nos. nihil enim, quod semel dumtaxat per Geneseos ambitum perficiatur, sed idem etiam saepe efficit? Cur insuper ab initio quidem non essent quae producta sunt, nisi è terra formata fuissent: post autem nihil horum è terra germinare possit, sed per mutuam debeat successionem conseruari? Aut quomodo cum, quae propria maximeque necessaria sunt, Genesim non habeat (vim illam puto formandi è terra omnia) conseruandi [tamen,] perficiendi, atq; destruendi potens sit? Praeterea ex accurata illa horae cognitione, singulis quae gignuntur euentura referunt: homini, inquam, & boui, aui atque naui, vbi item & ceteris omnibus, quorum praecogni-

praecognitionem habere se asserunt: [at] qua ratione cum terrae, maris, aëris geniturae tempora non nouerint; horum affectiones, ac motiones, mutationesque denunciare se promittunt? Quomodo quis istis credat, aut qua ratione immoderatam ipsorum arrogantiam non auerteret? nunquam enim singulatum omnium exhibere proprias genituras poterunt. Et vero etiam consequens est, tot esse genituras differentias, quot sunt eorum quae producuntur genera. Nam quomodo eadē curriculi Genesim canem & leonem producat, hominem item & equum tantopere inter se discrepantes? quomodo item colorum, figurarum, qualitatum varietas sit, nisi varia quoque Genesim haec omnia efficeret, vt aiunt? Cum vero non vna sit omnium siue actio, siue affectio, non eorum omnium vel porcorum eadem magnitudo, celeritas, fortitudo, vox, non vnum etiam cogentur, vt constat, geniturae momentum fateri, sed tot plane, quot erunt eorum quae ab ea perficiuntur differentiae, non terrestrium modo animalium pta & volantium, atque aquatiliū, sed & plantarum, & herbarum, & si quid aliud in terra nascatur. Et quomodo immensam adeo temporis momentum multitudinem forment? Nunquam sane poterunt, non si decem dierum millibus annis ipsis constet. Ita vero maxime horum mendacium prosterntur, si quis animalia frequenter patientia considerat, vt canes, porcos, gallinas, & potissimum quae iam plurimos simul gignunt fetus. Nam porci, pisces, canes, multis pariendis etiam diebus [integri] spatium absumunt. & vero piscis (quantum ego puto) multos quoque dies, eo quod ouorum illa multitudo in myriadas piscium ex ordine transformeretur, qui deinde singuli pariuntur, quibus quidem diebus fieri nullo modo potest, quin volatilia vel terrestria in toto mundo, vel natatilia in toto mari & fluuijs & stagnis gignantur. Verum hinc etiam, quod volo, certius quis discat, quando ver bene temperatum incipit, omnis floret herba & parturit, omnisque lignorum species, sed & multa siue volucrum, siue animantium, siue piscium generamulta inuicem concipiunt. Infinita quoque [plantarum] genera eodem tempore perfecta ferunt semina, infinitaque arbores suos fructus, non vno quidem momento, sed multis diebus, dum in eadem planta alij etiamnum florent, alij cresunt, alij maturescunt. Nec dissimilis est in animalibus omnibus partus conceptusque proportio: quae idem omnino geniturae momentum habere nullo modo possunt. adde quod alia per annum integrum fetum vtero gestant, quaedam mensibus decem, quaedam diebus quadraginta, aliaque in his plurima reperitur differentia. Quale igitur astrum, in quale Signum ingrediens dimensum vnicuique generi fetum ferendi tempus determinat? Cur autem, cum animantium in genere vitae tempus aequale non sit, aequalem tamen illa veteri gestationem habent? Dicant igitur, an haec etiam à Genesim proficiantur? vt magis irrideantur. Siu per silentium decus suam declinent: quomodo aliquid sine Genesim fieri negant? Neque tamen hic fetuum differentias adfero: quorum alij genitoribus similes sunt, vt homines, equi, leones, alij non item, vt vespæ, apes, & quaecumque ex ouis prodeunt. pars rursum sine coitu generantur: pars absque eo nequaquam. Et quis innumerat, quae in his reperuntur, differentias enumerauerit, non animantium modo, verum etiam stirpium & herbarum, aliorumque similitum? quorum omnium causas ab his Fati auctoribus quaerere iustum est: siquidem omnia secundum horum sententiam ex Genesim pendunt, & quod existant, & modus quo existant, & gestari vtero, & pati, & agere, & mori. An forte aduersus miseros mortales dumtaxat tam accuratus de Genesim sermo ab ipsis institutus est: vt, quod in nobis omnium est honestissimum, libertas arbitrii, ignoretur? Deoque pro collatis in genus humanum beneficijs, gratiae non agantur? At quomodo rursum Genesim intempestiua illa additamenta adijcit, dum quadrupes fetus secundum hos, aut plures quam natura exigit siue manus siue pedes perficiat: cum neque reptilibus pedes tribuat, qui illis ad ambulandum sint vsui, neque, oculos talpis, neque alijs ea quibus indigent. Adde quod ea quidem, quibus intempestiua illa additamenta dedit, non sinit viuere (quaecumque enim prodigiosa forma sunt, breuis quoque aui esse solent) & additione sua totam simul horum naturam aboler. quibus vero à natura debita siue pedes, siue manus, siue oculos abstulit, ea ita viuere permittit, vt mutilati corporis solatium nullum habeant. Si quis haec igitur ad Fatum referat, is absurditatis auctor non minus quam illud efficitur. Sin naturae esse peccatum agnoscat, omnem accusandi Numinis occasionem tollit. Quemadmodum enim ipsam suis quibusdam

si. uerd lego, non vtrd.

149

351

350

busdam currere legibus statuit, sic & eandem, ratione quadam vtili, iuxta mortalium conditionem ferri concessit. Ipsa igitur sicuti modum seruans, nihil quod vlla sit affectum iniuria proferat. At si in nimietatem vel defectum, in pauorem, vel vehementes affectiones delapsa, aduersus latas sibi leges quidquam admittat, mox neque in ijs quæ gignuntur, sinceritatem seruat.

Cur insuper quædam animantia suos fetus non nutriunt, quemadmodum in volatilibus vultures, corui, piscetesque fere omnes? quædam vero etiam parentes in senio alunt? Item alia etiam illegitimum sibi suppositum fetum nutriunt; pleraque vero minime? At quis innumerabiles rerum omnium differentias recenset? Igitur hæc quidem libro quarto continentur.

LIBER QVINTVS.

Libro QVINTO cum alia persequitur, tum ante hæc de Fato similiter ista. Si quod parentes gignant, ait, à Genesi contingit, manifestum est à parentum Genesi & filiorum Genesim, & huius horam definitam esse: Sin minus; ergo gignendum Genesim eos qui gignuntur non perficit, frustra que longius de Fato sermo habetur. Si enim quod fetus seminetur, gestetur, perfectusque vel imperfectus proveniat, à parentum Genesi existit, clarum quod horum quoque hora ab eadem proficiscatur. Sin minus hæc, ergo nec illa. Iam si Genesim alia ex alijs sunt; ipsumque nascendi momentum ab eorum qui genuerunt Fato proficiscitur; facile sit huius amatoribus vnam aliquam hominis capere Genesim, atque ex ipsa tum patrum, tum aiorum, immo & maiorum Genesim indicare, horumque omnium tam animi quam corporis affectiones actionesque, ac simul figuras, colores, & magnitudines. Nec hoc solum, sed etiam ex hac ipsa & illius vniuersi Genesim licebit quinam generandi sint prædicere, omnemque adeo futuram ex ordine cognationem, cum suis actionibus, & quæcumque alia supra dicta sunt vt neque præteritorum, neque futurorum quicquam ignoretur. Quod & ipsi meti iustiterint. At tu mihi illud quoque inspicere: Filiorum, autem, Genesim infelices reddit parentes, etiam si forte à propria Genesi felicitas ipsis attributa sit. Interdum etiam tollit & vincit patrum Genesim ipsa filiorum, quoties videlicet hæc fatalis illius effectus est: sed & patrum Genesim infelices reddit liberos, & fratrum fratres, eundemque in modum etiam coniugum; quantumvis forte aliam alter habeat Genesim, & aliunde natus sit. Et quod his omnibus magis deplorandum; Genesim cogit gehetantes odium suscipere pro amore erga liberos: liberos item parentibus, atque inter se fratres, coniugisque infestos reddit, & ad cædes prouocat; itaque aduersus inuicem armat naturam, vt totam turbet cognationem. Et ille quidem lamentatur, quod laboret filius, vel mortua sit vxor, aut maritus, ignarus interim quod horum cuiusque Genesim, & amorem inuicem necessario conciliat, & infortunata, dum eorum qui amabantur exitu dolores acerbos obicit. Hæcine sapiens quisquam ferat? Rursum infelices seruos esse per dominorum Genesim prodigiose iidem referunt: itemque captarum, bonum, & alioquin animum greges, per Genesim possessoris; vt & integros exercitus per Genesim Regum innumera abiles Genesim per vnicam illam vniuersam tantum hominis, siue ad meliora, siue ad deteriora auertuntur: & quidem tam felicitum quam infelicitum, quæ ob vniuersam Genesim infelicitas habent varietates ætatum; annorum, mensium, dierum, horarum; patrum; matrum; cognatorum: immo & idem quandoque mortis genus siue gladio, siue mari, siue simili aliquo casu subeunt. Attamen inuenio ego & seruarum atque militum Genesim, quomodo ipsi loquuntur, heros Regesque superantem. Fallacis enim hi aut lenocinio interdum dominos vel alia quæpiam ratione aggrediuntur, sua illos Genesim in Dominos armante. Quod si forte patris familias Genesim hanc seruis dare nocendi potentiam dixerint, magis etiam difficultatem augebunt. Non solum enim [non] infestiores esse subditos cogit dominorum Genesim; sed præterea illum ipsum vincere, cuius est Genesim; atque eos qui pro suo Fato nunquam tantum ausi fuissent; Regis illa Genesim in ipsum met prouocat. nam fieri omnino nequit; vt tot simul militum Genesim in domini mortem conspirent. Ciuitatis item Genesim in vniuersam incolatum multitudinem imperium obrinet. Quando enim hæc decidit; infinitas statim varietates pluribus Genesibus distinctas è medio tollit, vno hoc eodemque exitio euerrens. Ad eundem

eundem quoque modum & aër [corruptus] & diluuium totam sæpe gentem delet. neque enim possunt tot Genesim vnum mortis genus nascisci. Si quis porro illud etiam impossibile sit, admittat tamen rursum, [dicam] ciuitatis vel aëris Genesim à multitudinis Genesi veritur, atque è duobus alterum [concedendum] vel multorum Genesim; ab illa vna irritam reddi, vel certe hanc, propria exuram efficacia, ab illa multorum abripi. Eademque dicere quis posset de lignis, graminibus, herbis, & omnibus animalibus. Si igitur Genesim alia ab alijs inuicem euerantur, ita vt filiorum Genesim parentum Genesim, & horum rursus illorum destruant, & similiter coniugum inter se, vt & domorum Genesim illas habitantium, vel contra horum ipsam domorum Genesim, atque, vt semel dicam, ea fiant, quæ iam dicta sunt, ipsamet sese Genesim vndiq; euerit & dissoluit. Sic quidem Capite quadagesimo secundo disputat.

Proximo deinde Capite, varijs actio nibus atque affectionibus, ijsque vel naturalibus, vel liberis subijci tam quæ in terra, quam quæ in aère & mari existunt, etiam nos, inquit, fatemur: at necessitatem fatalem horum omnium causam esse, id vero & auersamur, & redarguimus, ducto ab inanimis initio ad rationis expertia animantia descendentes, indeque ad hominem ratione præditum sermonem conuertentes. Magnæ igitur lapis ferrum ad se rapit, nec ipse rapit tantummodo, sed & huic aliquid ad se ferum rapiendi vim tribuit, & huic rursus aliud, ad plura vsque. Dictamus quoque herba venenatis animalibus adeo inimica est, vt vel solo odoratu recepta, nocendi vim omnem eripiat. Sola item inter herbas Aglaopharis ita noctu lucet, vt nominis veriloquium indicat, & carpere conantem refugit; idque radicata cum sit, locum ex loco contra naturam mutatis: neque enim quæ radicibus hærent transitio motu prædicta sunt. Chamæleon adhæc animal in multos colores corpus mutat, talisque omnino apparet, quale quod illi adiunctum atque subiectum est siue lignum, siue lapis, seu quid aliud fuerit. ad illius enim colorem etiam suum aptat. Seleucis insuper aurs vsq; adeo locustis est inimica, vt quotquot eius vmbra subeunt, intereant. Alijs rursum nox est ad videndum quam dies accommodator, alijs etiam alimentum illud est, quod alteri lethale sit, sed & potus non omnibus conuenit animalibus. Quædam adhæc in quadrupedibus, volatilia vero omnia, vrinam reddendi facultate destituuntur. Et quid attinet

354 sigillatim animantium infinitas differentias tum in cibo, tum in potu, in figura, in canis & silentio, in mansione & migratione ac reditu, in obsequio & libertate, in temperantia & libidine, in labore & otio, in audacia & timiditate, atque in alijs infinitis recensere? Qualis ergo curriculum fatalis motus talis vt esset, genus quodlibet effectus? cur vero vniuersum genus eiusmodi est, vt neque lepus audeat, neque leo pauet, neque aliud vllum animal innatum suo generi operationem virare conetur: sed vnumquodque genus totum informe sit, solusque homo mutationibus varietur? Quod si per Genesim vnum quodque genus in proprio natura more vbique conseruatur, quomodo contrarium in hominibus reperitur. Etenim in eo timiditas & audacia, iracundia & mansuetudo, improbitas & probitas, omniaque adeo contraria. Vbi est igitur ille Genesim os cursus? vbi septem Planetæ, & duodecim Zodiaci signa? Quid tandem hominibus tantam præbet affectionum studiorumque varietatem, cæteris non item? asinus enim vbique onera gestat, pardalis rapax est, cæteraque speciei suæ ordine seruati. Eodem profus modo & quæ brutis animalibus secundum cuiusque speciem inest natura, cum Genesim, tum circiter eam ex orientes stellas, omnemque illam longam donorum sortionem vincit. Vbi enim Mars? cuiusnam bruti animalis dexteram gladio armavit, vel corpus lorica texit, vel galea caput tutatus est, aut crura aut pedes? Nec enim lupum in lupum armavit, neque leonem vnquam acies inter se commisit. Quis autem commemorare studeat, quæ recensere queat nemo? Si enim nihil extra Genesim fieri quomodo nullum sidus, non errans stella, non iuxta alicubi exoriens, non signiferi signum hæc congenitis brutis præbet, quæ cum homine communicauit? non textoriam artem, non ferrariam: neque alios quidem Magistros alijs qui ab eiusdem speciei socijs disceret constituit? Si quis forte à nobis doceri animalia contendat, primum quidem pauca eiusmodi ostendet, & cur non etiam omnia doceantur, difficilius erit demonstrare. Deinde nunquam mente aut intelligentia, quemadmodum homo; sed fraude vel timore animalia docentur. quemadmodum canis, vel simia, vel equus, si verberibus coercetur, ea quæ ostensa illi sunt obseruat: non quod hæc domino vilia fore existimet,

a. Lege Plinium
lib. XXIV. ca. 17.
b. Aelian. de
Animal. lib. 14.
cap. 27.

existimet, sed quod cædatur, ni faciat. Psittacus quoque astu deceptus [humanam vocem] imitatur, quando per speculum appositum non animaduertit quem imiteretur. Clanculo enim post speculum quod obiectum est loquuntur, quæ discere ipsos cupiunt: Psittacus vero, ratus se alium Psittacum videre, voces illas exprimere conatur, nihil interim quæ dicuntur intelligens, cum omnia articulate didicerit. Et vero solus psittacus, non autem aquila, neque aliud vllum animal sic docetur. At quomodo non illud rursus contra Genesis legem, quod cum hæc cætera animalia ratione destituta producatur, eorum tamen aliqua ab hominibus doceantur, superetque Geneleos terminos is, qui nunquam huius legibus soluitur. Si vero etiam apes ab iniuicem doceri dixerint, in his quoque falsum tuerentur. A natura enim, non ab arte operatur apes. Quamquam sic etiam difficultas augeatur. Cur enim neque alia in suo quæque genere inter se aut docent, aut docentur? Quis .n. coruos aut vultures volare docuit, quos ne parentes quidem alere solent? Quomodo item Genesis, quæ Reges ac Principes constituere solet, hos eis negauit? nam neq; asinus asinorum, neq; lupus luporum Rex est; neq; inter hos alius pauper est, alius diues; neq; aliorum ibi quidquam, quibus humanum genus obnoxium est. Vbi igitur vna orientes stellæ? vbi ipsorum Genesis, atq; illa apotelesmarum multitudo? An hæc in solos miseros mortales tantam abripere potentiam? Atqui vi cæterorum omnium animantium potentissimus homo. Etenim & fortioribus intellectu præstat, & super terram gradiens volatiliis tamen dominus est, & in mari natantia captat, & vt simul dicam, omnibus animantibus ratione atque intelligendi facultate antecellit. Quomodo igitur Genesis in eum habet imperium, qui cæteris imperat omnibus, ijs vero imperare nequit, quæ huius imperio continentur? Verum, vt apparet, hæc aduersus homines à malo dæmone instructa machina est, vt & pie viuere iusteque agere necessitatis esse effectum rati, alieni à Deo efficiantur; & quæ his contraria committerentur, ab eadem proficisci causa persuasi, nullum omnino peccatum prætermitterent. Nulla est igitur proflus Genesis, sed à veritatis hostibus contra veritatem fingitur, quemadmodum ab huius amicis demonstratur.

Neque enim quod animalia ratione careant, in causa esse diligens rerum persequator deprehendit, quo minus bruta discant eadem, quæ homines solent, vt neque rationem in homine efficere, quod disciplinas prope infinitas comprehendat. Quam multos enim ex illorum sententia Genes efficit surdos, mutos, stultos, inertes, ineptos? Quid igitur ratio profuit ex vtero prodeunti cæco surdo aut simili alicui? Et quibus animantibus inferiores non sunt, siue ad victum quærendum, siue ad discendum? Quid vero apiculæ nocuit, vel araneæ, vel formicæ, quod rationis expertus sit, si horum quodlibet facit id, quod ei secundum naturam conuenit? Quid denique alijs obditi animantibus ad suum cuiusque opus, quod rationis expertia sunt? Nunquid propterea quod ratione carerent, impediti fuere siue cygni, siue cicadæ, quo minus alis suis cantum ederent? Sed quæ ex ipsa natura canendi peritos producere Genesis potest, quomodo non eloquentes ac disertos eadem reddidit? Cur bruta damnas? Nunquid nos aliquid nisi discamus, nouimus? Verum bruta animantia cum ratione destituuntur, eorum quæ ad rationem spectant, discere nihil possunt. Quin ergo, cum perinde omnia ratione careant, non ea saltem discunt, quæ ad cætera bruta pertinent; vt grues quæ ad olores, asini, quæ ad canes, & ad apes araneæ, & sic deinceps quodlibet; quod ad alterum spectat? Non certe quia ratione destituitur, propterea humanæ institutionis brutorum capax non est, sed ob naturæ, quam conditor produxit, differentiam. Quodnam vero illud astrum est, quod hocce signiferi occupato signo ferarum atque iumentorum genus è terra, aut ex mari natatum formauit? Et cur idem nunc quoque non efficit? Iam quæ immaturam mortem adducit Genesis, cur non vel decennem aliquem fecit esse senem, vel lanugine saltem faciem vestiuit? Et si vitæ spatium cuiusque nostrum ad quintum & sexagesimum annum, & nonnunquam etiam longissime infra eum terminum refecuit, qui sic, quod nunquam illud in quintuplum aut decuplum? at quid dico quintuplum, immo vel in triplum aut in duplum extendit? Quæ vbi vitæ ille dixit, mox Climacteris descriptionem subiicit; vt & astrologorum nominum ac schematum, accuratius horum expositionem persequendo. Addit deinde, si per stellarum cursum atque schemata omnia animalia gubernantur, quomodo nullum vquam astrum aut schema, aut vicini sideris exortus vel patrem esse, mulum fecit, vel matrem

matrem mulam, cum tamen hi fecundis non raro animalibus miscantur? Natura mirum huius vim elidit, & vbi que eam vincit: in temporis productione, in corporis congressu, in gestandi fetus varietate, in ætatum immutatione, in cæteris, quæ secundum naturam sunt omnibus, quorum illa nihil potest immutare. Cur enim equus nullus vel asinus hominum effugit flagellum, cum cætera animantia horum ictum non ferant. At si qua, quæ tamen rara sunt, sustinent, ne sic quidem difficultas soluitur. Cur enim non & cætera omnia sustineant numero multo plura? Deinde inter ea quæ flagris cæduntur, libera sunt bruta, dum adoleuerint: nam mox vt onera ferre cœperint, etiam verberari incipiunt. At homo potissimum in pueritia flagellatur: cum autem ad virilem ætatem creuerit, aut nunquam, aut saltem raro cæditur. Quare adhæc fibris, suis, gallis gallinaceis, hominibus, equis, & quibusdam forte alijs, genitalia excantur, ferrumq; ipsos pro fecundis steriles reddit: cum cætera tamen animantia non modo ab astringorū necessitate nihil lædantur, sed eam etiam irridendam proponant?

Cur tandem eadem stellarum positura eundem cursum tenente, si plantæ amputentur, rursus ramos emittunt, & circumtonsa herba æque vt antea, quin etiam altius erigitur, cum in animalibus, si quod forte membrum dissectum fuerit, oculus, vel nasus, ut digitus, nihil plane fatum ad huius membri restorationem adiuvat, etsi hoc ipsum præbere illa quæ abstulit, censent? At non Naturæ proprietates, sed astringorū motus quidam atq; constitutio illud partim bestijs, partim hominibus distribuit. Iam vero quis sues, gallos gallinacos, captas, bouem, & si quid his simile est, ad mortem per gradum subeundam adiudicauit, cum plurima animantia hoc mortis genere non pereant? Olim præterea, cum idolis sacrificandi ritus vigeret, innumerabilis horum quæ iugulantur, multitudo vna sepe immolabatur hora. Hoc vero more cessante, non perinde iam hæc animalia gladio subiiciuntur, siderum tamen constitutio, vt illi loquerentur, constanter eundem cursum tenent, inæqualiter adeo horum animalium conditionem immutauit, quæ cæterorum præsum viuentium modum inuariatum reliquit. Quod si forte alia quoque nonnulla ad hunc fere modum immutata sunt, quando id neq; in omnibus, neq; in plurimis accidit, æquabilis nihilominus astringorū cursus, & insuper incommutabilis illa necessitas ludibrio exposita est. Et hoc quidem Libri V. Capituli quadagesimi tertij extremum est.

LIBER SEXTVS.

SEXTO autem Libro & Capite quadagesimo quarto hæc subiicit. si Geneleos cursus Sait è terra hominem cæterasq; animalia produxit: quomodo nunc sine coniugio nequaquam vel hominem, vel varias illas animantium species, producere deprehenditur? Quod si & nunc quædam eorum sic producit, vermes puta & id genus nonnulla, quomodo non etiam omnia alia quæcumque eodem modo è terra ab initio prognata exhibuit? At si forte stellarum cursum homines è terra initio formauit, cur non eos ita produxit, vt simul artibus instructi prodirent? sed longo post tempore & fabrilis ars atque textoria, & historica, Geometria, Rhetorica, aliæque innumere artes humano sunt ingenio primium excogitatae atque inductæ? Si vero prouenisse homines olim scientia instructos è terra videntur: quomodo tunc sine disciplina docti sunt nati, qui nunc vix multis laboribus atque exercitationibus doctrinam parant? Quo nunc igitur veteris ille cursus recessit, qui ab ipso ortu sapientes homines fingebat? aut vnde hic nos ter prodij, qui natura sua peritos non nisi per labores ac longam exercitationem prouehit?

Quid igitur crudelis Mars tum faciebat, cum homines in mutam eadem non armarentur? Vbi astringorū cursus ille Regum & Principum multis post sæculis, vt & patris habitandi auctor, cum neque mente quidem urbem vllam aut imperium homines excogitassent? Cur adhæc olim homines artium inuentores erant, nunc vero inuentis contenti longius progredi non student? Manifestum certe datam à Deo hominibus intelligendi vim, post inuenta cum tempore & labore, ac potissimum cum celesti auxilio ea quæ ad vitam tuendam erant vtilia, iam constituisse, neque vltra quidquam frustra cõminiscendis nouis allaborare. Quomodo item eiusdem Prouincia tota natio aliqua comam nutrit, alia tondetur? Et quædam gens matribus miscetur, plures vero hunc execrandum esse morem ducunt? Etsi alijs insuper innumerabilibus differentijs legum, vitæ, ac consuetudinum distinguuntur. neque tamen vllas siderum

rum cursus aut comatos tonder, aut attonfos comam alere cogit, aut alia alios facere, 358
quæ suis ipsi legibus docti non sunt. Hæc autem ipso capite continentur.

Proximo vero illud adducit, Si etiam Fati amatores illi fugiendum putent ad vicinarum stellarum exortus (quæ à Signis atque Planetis diuersa, fatalibus Geneseos euentis affines non sunt, neque inter se consentiant, sed pro Climatum differentijs, singulæ suos suppeditant euentus) dicant velim nobis, vbinam sit Geneseos inconcussa illa firmitas atque constantia? Ex ijs enim quæ ipsi referunt satis apparet, proprijs viribus harum singulas illius effectus rescindere. Quamquam non omnes idem terræ spatium obtinent, qualis sit Persarum atque Iberorum portio, vel Lazorum atque Romanorum, seu aliorum quorumcumque. Quomodo igitur hæc gens oppositis adeo illius gentis viuendi normis, legibus, ac moribus gubernatur? Deinde quomodo pleraque gentes suos quæque fines incolentes, in Romanorum terminos irruerunt. Tertio verò, migravit olim populus Iudaicus in Aegyptum, neque tamen à patrijs legibus recessit: ex Aegypto deinde idem iterum demigrans, Palæstinam & Arabiam inhabitauit, idololatris prius bello pulsus, nec à Mosaica deo lege desciiuit, vt neque tunc, cum in captiuitatem Babylonem deductus est, sed nec postea per totam terram dispersus patrias leges deseruit. Nullius enim extra Zodiacum positæ stellæ, ortus, ac neque Genes ipsa circumcisionis illos aut Sabbathi præceptum soluere coëgit. Quin & nostrum genus, Christianorum, inquam, quadringentis abhinc annis exortum, subito Orbem, qua patet, occupauit, à suis gente qualibet ritibus abducta, atque ad ducendam ex pietatis præscripto vitam tralata, non id patriam mutando; sed in eadem, vt solebant, habitando; atque ita vetusta illa stellarum harum Apotelesmata imbecilla & risu digna relinquendo. Itaque ab hominibus indoctis prolata doctrina, hæc ipsa manifeste euerit, quibus pudibunda cedebat in bellis Genes. Erenim paruit quidem olim Assyrijs subactus orbis, hinc Babylon imperauit, deinde Medi imperium exceperunt, & post illos Persæ, donec id tandem ad Macedonas transit: atramen quæque gens suos retinebat mores, & à suis regebatur Regibus, ac saltem communem illum, qui omnibus imperabat, agnoscebat Dominum. Nunc vero, quemadmodum vna dumtaxat est religio, sic & regum imperium vnus tenet, trecentisque gentibus aut amplius, non nisi vna legitima imperij Romanorum maiestas præest, quemadmodum & Religio non nisi vna est. neq; tamen aliquem hoc tempore cogit Genes vel idola colere, aut matribus misceri, aut alia quædam patrare, quibus metuendæ gentes illæ non inter se tantummodo discrepabant, sed etiam ab oppositis sibi inuicem nationibus distinguebantur. Illud ergo nobis explicent, quomodo Religionis atque doctrinarum mutationem Fatum inducat, neque tamen cætera mutandi vim vllam habeat? Neminem enim vnquam aut suadendo, aut vi cogendo eo aduulisse videtur, vt eum ignominie, paupertatis, inualitudinis, seruitutis, iniuriæ, aut alicuius ex infinitis alijs horum similibus desiderium caperet. Sed quemadmodum vbi que visa est natura potentior quam fatales effectiones, sic & ratio, propriæ libertatis dignitate seruata, manifestè satis in ijs, quæ voluntariè operatur, nugas istas vincere demonstratur.

Verum tamen si pie aut impie agere à Genes proficiscitur, explicent velim nobis, quæ Genes Stoicum reddat? quæ Epicureum? Peripateticum item qualis, aut Platonium? quæ immolare Baccho, aut Cereri, Soliue aut Lunæ? Quæ Aegyptium pecus adorare, vel canem selemve? quæ Manichæum reddat? quæ Valentinos? Quod si indicare nequiverint, ne quoque vltra sese efferant, monco. In nobis igitur situm, non in Geneseos operatione, sic vel sic Numen colere. Si vero hoc: vtique & colere simpliciter, & [omnino] non colere: è partibus enim totum constar. Quomodo autem non absurdissimum illud sit, improbum per Genes fieri, & eidè tamen improbitatis nomine odio esse: similiter & bonum fieri, atque admirationi esse, & similiter adulerum, aut homicidam? Ab eadem item per vim coactum mala perpetrare, & rursus ob illud ipsum puniri? Legislatores constituere sceleratos punire, & nihilominus alios vel inuitos impellere ad peccandū, seu ad alia quib; referata est hominū vita? Quæ siquidè in nostra sunt potestate, nobis quoque eorū quæ fiunt culpa sustinenda: Sin Genes summā potestatem obtinet: aut hæc culpanda, aut is certe, qui hanc condidit. Ita vndiq; Fatū non consistere tantum nullo modo posse, sed impium insuper esse, atque probrosum [ostenditur.] Verum his & Liber sextus & quintum ac quadragesimum Caput absoluitur.

360
S Eptimo autem Libro quæstionem ab Astrologis proponi solitam dissoluit. Dicunt enim, ait, Vnde existunt mala, si non à Fato proficiscuntur? Quibus sic respondet: Si quæ nobis mutuo mala struimus, dicere velitis vnde existant, dum eorum paratores vestris oculis conspicitis, frustra causam altam quæritis: Sin ea mala, quæ inuiri paritur, etiam huius solutio ad oculum patet. Perturbauimus omnigenæ improbitatis turbine ipsam vitā, facimus quæ odit & auersatur Deus, Ideo patimur quæ nolumus, vt ne deinceps in vitia prolabamur. Nisi forte oportuit ita criminibus obnoxios felicitate insuper potiri, quò Deus amplius etiam ignoretur, & nos pronius in mala feramur. At si petrare mala per Fatum Deus nos cogit, quomodo rursus velut peccantes castigat? Aliud autem est, vt clarum, permittere quemlibet libero arbitrio vitā, & quod velit eligere: aliud ad committenda mala impellere. Quomodo vero vobis, ait, diuinæ gubernationis profunditate ignorantibus, in mentē venit ad Geneseos illud signum conuerti? & quæ nos ipsos efficere videmus, ea non esse nostra nugari; quæque; alia efficere nullo modo possunt, hæc tamen per illa fieri mendaciter fingere? Quia per terram reptantes vos ad Conditoris ipsius iudiciorū altitudinem nequaquam ascendistis, propterea in stellas, Lunam, Solemque; eorū quæ à nobis fiunt, causas referre conati estis. Quin ego ipse, inquit, dum hæc scribo, à Genes, secundum vos, coactus sum has eius scribere reprehensiones: vt ita etiam ipsamet acrius aduersus se ipsam, quam vllus alius extrinsecus eam oppugnās hostis insurgat. At vero quid iuuat ea discere, quæ à Genes expectantur? Nam si quidem vitate cognoscantibus conceditur, quæ Fato destinata sunt, inepta est prædictio. Vincit enim quæ in nobis est facultas Genesim: & maximè, quibus Fatum non ignotū, soluere ipsius seriem poterunt, cum hi magis quam cæteri, quæ à Genes ordinata sunt cognoscetes, nihil eorum quæ ipsa minatur, accidere sibi patientur. At nec hoc, iterum illi alunt, extra Geneseos seriem est, quod qui hæc cognouerint, eripiantur. Igitur Genes in contraria diuiditur, partimque prædictionem adhibet, partim eam ipsam irridet: quo quid magis ridiculum esse queat? Quamquam & alia rursus ex parte multa est in ea iniustitia atque inæqualitas. Cur enim non omnibus hoc persuasit, vt euentura sibi discerent, quo item omnes ex his eriperentur? Quod si vero ei qui ista cognouerit, effugere tamen non licet; quid frustra cognoscere iuuat, curisq; ante tempus consumi, percelli ante ictum, & ante mortē grauius quam morte ipsa affligi? Hoc porro omnib; perspicuum, eos, qui Fatum asserunt: & proborū laudes atque coronas è medio tollere, & improbis contra iniustam denunciare pœnam atque correctionē. Nam si necessitate adductus est vter libet ad ea, quæ agit, iam neque; virtuti merces vlla est, neque; scelerum pœnā exigere licet, quod non potest non penitus nostram vitam confundere atque inuerrere, & omnibus in Deum linguam suam acuentibus esse impudentius. Non sufficiebat nimium miseris, si cogentur mala cogitare, dicere, facere: sed cum eorum misereri oporteret, odium insuper adjicitur & pœna. Vbi si quis dixerit, nostrum non esse scire, cur Deus talem condiderit Genesim? is dum modeste agere se fingit, pietatem perstringit, ac per ea ipsa etiam magis fit impius, per quæ moderate loqui videtur. Si enim vere bona Genes est, quæ nobis mala apparet, & id quidem per ipsam Genesim: non iam hoc meum erratum est, si malam puto, quæ mala non est; sed eius potius, qui tale per Genesim iudicium cogitatis nostris inseruit. Nam si meum erratum est, aliena erunt vtique; à Genes, quæcumque; ad cogitata pertinent, quæ & sermo & operatio sequuntur, frustra que; fuerit Genes. Vera igitur moderatio cauta que; hic circumspectio non sit, malam finxisse Genesim, deindeque; Deo malorum cogitationem concedere; neque; item illud, affirmare eundè & ad malum impellere, & quos eo per Genesim impulerit, nihilominus punire, non sunt hæc modeste loquentis, sed ipsa demissionis specie in grauem errorem inducentis. At vero pietatem colens soboles, nullam Deo iniuriam per illa eadem facit, per quæ ipsum colere se, arbitrat: neque; eius tollit bonitatem, malorum ipsi potestatem attribuendo, Iniuriam enim facere neque modo nouit, neque; vnquam poterit diuina potentia, non quem hæc homicidam fecit, postea castigat: non ita prohibet labi, vt deinde & cogat non obtemperare præcepto, & puniat negligentem. Hæc neque; in Deum cadunt, neque; à pietate admittuntur. Nos autem quæ consentanea sunt mente agitant, perfecte Deum omnia quæ in mundo fiunt, comprehendere fatemur; at non etiam ipsi comprehendere

in Euestro hie Co-
culam vbe, ex
precedente forsi-
tan scripsi illa-
pam.

hendere hæc contendimus, certi nos nunquam comprehensuros. Cæterum hanc esse veram Dei potentiam agnoscimus, quod neque à malis aliquando superetur, & quod in rerum conditarum vilitate bonitate vtatur. At tu mihi etiam illud considera. Solent in venationibus tauri stimulis excitari, atque ad pugnandum proitari, dolore quoque dominis sentientibus, si forte minus exandescant. Verum astrorum ille cursus morte remuneratur eos, qui ipsius fatalibus decretis obsecutus fuerit. Seruos ad hæc nostros immorigeros castigamus, obsequentes præmio afficimus. At illa quæ hæc cogitare ac facere cogit Genesis, & labi iubet, & persuasos cruciatibus subijcit. Eadem item nos quidem iustos in subditos interdum facit, cum ipsa interim iniustissima in nos committere non erubescat. An non igitur extreme dementiæ hæc statuere? Atque hæc quinto & quadragesimo Capite dislerit.

Quadragesimo sexto Capite asserit illos à Genethliologia dementatos, omnium quoque architectum Deum eidem subijcere. Ita enim loquuntur, ait, quemadmodum iuste viuere à Genesi proficiscitur, sic & orantem exaudiri, & Dei præsentia operum, & diuinis dignari apparitionibus. Per ea igitur quæ asserere ipsi audent, Deum esse Geneseos ministrum declarant, atque in eos solos esse beneficium, quibus huius cursus beneficium accipere benignè concesserit. Quo quid esse possit impium magis? Sin hæc atque his similia adimunt, iam maximis ab eo bonis diuultis, in vnam dumtaxat dominari malitiam scripserint. Attamen tempus docuit quam plurimos è bonis malos euasisse; ita vt probos in improbos commutando, in eos rursus potestatem obtineat, qui ab eius potentia liberi erant. Adeo dum hæc statuitur, omnia confunduntur atque conturbantur, & vel ipsa sese ante omnia prosternit, ac circumagendo euertit.

Proximum deinde Caput (septimum id est & quadragesimum) asserit, Græcos aliquot Philosophos hæc canimo considerantes, illud de Genesi figmentum detestatos esse atque irritasse. Quamquam & cælum ipsum non secus atque illi globosum assererent, & non aliter de Signorum compositione, deque errantium stellarum motu statuerent. Quænam igitur horum sententia est, quod hæc quidem admittant, illud vero nequam? Ea quæ terra marique, vel in aere & cæteris elementis accidunt præsignificandi, etsi non cogendi aut efficiendi vim habere astrorum cursum arbitrantur, hunc enim ad eum fere modum futura denunciare, quo diuinandi, aruspiciandi, aut similis ars quepiam solet. vt non propterea hæc eueniant, quod prænuncientur, sed ideo prænunciantur, quod eueniant. neque enim alstra per vim gubernare hæc inferiora, sed dumtaxat quæ post euentura sint denunciare. Verum etsi qui sic sentiunt, magnam illam Astrologorum impietatem à se repulerint, ad perfectam tamen veritatem non peruenerunt, Ita septimus liber absoluitur.

LIBER OCTAVVS.

Octauus porro Liber à quadragesimo octauo inchoatus Capite, duos creatos dicit cælos, vnum quidem aspectabili isto superius, quod vna cum terra substerit, alterum vero hoc quod videmus. Horum ergo duorum alterum recti quasi locum tenere, alterum terræ quidem recti vicem similiter præbere, sed altiori illi cælo soli præstar esse ac fundamenti. terram adhæc vnam esse. cælestia item potestatibus maioribus esse subiecta, vt & visibilibus ea quæ sub cælo sunt. Cælum insuper non esse rotundum; sed centrorij ac fornix formam præferre. Pro qua quidem opinione Scripturæ, vt putat, testimonia profert: non ea solum de figura, sed & de occasu atque ortu Solis. Reddit & causam incrementi ac decrementi dierum ac noctium: aliaque id genus curiose investigat, mea quidem sententia, quæ necessaria non sunt, etsi cum sacris oraculis connexionem quandam habent. Vnde pius quidem hunc virum, ex ijs quæ refert, iudices, at non ita etiam accurata cum ratiocinatione sacrarum scripturarum testimonia producere dixeris.

Inde ad nonum & quadragesimum Caput transitione facta, sacre nobis Scripturæ leges, admonitionesque, & magnum illud redemptionis nostræ mysterium (nec immerito sane) prædicat: vbi & astrologiam, ex iisdem illis diuinis libris egregiè perstringit.

Hinc

Hinc ad quinquagesimum caput gradu facto, eundem illum errorè nihilo segnus oppugnat, præter alia etiam ista referens. Etsi quid, ait, ab illis prædictum euenire forte videatur, non id mox quoniam [prædictum fuit] euenit. multa siquidem & nobis eorum quæ cogitaueramus, acciderunt: & negotij alicuius vel moti iam, vel breui mouendi expectatione suspensi, illud ipsum tale habuisse principium vel finem postea deprehendimus, qualem speraueramus: neque tamen propterea nos in Prophetarum ordinem referimus, sed casus esse hunc euentum, atque coniecturæ agnoscimus. Enimvero si quid alienum ab humana vita prædicerent, ac deinde insolitum illud, non dico sæpius, sed semel admodum euenisset, merito admirari licebat. At cum ea quæ plerumque accidere solent prædicere videantur, quid mirum, si rectè coniciant? non enim facile est tam multa dicentem aberrare. Quin illud potius mirandum sit, semper si aberrarent. Iam si etiam dæmones habeant adiutores, quemadmodum sanè habent, qui ipsorum prædictionem confirmant, non amplius tum miret, si rectè coniciant, sed multo magis, si non rectè coniciant. Adiuuant enim eos dæmones, in Astrologorum scriptis maxime versati, omni adhæc perficienda contentione adhibita, quo nimirum illo de Fato errore nimis credulis infuso, contemptum insuper Dei his ipsis persuadeant. Prædicunt autem huiusmodi libri diuitias, paupertatem, & quæcumque contingere in hac vita solent, ad quæ sanè dæmones suam opem adferre non difficulter possunt, Etenim etiam nos horum non pauca in alios, si modò velimus, vel persuadendo, vel decipiendo, vel vim adhibendo, conferamus. Et verò peccatores in sua tenet potestate dæmonum turba, obsequentesque ducit atque agit quo vult. Velint autem ad Astrologorum fallacias nostram componi vitam: vt euentus quidem, cum Astrologorum prædictionibus consentire animaduertentes, sed eorum auctores non obseruantes, non solum astrorum cursu decepti fallamur: verum etiam pietatis ac iustitiæ nulla habita ratione, in impietatis abyssum incidamus. Et hoc quidem ipsum, quod illam, quam diximus, compositam aduersus homines machinationem hi non animaduertant, dæmonum vtique opus fuerit, peccato simul atque impietate adscitis, per quæ prohibeantur [miseri] & horum molitionem, & diuinorum similiter iudiciorum profunditatem intelligere. Quomodo enim Deus aut dæmonum insidias, aut suæ prouidentie mysteria manifestet iis, quibus studio est eius despiciere præcepta? Etenim quæ iniqua esse scimus, perpetramus: neque tamen ea confestimur, quæ laudanda nouimus, & adhuc speramus nos ignota percepturos? Vbi ea feceris, quæ didicisti, atque per virtutem te ipsum dignum reddideris, ad plura præter ea quæ ante cognoueris percipienda, tempus demum miseris, si quæ perfectiora sunt, discere nequiueris. At quam diu perturbationibus refertus es, Deum que contemnis, quomodo tu aut eius prouidentie mysteria discas, vel contra te dæmonum impetum? Et quomodo non facile vincant dæmones eos, quibus non est Deus propugnator? ad illa nimirum hos attrahentes, quæ Astrologorum libri prædicunt: vt Fati in eis figmento corroborato, amplius etiam à Deo deficiant. Atqui, si quanto ad malum studio contendimus, tanto item ad honestatem incumberemus, non ignoraremus quàm Deo chari simus, neque quantum virium contra dæmonem habeamus. Etsi enim vbique Deus, ad eos tamen propius accedit, qui per opera ipsum diligunt. Vbi autem Deus est, quænam illic insidie lateant, aut quis omnino adit insidiator? Quæ vbi differunt, diuinis rursus eloquijs aduersus Fatum instructus, homines adhortatur, vt se illo errore liberent. Quod autem in signa & tempora, & annos factum esse à Deo Solem cum Luna & stellis dicitur, his ea significari vult, quæ à sub Iesu filio Naue & Ezechia rege, itemque in Christi passione contigerunt.

His igitur quinquagesimo capite pertractatis, ad L. I. deinceps transit, quo à Bardisane ortos hæreticos redarguit, quod cum profiteantur se Prophetas admittere, animas quidem à Genesi liberas & sui iuris constentur, sed corpus nihilominus huius gubernationi subiciunt. nam diuitias, paupertatem, morbum, sanitatem, vitam, mortem & quæcumque in nostra non sunt potestate, per Fati vim effici affirmant. At si eundem Esaiam ignorant cæli Astrologi quæ futura sint, & ex Jeremias sententia, vanum hoc omne studium est, quomodo hi suscipere se dicunt Prophetas, qui corpus Fati seruaturi subiciunt? Etenim Deus Iudeis siue minas siue pœnas non nisi corporeo intendit, similiaque parat beneficia, quorum tamen cognitionem non habere Astro-

KK 3 logos

a. Gen. 1. 14.
lego pro dicitur
quoniam.

a. Gen. 1. 14.
b. 10. 10. 13.
c. 4. Reg. 20. 9.
d. Math. 27. 45.

e. Esa. 47. 12.
f. Jer. 10. 1.

logos per Esalam pronuntiauit. Quoniam igitur pacto fieri potest, vt & Prophetis fides adhibearur, & corporeorum cum malorum rum bonorum potestas omnis Fato concedatur, & huic nihilum additū futura prædicant: nisi forte per insaniam dixerint, bona quidem piis, mala verò impiis distribuere, & ipsum insuper Numen Fato deseruire. At qui animæ Genesi non subiciantur, quando Deus ipse, rerum omnium conditor, vñ cum hac operatur, fatalibusque effectis subseruit? Si verò quæ per Angelos olim ac Prophetas administrata sunt, ea Genesi non efficit, vt nec ea quæ Dominus noster IESVS CHRISTVS in carne apparens operatus est, dum innumerabilem humanorum corporum multitudinem sanauit, quorsum adhuc volunt affirmare corpus à Genesi administrari: nam aut illud falsum reddent, quod Deus immortigeris pœnas miniterur, obtemperantibusque benignè faciat: aut certè, si primum illud verum, secundum fabula est. Ad hæc qui fieri potest, vt Genesi corpora subiecta cum sint, animæ tamen eius imperio subducantur? Si enim à Genesi accidit inuentio thesauri, vel ædificatio domus, vel aliarum aliquarum corporearum rerum siue adsumptio, siue abiectio, immò & adulterantium atque mœchantium pœna, necessarium utique animam impelli ad inuentionem thesauri [propter ipsum thesaurum,] atque ad discedendam vel architecturam propter domum, vel textoriam propter vestem. Quin & à muliebri amore vinci hanc oportet

* * * * *
immò etiam ad eadem incitari propter Genesim, quæ mortis sententiam tulit: & sic de aliis. Vix enim corporeum quidquam fiet, nisi anima obediat, atque adiuuet, vt necesse sit Bardifanæ sectatores, vel animum subicere Genesi, vel si hoc non audeant, etiam corpus ab huius imperio liberum pronuntiare. Ita secundum & quinquagesimum caput finitur.

Proximo verò extremam illam impietatem confutat eorum, qui ipsum quoque Dominum nostrum IESVM CHRISTVM Genesi subicere audent, sumpta de ostensa Magis stella occasione. Hanc ergo amentiam bene & sapienter refellit, multis illos confodiens argumentis cum alibi, cum vbi ostendit visam stellam non vnam è multis in celo fuisse, sed vim quandam diuinorem in astrum conformatam, quæ omnium Domini natiuitatem denuntiaret. Porro Magos refert à Chaldæis ita accepisse, stellam quandam olim fore, quæ natum in carne communem Seruatorem nuntiaret. hoc illis vaticinium, tanquam eiusdem artis studiosis, enarrasse Balaamum illum, qui vel inuitus imprecationis loco bene precando Israël, à benedictione regis nasciturus ortum, & huius præconem stellam admiscuisset. Dum autem sese videndum obtulit Dominus, præ ceteris nationibus Persis potissimum iam natus apparuit, quod quibuscumque eam expetentibus, siue Magis siue incantatoribus, per ipsum gratia & redemptione donaretur. His ergo atque aliis horum similibus pertractatis, vltimo tandem capite repetitionem prædictorum omnium instituit, simulque quinquagesimum tertium caput, & octauum librum absoluit.

Est autem in loquendo purus atque distinctus, eiusmodi enthymematis atque epichærematis efformatis, qualia ex parte iam in his illius operis excerptis indicauimus.

EX MEMNONE EXCERPTÆ HISTORIÆ

De Heraclea Pontica tyrannis.

Latinitate donatæ Laur. Rhodomanno interprete.

CAPVT PRIMVM.

Summa historia MEMNONIS historia, à libro V. vsque ad XVI. quæ circa Heracleam Ponticam accidit (id enim operis institutum est) exponit: tum urbis tyrannos, & res horum, gestas moribus, tum aliorum etiam vitam & exitum, & quæcumque eò pertinent, recenset.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

366 CLEARCHVS (ait) primus tyrannidem in hanc sibi urbem vendicauit, discipline philosophicæ haud equidem rudis (è Platonis enim discipulis vnus fuit, & quadrienium Iocрати oratori operam dedit) at enim uerò crudelem, si quisquam alius, ciuibus se exhibuit & cryentum: & ad summum vsque insolentia processit, vt & Louis scilium nominaret. Nec colore genuino, quo natura faciem eius tinxerat, contentus, subinde aliis atque aliis eam fucis illinebat, vt nitida & rubicunda intuentibus videretur. Quin & vestes ad terrores & delicias permutabat. Nec verò in his tantum improbus erat, sed etiam in benefactores ingratus: & in omnibus violentus, ad res nefarias audax. Natura indutius ad cædes eorum quos impeteret, non tantum si quid hostile meditaretur contra populares, sed etiam in exteris. Bibliothecam tamen sibi comparauit, cuius laude antegreditur alios quos tyrannis famosos reddit. Hic insidias crebro multas, propter cædes, immanitatem & iniurias sibi structas, effugit: sed vix tandem à Chione Matris filio (qui vir erat magnanimus, & necessitudine sanguinis tyranno deuinctus) & Leone & Euxenone, cæterisque non paucis, coniuratione inita, vulnus lethale accepit: cuius dolore acerbissimo est extinctus. Commune enim populi sacrum agebat tyrannus. Opportunam igitur occasionem se adeptos rati qui cum Chione conspirauerant, manu Chionis ensem trans illa communis patriæ hostis adigunt. Qui inter multos & saeuissimos cruciatus magis magisque ingravescentes, & pauores à spectris incusso (erant autem simulacra eorum quos crudelem in modum necauerat) altero die post vitam cum morte cõmutauit: quum annos exegisset in vita LXX. & XII. tyrannicum imperium tenuisset. Apud Persas tunc regno præerat Artaxerxes, & exinde Ochus, patris in imperio successor. Ad quos sæpenumero Clearchus, dum vita fruitur, legatos misit. Qui verò necis auctores tyranno fuerant, prope omnes, partim à satellitibus, in ipso aggressionis articulo (vbi tamen strenuos se viros gerebant) concisi, partim aliquanto post capti, & atrocibus suppliciis (quæ fortiter tolerarunt) adfecti, occubuerunt.

CAPVT TERTIVM.

367 SATYRVS autem, tyranni germanus, & curator puerorum Timothei & Dionysij relicti, imperium suscipit, qui non Clearchum solummodo, verum cum eos etiam tyrannos crudeliter superauit. Non enim de insidiatoribus fratris tantum vindictam sumpsit, sed & in liberos eorum qui etiam rei perpetratæ conscii non essent, non minus saeuit. Atque ita à multis insontibus maleficorum pœnas exegit. Fuit hic omnis doctrinæ philosophicæ & artium ingenuarum omnino expertus, ingenio tantum ad salutem propenso. Nec voluntas ei erat; humanum aliquid & moderatum discendi, nec à natura indita facultas: sed per omnia erat pessimus, etiam si tempus ipsum infringebat hominem, vt ciuili tandem sanguinis & cædis eum satietas caperet. Amoris tamen fraterni primas tulit. Nam, vt dominatum fratris filii integrum ab iniuriis conseruaret, adeo eius rationem habuit, vt licet coniugali vxoris, quam vnice amabat, consuetudine vteretur, liberos tamen ex ea procreare nollet, sed omni arte hanc orbitatis & non gignendæ sobolis ceu pœnam sibi irrogaret: ne quem omnino insidiatorum fratris filii relinqueret. Superstes adhuc, sed senio grauatus, Timotheo, qui de filii fratris ætate præcessit, rerum summam tradit: nec multo tempore post difficillimo corripitur morbo & immedicabili. Cancer enim inter inguen & scrotum enatus, ad interiora pascendo subinde acerbius proserpebat: ex quo carne laxata, lanies, grauissimos & intolerabiles expirans odores, profluerebat, vt nec ministri nec medici virulentissimum putredinis factorem sustinerent ac perferrent. Continentes autem & acerrimi dolores totum eius corpus exærnificabant: quorum vigiliis & conuulsionibus eouique mali contagio adaugebat, donec ad ipsa viscera se insinuans, vitam tyranno abrupt.

Quare hic, non minus quam Clearchus, animaduertentibus considerandum exhibuit, pœnas tandem exigi illorum quæ contra diuina & humana iura immaniter incies admisisent. Sæpe enim inter morbi torturas precatus dicitur, vt quamprimum se mors obrueret, voti tamen compos non ante factus, quam morbi vi & acerbitate cõsumptus, eo modo fati debitum exsoluit: postquam LXXV. in vita, in tyrannide y. i.

ANNOS

a. Eadem Basil. & Nysseni sententia Homil. de natiuit. Domini.
b. Num. 24.

Clearchi tyranni I. eruditio, & crudelitas.

Eius insolentia.

Clearchi amor studiorum. Insidia in Clearchum.

Clearchi mors tragica.

Coniurationis exitus.

Satyri tyranni II. immanitas, crudelitas.

Satyri tyranni philosophia in fratrem.

Satyri tyranni morbum atrocem.

Pindari dicitur. Tyrannum in hanc vitam.

annos compleuerat. Et tempore illa regnum apud Lacedaemonios Agefilus administrabat.

CAPVT QVARTVM.

Timotheum filium Clearchi, principis III. Eius merita in reipubl. & priuato.

Eius herosica in bellis virtus.

Eius mori immatura. Habitus ei a figurare honos post mortem.

TIMOTHEVS igitur, imperium adeptus, ita ad moderationem, & quam potuit maxime popularem statum, illud reduxit, vt non vltra tyrannus, sed benefactor & seruator ob praclare merita nuncuparetur. Nam de suo nomina creditoribus expedit, & inopia laborantibus sine fenore ad negotiationes, & alios vitae vsus, pecunias suppeditauit. nec modò insones, sed & veris criminibus obnoxios, carceribus exsoluit. Iudex quidem accuratus & seuerus, caeteroqui tamen humanus & benignus. In rebus fidei suae credendis minimè suspectus. idcirco & fratrem Dionysium cum in aliis paterno amore & studio complexus est, tum statim imperij consortem adsciuic, & successorem sibi destinauit. Sed enim uero ad res bellicas alacri, & qui virum decet, animo ferebatur. Magno enim spiritu, & generoso corporis & animi robore erat praeditus. Quia & ad controuersias bellorum dirimendas & componendas aequum bonumque se praebat, nec difficilem. Ad perspicendum res idoneus, & ad exsequendum bene consideratas strenuus. Ingenio & moribus clemens, misericors & beneficus. In periculis quidem aduendis feroc: at in caetera vita perquam humanus & comis. Ideò, quamdiu salua ei vita mansit, hostibus quam maxime formidabilem (vt omnes quibuscum inimicitias susceperat, eum expauescerent) sed ciuibus suauem & mitem sese praestitit. Hinc accidit vt ad vitae exitum uocatus, ingens sui desiderium faceret reliquum, & patrem desiderio luctum excitaret. Germanus autem eius Dionysius magnificus cadauer sumptibus togo tradit, & suis fratri palpebris lachrymas, ceu libans effundit, eque propriis visceribus ei gemitus impendit. Ludos etiam equestres, & praeter hos, gymnicos & thymelicos & scenicos; alios statim, alios postea, qui magnificentiores essent, peregit.

Hec ix. & x. libro (quatenus cursum ista perstringimus) historia Memnonis describit.

CAPVT QVINTVM.

Dionysius princeps IV. Rex fortissimus. Imperij augendi occasiones non negligit. Aduersam fortunam studio & fato superat.

Latria ambigua excessus.

Arte declinat periculum.

Matrimonium felix, & fortuna amara.

DIONYSIVS, gubernaculis imperij acceptis, in augendo eo non vanam collocauit operam. Alexander enim, Persis ad Granicum profligatis, securam amplificandi ditiones suas occasionem parafecerat his, qui uellent: cum, quae haecenus impedimento fuerat, Persarum potentia labefacteretur.

Sed varias deinceps fortunae uices expertus est, maxime quum Heraclae exules, 368 militandis ad Alexandrum legatis, iam haud dubie Asia potitum, de reditu & patria reipublicae administratione sollicitarent. Quare non multum absuit quin excidisset imperio. Et excidisset sane, nisi prudentia & sagacitate mentis, & studiis ciuium, & suis erga Cleopatram obsequiis, bella, cum minis sibi denuntiata, effugisset: dum qua cedit, iramque mitigat & dilationibus coeercet, qua etiam se munit, & contra praeparat. At posteaquam Alexander, dum Babylone agit, vitae cursum absoluit, vel necè violenta vel morbo extinctus, quamprimum accepit nuntium Dionysius, LATITIAE statuatam consecrauit: & ad primum sanæ aduentum, eo affectus est modo pra exuberanti gaudio, quo repentina hominem consternatio adfecerat. Nam prope erat vt vertigine correptus prolaberetur, & a sana mente conspiceretur alienus. Hinc, ubi Perdica summi imperij negotia procurabat, Heraclae exules ad petita ab Alexandro etiam hunc instigarunt. Dionysius igitur eodem utens compendio, quamuis in acie nouaculae prope consisteret, pericula tamen complura sibi intentata deuitalit, uerum Perdicas, quod improbe se generet, ab iis quibus praerat, interimitur: & simul feruida illa spes exsulum extinguiffit. Proinde res Dionysio in statum feliciorum conuertuntur. Ad felicitatem uero plurimum ei attulit momenti secundum matrimonium. Amastri enim duxit, filiam Oxathrae. Frater is erat Darij, quem Alexander imperio exiit, eiusque filiam Statiram uxorem sibi adiunxit. Partuèles igitur erant haec feminae, amore inter se eximio deuinctae, qui a communi educatione & conuictu in animis ipsarum radices egerat. Amastri hanc Alexander, eum Statiram fecisset uxorem, Cratæro (qui inter charissimos ei fuit) nuprum dederat. At cum, Alexandro rebus mortalium prope exempto, Craterus ad Philam, Antipatro natam, animum aduiceret,

aduiceret, desertore non inuito, domum à Dionysio ducitur. Ex quo ad magnam ei augmentum dominatus sese extulit, tum opum è recentibus nuptiis accessione, tum ipsius etiam principis studio & magnificentia. Nam & Dionysij, qui Sicilia tyrannum egerat, omnem ei suppellectilem facultas emendi contigit, quando de imperio illius actum fuit. Nec uero hiantantùm roborabatur ei potestas, sed etiam eo, quòd prospero successu & fauore ciuium utebatur, & imperium vsurpabat in multos antea non subiectos. Antigono etiam, iam magnificè Asiam tenenti, suppetias tulit, quando Cyprum oppugnauit, & Ptolemaum, illius fratre natum, (cui Hellefonti sacrapiam commiserat) quasi praemium studij sui apud Antigonom inuenit, vt generum illum haberet, filia quae ex priore fuerat suscepta coniugio, in matrimonium ei elocata. Itaque ad magnam elatus gloriam, tyranni nomen dedignatur, & regis assumit. Iamque metu & curis liberatus, cum in quotidianis vitam delitiis ageret, in crassam corporis molem excreuit, pinguedine supra naturam modum adauctus. Unde euenit vt non modò negligenter regnum administraret, sed etiam somno oppressus, aciculis, licet oblongis, in corpore fixis (id enim solum ueterini & stuporis supererat remedium) vix tamen à soporis grauedine exsuscitaretur. Tribus autem ex Amastri liberis sibi procreatis, Clearcho, Oxathra, & filia eiusdem cum matre nominis, iam morti propinquus, uxori administrationem cunctam, & liberorum, qui adhuc tenerè admodum ætatis erant, tutelam (adiunctis quibusdam alijs) relinquit: cum uixisset annos 117: in imperio autem conspicuus fuisse xxx. In quo se mitissimum (quod dixi) gessit: ita vt cognomentum benigni ex moribus referret: magnamque ciuibus desiderium & luctum post se reliquit. Nihil tamen minus, post eius à mortalibus discessum, res ciuitatis in secundo fortuna casu permanebant, Antigono filiorum Dionysij & ciuium non obiter curam gerente. Qui ubi ad alia studiam auertit, Lyfimachus in curationem Heraclensium & puerorum successit. Qui & Amastri uxorem sibi adsciuic, & initio mitificè amauit: sed gliscientibus negotijs, illam Heraclae relinquit, ipseque rebus urgentibus occupatur. Nec longo interuallo post, cum à laborum distractione quietem ageret, Sardes illam accersitam partem amore complectitur: postquam uero ad Ptolemae Philadelphum natam, cui nomen Arsinoe, amorem transtulisset, causam Amastri praebuit disunctionis, utque deserto illo Heraclaeam occuparet. Quòd reuersa, Amastri urbem erexit, & colonis frequentauit.

369

Mira Sicilia. Imperij amplificatio. Paucum. Humana diligentia. Societas. Affinitas.

Summus felicitatis gradus. Ignauia.

Mori & legata.

Benigni cognomentum ex moribus uelut. Curatores filiorum Dionysij.

Amastri Lyfimacho nuptia.

CAPVT SEXTVM.

CLEARCHVS autem, ad uirilem tunc ætatem progressus, & ciuitati Heraclae praefuit, & in bellis non paucis, quae uel ope sua propulsaret ab alijs, uel illata sibi defenderet, specimen praclarum edidit. Inter quae etiam, dum Lyfimacho contra Getas belligeranti operam nauat, captus est cum rege: eoque ex captiuitate soluto, ipse etiam prudentia Lyfimachi postea est dimissus. Clearchus itaque & frater in regno paterno successores, lenitate & beneficentia erga subditos patre longè inferiores euaserunt. Quid quòd ad nefarium & execrabile facinus sunt delapsi? Matrem enim, quae nihil in eos grande peccauerat, cum nauis se commisisset, insigni commento & flagitio, mari suffocandam curarunt.

Clearchus princeps IV. Eius virtus bellica. Fortunam uictibilia. Degeneratio. Parricidium & eius filio.

CAPVT SEPTIMVM.

QUAE ob causam Lyfimachus, saepius in historia ista memoratus (in Macedonia autem tunc rerum potiebarur) etiam propter Arsinoes consuetudinem Amastri à se abalienarat, cum tamen pristini in se amoris ceu igniculum ferret, & immane atque detestabile hoc scelus non tolerandum duceret: animi quidem apud se decreta quam arctissime continuit, antiquae interim necessitudinis studium Clearcho ostentans: sed tamen arte multa, & strategomatis ad fallendum compositis, (occultare enim quae uellet, mortalium ingeniosissimum perhibetur) Heraclaeam, ceu publico recipientium commodò id fiat, ingreditur: & dum intimum patris affectionem larua quadam Clearcho eique additis pra se fert, parricidas illos è medio tollit, primò Clearchum, deinde etiam Oxathren: & sic iustas maternae cordis penas exigit.

370

Lyfimachus VI. dominus exterritus & benignus. Exaudita Echomythia.

Hinc, ubi redacta in clientelam suam ciuitate, opes tyrannorum dominatu colleget.

lectas in prædam suam vertisset, & (quod dñi expectauerant) liberam ciuibus republi-
cã restituisset, in proprium se regnum recepit.

CAPVT OCTAVVM.

Heracitus ty-
rannus VII.

Mulieris im-
potentia.

REVERVS igitur ad sua, Amastrin laudibus extollere, eiusque mores & impe-
rium demirari, vt hoc ad id magnitudinis, potentie & maiestatis elatum corrobora-
rasset, vnicæque prædicare Heracleam: sed vt in partem laudis venirent etiam Tius &
Amastris, quam nomine suo celebrem illa condidisset. Hæc crebro habens in ore, Ar-
sinoën extimulavit vt vrbem tantopere celebratarum dominium affectaret, quæque
affectabat sibi donari peteret. At is grauitatem muneris præterdens, initio preces non
admittebat, sed tamen, progressu temporis exoratus, concessit. Ingeniosa enim ad
circumueniendum fuit Arsinoë, & iam senectus ipsa mansuetum dederat Lyfima-
chum. Potita igitur Heracleæ dominatu Arsinoë, Heracitum ad Cymæum mittit,
virum illius obseruantem & studiosum, sed alioqui præfractum, & in consiliis dandis
& exsequendis perquam industrium & acrem. Hic præfectus Heracleæ, cum alias res
nimis rigidè administrat, tum multos ciuim criminibus onerat, nec pauciores suppli-
cio adficit: & sic felicitatem vix dum exortam ciues denud amittebant.

CAPVT NONVM.

De Lyfimachi
parricidio in fi-
lium Agathoc-
lem, consilio no-
uerce, eiusq; in-
teritum.

Vindicta dini-
na.

CÆTERVM Lyfimachus, fraude Arsinoës, natu maximum & optimum filiorum
Agathoclem, è priore sibi coniuge natum, primò quidem veneno clanculario, sed
postea hoc per vomitum reiecto, sententia impudentissima damnatum, necat. In car-
cerem enim compactum trucidari iubet, insidias patri structas falsò criminatus. Pro-
lemæus autem, qui sua manu scelus id perpetravit, frater erat Arsinoës, & Cerauni,
id est fulminis, cognomentum, ab importunitate morum & vzcordia retulit. Lyfima-
chus igitur propter filij cædem in odio erat subditorum. Et Seleucus, his cognitis, &
quòd facile sit regno hominem excutere, ciuitatibus ab eo deficientibus, prælium
cum eo conferit, in quo Lyfimachus, dum fortiter dimicat, pilo traectus occubat.
Traicit autem vir Heracientis, nomine Malacon, Seleuco militans, subuersoque eo,
regnum ad Seleuci ditonem (vt pars) accessit. Et hic xii Memnonis liber historicus
desinit. In XIII deinceps hæc commemorat.

CAPVT DECIMVM.

Heracientis
expulsi tyran-
ni, se in libertatem
asserunt.

Pernicitia.

HERACLIENSES, audito Lyfimachi interitu, & quòd à populari suo nex ei illata
esset, animos confirmant, & pro libertatis recuperandæ desiderio fortes se viros
declarat, quam per annos lxxv. tyranni domestici, & post eos Lyfimachus, ereptam
tenuerant. Quare Heracitum conueniunt, & vt non tantum saluus & incolumis,
sed etiam splendido munerum viatico instructus excedat, pristinam modò libertatem
obtineant, suadent. At eum tam procul absuit, vt persuaderent, vt etiam ira tyran-
num inflammati, & nonnullos de suis ad supplicia rapi ab eo viderent, pacto cum præ-
sidij præfectis inito, vt æquali in republ. iure vterentur, & quibus fraudati essent sti-
pendia reciperent, Heracitum in vincula coniectum ad tempus custodiunt. Metu
dehinc soluti, mœnia arcis ad fundamenta vsque diruunt, & missa ad Seleucum lega-
tione, Phocritum ciuitatis principem & curatorem faciunt.

CAPVT VNDECIMVM.

Dipates Bithy-
niæ Heracim-
festat.

AT Zipoetes, Bithyniæ regulus, Heracleotis in sensus antea, Lyfimachi, tunc etiam
Seleuci, causa: (nam cum vtroque similtates habebat) excursionibus in agros
eorum factis, à nullo maleficiorum genere abstinuit. Exercitus tamen eius, dum
huic negotio incumbit, cladum non expers est, sed non multo mitiores, quam in-
fert, recipit.

CAPVT DVODECIMVM.

Seleuci ab He-
racl. alienatio.
Expulsum reditum
& reipubl. im-
sauratio.

SVB hæc Seleucus, Aphrodisium procuratorem in oppida Phrygiæ, quæ adiacent
Ponto, mittit. Hic, rebus, quarum causa venerat, confectis, post reditum, in aliarum
quidem ciuitatum laude proluxus erat: Heracientis autè criminabatur vt Seleuco pa-
rum addictos. Seleucus ergo, hoc irritatus, legatos ad se profectos fastidit, & minis in-
crepitans

crepitans terret. Quorum tamen vnus Chamæleon nihil his percussus, ita regem compellat: Hercules carton Seleuce: (επιπρω autem Dorienibus eum significat qui est fortior.) Quam vocem cum rex non intelligeret, concepta in ira persistens, se auertit. Legatis igitur, neque domum redire, neque illic manere, operæ pretium videbatur. Quæ cum Heracientibus renuntiarentur, tum cæteris se muniant, tum copias auxiliares colligunt, & per legatos Mithridatem, Ponti regem, & Byzantinos & Chalcedonios de ope ferenda sollicitant. At exules ab Heraclea qui supererant, ita tandem conueniunt. Nymphidius, quidam ex eorum numero, reditum eis suadet: nec difficilem hunc esse demonstrat, si nihil eorum quæ maiores amisissent molestè viderentur & turbulentiè reposcere, & quam minimo negotio persuasit. Quare cum eo quo consu-
luerat modo felicem inueniret successum reditus, tum reduci, tum quæ recepit illos patria, in communi & æqua versabantur lætitia & voluptate. Nam & humanissimè eos ciues tractabant, & nihil horum quæ ad mediocrem vitæ sustentationem conducunt, defieri patiebantur. Hoc itaque modo in antiquum nobilitatis & gubernationis decus sese vindicarunt.

CAPVT XIII.

Seleucum in ex-
pede. Macedon.
& Prol. Cerauno
trucidatur.

AT SELEVCVS, successu contra Lyfimachum elatus, transitum in Macedoniam
instituit: (impulit enim amor patriæ, ex qua cum Alexandro militatum iuerat) ibique reliquum vitæ tempus conficere destinans (nam senio confectus erat) Asiam filio Antigono commendauit. Ptolemæus autem Ceraunus, Lyfimachi regno sub
arbitrium Seleuci redactò, & ipse sub eo vivebat: nec tamen, ceu captiui loco, negle-
ctim, sed vt regia soboles, in honore & accuratone habitus, immò magnificis etiam
promissis ornatus à Seleuco, fore vt defuncto parente in paternum Ægypti regnum
deduceretur. ita sanè liberaliter & honorificè ille tractabatur. At hominem impro-
bum bene merita nihilo meliorem fecere. Nam benefactorem insidiis oppressum truci-
cidat, & equi cursu aditus Lyfimachiam profugit: vbi imposito sibi diademate, cum
satellitum manu speciosissima ad exercitum tendit. Ibi necessitate compulsi eum re-
cipiunt, & regem salutant, qui paulò ante Seleuco sacramenti religione adstricti
erant.

CAPVT XIV.

Antigoni expe-
ditio in Cerau-
ni: Heracientis
auxilio instru-
tum.

ANTIGONVS autem Demetrii filius, hoc intellecto casu, expeditionem suscepit
in Macedoniam, pedestribus & nauticis eopijs Ptolemæum anteuenire propo-
rans. At Ptolemæus expeditas habens Lyfimachi naues, instructa acie occurrit: inter
quas erant cum aliæ, tum ab Heraclea accessitæ hexeres & penteres, & quibus Aphra-
ctis est nomen: & vna octeris, leonis feræ nomine insignis, quæ magnitudine & elegan-
tia in admirationem veniebat. in hæc enim C. viri, suæ quique centuriæ ordine, remos
ducebant, vt ex altera parte 10000. ex vtraque autem 10000. numero essent:
qui verò de foris pugnarent, 10000. Et duo inerant gubernatores. Postquam in
aciem descensum est, superior euadit Ptolemæus, in fugam versa Antigoni classe.
Vbi fortius cæteris pugnarunt naues ex Heracleotide, & palmam inter has tulit octorem
leonifera. Sinistram itaque fortunam classis expertus Antigonus, in Bœotiam se rece-
pit: & Ptolemæus, transitu in Macedoniam factò, iam firmiter regnum tenebat.

CAPVT XV.

Antigoni fuga.

P. Cerauni fla-
gitia & inter-
itum.

STATIM igitur, vt improbitas eius eo magis in oculos hominum incurrat, Arsi-
noën sororem, quòd patrium hoc sit Ægyptijs præterdens, matrimonij fœdere sibi
adstringit, & natos ei ex Lyfimacho trucidat: quin mox etiam ipsam, non citra contu-
meliam, regno expellit. Cumque plurima contra deum hominumque leges intra bien-
nium perpetrasset, accidit vt pars quædam Gallorum, fame ex patria migrare coacta,
Macedoniam inuaderet, à quibus, conferto prælio, Rex viuus capitur, elephanto, quo
vehebatur, sauciato excussus, & ab hostibus discerptus, dignum crudelitate sua exitum
inuenit. Antigonus autem Demetrii, qui pugna (quod dictum est) nauali
succubuerat, iam hoste sublato, Macedonia regnum
occupat.

Antigoni in ve-
gno Macedonia
successio.

Patrocles Antiochi praefectus a Bithyn. cum exercitu caditur.

ANTIOCHVS interim, Seleuci filius, cum vix tandem multis bellis, nec vniuersum tamen patris regnum recuperasset, expeditam manum in vltiora Tauri mittit, Patrocle duce, qui Hermogenem, Aspendium genere, legatum sibi adoptat. Hic cum alias vrbes, tum Heracleam quoque, infestare constituerat: verum Heracliensium legatione placatus, e finibus eorum excedit, & percusso amicitiae foedere, per Phrygia agros in Bithyniam se conuertit. Exceptus vero Bythyniorum insidiis, vna cum exercitu internecone caeditur, cum strenui viri facinora, suo loco, in hostes edidisset.

CAPVT XVII.

Heracliensium cum Nicomede societas, & urbium recuperatio.

HAC de causa Antiocho in Bithynos expeditionem instituentem, Rex horum Nicomedes per legatos subsidium ab Heracliensibus petit, & impetrat: gratiam se relaturum, vbi in simili necessitate tempus flagitet, pollicitus. Hac occasione Cierum, & Tium, & Thynidem terram, multis expensis ad se reduxerunt. Amastrin interea (que & ipsa cum aliis adempta fuerat) tam bello quam pterio recuperata dum percipiunt, successu carent felice; propterea quod qui illam tenebat Eumenes, Ariobarzani, Mithridatis filio, gratis eam tradere, quam pecunia reuendere Heracliensibus mallet, vrsania ira subactus.

CAPVT XVIII.

Heracl. cum Zipeta bellum, elades, & Victoria.

SVB tempus illud, bellum aduersus Zipeten Bithynum, qui Thyniacam cum imperio Thraciam obtinebat, Heraclienses excepit. Quo in bello, Heracleotarum bona pars, fortiter dimicando, cesa fuit. Et victoria quidem summa vi potitur Zipetes: sed vbi sociorum auxilia superuenerant Heracleotis, fuga illam dehonestat. Ergo qui modo succubuerant, cadavera suorum asserunt, & cremant securi: & exinde sub arborum suum redigunt: de quibus bello disceptabatur, & ossa interfectorum in vrbe relata, magnifice in praecclare meritorum de patria monumento conduunt.

CAPVT XIX.

Antiochi cum Antig. & Nicomede bellum: & Heracl. auxilia.

CIRCA haec tempora, inter Antiochum Seleuci & Antigoni Demetrii, ingens mouetur bellum: & dum magnos utrinque apparatus faciunt in copias militares, tempus satis longum consumunt. Alteri Nicomedes Bithyniae rex operam nauabar, Antiocho complures alij. Nec dum eruptionem fecerat in Antigonum Antiochus, cum bellum aduersus Nicomedem instituit. Hic igitur Nicomedes & aliunde auxilia colligit, & de belli societate Heracleam missis legatis, xiiii in subsidium tritemes accipit, & tum demum classem suam Antiochi classi opponit. Etsi autem aduersas aliquandiu tenebant acies, neutri tamen pugnae initium faciunt, sed absque effectu tandem diuelluntur.

CAPVT XX.

Callorum in Asiam transmigratio, & sedes distinctio.

Al. Galatis.

POSTquam vero Galli ad Byzantium delati, maximam ditoniam partem depularentur, fracti bello Byzantini, sociorum, huc illuc missitantes, auxilia implorant, & quisque pro virium modo suppeditat. Heraclienses etiam aureos mille (tantum enim legati petierant) subministrant. Nec longum in medio spatium, cum Nicomedes Gallis, qui incurfatis adhuc Byzantinorum finibus, tamen saepenumero in Asiam traicere conati, tories ab incepto desistere, aduersantibus Byzantinis; coacti essent, certis tamen conditionibus transitum conciliavit. Conditionum formula haec erat: *vt barbari Nicomedi eiusque posteris perpetuo amicitia facere coniuncti manerent. Absque Nicomedi sententia & voluntate nemini, a quo per legatos sollicitarentur, in bellis opem ferrent: sed amicis huius amici, & inimicis hostes forent. A Byzantinis etiam starent, si qua necessitas incidere. Societatem praeterea colerent cum Tians & Heracliensibus, & Chalcedonijs, & Cieranis, & nonnullis qui alias sub iurisdictione gentes haberent.* His pactorum legibus Nicomedes Gallorum multitudinem in Asiam transmisit. Horum principes in imperio illustres xvii. fuere, inter quos praecipui & summi, Leonorius & Lutarius.

Al. Galatarum.

Hae

al. Galata.

Vid. lib. II. Rec. Boic. Marci Vel. sivi. p. 71.

Hae igitur Gallorum in Asiam transmigratio, primo quidem, ad incolarum detrimentum progressura existimabatur: sed exitus, commodis ipsorum destinatum hoc ostendit. Dum enim Reges popularem ciuitatibus statum abrogare fatagunt, Galli, haec molientibus obstant, magis illam corroborant. Nicomedes igitur contra Bithynos primum, illorum auxilio & quos ex Heraclea armasset barbarorum, & prouinciam subegit, & concidit incolas: quod alioquin erat praedae inter se disperitum sunt Galatae. Hi enim longe lateque terram depopulati retro demum cesserunt; & de subacta id sibi amputarunt, quod nunc Galariae nomen habet, in tres partes distributum. Alios enim Trogmios nominant: alios, Tolistobogios, alios, Tectolages. Vrbes etiam conderunt: Trogmi Ancyram, Tolistobogij Tabiam, Tectolages Pefinuntem.

CAPVT XXI.

NICOMEDES autem, in conspicuo felicitatis gradu positus, de nomine suo extruxit urbem e regione Astaci. Quam Megarensium colonia, sub initium Olympiadis xvi. frequentatam, Astacum oraculi iussu denominatam, ab Astaco quodam generoso & cordato viro, ex eorum prosapia qui Sparti & tigenae olim Thebis vocabantur. Haec mulcum a finitimis appetita, & crebris accisa bellis, Atheniensium colonis postmodum adiectis, vexationum finem, & incrementa gloriae & potentiae non mediocriter adeptae est, Dydalis tunc inter Bithynos rerum potente.

Bithyn. principis series. I. II. III. IV.

Quo defuncto, Botiras regnat, ad lxxv. annos aetate producta. Ei filius Bas succedit: qui etiam Calantum, Alexandri copiarum praefectum, licet optimè ad pugnam instructum, profligauit acie, & vt Macedones a Bithynia abstinere effecit. Vixit hic lxxi. annos, & de ijs, l. regnum tenuit, filiumque habuit successorem Zipeten, qui clarus bellis, & Lyfimachi praefectus alium occidit, alium quam longissime a finibus suis depulit. Quin & ipsum Lyfimachum repressit. Posthac Antiocho Seleuci, qui Asiam tamen & Macedones imperio coeorcebat, superior factus, urbem condidit ad Lyperum montem, nomine suo insignem. Hic vbi vitam in lxxvi. & administrationem regni in xlvi. annos extendat, iv. filios reliquit. Eumque in regno Nicomedes natu maximus excepit, fratris non frater, sed licet factus. Confirmavit tamen etiam hic Bithyniae regnum, maximè eò, quod Galatas sedes in Asiam transferentes adiunxit, vrbeque vrbiam indicatum est, sui nominis eduxit.

CAPVT XXII.

Byzantin. bella cum Calatianis Heracl. colonia.

INter lapsu hinc tempore aliquo, Byzantinis bellum aduersus Calatianos, (Heracleotarum colonia haec est) & Istrianos, erupit: propter Tomini, emporium Calatianis vicinum, quod Monopolium ex eo facere animo conceperant Calatiani. Propterea viri quidam ad Heraclienses de belli societate mittitur legatio. At hi neutri parti bellicam opem tribuunt, sed legant ad utrosque, qui pacifice controuersiam transigant. tamen absque effectu hoc ipsis studium exiuit. Multis igitur detrimentis adfecti Calatidis incolae, ad pacis demum condiciones descenderunt. Nec quicquam ferè ab ista calamitate virium potuerunt recipere.

CAPVT XXIII.

Testamentum Nicomedi, & Boic. Chalcedon. bellum cum Bithynijs, ope Galatarum.

NEC multum temporis effluit, cum rex Bithynorum Nicomedes (postquam priore ei natus coniugio Zeilas ad Armentorum regem profugisset, expulsus nouercae Etazetae machinis, cuius liberi adhuc in tenera aetate erant) morte iam imminente, ex altera natos vxore, haeres regni scripsit: & curatores, Ptolemaeum cum Antigono & populo Byzantinorum, nec non Heracliensium Cianorumque, designauit. Zeilas autem cum instructa manu, cui e Galatis Tolistobogij animos augebant, in regnum paternum rediit, At Bithyni, dum consuetudine dominatum paruulis saragunt, matrem horum Nicomedi fratri in matrimonium elocant, & ipsi accepto a curatoribus exercitu Zeilam opperiantur. Et crebris utrobique praелиjs & viribus vsi, pacem ad extremum ineunt: cum Heraclienses in pugnis illis excellissent, & in compositione belli egissent quae in rem forent. Idcirco Galatae Heracleam, vt inimicam, inuaserunt, ad Callerem vique fluxum: multaque ditari praeda, domum repererunt.

Galatae Heracl. depopulantur.

LL 3

CAPVT

Heraclei pacificatio inter Antiochum & Byzant. SVB hac, Byzantinis inferente bellum Antiocho, xl. triremibus Heracleotæ auxiliantur: & horum factum est opera ut ad minas tantummodo progressum haberet bellum.

CAPVT XXV.

Heraclei Mithridati auxiliantur contra Gallos, sed caro. N E C longè post è vita mortalium eximitur Ariobarzanes, filiumque relinquit Mithridatem: cui lites cum Galatis intercessere. Quam ob causam hi, contempta pueri ætate, regnum eius diuexant. Cumque inopia rerum laborarent regij, Heracleienses eos sustentant, frumento Amisum aducto: unde facilius esset Mithridaticis victus copia, & egestatis medela. Propter hæc iterum hostiles in Heracleotidæ copias mittunt, eamque depolantur: vsque dum ab Heracleiensibus per legatos mitigantur. Princeps autem legatus erat Nymphis, historia scriptoribus qui cum exercitum in commune autris 100. ducesque seorsum cæ. deliniuisset, ut à finibus discederent, effecit.

CAPVT XXVI.

Ptolemæus autem rex Aegypti, altissimum benignæ fortunæ gradum assecutus, magnificentissimas ciuitates muneribus demereri constituerat. Itaque etiam Heracleiensibus in artabas (sic Persæ medimum vocant) tritici misit, & templum Herculis è Proconnesio saxo in arce eis extruxit.

CAPVT XXVII.

Summa narrationum de Romæ initiis & incrementis, regno, consulis, imperatoribus, bellis cum Pyrrho, Annibale, Perseo Antiocho. H V C auctor progressus, ad imperium Rom. excursionem fecit: quo genere orti, quomodo hæc Italiz loca infederint: quæque ante urbem conditam euenerint & gesta sint. Quos etiam principes habuerint, perstringit. Quæ cum alijs bella gesserint: quid condito regno acciderit: & ut tandem regia potestas in consulare mutata fuerit imperium: vsque à Gallis Romani deuicti, capta prope modum arce cum vrbe, nisi maruro superueniens auxilio Camillus eam liberasset: ut etiam Alexandro, in Asiam trajecti, & per literas eis denuntiati, ut aut vincerent, si gerendo imperio essent idonei, aut potentioribus cederent; auream coronam (quæ talentis non paucis constaret) contra miserint. Et ut bella gesserint aduersus Tarentinos, & Pyrrhum Epirotum, hos auxilio iuuantem: & ut, quâ patiendo, quâ inferendo clades, hostes tandem domuerint, & Pyrrhum Italia expulerint. Quæque cum Carthaginensibus & Annibale negotia confecerint: & quæ contra Hispanos, cum alij, tum Scipio, Marte secundo peregerint: vsque hic Hispanorum decreto rex appellatus, honorem non admiserit: ut debellatus Annibal fugerit. Hinc ut Ionium mare transmissum, & cum Perseo, Philippi in regno Macedonum hærede, dum scodus, cum patre à Romanis percussus, iuuenili temeritate rescindit, sit debellatum; Aemilio Paulo de ipso triumphante. Ut Antiochum, Syriæ & Comagenæ & Iudææ regem, duabus pugnis infractum, ex Europa eiecerint. Illa igitur huc vsque de imperio Rom. commemorat auctor. Exinde propositam sibi historiam ita continuat.

CAPVT XXVIII.

Heraclei legati à Rom in Asia ducesibus humaniter accepti. al. Publio Annilio. H ERACLEIENSES, Romanorum duces, in Asiam transgressos, missis legatis conueniunt, qui comiter accepti, literas humanitatis plenas ab Aemilio Paulo retulerant: quibus & amicam ipsi fore senatum, nec vlla in re prudentiam Romanorum curam (si quando his indigeant) defuturam pollicentur. Deinceps etiam ad Cornelium Scipionem, qui Africam Romanis bello afferuit, legationem misere, testatam prius amicitiam ut confirmarent. Et post hæc eundem rursus per legatos orant, ut Antiochum in gratiam reponat apud Romanos: & perscripto ad regem plebis cito, ut bellum contra Romanos deponat, adhortantur. Cornelius etiam Scipio, Heracleotis rescribens, hac inscriptione utitur, SCIPIO IMPERATOR, PROCONS. ROMANORVM SENATI POPVLOQUE HERACLEIENSIVM, SALVTEM. Et his literis benevolentiam erga ipsos ratam & firmam esse, & bellum cum Antiocho soluisse, Romanos affirmat. Eadem quæ Lucius, etiam P. Cornelius Scipio eius frater, & classis præfectus, Heracleiensibus post missam legationem respondit. Breui post Antiochus bellum aduersus Rom. redintegrat, & prælio summis viribus commisso victus, arma deponit, pacem

eis conditionibus acceptis. Quæ & tota cum Asia minore excludunt, & elephantis nauiumque classi eum priuam: Comagenæ & Syria & Iudæa tantummodo relicta. Heracleiensium dehinc ciuitas apud Imperat. (quos modo dixi) missos à Rom. successores, eadem gratia & humanitate positur: donec ad has tandem leges inter Rom. & Heracleotas processum est: ut non modo amicitiam inter se, verum etiam societatem, contra quos & quorum gratia opus sit, colant. Suntque foederis huius pacta, eiusdem tenoris & formæ, in tabulis æneas relata duas: quorum altera penes Romanos, in Capitolino Iouis templo, altera Heracleæ, etiam ipsa in Iouis sacratio, est adfixa.

CAPVT XXIX.

Heraclei à Prusis in angust. coactis huiusmodi clades. H A E C postquam xlii. & xlii. historia libro exposuit, xv. exorsus hæc refert. Prusias (inquit) Bithynorum rex, mirificè industrius & gnauus, multisque rebus gestis clarus, inter alia etiam Cierum, Heracleiensi ditionis urbem, bello subiecit, pro Ciero Prusiam nuncupans. Tium etiam, eorundem iurisdictioni obnoxiam cepit: ut sic vndique mare circumsciberet Heracleam. Inde etiam violenta eam obsidione pressit, & plurimos obsessorum interfecit. Et iam prope erat ut vrbs caperetur, nisi Prusis, dum scalis furtum nititur, lapide cuiuspiam de propugnaculis icto, crus fractum esset, & hic casus ab oppugnatione desisteret eum coegisset. Ita enim percussus, lectica, non sine doloris acerbitate, domum à Bithynis suis refertur; nec multis post annis exactis, nomine & re claudus, finem viuendi fecit.

CAPVT XXX.

Heraclei obsid. à Galatis. N O N D V M in Asiam Romanis iracerant, cum Galatæ, Ponti accolæ, matris tenendi cupiditate, Heracleam prius occupare conantur, non difficile id fore existimantes: siquidem de antiqua potentia multum iam deminutum, & ad contemptum prolabi sensum ceperat. Ideo vniuersis eam copijs impugnant. Ipsa tamen sociorum interrim non est in memor, sed quantum occasio præsens facultatis concedit, se contra munit. Obsidione igitur in tempus aliquod extracta, commeatuum inopia in arctum coguntur Galatæ. Ira enim, non apparatu necessario instructus, bellum inferre Galatæ nouit. Quare cum ad comportandum necessaria castris abcessissent, ciues, eruptione facta, & castris potiuntur, & plurimos cædunt. Dispalantes etiam per agros non magno negotio comprehendunt. Atque ita nec pars tertia Galatici exercitus in Galatiam reuertitur. A quo successum ad pristinam emergendi fortunam & celebritatem spes concepit.

CAPVT XXXI.

Heraclei Romanis auxiliantur. Marrucini populi. R O M A N I S etiam bello contra Marfos, Pilignos, & Marrucinos, (gentium harum sedes est supra Africam, in confinijs Gadium) duabus quadriremitibus tectis Heracleotæ auxiliantur. Et bello prospere confecto, multis eximia virtutis ornati præmijs, vadeçimo tandem anno in patriam sunt reuerti.

CAPVT XXXII.

Bellum Mithrid. cum Rom. & Asia. P O S T hæc acerrimum Mithridatis aduersus Romanos bellum conflat. Cappadocia in spem causam accipitur. Hanc enim Mithridates, cum Ariathum locoris filium, iurisurandi pacifici dolo in potestatem redactum, sua manu obruncasset, per vim sibi vendicarat. Ariathum hunc ex sorore Mithridatis genuerat Ariarathus. Nam à puero ad cædæ propensiss. erat Mithridates. cum eam xlii. annorum adulescens regni accepisset, modico interlapso tempore, matre, regni consortem à patre destinatam, dum videret vincam tenet, violentia ista, & temporis diuturnitate confecit. Fratrem etiam necauit. Bello autem subegit reges circa Phasin, vsque ad climata trans Caucasum: regnoque magnis viribus amplificato, magnum arrogantie tumore ostentabat. Quamobrem, cum eo magis consilia eius suspecta haberent Romani, senatus consultum fecerant, ut paterna regibus Scytharum regna restitueret. At is moderate quidem mandatis obsequi: sed interim Parthos & Medos, & Tigranem Armenium, regesque Scytharum, & Iberas, in societatem bellia discicere: aliasque belli causas adiungere. cum senatus enim Romæ Nicomedem, ex Nicomede & Nysa progenitum, Bithyniz regem institisset:

stitisset: Mithridates Nicomedem, Frugi cognomento, illi opposuit. Prævaluit tamén electio Romanorum, Mithridate inuito.

CAPVT XXXIII.

*Mithridatis Si-
lona de Nico-
mede, & strage
civium Rom. in
Asia.*

INTERIECTO tempore, cum Syllæ & Marij in republ. Romana seditio exarsisset, Archelaum copiarum ducem Mithridates XLCO peditum, & XCIO equitum, in Bithynos ducere iussit, collatisque signis victor euadit Archelaus. Et fugit cum paucis etiam Nicomedes. Quo cognito Mithridates, cum sub manu essent auxiliares, castris è subiecto Amasia campo motis, per Paphlagoniam iter facit, (quæ ad solam Mithridatis famam dissipabantur) cum exigua Romanorum manu sese subiecit Metrophan, Mithridatis tribuno, & repulsi fugit, omni exercitu amisso. Securè igitur Bithyniam inuadens Mithridates, & vrbes & regionem citra pugnam obtinet: cæterarumque Asia ciuitatum alia capiuntur, alia in fidem regis concedunt. Et repente ingens sit rerum commutatio, Rhodijs solummodo in amicitia Romanorum perdurantibus. Ideoque terra marique bellum contra ipsos mouit Mithridates, licet Rhodij virtute & fortuna ita antecesserent, vt propè esset, ipsum regem nauali prælio in hostium venire manus. Intellecto post Mithridates, ciues Romanos per vrbes Asia dispersos consilij suis impedimento esse, ad ciuitates scripsit, vt vno die omnes apud se Romanos occiderent. Et pleræque dicto eius audientes, eædem tantam patrarunt, vt vno eodemque die LXXXCO IO gladio mortem oppeterent.

CAPVT XXXIIII.

*Syllæ Sicilia de
Taxile & Ar-
chelaus Mithridi-
datis.*

VBI vero Eretria & Chalcis adeoque tota Eubœa, ad Mithridaten sese applicarant, aliaque ad eum ciuitates transuerant, victis etiam Lacedæmonijs, Syllam cum iusto agmine Romani emittunt. Cuius aduentu ciuitates, partim iponte deditionem faciunt, partim vi in potestatem eius veniunt. Nec exiguas Ponticorum copias fundit & fugat. Athenas etiam cepit: & solo vrbs æquata esset, nisi oculus senatus Rom. Syllæ propositum infregisset. Post crebros autem conflictus, in quibus excellebant Pontici, cum felici iam successu res commutarentur, alimoniam inopia regis incubuit, quod prodigè victi abuterentur, & acquisita rectè dispensare nescirent. Et in extremam deuentum esset calamitatem, nisi Taxiles, capta Amphipoli, ideoque Macedonia ad ipsum deficientem, largam cibariorum facultatem inde subministrasset. Hic & Archelaus, committis agminibus, plus quam LXXM. hominum sub signis ducebant, & occursuri Syllæ in Phocide habebant stauia. Ille vero, L. Hortensio adsumpto, qui vi. M. ex Italia adduxerat, satis longum in medio interuallum relinquens, castra ponit. Archelai autem militibus incompositè ad frumentandum conuersis, improuiso adortus castra, quotquot robore pollentes cepit Syllæ, occidit: à quibus autem nullus inuadendi metus erat, hos loco circumdatos ignes accendere iubet, vt à pabulatione reuertentes opperiantur, nulla aduersi casus suspitione præbita. Hoc vt prudenter ab imperatore prouisum erat, feliciter exiuit: magnificaque victoria potiuntur Syllani.

CAPVT XXXV.

*Heracl. Chios &
Dorylao in ser-
uit. reddidit Sin-
dicum.*

CHIOS tunc inculsans Mithridates, quod Rhodijs auxilia misissent, Dorylai opera impugnat: qui (multo licet labore) & vrbes cepit, & agros Ponticis, diuisit, & ciues nauigij impostitòs hue illuc in Ponto distulit. At Heraclientes, quod amicitia ipsi cum Chijs intercessit, Ponticas in transiit naues, quæ captiuos vehabant, adorti, ne resisterent quidem (non enim sat vitium erat) in vrbes deduxere. Et tunc quidem largè rebus necessarijs suppeditatis rescipiunt Chiotas: postmodum verò, eximijjs affectis muneribus, in patriam restituerunt.

CAPVT XXXVI.

*Valer. Flaccus
successor Syllæ
trucidatur à Fim-
bria: huiusque
successor.*

SIN ca Romæ senatus Valerio Flacco & Fimbriæ bellum Mithridaticum commisit: cum mandatis, vt Syllam, si patres senatus tueatur, adiuuent: sin minus, cum ipso prius manus conferant. Ille igitur cum varijs inuito colluctabatur fortis aduersa casibus. Nam & famem & Martis iniquitatem sustinuit: in plerisque tamen prosperè fortunæ

fortunæ successu vsus. Perque Byzantinorum fines in Bithyniam progressus, & inde Nicæam versus, stauia habuit. Ac Flaccum, dum indignè fert ab exercitu Fimbriæ plus faueri, imperiumque eius, vt pote mitius & humanius, præferri, ideoque & ipsum & militum nobiliores criminatur, duo præ alijs ita inflammati trucidant. Quo nomine Senatus Fimbriæ traci quidem, sed tamen dissimulata indignatione consulatam ei decernendum curat. Hic ergo, omnes sub imperio copias habens, ciuitates, alias voluntate ipsarum, alias vi sua adiunxit. Mithridatis autem filius, cum Taxile & Diophilantio & Menandro, ductorum præstantissimis, coniunctus, & magno agmine instructus, Fimbriæ occurrit: & primò barbarorum vires præcellunt. Quare detrimenta in consilijs accepta, strategemate resarcire cogitans Fimbria (hostis enim numero militum superior erat) cum ad flumen quoddam peruentum esset, quod vtrunque exercitum diuideret, imbre sub auroram forte effuso, ex improuiso Romanus imperator fluium transgressus, hostes in tentorijs somno grauatos ita oppressit, vt ne sentirent quidem: & magna strage edita, præfectorum non multi & equites necem effugerunt. Inter quos etiam Mithridates, Regis filius, pergamum ad patrem, vna cum equitum comitatu, saluus euasit. Tam grauis igitur & insignis clades vbi regijs accidit, plurimæ ciuitates ad Romanos desierunt.

CAPVT XXXVII.

INTEREA Mario è fuga domum reuerso, metuens Syllæ (nam de inimicorum leuius factione ille erat) ne simile, propter iniurias in illum, sibi exilium irrogaret, missa legatione, de pace cum Romanis consilia Mithridati suggessit. Quo pacem cupide amplexo, & rogante vt ad paciscendum conuenirent, ille promptè se dat in viam. Cumque per aliquod in medio spatium, alter in alterius occursum processissent, Dardanum, ad transigendum, eis hospitium dedit. Ibi, iussis secedere ministris & comitibus, pacta fiunt in hunc modum: *Mithridates Romanis Asia concedat, Bithynia & Cappadocijs Reges præsent gentils. Mithridati totius Ponti regnum sit confirmatum. Peculiariter verò Syllæ expediat tritremes LXXX, & III. M. talentum, ad reditum quem ipse Romam instituerit, Ciuitatibus apud Romanos haud sit noxa quod ad Mithridatem desererint.* Id quod tamen, iuxta pacis formulam, non habuit euentum. Nam multas postea seruilis iugo oppresserunt. Honorificè dehinc Syllæ in Italiam remeant. Mariusque denuo vrbe excedit: & Mithridates ad sua se refert: multasque denuo gentes, quæ propter aduersam eius fortunam deseruerant, sub manum redegit.

CAPVT XXXVIII.

POST hæc Murena bello præficitur. Ad quem legatos amandat Mithridates, pacis precibus Syllam inuitæ leges prætexens, & vt rata sint firmæque contendens. At is legatione non placatus: (erant enim natione Græci, & vitæ genere philosophi, qui plus culparent Mithridatem, quam commendarent) in Regem mouit: & Artobarzani regnum Cappadociæ magis confirmat: & circa ingressum regni Mithridatici, vrbes condit Nicæam. Inter hæc Murena & Mithridates, pro se quisque contra alterum legatis, Heraclientes de auxilijs sollicitant. Sed cum potentia Romanorum formidabilis videretur ipsis, & Mithridatis vicinitatem etiam timerent, legatis respondent: in tanta bellorum tempestate, difficulter proprios se lares tueri, nedum alijs auxiliari posse. Murena tamen non pauci dant consilium, vt Sinopen inuadens, de regia ipsa bellum moueat. Si enim hanc cepit, facile etiam cætera in potestatem ventura. At Mithridates, validis hæc præsidij communita, ipse bello gerendo incumbit. Interque initia, vbi ad manus ventum erat, regij viribus præpollent: postea fortuna pugna exæquat. Tandem præliandi tædium hostibus alacritatem animi deminuit. Ideo ad interiora circa Phasin & Caucasum se conuertit. Murena verò copias in Asiam traducit, & sua tum quisque administrat.

CAPVT XXXIX.

NEC longè post Syllæ Romæ è viuis migrat: & Senatus in Bithyniam mittit Aurelium Cottam, in Asiam vero L. Lucullum: cum mandatis, vt bellum Mithridati facestant. At Mithridates, cum alium in prociectu habens exercitum frequentissimū, tum tritremes cop. nauiumque minorum, quas pènteconteres & cercuras vocitant, non exiguis erat

*Luculli & Cot-
te in Mithrid.
expeditio.*

numeris. Diophantum etiam Mitharum, cura valida curam, in Cappadociam dimittit, ut praesidia in urbibus collocet: & si Lucullus Pontum ingrediatur, occurrat, & progressum eius intercludat. Ipse vero c. l. m. pedum sub vesillis apud se retinet, & xii. m. equitum, quos falcari sequuntur currus c. xx. nec villa machinarum omnis generis copia abest. Concitato igitur itinere, per Timonidem, Cappadociam, & Galatiam, pergens, ad diem nonum Bithyniam attingit. Lucullus interim Cottam in Chalcedoniensium portu stationem habere iubet, cum omni classe.

CAPVT XL.

Heracle. Mithridati se adiungit & publicanos Rom. interfecit.

MITHRIDATIS autem classis Heracleam praeterlegens, ab ea non recipitur: forum tamen venale rogantibus praebent: & commercijs, ut fieri solet, iniris, Archelaus copiarum navalium ductor, Silenum & Satyrum, nobiles ex Heraclea viros, comprehendit: nec prius dimisit, quam persuasisset ut quinque triremibus ipsum in hoc cum Romanis bello adiuerent. Hoc facto (quod & Archelaus veteratorie molitus erat) Romanorum inimicitiam populus Heraclienis sibi conciliauit. Cum igitur auctiones publicas Romani in alijs ciuitatibus instituerent, Heracleam quoque, propter causam ante dictam, his exposuerunt. Cumque auctionatores urbem ingressi, contra reipublicam argentum exigerent, in maiorem ciues coniecerunt, qui seruitutis initium hoc esse existimabant. Quare cum per legationem ad Senatum R. publicationem bonorum deprecari res postularer, ipsi à quodam in urbe audacissimo persuasi, publicanos è medio tollunt, tam secreto, ut de nec illorum nemini quicquam constaret.

CAPVT XLI.

Pugna ad Chalcedonem inter Romanos & Ponticos commissa, cum Mithridate, Romanis successu.

PRAELIO dehinc nauali ad Chalcedonem inter Romanos & Ponticos commisso, dum Regis & Romanorum pedestres inter se confligunt, (quorum huic Cotta, 382 filii Mithridates praefat) Baeterna Italarum pedites in fugam vertunt, & prolixam edunt stragem. Eadem fortuna etiam classis est: vnoque die mare & terra cadaveribus Romanis foede opplentur, 11 x. m. in conflictu nauali occisis, 1 v. m. & d. captis: de pedestri autem exercitu Italarum, v. m. c. c. c. A parte autem Mithridatis Baeternae circiter xxx. 10 c. c. c. reliqua multitudo, ceciderunt.

Hoc Mithridatis successu omnium animi seruilem in modum concidere. Sed Lucullus ad Sangarium fluuium castra habens, cognita ea clade, perculosos militum animos verbis erexit.

CAPVT XLII.

Mithrid. ad Cyzicum. Mante Luculli & naufragio dormit.

VBI vero magno se spiritu ad Cyzicum Mithridates conuertit, copias urbi ad mouere cupiens, incumbit à tergo Lucullus: & infesta signa inferens, memorabili Ponticos victoria profligat, & viribus exuit. Aliquanto enim plures x. m. in acie cecidit & xii. m. capit. Fimbrianus autem miles suspectos habens duces, quasi propter audacissimum in Flaccum facinus, non amplius fide ipsi habeant, tacite ad Mithridatem missitando, transitione pollicentur. Qui in lucro ponens hanc ad se inclinatione, nocte oborta, Archelaum amandat, qui pacta confirmet, & ad partes regis se adiungentes adducat. At Fimbriani Archelaum ad ipsos profectum, in vincula compingunt, & quae cum eo venerat manum interficiunt. Post hoc infortunium, etiam fames opprimit exercitum, & multis interitum adfert. Tot tamē aduersus ictus casibus, à Cyzici obfidione non abstitit: sed breui, licet multa perpeffus esset & egisset, urbe non expugnata recessit: & pedestri quidem agmini Hermæum & Martium praeficit, qui xxx hominum m. illic ducebant: ipse autem per mare reditum instituerat. Ingressoque tritemes, multaque variaeque malorum formae ei simul ingruerunt. Nam dum milites soluturi, naues, quarum aliae iam repletae, aliae mox replendae essent, confertim occupant, & vndique illis adhaerent, factum est ut praemultitudine imminenti, pars nauium deprimere, pars eam subuertere. Quod conspiciens Cyziceni, impetu in castra Ponticorum facto, aegros ibi relictos trucidant, & si quid supererat diripiunt. At Lucullus, peditem agmen à tergo premens, ad Aesippum fluuium adsequitur de improviso, magnamque hostium caedem peragit: Mithridates interim, collectis ut potuit, in Ponto viribus, Perinthum circumfudit & oppugnat: caque non potius, in Bithyniam transmittit.

CAPVT

POST QUAM vero Barba, robustam Italarum manum adducens, venisset, & Triarius insuper Romanorum dux, motis inde castris, Apameam obsideret, ciues, cum aliquandiu pro viribus suis hostem sustinuisent, apertis tandem portis eos intromiserunt. Prusiam etiam urbem Rom. exercitus cepit. Iacet haec ad Olympum Asiae montem. Hinc Prusiam mari impositam cum exercitu petit: Ceterum olim nominabant. Quo etiam Argonautas appulisse, & euanuisse Hylam, & Herculem, dum requirit eum, circumvagatum, multaque id genus alia contigisse, fama est. Ut urbi appropinquauit, facile Prusienfes eum receperunt, Ponticis eiectis. Inde Nicæ, quam praesidium Mithridatis tenebat, imminet. Pontici autem, intellecto ciues animis ad Romanos propendere, noctu se ad Mithridatem Nicomedeam subducunt. Romani igitur sine molestia urbem suae potestati subiiciunt. Haec urbs nomen deducit à Naide quadam nympa, cui Nicæ nomen, & opus est Nicæensium, qui in Alexandri exercitu fuerunt: & post eius interitum, dum patriam receperunt, hac urbe à se condita & frequentata, in ciuitatem coaluerunt. Nais autem illa Nicæa Sangario, loci regulo, & Cybele nata fertur. Quae maiore virginitatis desiderio quam consuetudinis cum viro, teneretur, in montibus & venatibus vitam egit. Bacchus quidem efflicium amat puellam, sed haec amorem frustratur. Quando igitur voti compos alia ratione fieri nequit, fallacis exple animi desiderium instituit. Nam fontem, ex quo Nicæa à venatione defessa bibere solebat, vino pro aqua replet. Eaque nihil suspicata, dum pro more suo bibit, fallacem intra se haurit liquorem: & sic quamlibet inuita, amantis cupiditati subseruit. Mero enim & somno correptam Liber comprimit, & Satyrum ex ea liberosque alios suscipit. Nicæenses autem, à quibus excitata est Nicæa, & sedibus frequentata, primum erant vicini Phocidiae: sed, quod subinde rebellarent, Phocenses tandem patria eos expulerunt, & ut urbs eorum euersa deleteretur, magno perfecerunt studio. Nicæa ergo hoc modo appellata & condita fuit: atque ita in Romorum potestatem deuenit.

CAPVT XLIV.

CAETERVM Mithridates Nicomedeam subsistebat. Cotta autem, superiora damna resarcire volens, à Chalcedone, ubi succubuerat, Nicomedeam copias transfert, & c. l. stadia ab urbe castra metatus, à dimicatione cauet. Ibi, magna adhibita festinatione, citatis itineribus Cottam sponte sua Triarius adsequitur, & Mithridates in urbe se recipit. Tum uterque Romanus exercitus ad oppugnationem eius se parat. At rex cognito gemino conflictu nauali, quae circa Tenedum, quae in mari Aegeo Ponticos à Lucullo victos, nec parem se ad occurrendum praesentibus Romanorum copiis esse, classe in fluuium retro mouet: & graui correptus tempestate, aliquot tritemes amittit: ipse tamen cum plurimis in Hypium fluuium defertur. Hic, cum tempestas eum moratur, audito Lamachum Heracliensem, quem antiquo amicitiae foedere obstructum haberet, ad reipublicae gubernaculum sedere, multis hominem promissis attraxit, ut sibi in urbem recipiendo operam daret. Pecunias etiam miserat hoc nomine. Hic quae rogauerat, ille praestat. Publico enim extra urbem epulo ciuibus apparato, sub quod clausas se non habiturum portas fidem dederat, mero populum inescat, urbeque eo ipso die ex compacto Mithridates superueniat illis, dat operam. Itaque nec olfacto Mithridatis aduentu, urbs in eius arbitrium venit. Postridie plebem Rex convocat amicos hortatur verbis, utque fidem erga ipsum tueatur hortatus, Connacorigi, cum praesidio 1 v. millium, urbem custodiendam tradit. Praetextus erat, defensionem se ciues, si Romani quid contra molantur, & conseruaturum. Hinc distributis in ciues, maxime in magistratus, pecunijs, versus Sinopem navigationis cursum dirigit.

CAPVT XLV.

TVM Lucullus & Cotta & Triarius Rom. duces ad Nicomedeam agminibus coniunctis, in Pontum irruptionem facere destinarunt. At renunciata Heracleae oppugnatione, cum de prodicione necdum constaret, sed totius simul ciuitatis voluntate defectionem contigisse arbitrarentur, Luculli consilium erat ut ipse cum robore exercitus per mediterranea & Cappadociam moueret in Regem & totum eius regnum, & Heracleam

MM 2

Triarii res gesta contra Mithridatem. Prusa urbs.

Fabula de Nysaea & Baccho.

Mithrid. cecidit Cotta & Triarius, & usu Heracleae occupat.

Pugna Rom. cum Mithrid. secunda.

cleam oppugnaret Cotta: Triarius autem, assumpta classe, missis in Cretam & Hispaniam Mithridatis naues, in reditu, circa Hellepontum & Propontidem interciperet. Quibus Mithridates auditis, in nouos bellipparatus incumbit, & Scytharum Reges, Parthumque, & generum suum Tigranem Armenium sollicitat. Ceteri quidem denegant: at Tigranes, licet diu cunctaretur, sapius tamen à filia Mithridatis, non sine molestia, interpellatus, auxilia tandem promisit. Interim diuersos contra Lucullum Mithridates præfectos dimittit, & post commissas acies, variæ acciderunt fortunæ vices: in plerisque tamen prospera fortunæ aura affluit Romanis, & Mithridati animus è languit. Contractis igitur XL peditum & 11X equitum millibus, Diophantum & Taxilen, vltra missos ante, dimittit. Qui cum ad antecessores accessissent, principio velitationibus ferè ad diuis hostiles exercitus inter se vires explorabant. Postea ad duas pugnas equestres deuentum est, quarum altera Romani, altera Pontici, victores abiēre. Dumque ita bellum ducitur, Lucullus in Cappadociam, qui comæatū inde adferret, misit. Quo obseruato, Taxiles & Diophantus IV peditum & 11X equitum contra mittunt, vt, insidijs in medio positis, impedimenta reuertentibus adirent. Vbi ad manus ventum, superant Romani, & subsidijs à Lucullo missis, fuga barbarorum insignis committitur. Quorum vestigijs insistentes Romani, ad ipsa Diophanti & Taxilis castra prouehuntur. Vbi valido certamine inito, ad breue tempus oblitère Pontici. Mox vbi primi abscesserunt duces, tota inclinata est acies: & ipsi copiarum ductores nunciij cladis venerunt Mithridati. Occubuit tunc ingens barbarorum turba.

CAPVT XLVI.

Fuga Mithrid. periculosa.

HVNC ad modum fortuna Mithridatis in pelius deurgente, & regiæ vxores necate: & ex Cabiris, vbi clam suis aliquandiu se continerat, rex fugam arripuit: in qua etiam captus esset, insectantibus Gallis, qui tamen regem ignorabant, nisi mula obuiam facta (quæ Mithridatis opibus, argento auroque onusta erat) diripiendi moram nexuissent. Itaque rex in Armeniam elabitur.

CAPVT XLVII.

Lucullus Eupatoriam & Amisum capis.

LUCULLVS autem aduersus Mithridatem M. Pompeium mittit ducem, ipseque cum vniuersis copijs in Cabiros mouet, vrbeque circumfessa, dum barbari certo se pacto ei permittunt, & ipsos in fidem accipit, & castello potitur. Hinc Amisum profectus, & ad deditonem eos cohortatus, vbi non persuadet, omissa illa, ad Eupatoriam obsidionem transfert: & negligenter se illam oppugnare simulat: vt simili negligentia exemplo prouocatis hostibus, subita mutatione, apud animum cogitata prosperè conficeret. Et euentus respondit: eoque strategemate vrbs capta. Dum enim custodes nihil tale opinantur, sed securè agunt, ille iussis arripere scalas militibus mœnia conscendendi copiam facit. Et sic capta Eupatoria extemplo diruitur. Nec multo post capitur etiam Amisus, scalarum admotione etiam hic superatis ab hoste mœnibus. Et inito cædes non mediocris in ciues peragitur: sed postea Lucullus, cæde inhibita, & urbem & regionem superstitibus reddit, & maiore in eos clementia vitur.

CAPVT XLVIII.

Mithrid. ad Tigranem profugit & frustra expulsum.

AT Mithridates ad generum delatus, expetitur quidem colloquium non impetrat, sed corporis sui custodiam ab eo accipit, & alijs hospitalitatis officijs adficitur. Mithrid. 386
Mittit etiam Lucullus ad Tigranem legatum Appium Clodium, qui Mithridatem exposceret. Is verò non tradit, vniuersorum se criminationem hominum reuereri confirmans, si vxoris parentem hosti prodar. Scire se quidem improbum esse Mithridatem, sed tamen affinitatis se habere rationem. Epistolam etiam ad Lucullum in hæc verba rescribit: quæ ad itam ipsum prouocauit, eo quod Rex in inscriptione imperatoris nomen omisit, Lucullum quoque Regis Regum appellationem sibi non attribuisse cauilatus.

Hic xv. historiz liber exit.

CAPVT XLIX.

Cotta Heraclei obsidet.

SEQUENS autem historia hæc commemorat. Motis Romanorum castris, aduersus Heracleam Cotta contendit, Primò tamen in Prusiam ducit. Hæc ab annie præter-

præterfluente Cieri appellationem tulerat, sed ademptam Heraclienfibus Rex Bithyniæ de se denominauit. Inde ad mare Ponticum descendit, & maritimam prætergressus oram, mœnibus in vertice positis castra applicauit. Lociautem firmitati Heraclienfibus fidebant, & Cottæ oppugnationem fortiter vrgenti, cum præsidio repugnabant, & plures è multitudine Romana cadebant. Crebra tamen etiam Heraclienfium vulnere erant à telis. Quapropter ab oppugnatione receptui Cotta suis canit, & remotius aliquanto castra metatus, totus in hoc est intentus, vt exitum ad res necessarias intercludat obsessis. Annone igitur caritate obortæ, dimissis ad colonias legatis, alimenta sibi venundari petunt. Et benignè accipitur legatio.

CAPVT L.

AT breui ante Triarius, Romana classe instructus, à Nicomedeia impetum fecerat in Ponticis trirèmes, quas supra dictum est versus Cretam & Hispaniam emissas. Ar cum reliquas in Pontum retro abire rescuissset, (multæ enim de his & procella & pugnis, suo quæque loco, naualibus interierant) adsecutus illas ad Tenedum, manus conferit. LXX ipsi trirèmes erant, Pontici autem pauciores aliquanto lxxx agabant. Postquam infestis concursatum est proris, regij ad tempus vim hostium inito sustinent: postea vniuersis in fugam effusis, plenam Romanus victoriam & celebrem consequitur. Atque ita classis Mithridatis tota, quanta in Asiam cum ipso exiuerat, subacta est.

Triarius reliquam Mithridatis classem subigit.

CAPVT LI.

COTTA verò ad Heracleam castra habens, nondum toto oppugnationem exercitu aggressus erat, sed aliquos de Romanis particulatim admouebat, multos Bithyni nominis statuens in fronte.

Cotta ad obsid. Heracle. Triarium adsciscit.

Dumque complures vulnerantur & oppetunt, operibus & machinis animum adicit: quorum testudo præ alijs formidinem incussit obsessis. Totam igitur vim militum, castris excitam, admouet turri cuidam, ruinæ spem præferenti. Verum vbi semel atque iterum percussa, non modò contra opinionem perulsteret, sed etiam aries à cetera machina diffracta auelleretur, animus Heraclienfium crescere, & perturbatus matore Cotta timere cepit, nunquam vrbs ne caperetur. Postero etiam die, cum machina iterum impacta nihil proficeret, instrumentum illud concremat, & fabris capita præcidit, relictoque ad mœnia præsidio, cum cætera militum turba in campo (quod Lycæum vocant) statua delegit, quo in loco larga erat victus copia. Atque inde omni circa Heracleam regione deuastata, in magnam ciues difficultatem cogit. Quare denuò ad Scythas, Chersonesi incolas, & Theodosianos, & circa Bosphorum dynastas, de societate legationem mittit, quæ non absque effectu reperitur. Dumque hostes vrbi incumbunt, non multo minus ab interis vexatur molestiis. Præsidariis enim militibus id non satis erat quo plebs urbana victitabat. Verberibus igitur multatos ciues, suppeditare quæ in promptu non erant, per vim iubent. quid? quod præsidariis longè importunior erat præfectus Connacoris, non modò non prohibens vim suorum, sed etiam liberè permittens. Tum agros populatus Cotta, muros iterum adortur. At cum segnes ad oppugnationem remissisque animis videt milites, à conatu desistens, vocatum mittit Triarium, vt cum trirēibus quamprimum aduoler, & comæatus in mari facultatē oppidanis intercipient.

CAPVT LII.

ASSUMPTIS ergo Triarius quas habebat, nauibus, & xx Rhodijs, quarum futu- ma XLIII conficiebat, in Pontum traiecit, & aduentu eius in tempore Cottæ significato, eodem die exercitum ad mœnia appellit Cotta, & imminens Triarij classis apparet. Tum repentino nauium aduentu Heraclienfibus turbati, xxx quidem naues in mare deducunt, sed eas non satis complent. Reliqua multitudo ad propugnandum se conuertit. Dumque classis Heraclienfium contra accedentes hostium naues in altum tendit, primi Rhodij, pericia & fortitudine alijs præcellere existimati, in Heracleoticas impressionem faciunt, & statim tres Rhodiorum & quinque Heraclienfium depimuntur. Er pugna hæc superuenientes Romani, multis acceptis damnis, pluribus tamen illatis, Heracleotas fundunt, & ad urbem fugere compellunt; xv & x nauibus

Triarii Scythia nauibus de Heracle. & grauius vexat, quæque deper-

deperditis. Victrices autem in Magnum subiere portum. Peditatum etiam ab oppugnatione reuocat Cotra. Triariani autem in dies singulos e portu subuecti, eos qui frumenta circumfessis importare conarentur, impediunt. Ingens igitur antonae caritas vrbes tenuit, vt Choenix (quae dicitur) ad xxx Atticos procederet. Et super alias arumnas, etiam pestis homines inuasit, vel ex aëris mutatione, vel inconsueti visus ratione existens, & per varias calamitatum formas varios hominum interitus efficiebat. Inter quos etiam Lamachus longè acerbiore quàm alij, & lentiore mortis cruciatu exstinguitur. Lues hæc maximè præfidiarios corripiebat, vt de 111. m. mille interirent.

Ampho.

CAPVT LIII.

Heraclea prodigio, direptio: dissidium Romanorum

Atqui Connacotix, hæc afflictionum mole fatiscens, urbem Romanis proderet, & Heracleotarum exitio suam permutare salutem statuit. Operam huc conferebat etiam Heraclienfis quidam, consiliorum Lamachi æmulator, cui nomen Damophel, præfidiio vrbs & ipse à Lamachi interitu præfectus. At Connacotix à Corta sanè, vt homine moribus importunis & dubia fide, sibi cauet: cum Triario autem rem communicat: nec segnius in eodem cum his studio Damopheles decurrit, & acceptis pactorum conditionibus, quibus se beatos fore sperabant, ad proditionem se accingunt. Obiter autem quæ à proditoribus agebantur, in vulgus emanant. In concionem igitur vrbs concurret, præfidiique præfectus aduocatur. Tum Brithagoras, vir inter populares præcipuè auctoritatis, Connacorige conuento, quo loco sit Heraclea edisserit, & si ille comprobet, de communi omnium salute cum Triario conferendum esse censet. Hæc cum miserabiliter, multis intermixtis precibus, perorasset Brithagoras, surgens Connacotix, pacificationem eam suscipiendam esse negat, sed vt libertatis & melioris fortunæ spei inhærent, per simulationem suasit. Erenim per literas se cognouisse, Regem à Tigraue genero benignè susceptum, nec longum post intervallum iussiciens inde expectare auxilium. Hanc tum laruanæ scenicam illis prætendebat Connacotix. Quare his verbis detrepti Heraclienfes (semper enim quod adlabet expetitur) astute confidit, vt veris, fidem adhibuere. Connacotix, vt in fraudem deductos videt, noctu intempesta, exercitu nauibus imposito (per fœdus enim cum Triario initum saltus abire, & si quid lucri fecissent, secum asportare licebat) ipse cum militibus discedit. Damophel autem, solutis portis, introfissum Romanorum exercitum & Triarium recipit: quorum alij per portam irrumpunt, nonnulli etiam muri pinnacula transcendunt. Tum demum proditors se Heraclienfes sentiunt, parsque horum se dedit, pars trucidatur. Res in abdito repositæ & supellectilia diripiuntur, & magna crudelitate in ciues desæuitur. Nam regressit animo Romanis, quanta nauali consiliu detrimenta accepissent, & quantas sustinuisset arumnas in oppugnatione. Ideoque nec ab his qui ad deum sacra confugerant remperatum, sed iuxta aras & delubra supplices macerati. Quocirca multi trans muros elapsi, mortis inenitabilis metu, per totam disperguntur regionem: nonnulli etiam ad Cottam transfugere coactis. A quibus ille de expugnatione vrbs, & hominum strage & direptione bonorum, certior factus, ira totus exardescit, & quam celerrimè ad urbem festinat. Molestè etiam simul tulit exercitus; quod non modo gloria rerum fortiter gestarum spoliari, sed etiam eom modis vniuersis fraudati essent ab iisdem. Idè implacabili cum gentilibus certamine conferti, mutuis se cadibus hausissent, nisi Triarius, concitatione illorum intellecta, multis pacasset verbis Cottam, & in commune se lucra exposituram sanè & promisso, bellum intestinum inhibuisset.

CAPVT LIV.

Cotta Heracl. expoliata in castris & in reditu magnam prædæ partem transfugis amittit. Hercules statua.

Vbi verò audiuit Connacorigem Trium & Amastriæ occupasse, sine mora Triarium Corta dimisit, vt has eis vrbes adimeret. Ipse interim, acceptis dedititijs & captiuis, cæceta per omnem seuitiam administravit. Nam dum opes passim scrutatur, ne sacris quidem parcat. Status enim & imagines, tam pulchras quam multas, loco mouit: quin & Herculeum è foto, & ornatum eius à pyramide, sumptu, magnitudine, nec non opificio & arte, nullo laudatissimorum operum inferiore, sustulit. Erat autem claua malleo cula ex auro purissimo: & leonina ipsi circumfusa, corytusque eadem ma-

dem materia, arcu & sagittis refertus. Multa etiam alia æquè miranda atque pulchra, è fanis & vrbe sublata, nauibus inferit. Ad vltimum iussis ignem immittere militibus, multis vrbes partibus succendit. Ita capta & subacta est ciuitas, cum duos oppugnationem annos sustinuisset. Sub hæc Triarius ad vrbes sibi demandatas profectus, Connacorigi (is enim proditionem Heracleæ aliarum occupatione dissimulare animo præsumperat.) securitate ab eundis facta, ciuitates sub conditionibus certis recipit.

Cotta autem rebus, quo dictum est modo, confectis, pedestres copias vnà cum equitatu Lucullo tradit, & socium auxilia, in suam quæque patriam, dimittit: ipse verò cum classe auerit. Ibi nauium quæ vrbs spolia veetabant, pars supra modum onerata, haud procul à littore soluitur, pars Aparctia vento contra flante, in vada procellis electæ, pleraque asportandorum excussere.

CAPVT LV.

391 Tvm Leonippus, cui cum Cleochari, Sinopes cura & tutatio commendata fuerat à Mithridate, re desperata, de proditione ad Lucullum mittit. At Cleochares cum Seleuco (nam & hic Mithridatis erat legatus, officij auctoritate cum cæteris æquatus) Leonippi proditionem odorati, aduocata concione, hominem accusat: ciues verò criminis huius actionem non admittunt, quod probum esse existimabant. Idè Cleocharis factio, gratiam eius apud plebem metuens, noctu ex insidijs hominem trucidant. Populus quidem hunc casum ægrè ferre, sed Cleochares cum suis rerum potiri, & tyrannicè res administrare: hac via parricidij in Leonippum pœnas subterfugituros se existimantes. Interim Censorinus, Romanæ classis Prætor, triremes agens xv, comitatum à Bosphoro Romanorum castris aduehentes, prope Sinopen appellit. Contra quem Cleocharis & Seleuci triremes Sinopicæ, duæu Seleuci egressæ, nauali prælio decernunt, & victis Italys, naues onerarias in suum duces lucrum auferunt. Elatus igitur hac fortunæ benignitate Cleochares cum collega, plusquam antea tyrannico vrbes imperio premit. Nam causis legitimo iudicio non disceptatis, ad neces oppidanos rapiunt, & ad multa aliâ crudelitate sua abutuntur. Accidit autem vt in contraria scinderentur studia Cleochares & Seleucus. Ille enim persistendam in bello, hic trucidatis Sinopensibus vniuersis, urbem Romanis, magnificæ remunerationis pacto, tradendam censebat. Atqui nentra sententiarum comprobata, quicquid possidebant, nauibus onerarijs ingestum, ad Macharen filium Mithridatis, tum temporis in Colchide agentem, dimittunt.

Cleocharis Leonippi & Seleuci præfidi, Mithrid. Sinopa, dissidium, tyrannicè & perfidus.

CAPVT LVI.

SVb idem tempus Lucullus, Romanorum Imperator, ad urbem accedens, valido Seam nixu oppugnat, cum Machares etiam amicitia & societatis fœdus per legationem petit. Is igitur, petitione benignè admittit, fœdus pro firmo se habiturum respondit, si nullos Sinopensium comitatu iuuet. Tum is non solum imperata facit, sed etiam destinata Mithridaticis, ad Lucullum deferenda curauit. Hæc vbi Cleocharis factio videt, spem omnem abiciunt, magnisque in naues opibus congestis, & vrbe ad direptionem militibus concessa, (sub noctem ista fiebant) nauigijs ad interiora Ponti, quæ à Sægibus & Lazis incoluntur, aufugiunt, cum reliquam classem incendissent. Excitata igitur flamma, quid actum sit Lucullus animaduertit, scalasque ad mœnia adhibere iussi milites transcendant. Fit primùm cædes non modica, sed misertus calamitatum Lucullus, ne sæuiatur vltius interdicit. Ad hunc igitur modum etiam Sinope in Romanorum arbitrium venit. Repugnabat etiamnum Amasea, sed non multum intercessit spatij, cum etiam ipsa Romanorum in fidem concessit.

Lucullus Macharen F. Mithridat. in amicitiam recipit. Tyranni fugiunt, Sinope capit.

CAPVT LVII.

PORRO Mithridates annum & 11x menses in partibus Armeniæ demoratus, necdum in generi conspectum admissus erat. Hic tamèn exoratus tandem, vt coram se sistenti potestatem ei faceret, splendida cum pompa occurrit, & regali focerum magnificentia excipit. Sed triduum absque colloquio cum eo transegit. Lautissimis inde conuiuiorum apparatibus beneuolentiam eius cum ostentaret, decies mille instructum equitibus in Pontum remittit.

Mithridates a gre tandem à Tigraue auxiliis impetrat.

Lucullus Armeniam populatur, & thessaliam Tigranem sic seruantur.

INTER hæc Lucullus in Cappadociam ingreditur, & Ariobarzane terræ Regulo utens amico, inopinatè Euphratem cum equitatu transit, & agmen ad urbem adducit, ubi Tigranis pellices, & de rebus pretiosis ac charis non pauca asseruari didicerat. Copias etiam, quæ Tigranocerta oppugnent, & alias, quæ præcipua illic oppida teneant, relinquit. Dum hoc modo Armenia multis oppugnatur partibus, mittit Tigranes qui Mithridatem reuocent. Exercitum etiam ad tutandum urbem in qua pellices erant dispositæ, ire iubet.

Qui cum eò venissent, interclusis sagittarum grandine exitibus è Romanorum castris, & concubinas & gazas periculo exemptas noctu præmittunt. Vbi illuxit, Romani & Thraces, certamine cum Armeniis feliciter inito, prolixam horum faciunt stragem, nec pauciores viuos capiunt quàm cædunt. Præmissa tamen ad Tigranem, tuta manent & salua.

CAPVT LIX.

Luculli Sicilia de Tigrane ad Tigranocerta: & verbis deditio.

Hic xxom contractis, vt Tigranocerta ab vrgentibus malis eripiat, propulsetque hostes, descendit. Confestim verò vt Romanorum exilitarem vidit castrorum, superba per contemptum de iis verba iacit: *Si legati sunt* (inquit) *multi simul uenerunt: sed hostes, perpauci.* Quibus dictis, castris locum deligit. At Lucullus, singulari arte & studio instructa acie, suisque fiducia per cohortationem iniecta, dextrum cornu statim in fugam agit: mox inclinatio fit in proximo: dehinc terga vertunt omnes. Grandem itaque & præcipitem Armenij fugam capessunt, & pro hominum numero cædes sequitur. Tigranes igitur, diademate & regni insignibus siliio impositis, ad castellum quoddam fugam arripit. Lucullus verò, signis tetro Tigranocerta versus motis, maiore conatu in obsidionem incumbit. Tum Mithridatis in vrbe legati, desperata rerum summa, Lucullo se dedidère, salutem pacti.

CAPVT LX.

Tigranis cum Mithridate: & legati ad regem Parthorum.

MITHRIDATES autem ad Tigranem reuersus, fiduciam ei addit, & ornatum regium, ad suero non villiorem, circumdat. Exercitus etiam colligendi proponit consilium, (cum & ipse manum non contemnendam haberet) vt victoriæ damna bello recuperaret. Verum hic dum plus virtutis & prudentiæ illi tribuit, & magis Romanorum bellis idoneum arbitrat, omnia Mithridati permittit. Ipse interim legatione ad Phradatem Parthum missa, Mesopotamiam & Adiabenen, & magnas (quas nominant) valles ditioni suæ vt permittat exposcit. Cumque etiam Luculli ad Parthum legati venissent, Romanis seorsum amicum & socium se esse fingit, seorsum etiam eadem ad Armenium simulat.

CAPVT LXI.

Odium Romæ in Corta, & adia, accusante Thrasymede Heracle.

INTEREA Romam Corta reuersus, honore à senatu adficitur, & Pontici cognomento, quod Heracleam cepisset, nobilitatur. At ubi sinistra eius fama Romam peruenit, in publico erat odio, inuidiamque tantæ ei opes adaugebant. Cuius declinandæ causa pleraque in ætarium spolia retulit, tamen nihilominus in se Romanos hoc efficeret, dum è plutimis eum pauca referre persuasum haberent. Captiuos etiam Heracleæ statim dimittendis decreto publico sciuerunt. Thrasymedes insuper, Heracleensium vnus, pro concione Cottam publicè accusat, & ciuitatis suæ erga Romanos beneuolentiam commemorat: & si quid ab hæc remisit, non ciuitatis voluntate, sed magistratum fraude & aduersariorum vi factum esse. Miserabili etiam querela ob oculos ponit vrbis inflammationem, quotque & quanta incendium euasit, vtque simulacra Corta destructa prædam sibi fecerit, & ædes sacras diruerit, & sexcenta alia crudelissimum in modum peregert. Ad hæc auti & argenti infinitum propè numerum, cæteramque vrbis felicitatem, quam in suum ille commodum auerterit, recenset. His à Thrasymede, cum lamento & fletu, commemoratis, & optimatibus Romanorum ad commiserationem casus illius inflexis (accesserat enim captiuorum quoque multitudo, viri & matronæ cum liberis, lugubribus vestimentis amicti, & supplices, cum ciuitate præ se tendentes manus) progressus contra in medium Corta, ubi pauca lingua

lingua patria disseruisset, resedit: & exurgens Carbo: *Nos*, inquit, *Corta, capiendam tibi, non excludendam, urbem demandauimus: & post eum alij consimili in Cottam criminatione sunt inuecti. Multis igitur exsilio dignus videbatur. Moderatione tamen adhibita, *larum ei clauum abrogant. Heracleensibus verò agrum & mare & portus restitunt, rogatione perlata, vt nemo horum seruituti sit addictus.*

CAPVT LXII.

394 HIs ergo Thrasymedes confectis, plebem remisit in patriam: ipse verò cum Brithagora & Propulo, Brithagoræ filio, ad tempus dehinc subsistens, quæ patriæ vfus exigeret administravit. Peractisque aliquot annis, cum tribus onerariis nauibus in patriam regressus, ceu ad alterum reuocatam natalem, omni studio reparare contendit. Verum dum omnia molitur, vix vt iuxta, vernis etiam annumeratis, colligerentur, effecit. Brithagoras autem, ciuitate iam augete, populum in pristina libertatem vindicandi spem facit, annisque elapsis haud paucis, Romanorum imperio iam ad vnum C. Iul. Cæsarem deuoluto, ad eum contendit. Legationem cum eo obibant, cum alij ex nobilitate, tum Propylus. Ibi notior factus Cæsari Brithagoras, & propius in amicitiam admissus, promissionem quidem accipit, sed libertatem prima occasione recuperare nequit, quod non Romæ, sed alibi terrarum, Iulius in negotiorum distractione versabatur. Non tamen ab incepto destitit Brithagoras, sed per totum ferè orbem cum Cæsare circumductus, ipse & Propylus in oculis eius erat: vt non obscure imperator significaret, petitionem hominis se approbare. Duodecim tandem annos in familiaritate Romanorum emensus, cum iam redire Cæsar instituisset Romam, senecta & laborum assiduitate exhaustus Brithagoras, viuere desinit, & grandem patriæ luctum à se relinquit.

Atque ita xvi etiam liber historiæ Memnonis abbreviatus finem habet.

Prudens est quidem hæc historia, & exilem adsequens characterem. Perpicuitatis non incuriosus, digressionibus tamen vitur, præsertim necessitate adactus, & externis addendis huchortantibus, neq; id accidit frequenter, sed ubi stimulat se sentit. Redit verò ad propositum. Verbis nisi raro immutatis, vtitur vitur. De octo libris præter sedecim, quod eos nondum videre contigerit, non habeo dicere.

DE CLEARCHO, TYRANNO HERACLEÆ

PONTICÆ.

EX SVIDA.

CLEARCHVS Ponticus Athenas venit audiendi Platonis & doctrina philosophica. Hæc fragmenta cupiditate. Sed eius consuetudine non diu vsus (erat enim diis inimicus) in somnis vidit sint pro Scholio. mulierem sibi dicentem, Excede Academia, & fuge Philosophiam: neque enim ea frui tibi fas est, quæ te infestissimo vultu intuetur. Quibus auditis, redit in expeditionem: & oppressus inuidia, patria relicta, consensuq; nane, dum exul oberrat, peruenit ad Mithridatem, castrisque apud eum positus, laudatur. Non multo post grauis inter Heracleotæ existit seditio. Deinde in gratiam & concordiam redire cupientes, pacificatorem deligunt Clearchum. Is in reditu, in dimensio quodam rursus in somnis Euporium, Heracleotarum tyrannum sibi dicentem audit, Oportet te tyrannum esse patriæ. Sed & hic Philosophiam, eum canere iubebat, renouata somni Atheniensis memoria. Rerum positus, crudelissimum fuit, & insuperabili superbia incensus, humana conditione contempta, adorari se, & diuinos haberi sibi honores postulauit, & vestes diis familiares induit, eorumque status decoras: & filium suum Ceraanon, id est fulmen, appellauit. Interfecit autem eum primum vindicta: deinde Chionis manu, familiaris Platonis, & eius ad tempus auditoris, qui odio tyranni in illius adibus hausto, patriam liberauit. Tam præclari facinoris socii fuerunt, Leonides & Antithens, ipsi quoque Philosophi. Iustus autem scelerum pœnas eum dedisse, dictum est.

DE EODEM CLEARCHO, TYRANNO HERACLEÆ

PONTICÆ.

Cuius historia existat apud Memnonem, pag. 365.

EX DIODORO SICULO, LIB. XV.
DE EODEM CLEARCHO.

EADEM vero tempestate Clearchus, ex Heraclea Pontica oriundus, tyrannidem affectavit, ac voti compos factus, emulatus est Dionysii tyranni instituta, & splendide tyrannidem in Heracleota exercens, imperium tenuit per annos duodecim.

EX EODEM DIODORO, LIB. XVI.

CLEARCHVS Heraclea tyrannus, quum Dionysia (id est Bacchanalia) essent, dum ad spectacula vadit, interfectus est, per annos duodecim imperio positus.

EX THEOPOMPO CHIO, DE EODEM
CLEARCHO.

APVD ATHENAEVM LIB. III.

MULTOS morte violenta à medio tollebat, ac quamplurimis cicutam bibendam porrigebat. Quum vero innotuisset omnibus hic tyranni mos, propinandi venenum illud, tanquam poculum quod amicitiae testanda ergo propinari solet, ex adibus non egrediebantur, priusquam rutam edissent. Hoc enim qui ederint, illis aconiti potum nihil nocere ait.

DE TIMOTHEO TYRANNO HERACLEAE PONTICAE, CLEARCHI FILIO.

EX DIODORO LIB. XVI.

IMPERIO Clearchi quum successisset filium Timotheum, eo positus est per annos XV.

EX EODEM DIODORO, EODEM LIBRO.

DVM hac geruntur, Timotheum Heraclea Pontica tyrannus obit, quum per quindecim annos dominatus esset. Ei successit frater Dionysius, qui per duos & triginta annos imperium obtinuit.

EX ATHENEO LIBRO XII. DE CLEAR-
CHO SECUNDO.

Memnon Clearchum Dionysii filium, Clearchi qui primus tyrannidem occupavit nepotem scribit.

NYPHIS Heracleotes libro secundo de Heraclea scribit, Clearchum, patria sua tyrannum, eius filium qui tyrannidem primus inuaserat, luxu & quotidiana voracitate sensu in tantam molem carnis extumuisse, ut propter crassitatem, & obesitatem, anhelitus difficultate correptus sit & strangulatus, ideoque medicos praecepisse, ut tenuibus ad id paratis acibus, & praelongis, latera & ventrem confingerent, quoties in profundiorum somnum laboraretur. Carne in callum spissata ob nimiam pinguedinem, aliquandiu nihil ille sentiebat: quum vero ad parvam adacta carnem acus perforasset, tum expersgiscabatur. Is qui responsa petebant, reddebat, corpori obiecta arca, quae partes reliquas obtegeret, ut facie tantum aperta colloqueretur cum iis qui compellabant.

Aliquanto post,

ANNOS quinquaginta quinque natus diem obiit, tyrannide per annos triginta tria continuata, prioreque se tyrannos antecelluit comitate & mansuetudine.

DE ZATHRA ET CLEARCHO FRATRIBVS,
TYRANNIS HERACLEAE.
EX DIODORO LIB. XX.

DVM hac geruntur, Dionysius Heraclea Pontica tyrannus obiit, cum triginta duos annos imperasset. Successerunt autem eius imperio Zathras & Clearchus, filii: idque per septendecim annos tenuerunt.

EVLOGII EPISC. ALEXANDRINI

Liber contra Seuerum & Timotheum haereticos.

CCXXV.

LEI B. Eulogij Episcopi Alexandrini opus libris duobus comprehensum, estque defenso S. Leonis Pontificis Romani. Accusatio vero Timothei & Seueri, qui Tomum reprehendebant. Et enim haereticis utrumque superbe Synodum ac Tomum oppugnavit: Seuerum quidem planiorem, accuratorem vero Timotheum. Domitiano autem Melitenae opus dedit. Primus quidem liber quatuor capitibus absoluitur,

395 absolutur, alter vero sedecim. Initio autem operis causam reddidit suscepti laboris, quo & pij homines scribentem inuitarunt. quibus legem constituit & canonem, scripta diiudicare non oportere ex parte, neque fragmenta quadam sumendo, ex his de tota scriptoris mente iudicium ferendum. Hos enim Propheta execratur: *Va Prophetis, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.* Hanc legem ac regulam & Patrum nostrorum decreta confirmant. Et enim Eustathius Antiochenus Episcopus vi aduersus Arrianos libris his verbis scribit: *Sed Arrianae sectae saltatores peccatum fecisse Christum iactant.* & post non longè illud, Deum in Christo mundum sibi conciliasse, neque memoria tenent, nec linguae organum conferunt. Sed veluti graues calumniatores & accusatores locum labefactantes, accusationis certamen instituunt. Deinde & legis decretum. Oportet verò veritatis studio legitime certantes, omnia abundè accipientes, sed non ad fraudem, partim quidem silere, partim verò arripientes offerre. Sic diuinus Basilus ad hunc modum Sozopolitis scribens. non recens opinionis hae impietas, sed & olim ab absurdo infano Valentino inchoata, qui pauca Apostoli verba contrahens, impium sibi figmentum praeparauit. Ut haereticis amentes solent partem aliquam scripturae arripere & hanc deprauate, propter hanc cetera condemnare, & ab sacratum lectionum calumniis & diuisionibus impium dogma constare. Sic & Apostolorum princeps ab impiis accusatus est, ut diuideret Emmanuel, inquit, Iesum Nazarenum, quomodo vnuerit ipsum Deus sancto Spiritu & virtute, qui venit benefactorus & liberans omnes tyrannide oppressos diaboli, quia Deus erat cum eo. Et profectò Paulum orbem terrarum pietatis praeconio percurrentem, similibus iniuriis & calumniis perstringit, in quibus concionatus Atheniensibus locutus est: Antiquitatis hominibus ut omnes vbique penitentiam agant, eò quod statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in aequitate & vero, in quo statuit fidem praebens omnibus, suscitans eum à mortuis. De quibus iterum ad Hebraeos scribens ait: *Qui in diebus carnis suae preces supplicationesque ad eum qui possit illum saluum facere à morte, & deinceps. Calumniator igitur proptij futti & lacerationis iudicem scriptum constituens, non ut hominem discentium supremum Dominum nostrum IESUM CHRISTUM, cognosceret praecones ipsius, sed non sic veritatis amicus. Et praedictis adiungens, quae ex alia parte de Salvatore à pietatis praecone denunciata sunt, extra omnem iniuriam pietatis magistros ostendit, ut illud adiungit: *Patres ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia benedictus in saecula, Amen.* Certè & illud: *Qui cum sit splendor gloriae, & figura substantiae eius, portans omnia verbo virtutis suae.* Haecque primis accommodans, & Nestorium impium in his accusabit, & pietatem clariorem reddet. Et sic rursum diuinus Basilus fieri de orationibus iudicium suadet, quibus ad monachos ambigue dicta perscribit, & obscure dicta in aliquot sacrae scripturae locis visa, ut alia clare dicta loca ostendunt: Non oportere per aliquot fragmenta & diuisiones scriptoris pietatem iudicare, adeò clarum radium emittit veritas, ut Seuerum in his caecitientem, tamen consensum suasse. Scribit enim ad Iulianum Halicarnassensem. Oportet igitur praecptiones sanctorum sanctae Ecclesiae doctorum per occasionem perfecte legere, & non singulatum omnia proferre, & de toto sensu periculosè coniectare. Hoc in Apostolicis atque Euangelicis scriptis, atque adeò in omni diuinitus inspirata scriptura festinandum est, quando non in vna voce scilicet epistolae vel operis collocanda est scriptoris pietas. sic & veri canonis fulgur Seuerum caecum proptio fulgore tamen frui sinit, sed inexpugnabile legis robur cognoscere licuit. Vti verò consueta sententia neglexit. Pia enim memoriae beati Leonis librum non lege quam praedicaui, sed contraria expendens lingua, & per fragmenta quadam & perniciosis sermonibus praefando, visus est de impietate pie scribere: ipse reus verò existens eorum quae aliis obijcere ausus est. Quis enim alius acutius telum in Nestorium impium torsit, quam voce robusta Leo? *Imparabilis Deus dignatus est homo fieri, & immortalis mortis parere legibus.* Haec sycophanta praetermittit: alia verò quadam dicta ressecans ad suum dogma rapit, nec pudet vocis illius praedictae. neque agnoscere ab ipso cultam vult legem. Si enim integra Leonis epistola per ambiguitates ambulauit. Et quorum etiam in numero Acephali, vnius personae diuisionem damnant. Facile iis erat imperitia calumniandi occasione praebente: postquam verò per innumerabilia pietas ostendit.*

tas ostensa est, quomodo non scyophanta arripiunt alteram à prima impietatem? sed in his capita duo. Tertium verborum calumniantium, sancti Leonis comparatio, & ex eodem libro redditio, qua iniusta calumniantium sententia clarius refellitur. Hæc autem calumniantur. Primum enim seruat altera natura indeficienter sui propriam. Et quemadmodum non tollit serui formam Dei forma: sic & serui forma non minuit Dei formam. Quod igitur dictum est secundum se piæ mentis germen est. Nisi quid contra obiciatur ex ipsa epistola. Sic enim melius impetatis improbitas accusetur. Sic enim habet: Ipse sempiterni Patris vnigenitas sempiternus, genitus ex Spiritu sancto & Maria virgine. Quæ generatio temporalis diuinam ipsius ac sempiternam generationem nihil diminuit, neque ipsi quid postponitur, vsque ad illud: Conceptus est videlicet de Spiritu sancto in vtero Virginis matris, aut quis sic seruata integritate ipsum genuerit, quemadmodum & manente virginitate concepit. Intellexit hoc aliquando Nestorius. Reperiatne itaque contra hæc aliquis quod iure calumniatur, etiam si ipsum diabolum habeat cooperantem in hac re ab initio homicidam? Quare igitur non ad hæc, etsi quid ambiguum est adaptamus: sed hæc potius inde sumere audentus. Cerne Acephalum quomodo non iterum alterum dictum ostentans erubescit, quæ, inquit, in [vniuersa] quantitate relata vtriusque sunt, & hominis vilitas & Dei contra magnitudo. Quemadmodum enim cum dicit: Deus mutationem non suscipit: Sic homo diuinæ dignitatis non consumitur. Quomodo enim pudore non est affectus dictam vocem opponens, & ad debitum nostræ naturæ conditum esse. diuina natura vnita est patibili naturæ, vt hoc certe nostris meritis medicinis aptum existens, vnus & ipse mediator Dei & hominum existens homo IESVS CHRISVS, & mori per vnã potuit, & finire per alteram non potuit. Rursum tertium ad accusationem trahunt. Operatur enim vtraque forma per alterius communicationem, donec diuinitas quidem miraculis clarescat, humanitas verò iniuriis excipiat. Duos enim esse operantes docere sententiam accusatores mentium. Sed ille rursus per seipsum opponens vocem propriam, obstruit os eorum dicens, vnus ipse & Filius Dei verè, & verè filius hominis est. Deus qui- 398 dem quatenus *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*: Homo verò secundum illud, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, vsque ad illud: Quem vt hominem. Certè audit dæmonis astutia, huic quasi DEVS sit Angelorum ordo ministrat. Hæc enim tunc dicta dilucidè explicat, & quæcumque hæresis calumniari aggreditur, & omni calumnia ostendit superiora. Quarto carpunt hanc sententiam, quando à præcuratore Ioanne cæpit Baptismus, ne ignoretur, quia obscuro carnis velamento tegitur diuinitas, vox Dei Patris cœlitus demissa ait: *Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacuit.* Sed mox pudet illos Romani Pontificij dignitatis. Sic enim ait: Venit igitur in hanc mundi vilitatem DEI Filius, è cœlesti descendens throno, & à patria non discedens gloria, nouo modo nouaque generatione natus. Nouo quidem modo, vt qui inuisibilis erat, visibilis factus sit apud nos. Hactenus Deus verus, idem etiam verus homo, & quæ sequuntur. Quemadmodum igitur, vt multa complectar, non eiusdem est naturæ de-ferre ex commiseratione amicum, & rediuitium, diuulgato iam obitu quadriduanum mortui, ad vocis iussu resurgere, & infra vsque ad illud: Quicumque per reuelationem Patris eundem DEI Filium confessus & CHRISTVM. sed rursus hæresis dictam Verbum discernit: etsi maxime in Domino IESV CHRISTO DEI filio & hominis vna est persona: tamen aliud est illud, ex quo in vtroque communis est iniuria, & alterum ex quo communis opinio orta est. Sed sanctus vir impudens per hoc conuertit impios. Dicit enim: Post Domini resurrectionem vel quis scilicet veri corporis ipsius factus est, cum alius non resurgat, nisi cruci affixus & mortuus &c. sed vnum DEI Filium confitemur & carnem. Postquam verò inuasit hæretica opinio, & hoc deprauat. Per hanc igitur personæ vnitatem in vtraque natura debitam intelligi. Etiam si verò hic propriis armis scyophanta hos inuadit, dicens: In importunitate igitur hominis, vt vltima natura DEVS verè natus est totus in iis, quæ ipse & totus in nostris, & deinceps. Vt manens igitur in forma Dei, fecit hominem. Sic in serui forma factus homo est. Rursum hæc hæresis oppugnat, qualis natura infixæ clauis ligno Crucis pendet. Et rursus pietatis miles euerit hostem, multos in se ad- 399 ducens

1. Tim. 2. 5.

10. ad. 3. 1.

1. Cor. 17. 5.

ducens committentes. nisi quod & sic per se hos complectatur. De Eutyche sic enim loquitur: Qui naturam nostram in vnigenito Dei Filio, neque humilitate, neque gloria agnouit resurrectionis, & quæ sequuntur vsque ad illud: Quid se parat IESVS, nisi mysterium humanam ab ipso naturam sciungere, per quem solum saluati sumus, conari stultum per impudentes fictiones operari. Hæc quidem beati Leonis dicta quædam temere reprehensa, & quorum pudeat ipsos calumniantes hæc sunt, quæ talem constringunt vnitatem, vt admirentur quomodo in his scyophanta non confusionem viri reprehenderint, quemadmodum è calumnia oppressi diuisionem confingunt. Dicere enim, vt imparibilis Deus non dedignatus est fieri homo mortalis, & mortis non horruit obsequium, & sine tempore factus est cum tempore, quomodo ignorarunt mali calumniatores, non scripsisse virum per hoc confundi, nisi quod, vt diuisionem redarguant hæc, sic & illa confusionem adornant.

Quo tandem Scriptor hic tendat, geminum hinc aduersus Ecclesiam nascitur bellum. Hinc enim Eutychem referens principem, illinc vero Nestorium, & post acceptam plagam, lapsumque pugnam instaurantem, cum vtroque pugnantis pietatis hic dux, suis ipsos ac mucis telis vulnerat. Et cum Nestorio quidem dimicans, confusionem per confessionem summæ vnitatis stultis inuicere videtur. Cum Eutyche vero certans, naturarumque diuersitatem accuratè defendens, differentiam personarum in medium attulisse accusatur. Oportet vero integrum auditorem scriptoris scopum inactigare, & rotius scriptoris seriem considerare. Duos autem sese hostes natum, scribens ipse ad plenissimum Leonem Imp. & Nestorium anathemate feriens & Eutychem, clare docet. Oportebat autem Patrum vigilias circumspecte legisse, & quemadmodum Ariani exilia verba, passionemque in Filij Deitatem referentibus, vt ipsum minorem faciant Patre, Patres dicitis crassioribus vt verbis, dominicum appellantes hominem, vel assumprum.

EVL0GII

Eiusdem Liber contra

Theodosium & Seuerum hæreticos acephalos.

CCXXVI.

LECTVS liber EVL0GII Alexandrini Episcopi, quo piæ doctrinæ causam suscepisse videtur, pudorem propugnatoribus impietatis incutiens. Inscrubit vero librum primum Pontifici Leoni, accusatus ac reprehensus à Theodosio, alicubi vero à Seuero Acephalis. Perstringit vero illorum demeritiam improbitatemque, nihil ostendens verum neque concludere necessario, conficta & falsa mendacia, & non contra illum magis armatos, quicum pugnent, nihilominus tamen aduersus Sanctos omnes, quorum nomina respuunt: non igitur infestantur, & pro omnibus audacter illos opposuit, quibus S. Leonem opugnant, & contra B. Cyrillum, quodque mirandum magis, aduersus eos, qui decreta opponunt. Hæc enim voces quos allatrant, Cyrillum sæpius obijciunt asserentem, aliorumque SS. Patrum ceteruarum. Quo in numero Athanasius, Gregorius, Basilius, Ambrosius, & Amphilocheus. Denique amentia confutata, Seuerum ipsum vbique dogmatis auctorem adducit. Quibus vsus est B. Leo [in numeris hæreticos] conuictis à Theodosio & Seuero excipitur. Sic illorum demeritiam ostendit, & aduersariam tuentes partem armis exiit, vt in seclusus assiduos inferentes nihil læderent. Est autem hic Scriptor purus ac suauis, & breuiter ac leuiter accusationes instituens, & sine causa nihil in medium proferens. In quatuordecim capita hæreticis adferunt, & ipse in ea diuidit Refutationis Capita, fortem ac validam reprehensionem calumnie Acephalorum. Additur vero his absolutio à Chalcedonensi Synodo, quam hæreticorum mala lingua profcindit, vnitatem personarum Ephesinam, sed & sequentes, hac ipsa voce vos [per alia verba pietatem suam ostendisse] quod & Synodus perfecit, non solum vero, sed & B. Cyrillum in vniõne cum Occidentalibus huiusmodi verbis non vsurum ostendit. Aserit autem Cyrillum ostendere vnitatem voluisse, tanquam verbi Hypo- N.N. 3 stasis

statis humanæ absque mutatione vniatur naturæ. Enimvero quia quarta S. Synodus scripta Cyrilli ad Nestorium verecunde, & laudabiliter facta (in quibus non semel, sed & bis, & quater, personæ vnitas Verbi clare declaratur) hæreticorum obstruit ora; quibus ipsam non sapere, neque in persona vnitatem confixerunt. & omnino quibus-
cumque Acephali D. Leonem accusare sunt ausi, & Chalcedonensem S. Synodum, bre-
ui sermone accusationes refellens, contrarijsque reprehensionibus aduersarijs pudorem
incutiens, ostendit ipsos secum potius, quam cum alijs pugnare, & cum SS. Patribus,
vel qui nos oppugnant. Cæterum hic Eulogius olim sacerdotij dignitatem Antiochiæ
obtinuit, & solius Deiparæ Virginis cultu adductus, quæ Iustiniani ædes dicta est. Ag-
gressus est & alia non ignobilia opera: tandem etiam Alexandriæ Præsul renunciatus
est.

Eulogij laud.

EULOGII

Eiusdem inuictiua oratio in Theodosianos & Cainitas.

L ECTA est inuictiua eiusdem contra vnitatem subito exortam inter Theodosia-
nos, & Cainitas Acephalos. Hi enim primum inter se cum dissidissent, postmodum
ea pro quibus obibant dogmata inuicem tradentes, in vitam, sed breuem, quandam cõ-
spirantur impietatem, inde iterum teuertentes ad priorem impietatem, patris vtraque
dilecti sunt in eas, quas prius miscuerant opiniones. Hoc igitur in libello impietatem
eorum reprehendit, ostenditque non vt illis visum est * ipsi incarnatione vnitas ope-
rata est, sed totius fidei illorum prodicionem integram clare ostendit. Dicit autem
& incarnationis speciem, quam Dei Ecclesia, tribus differentijs conduplicatam impi-
eratem redarguit: quod inita ab ipsis immortalia impietatis fœdera, secundum nul-
lam trium personatum procederent, sed vt diximus, vniuersæ ipsorum religionis vtra-
que pars nomine vnitatis prodicionem & negationem perfecit. Et primo quidem ait,
quomodo incarnationis Verbum, non in obuia quæque incidens, & rei arbitris sta-
tuit, sed Christi ministros atque dispensatores mysteriorum Dei, & quibus summorum
sacerdotum thronorum leges concediderunt. De quibus iam dicta Cainitis ac Theo-
dosianis vnitas neminem agnouit. Dehinc & tunc directæ oratio de incarnatione in-
choatur, quod dogma pietatis non læditur. Illud enim incorruptum ac sincerum, in car-
natio non reperit locum constituisse in ijs quæ ipsi extrema. Sæpenumero enim quis
temporaria incarnatione accessit, ad breue aliquid non debentium eleuata & adamata, ad
continitium & in concilium pietatem robur accipere, & paulatim dissoluere sagagen-
tium de veritate conatus. Retrunderet vero eorum, qui contra veritatem nituntur, im-
petus, qui multi eum sint, eadem feruntur via, inagnum vt inferant malum, licet qui
Ecclesiam regant, hæc minimam quidem remittant intentionem, neque rem controuer-
sam faciunt. Sic Paulus propter inuitabiles Iudæorum insidias, & propter defectionis
occasiones Timotheum circumcidit. Tondetur & ipse caput, & purificatur, qui ad
Galatas scribens: Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus
vobis nihil proderit. Sed hanc præceptionem ad breue tempus constituit, quæ in mo-
dum & experimentum docet. Per omnia enim & perpetuo Ecclesia seditiones
vitat, & integritatem curat, altera veto gubernationis forma in verbis capit firmitatē.
Quando enim Ecclesiæ dogmatibus recte factis, & per alias voces scandali expertibus
promulgatis, tamen non bene dicti sunt prætextus, taceti hæc contingit. Qui vero
sermiones suos disponit in iudicio, & silentio, solum piorum dogmatum per omnem
terram audiri facit. Qualiter fecisse magnum Athanasium Gregorius cognomento
Theologus testatur: Postquam, inquit, consentientes reperit, & verbo nihil discrepanti-
nomina verbum commissæ colligat. & Oratione in Pentecoste, Magistrum eundem
videt ipsum gubernandi formam vincere. sed syllabis, inquit, offendimini, & voce,
date vim diuinitatis, & dabitur vobis veniam vocis. Et tertiam ait esse gubernandi
formam, quando sæpe personæ despiciunt, promulgatum decretum accuratè contra
illos pronuntiatum, nihilominus recta prævalente doctrina. Secundum quam, ait,
oconomiam Theophilus cum Gelasio communicat, in tabulis habente scriptum Eu-
sebius Palæstinum. Cytillus vero à Theodori Mopsuestiæ Episcopi, per ostensionem eod-
dem modo iterum anathemate percussus, communionem non abstulit. Videbat enim
sinceris

Act. 16.
Ibid. 27.
Galat. 5, 4.

theod. 211.

sinceris dogmatibus seruari præcipuos religionis articulos. Ad illud enim vsque tem-
pus sana doctrina obtinuit, neque hæcenus quippiam Ecclesiæ dogmatum innovatum.
Tres igitur in partes Oeconomiam diuidens, & secundum nullam Theodosianorum, &
Cainitarum vnitatem procedere demonstrans, in prodicionem conclusos, singulas par-
tes propriæ religionis constituit, & nullibi stetit, sed confusus, rursus ab inuicem diuul-
sos esse, & mutuum gessisse bellum. Hæc & his similia reprehendens, Acephalorum
quam dicunt vnitatem referens, per alia multa dilucide ostendit, nullum ab ijs Incarnati-
onis vestigiū relictum, sed manifesta proditio & negatio, pro quibus milites se mor-
tem oppetere velle iactabat. Sic fere de Acephalis hoc ipso libello pertractat. Com-
plectitur autem opus Epistolam quoque scriptam Eurychio Archiepiscopo Constanti-
nopolitano, quam etiam num presbyter scripsit, certitudinem continentem pietatis &
fidei orthodoxæ ac Catholicæ.

S. EPHRAEM THEOPOLITANI CCXXXVIII.

varie Orationes.

403 L ECTA sunt S. Ephraemij Patriarchæ Theopolitani orationes variae. Syrus quidem
sunt genere ac sermone, Græcam vero linguam non mediocriter calluit. Sed & ci-
uiles gessit magistratus, è quibus Comes tandè Orientis renunciatus, inde ad summam
Ecclesiæ cathedram euectus est. Ferunt autem cum alia laude digna gessisse, tum vero
elemosynis largiendis enituisse. Libros veto varios composuit, quorum in manus
meas tres inciderunt. Omnia pene opera eius quæ vidimus pro Ecclesiasticis dogmati-
bus pugnare, defenduntque sanctum Chalcedonense concilium extra omnem esse hæ-
reticorum reprehensionem.

Alim hic ab E-
phraim Aferico,
cuius opera supra
Phatius enume-
rauit, & exstat
tametsi Syrus
Sierque.

Libro quidem primo initio est epistola ad Zenobium quendam Scholasticū Emi-
senum, Acephalorum labe infectum, missa. Propugnat vero irrisum de infestis atque
acerbis verbis, quæ in Epistola Leonis Rom. Pontificis continentur. Præmittit vero
horum verborum disputationem, vltim quemdam sacri Trisagij hymni. Etenim Zenobi-
us à communi segregatus ecclesia, colorem hunc quæsiuit, quod recens diuisa esset ter
sancti hymni sententia: Afferit contra Ephraemius, eundè hymnum orientales Christo
Ies v attribueret, & propterea nihil peccare tamen si adijciant. Crucifixus pro nobis: Cõ-
stantinopolitanos vero atque occidentales, in supremam sacratissimumque bonorum
omnium fontem, consubstantialem trinitatem sententiam referre: idcirco non susti-
nere illud addi: Crucifixus pro nobis, ne qua passio trinitati attribuat. In multis enim
Europæ ditionibus pro illo, qui crucifixus est pro nobis, hoc reponunt, Sancta Trinitas
miserere nobis. Vnde piorum sententia clarius elucescit, vt in sanctam Trinitatem hoc
Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis accommodent; accurata ac consequenti
oratione illud, qui passus est pro nobis, adscribunt. Sic igitur alteram vtramque partem
de his sentire atque asserere, quando in cæteris pijs dogmatibus nihil deprauiare com-
petantur. Rectè vero facere vtrosque hic affirmat, neque vllam reperire rationem
cur alterutra reprehendatur, vel in disquisitionem reuocetur. Sed hic quidem ita cen-
set, quod ab Acephalis hæreticis malè hanc sententiam accipientibus, magnus fiat in pi-
os incurfus: meritò cæteri patres nostri illud decreuerunt, nos oportere illud addere in
sacro hymno, qui passus est pro nobis, & convenientem esse hymnum, qui de Trinitate
disputat: quando Cherubina cantio in triplici sono sanctitati accedens ab initio, super
omnem sanctitatem & bonitatem Trinitatis cantus esse cognoscitur. Sed huc bene seu
secus de Trisagio hic sic iudicat, facile enim occasio ipsi ita iudicandi prætextum dedit,
non possum equidè nunc de altera sententia certum ferre iudicium: nisi non sint, Schola-
sticum admonens, ab Ecclesiæ corpore non separati. In hac epistola canonem quoque
qui secundus est in secunda synodo Constantinopolitana c. l. patrum, ipse c. xv. esse,
nescio quo auctore, neque cum alijs consentiens numerat: neque in hac ipsa modo, sed
& in alijs eius libris, eandem ipse quantitaris rationem inquit. Auspicatus vero stadium or-
thodoxæ fidei, præfatæ, conferenda non esse quæ de Theologicis à patribus nostris de-
creta sunt, cum dictis a Leone pontifice de incarnatione. Sed huius Theologica cum
Theologicis, quæ vero de incarnatione, cum ijs quæ analogiam habent. Quotquot
Theolo-

Hymnus Trisa-
gimus.

Nestorij heresis.

Theologiam opponunt incarnationi, hic reprehensionem iniuste præbent sententiæ, ut quæ linguam exactant, his vero nihilominus nisi monentur, irreprehensibiles sunt. His præmissis, dicta quædam ex Epistola Leonis recitat, quam ad S. Flavianum dedit, ex eadem quam ad Leonem Imp. misit, quibus clarum ostendit Theologicam doctrinam, eundemque esse Dei filium, & hominis, & hominis, magnifice prædicat, patibilem & impabilem, immortale & morti obnoxium. Et vno verbo, summam esse Verbi & hominis unitatem, certo & diuinitus explanauit. Quin & iisdem litteris Nestorium aperte communionem interdicendum censuit, qui beatam ac Deiparam virginem non Dei, sed hominis solum matrem appellare est ausus. Primum quoque B. Leonem perspicue ipsi vocibus pronuntiasse, Dei matrem esse B. Mariam, cum aliorum ante ipsum patrum nemo id tam clare extulerit. & hæc quidem capite primo persequitur.

Excipit hoc proximum, quo ostenditur S. Leonem reliquis patribus consentientem, vnum filium esse confiteri. atque vnus & eiusdem vt aliam formam; sic & diuersam naturæ actionem, nisi quam diuisionem unitate adducens, sed vnum hominem factum Deum Verbum prædicat. Adijcit vero Leonis sententiæ & Cyrilli dogmata, conspirare inter se ostendens, & Gregorij Nysseni, & Iulij Romani. Ad hæc & verba ponit, quibus vtens B. Leo; impiam Seuerianorum calumniam subijcit, non semel atque iterum sed quinquies à Cyrillo irrogatam, ambas inquam naturas. Non Cyrillum modo victorem hac vi voce, (cuius memores Seueri a seclæ, impietatem Leoni imputant) sed & B. Basilium, non in hac solum voce cum SS. Patribus consentire, S. Leonem ostendit, verum etiam in omnibus adeo & verbis & dogmatibus, quibus oblatrare hæretici non erubuerunt. Prædictos enim patres recte cum illo sentire, vt & laboribus exercitum Athanasium, & Theologi cognominem præditum Gregorium, Proclum quoque Constantinopoleos, & Amphilochoium Iconij præfules, & admirandum illum Iohannem Chrysostomum. Et hæc quidem capite secundo.

Tertium, articulos præfixos naturarum in Christo, nequaquam filios duos exhibere, non igitur subijcit, sed & proprius loquendi sacre scripturæ modus: non duas quidem personas, vt diximus, significans, sed vnitas naturas inseparabiles & indiuiduas conseruans. Etenim hæretica rabies effudit iniuriam contra Leonis epistolam sic dicentis: Quemadmodum miserando mutationem Deus non suscipit: sic homo dignitatis magnitudine non perit. Quod igitur tertio capite dictum est ex Euangelij & Apostolorum sensu, atque adeo ex SS. Patrum sententiâ, diuini Ignatii, Iulij, Athanasij, Gregoriorum, & Basilij, reprehendit impios, vt articulos vnus (omnes enim hi illis vsi sunt) nullam sectionem aut diuisionem unitatis significat, quibus addit, quæ & vtroque verum relata sunt. Hoc à Leone expressum, non temporis declarationem, sed pro illo per omnia accipitur.

Quartum vero caput confutationem continet hæreticorum. Innocentem vsque, quaque ostendens per similem methodum, voce vero consentientes accusato adijciens, quibus vt solet SS. Patrum cætus vtitur. Hoc autem caput verba ipsa Leonis ponit, quæ sic ferè habent, Fleu carnis veritatem ostendit, resurrexisset vero ad vocis imperium Lazarum immaculatam eius diuinitatem declarat. Ab vna enim vtraque & dicta & facta.

Quintum vero hæreticorum prætextum afferens, contra vocum similitudinem eiusdem viri sancti, per similem methodum refellit. verba illius sunt, Qualis natura clari, Alexandrini domo, & inter præfules illustris, epistolas aliquot de multis adducit, quæ per omnia conueniunt cum ijs, quæ vt in pia hæretici calumniari solent. Atque in his quidem epistola ad Zenobium versatur. Aliæ ad Iustinianum Imp. missæ litteræ: hæc quidem illius pietatem commendans, illa vero de monachis religiosis eremum incolentibus pietatis testimonium luculentum dat. tertia vero Antihimi synodalia accuratè de fidei dogmatibus, & missa & scripta esse ostendit: altera vero ad ipsum mittitur Antihimum post synodalia, eorum laudationem non excusans, quasi nihil Antihimi impietatis in ijs appareat, nisi quod minutissime, & accuratissime Antihimum postulat recipi, Eutychem & Eutychem dogmata excommunicari. Mittitur & ad Domitianum epistola, qui incidens, vt scribit, in eius quædam verba, turbatus est mente, & solui dubitatione exoptauit.

Supra hæc Leonis verba ab Eulogio adferuntur. Ioan. 11.

Istorum Pelusina.

exoptauit. Verba autem sunt: non potest personam personæ, qua persona est, vnite, vt Petrus & Paulus vnâ eandemque personam constituere, sed neque substantiam altera substantia, per quam alia subsistit, in identitate substantiæ conuenire: vt, animi & corporis natura, vnâ non potest perficere naturam, nisi quis forte in commune quid adferat, secundum quam & prius vniri inuicem minime conducebat, vt quod in creaturam ferret, vel hoc, in tempore, vel similia. Tunc enim non amplius diuersæ naturæ in vnâ naturam conueniunt. Sed quæ habent substantiæ ab initio consubstantialitatem communitate quadam longissima, idem ius tenere videntur. Quæ enim Domitianum turbant, & quorum exoptabat solutionem, & nactus erat, hæc erant. Primum quidem non incredibili sermone dubitationem aggreditur. Deinde & per SS. Patrum voces propria ac subiecta verba rectè concluduntur. Et hæc quidem tractat epistola ad Domitianum. Altera vero ad quemdam Syncreticum, nomine (Tarlesem) scribitur, proferens & ista disputationem cum Acephalis. Qua post vnionem agnoscentis naturam Patres adducit, & nusquam per illos vllam personarum vnionem, neq; diuisam, neq; separatam. Et testimonia idem testantia proferuntur, Cyrilli, inquam, Gregorij Theologi, & aliorum, Dei; Ecclesia, omnesq; adeo Chalcedonensis Synodi Patres, vnum Trinitatis Deum Verbum incarnatum & hominem esse factum, cuius & secundum Hypostasen unitatem & senserunt, & prædicauerunt, primumq; Dei matrem compellasse Elisabeth, cum ait: Et vnde hoc mihi, vt mater domini veniat ad me? Clarius vero quam alij postea hanc vocem protulit Leo Pontifex. Ad Leonem enim Imp. sic scribit: Excõmunicetur Nestorius credens Mariam non Dei, sed hominis dumtaxat esse genitricem, & hæc quidem in subiecta epistola. Scribit vero ad Anthimum Episcopum Trapezuntis, in qua Iustinianus vt pius suscipit, & infelicè Eutychem hæresim cõstitueret, quia nõ sustinuit duas naturas in vna hypostasi subsistere, narrat, Et illud per illud perspicue patres ad vnum omnes, & docent & prædicant, sed illius animi impotentiam ferendam non esse, sed ex duabus naturis constare Christum, post vnionem non amplius duas, neque in duabus cognosci, vnâ vero naturam post unitatem prodigiose asseri, quibus consonare ait * prædicatoriam illam in Epheso Synodum hæc asserentem. Hæc & nos omnes conditi sumus, vtque iisdem de causis Chalcedonensis synodus Nestorium & Eutychem condemnarit: & nosse naturas post unitatè in vna persona, ab omni est diuisione alienum. Idemq; B. Cyrillus omnisque adeo SS. Patrum cæteris claris prædicat vocibus. Eutyches eiusque asseclæ, pro unitate quidem, hoc est, duplici unitate (O ingentem dementiae atque impietatem) duas prædicant naturas, non amplius post vnionem, & qui Eutychem sacris interdicit, & eius opiniones, * de plano, atque inuicè œcumenicam quartam prædicantem synodum, non alia enim œcumenica synodus fuit, sed ea sola, susceptum cum pestiferis eius opinionibus, vt diximus, in perfida illa synodo Ephesina, hoc omnino reiecit & damnauit. Apparet vero Anthimo hæc scripsisse in regia vrbe versanti, & nunquam sacras illius leges violasse, quem & aduersus Nestorianos & Eutychianos certare suadet. Hæc quidem epistola illa complectitur. Quæ vero ad Brasen Persam data est, cum hoc postulasset è sacra scriptura, sed non è patribus, de sancta & consubstantiali trinitate continet, & de incarnatione Verbi, deque gloriosa & sancta virgine, & Dei genitrice Maria. Sunt autem eorum scripturæ, & vetus testamentum, & Domini verba, apostolicæque prædicationes, quibus quæstionum veritas & confirmatio allata est, præ cæteris huic vni quæstioni inhæret, in qua de incarnatione Verbi disceptatur, occasione scilicet longiore huius disputationem exigente. Hoc autem in hac epistola conatur, Scribit autem ad aliquos monachos ecclesiæ defensionem Catholicæ & Apostolicæ molientes, quos SS. Patrum monitionibus coniungere molitur, ostendens eorum sententiam non procul ab hæreticorum opinionibus distare, nullumque ex ea, quemadmodum hæretici solent, commodum accipere, hoc yariis testimonij SS. Patrum confirmat. In vna eademque persona variam naturæ actionem perspicit, & ad omnem pietatis plenitudinem sufficere, Deiparam credere & appellare sanctissimam Virginem. Postquam enim quis dixerit Deum incarnatam Virginem peperisse, angelorum vti videtur Theologia. Scribit idem & alteram epistolam ad Callinicum desertorem, cupiens verò eos Ecclesiæ Dei conciliare, ab omni eam liberam hæretica labe ostendit, & qui ad eam labem conuentus sunt, latronum esse speluncam, ostentur imitari oportere Simeonem, & Baradatum, & Iacobum, viros virtutis nomine.

407

Luz. 1.

* Alogia.

* de plano, atque inuicè œcumenica synodus fuit, sed ea sola, susceptum cum pestiferis eius opinionibus, vt diximus, in perfida illa synodo Ephesina, hoc omnino reiecit & damnauit.

408

Vide Zonaram
& Caroplatam
de Magistratib.

συνηχθησες,
αμα.

toto terrarum orbe celebres, qui vitam vniuersam in ecclesiastica disciplina transegerunt. Atque hæc quidem Epistola continet. Proxima vero oratio Ephremij synodicam actionem explicat, in qua Syncreticus nominatur (quem Tarsi Episcopum fuisse paulo ante memorauimus) quod libellos non Catholicos ab hæreticis accepisset, vnde hæreticas hauserit opiniones, & Stephanus monachus Syncretici Syncellus appellatus, & præne accusatur vterque præcedenti oratione, propterea quod orthodoxam non amplecteretur fidem, sed Eutyichis labe infecti essent. Tamen cum Syncreticus religionem profiteri tandem coactus esset, synodus soluitur. [Tamen inquit, pietatem tandem suscipiente, soluitur synodus.] In hac ipsa actione B. Cyrillum alicubi natura pro persona vsum esse ostendit, cum dicit: *vnam maxime Verbi naturam carnem induisse*. non ipsum dicere sæpe eum duas confessum naturas, quemadmodum mutato consilio vnam naturam, nisi forte nunc natura vocem pro persona usurpauerit, & confirmatur id ex alijs Cyrilli locis, eamque esse ecclesie mentem, aliaque id genus vtilia aduersus hæreticam labem hæc Actio certamina continet. Post hæc inscripta libro epistola ad Magnum Episcopum Berræ, hoc in duabus naturis Emanuelem agnoscit (vt in quarta & generalis synodo asseritur) docens atque explanans, & vsum esse loquendi vnam Verbi naturam hominem esse factam, contra eos, qui duas ab inuicem naturas separant probandi robur habet. Sed non contra negantes naturarum differentiam per vnionem, quemadmodum vna verbi natura in carnata cum separantibus ab inuicem naturas pugnat: sic & in duabus naturis vnionem in persona fateri confundentes reprehendit, & horum conatus retundit. Sicigitur & in duabus naturis vnio secundum Hypostasin, vt vna verbi natura incarnata, certant contra eos qui secum ipsi & inter se pugnant, non igitur altera cum altera pugnat. Neque enim vna verbi natura incarnata, in sublatione quadam nature dicitur: neque vnio in duabus naturis secundum hypostasin cognoscitur, diuisionem ab inuicem asserit naturarum. Quare duarum vnio naturarum, confirmatio est vnus verbi incarnate persone inconfusa, & diuersitatis indiuisa pronuntiata. Hæc & alia id genus non pauca pro re nata epistolæ conscribens, pietatis dogmata confirmat, impudentiæ vero confutata sensum redarguit, & eum cui reddita epistola est admonens, augeri & crescere scripta, quasi scribens finit scriptum potentia non indigens. Dein ad Eunoium monachum aliam scribit: qua epistola narrat, neque secum ipsos, neque inter se pugnare SS. Patres, quando de corruptione & incorruptione capiunt, & incorruptionem sanitatem quandam esse, non autem nature nostre sublationem: Corruptionem contra morbum quandam esse, vnde & Adamum ante lapsum incorruptam habuisse carnem, per omnia nobis similem fuisse patrum testimonijs confirmans, & alia ad pietatem vtilia epistolæ includens finem facit. Sequuntur hinc eiusdem panegyricæ orationes septem. Prima in festum SS. Prophetarum, altera in Iesu Christi natalem diem, tertia in sacra anni ieiunia, quarta in Catechumenorum instructionem, item in festum diem Michaelis archangeli in Daphne, sexta in sacram Quadragesimam, denique in vnam quadragesimam nonam. Octaua ad hæc oratio quæ in sacro quaternario ad Neophytos habita, primum itaque quod in manus meas volumen incidit, hæc continebat.

Panegyrica orationes
vniuersi Ephremij.

EPHRAEMII EIVSDEM

Liber alius.

ad Successum.

LEGI eiusdem sancti alterum librum, qui de sacris Antiochiæ legibus narrat libris quatuor. Primus de verbis Cyrilli, in calumniam adductis, quæ ad Successum epistola secunda scripsit, & oppugnationem Seuerianæ proferit hæresis. Alter responsio est ad Anatolium Scholasticum, de ijs quæ discere volebat. Tertius apologiam concilij Chalcedonensis continet ad Dominum mittens & Ioannem, qui Cilicæ secundæ monachi erant. Quartus ad Orientis monachos, qui & ipsi Seuerianam correpti labe fuerunt. Affert autem libro primo calumnie illam vocem, vt dictum est ex secunda ad Successum epistola, his verbis: *Sit nobis iterum exemplo homo inter nos versatus. Dnas enim in illo naturas agnoscimus: vniam quidem corporis, alteram vero anima. sed in tenues notionis diuisas, & vt in frequentibus simulacris, hoc est mentis cogitationibus, differentiam suscipientes, non per parta naturas collocamus, neque vtriusque selectionis vim ipsis concedimus, sed vniam vnâ esse intelligimus, quare bina non amplius bina sunt, sed vtroque tantum vnium perficitur animal.*

Hæc

Hæc sunt quæ in calumniam vocata sunt verba. Cyrillus enim animi & corporis, è quibus homo componitur, vocibus differentiam constituere recusabat. Quamobrem sic ait: non per partes naturas ponimus, sed diuisio inquit, verum addidit, *vniam esse vnium intelligimus*. & quid hoc. vnam enim hic hypostasin, sed non naturam asserit, idque manifestus reddit ostendens, vtroque vnium animal constituitur. Quomodo igitur fieri potest vnam esse animi, corporisque naturam. Sed vide iterum alteram hæreses amentiam, intelligere oportet, inquit, non dicere. quamquam quis nescit rectè intellectum, rectè etiam dici, contra vero male intellectum; male etiam dici. Si vero, quia dicit, *vniam vnium intelligimus?* Illud vero *vniam secundum nos naturam*, dixit, vnium quoque dumtaxat animalis esse intelligere par est, dicere vero non item. non igitur afferendum & intelligendum, vnam esse naturam, quibus hoc accessit, quomodo idem integrè dixit, quæ dixisse non oportuit? Sed valeant hæc nugæ. Iterum aiunt, inquit, *vt bina non amplius esse bina, sed vtroque tantum vnium perficitur animal*. Igitur duas asserere naturas, non duas amplius manere. Si vero exemplo loquuntur, duas naturas non amplius dicit manere duas, videlicet de Christo idem ex consecutione consideratur. Et quidem non intelligentes affirmant, primum quidem, vt non omnia in exemplo debent, & per exempla consideratis considerari. deinde, non amplius esse duos, ait: hæc est, non ex parte, & per se subsistere, sed, vt antea diximus, vtroque vnium animal constituit. Et considera, quomodo non ex vtroque, sed per vtraque fiat animal. Significans, vtramque naturam in absolueno animali conseruari, quando quid prohibuit pro illo per vtraque dicere, per vnâ vnium perfici animal, Si enim bina bina non maneat, in vnam conuenerunt naturam, per vnam dici oportebat fieri, animal vnium, & neque iterum dixit, ex vtroque vna natura perfecta est: sed vnium animal, hoc est, persona. & rectè non dixit vna natura perfecta est. Hoc enim asserere Apollinarij hæresis est, qui dixit, *mistio diuina Deus & homo vniam & eandem perfecit naturam*, & quamuis in prima ad Successum epistola de eodè exemplo agit, & si videtur, capiamus exempli gratia nostri compositionem, qua homines sumus. Componitur enim ex anima & corpore, duasque perficimus corporis alteram, alteram animi. quare in compositione duas naturas conspici, non igitur amplius esse duos, neque vniam fieri naturam asserit, absit, sed non ex parte & per se subsistere. Diuersam vero esse animi & corporis naturam, & post compositionem in composito perspicui: Testaturque Gregorius cognomen Theologus his ferè verbis in oratione de baptismo, *Geminatos nos è duobus entibus animo & corpore, & hoc quidem visibili, illo vero inuisibili, gemina quoque purgatio, & quæ sequuntur* Quia & B. Cyrillus libro nono commentariorum in Ioannem Euangelistam ita scribit. Sacra nos docent scripturæ, credere in crucifixum, mortuum, & à mortuis excitatum, vt non alium existentem Filium ipsi quam Verbum. Deinde, non quantum in nature vnitatem dico, corpus enim corpus non verbum, etsi corpus Verbi, sed quantus est filiationis veræ vnus. Vbi igitur substantia hoc est nature corporis, & animæ identitas: vel quomodo hæc vna, quorum non licet capere identitatem naturarum & essentia. Eadem quoque magnus Eustachius, Antiochiæ præsul, Antiochus quoque Ptolemaidis Episcopus, cum ait; *Domine, fili David, & duplex ac simplex, vnus & duo, non diuise incarnationis, non duplicata redemptionis, vt non DEVS patibilis inuentus, neque homo per se mandum seruans*. Et aureum illud os Ecclesie, alijque plurimi SS. Patrum, in duabus naturis, atque essentijs vnium agnoscunt Christum. E quibus incarnatum Verbum 411 compositum est, in ijs & est & cognoscitur: Cyrillus rursus exclamat: *quemadmodum*, inquit, *in diuinitate perfectus, & in humanitate, & iterum: non ipsum vnigenitum Dei Filium, qua parte cognoscitur & reuera est Deus, pati in propria natura corpore affirmamus: pati vero potius terrena natura*. Et rursus: *Oportet enim seruari necessario vtraque, vno & vero filio*. Et illud: *non pati diuinitus, Et illud: dicere humanitus pati*. Ipsi enim caro passa est. Verum doctus Cyrillus ita sentit, at contra hæretici affirmant, *diuine passus est simul & humane*. Sed hic rursus ait: *humanitatis perfectio, nostræque natura exhibitio allata est, dum diceretur incarnata*. Super quoque de carne à Verbo assumpta sic loquitur, *neque diminuta est, neque (vt ipse ait) furto sublata est, necessario igitur seruetur*. & pauld ante: *Etsi compositionis verbis inest differentia secundum naturam, eorum quæ ad unitatem collata sunt.*

Et alibi: *Non commissum est per hoc, ut ipsi videretur, ne in carnis quidem naturam transisset Verbi natura, sed neque carnis natura in illius, sed in proprietate secundam naturam, altero manente atque intellecto, ineffabilis atque inexplicabilis unio, unam nobis filii naturam ostendit, nisi, ut ait, incarnatam.* Ecce clarè etiam post incarnationem utriusque vnitorum, autè dixit manere in ijs, quæ secundam naturam. Scriptor hæc enarrans scribit, vt consubstantialia consubstantiali secundum hypostasin non vnitur, neque enim anima animæ in persona vnitur, neque corpus corpori. Quæ verò diuersa substantia vnitorum personæ vnitatem absolunt, in vnâ enim substantiæ proprietatem, quæ ex vnitate sunt non conuertuntur. Quare, si volumus, vnam incarnatam. Verbi naturam, id est, vnam personam, in se ipsam inualescere agnosceamus vnitorum in natura differentiam, vnam igitur Verbi incarnatam naturam, vnam intelligimus personam. Si enim vnam naturam incarnatam asserentes, propriè naturam incarnatam intelligimus, Patrem & Spiritum incarnatos asserimus. Vna enim est eademque natura Filij, Patris ac Spiritus sancti: Verum considerandum illud accuratius. Sed hæc estis quid astruit? Duarum naturarum vnitatem asserimus post vnam vnionem. Verum si naturam & essentiam dicunt, quomodo non confusionem & consubstantialitatem sentientes capiuntur. Si verò vnam personam, vel vnam hypostasin rectè adstruunt, cognoscant summam & indiuisam vnitatem, neque suscipere sectionem vnitatem, neque confusionem, neque consubstantialitatem, Sic enim affirmat B. Cyrillus cõmentario in Ioannem: *Vnus est filius & Christus, diuisionem non admittens in humanitatem, nisi quod dicere ad diuidendum solum Verbi & carnis naturam, non eandem esse cognitam.* Rursumque ad Eulogium scribens: *Et illud non ignorent, ubi enim vnio nominatur, non vnus rei collectio significatur, sed duarum, vel plurium, & ab inuicem diuersorum. Siquidem vnitatem dicimus: Constat enim, carnis animata perspicuè & Verbi facta est vnio. & rursum ex eadem verbi actione. Quid agas, quando, qui natura nobis, cum simplex est, euadit duplex? Et millies inuenietur sanctus hic vir cõfiteri vnum Christum à consubstantialitate Patris & nostri non discrepare. Amphilo-chius quoque Iconij Episcopus ita ait: *Apparet cerè sanctos Patres nostros consubstantialitatem asserere Patri filium secundum diuinitatem, & consubstantialitatem matri secundum humanitatem, duplicem quoad essentiam siue naturam, non duplicem quoad personam.* Et verò Amphilo-chius inter fidedignissimos est. Cyrillus enim eo teste vti-tur contra impiam Nestorium; Ambrosius quoque confessor ille admirabilis sic scripturam reliquit: *appone vnionem diuinitatis & carnis, vnus in altero vocatur Dei filius, quod in ipso vtraque natura sit.* Idem fere testimonium adhibet contra Nestorium Cyrillus in Oratione, quæ inscribitur de expositione fidei. Sic enim confessor ille scribit: *asserentes Christum purum hominem, vel patibilem Deum, vel in carnem conuersum, vel consubstantialia corpus habere, vel calius delatum, aut imaginationem esse, vel mortale Dei Verbum, indignisse vero in resurrectione opera Patris, aut inanimatum esse corpus, vel sine mente hominem reuoluisse, aut duas Christi essentias mixture confusus vnâ factam esse substantiam: & non confitentes IESVM Christum duas esse substantias incommixtas, vnâ vero personam, qua ratione vnus Christus, vnus filius, hos Catholica excommunicat ecclesia.* Non enim verbi & carnis consubstantialitatem, id est, vnam naturam dixerunt Patres fieri, vt S. Ambrosius contra Apollinarium scribens affirmat. Sed quantum nos reprehendimus, pullulant alij dicentes, *Domini corpus ac diuinitatem vnus natura esse.* Quis Orcus hanc euomuit blasphemiam? Ariani enim paullo magis torrendi sunt, quorum error maiori contentione omnia peruadit, Patrem, Filium & Spiritum S. non vnus naturæ asserentes: *Quemadmodum Christi diuinitatem, & carnem vnus naturæ esse dicere conati sunt.* Eadem sed clarior, Athanasius in epistola ad Epictetum. Scriptor referens, deinceps natura siue substantia, & de hypostasi, siue persona, patrum adhibens testimonia. vt quod commune est vocetur natura, genus, essentia: quod vero proprium est, Hypostasis, & persona vocetur, & propriè quidem loquitur, cum substantiam dicit essentiam, & vice versa. Abusuè autem capere quis potest naturæ nomen pro hypostasi, oportet tamen non ad impiorum libidinem, sed ad sensum piorum intelligere, etsi de persona quidem affirmatur hoc vocabulum, & de perfecto vno pro hypostasi, oportet capere naturæ nomen. Si vero de ijs, ex quibus vnus perficitur Christus: tunc naturæ vocabulū, pro propria natura & essentia intelligere.*

Hæc

Amphilo-chij
latus,
S. Ambrosius.

Ariani.

Hæc enim obseruantes, nusquam sanctos ac difertos patres nostros inter se pugnare videbimus, talem esse Patrum mentem cognosce è strenuo Cyrillo prima ad Succenturium epistola: *Non est enim ex eorum qua fieri non possunt, numero, in diuinitatis essentiam siue natura digressum esse aliquid creaturam posse. Caro enim creatura est: constat itaque naturam hic pro substantia capi.* Rursum in epistola ad Nestorium: *Afferit enim Deum suum Patrem, & cerè cum sit suapte natura atque essentia, est natura essentia concurrere accepit.* Et rursum: *Quando enim diuinitas de se ipse testatur: Qui videt me videt Patrem.* Et: *Ego & Pater vnus sumus.* Diuinam eius & inexplicabilem intelligimus naturam, qua vnus est cum Patre, per eandem substantiam. Omnibus enim perspicuum est, vt naturam atque essentiam hoc significantem confirmarit. Sanctus quoque Amphilo-chius, vt clarè diximus, similiter. Sed naturam pro substantia capi, ostensum est, abusuè quoque & pro hypostasi capi, Cyrillus testatur. Nam in controuersis ait. Nos igitur illius argumentis pugnamus, vnitatem in persona fieri asserimus, nihil aliud apparente secundum hypostasin, quam solam Verbi naturam, videlicet hypostasin, quod est, ipsum Verbum humanæ naturæ reuera vnitum, sine mutatione & confusione, vt sæpe iam diximus, vnus esse percipitur, & est C H R I S T V S idem homo & Deus. Magnus quoque Basilius Cappadox, cuius fama vniuersum peruagatur orbem, *formam & essentiam* idem esse docet. Proclus quoque Constantinopolitanus Patriarcha similiter: *Ille enim formam essentiam appellauit, hic verò naturam.* Sic & Patres nostri è duabus constare naturis Christum Iesum, è duabus substantiis intelligunt. Quemadmodum & cum in duabus naturis, in duabus substantiis, Et ille tonitruus filius idem docet, cum ait: *Quod fuit in initio, quod vidimus oculis nostris, & manus nostre contrectauerunt, de Verbo vna.* Vnum & eundem per quæ diximus manibus tractabilem naturam habere & intractabilem, prædicauit. Verbum enim intractabile tractatum esse ostendit, & inuisibile visum fuisse prænuntiauit. Quare Christus vnus in palpabili, & impalpabili substantia, vt & in visibili atque inuisibili cognoscitur, & aliis præceptor agnoscitur. Si enim & vnus personæ alterum: sed nemo sana mente dicere queat, vt eadem natura tractabilis & intractabilis, sub aspectum cadentis & minimè, sic & fidelibus sumptum Christi corpus, & sensibilis essentia non cognoscitur, & indiuisum à gratia intelligibili manet. Et spiritus baptismus, totum factum est vnus existens, hocque substantia sensibilis proprium est, per aquam inquam, saluat, & quod factum est non perit. At verò impius ille Nestorius, qui cum Deo pugnandi auctor existit, impietatem opponere videtur, duas naturas diuisas & proprias personas excogitauit, & naturarum secundum hypostases diuisionem, & vna adoratione vnus facere conatus est. At verò Eutyches Dei quoque aduersarius, vnionem hypostaticam non est inficiatus, atque incarnatum è virgine Dominum nostrum Iesum Christum, asserere penitentia ductus, quod nolebat, didicit. Sed quod prius asseruerat è cælo derulisse carnem, asserentes execratus est. Consubstantialia verò nobiscum, & sæpe ac multum coactus, nequaquam confiteri voluit: verum vnam prædicando naturam, cum carnem nobiscum consubstantialia debuisset confiteri, excommunicationi subiectus est. Hunc quidem scopum assecuta prima oratio, finitur.

Altera verò capitibus quinque, quorum scientiam Anatolius Scholasticus exquisiuit, rationem reddit: vno quidem, an nunc etiam Dominus noster Christus in carne cognoscitur? Altero verò, si compositus Adam formatus est, quomodo immortalis est conditus? Tertio quomodo persuaderi posset etiam vnus Ioannem Euangelistam superstitem esse? Adhuc verò si immortalis Adam est conditus, quomodo quid vile erat ignorauit? Quinto, quid est quod *Adam factus est sicut vnus è nobis?* Primum quidem multis scripturis & Patrum sententiis confirmat. Primò Esaias de Christo incarnando sic habet: *Quis est iste qui venit de Edom.* Hoc est terrenus: & statim: *Timbis vestibus de Bosra:* Hebræi verò *Bosor* carneum appellant. Et mox: *Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in vorculari?* Hoc affectus post affectum, & in inuio significat mysterium. Et rursum alius Propheta, vt in persona Dei, inquit, tanquam interrogantibus Angelis: *Quid sunt plaga ista in medio manuum tuarum?* Et subiicit Saluator: *Plagatus sum in domo eorum qui diligebant me.* Sed & Angeli in ascensionis tempore astantes: *Veniet, inquit, quemadmodum vidistis eum, euntem in caelum.* Primus quoque martyr Stephanus martyrij tempore, conspiciens

Ioan. 1. 9.
Ioan. 10. 30.

Basilius.

Ioan. 1.

415

Nestorius im-pius.

Eutyches.

Genes. 3.

Esai. 63.

Bosor.

Zach. 13. 6.

* Gr. ἀπὸν ἡμε-
μερον.

Act. 1.

Act. 7. 56.
Act. 9. 4.

Deum Christum stantem à dexteris, qua forma cum discipulis versatus est, piam ac diuinam visionem libere confessus est. Electionis item vas ad veritatem bene informatus, audit è cælo clamantem Christum: *Saule, Saule, quid me persequeris.* Quo audito, *Quis es, inquit, Domine. Ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris.* Nazarenus verò & Iesus cum dicit, carnis veritatem ostendit. Idem testatur Gregorius Nazianzenus, & Cyrillus contra Consubstantialistas libro. Basilius quoque oratione de Fide. Quin & Cyrillus ad Acacium Scythopolitanum Episcopum scribens, in interpretatione vocis ἀποτομῶν, id est malorum depulsoris, Auerrunci, & innumèri alij cum carne venisse ac mansisse, & sic esse ad secundum eius vsque aduentum docent. propterea quoque cœlestis ac terrenus, visibilis atque inuisibilis. Visibilis quidem cum diuinitate, non secundum diuinitatem, sed secundum corpus: rursum quoque inuisibilis cum humanitate, non secundum humanitatem, sed diuinitatem. creatus & increatus, aliaque secundum piam dictam distinctionem considerantur. Etenim caro nostra Deo Verbo vnita hypostaticè, non in substantiam Verbi mutata est, etsi Dei caro facta est, neque Verbum in carnem, etsi propriam sibi hanc sumpsit. Sed vnus idemque dicitur Christus: seruatur verò indiuisè, & sine mutatione, & quomodo in his & ex his cognoscitur Christus, ex alio in alium non mutari, sed, vt sæpenumero dictum, vnus idemque est. idem generatur, estque sine genealogia secundum aliud atque aliud. Etenim sacra scriptura ait: *Homo est, quis nouit eum, generationem eius quis enarrabit?* Sed & rursum clamat: *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid.* Quare secundum diuinitatem ingenerabilis est: secundum humanitatem verò generabilis. Idem prænoscit omnia, est enim natura Deus. & rursum ignorare dicitur extremū diem per carnem nostram. & neque ne videtis neque Patrem meum videtis. & rursum scilicet humana conditione scitis, *Et unde sim scitis, Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum.* alibi quoque: *Et si ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium.* 417 *meum.* Hoc quidem respectu diuinitatis: illud verò humanitatis respectu. Vnus itaque idemque est incircumscriptus & circumscriptus, tanquam duas generationes habens & substantias, vnus tamen. Si verò vnus est substantiæ secundum carnem, hoc contra Manentem, vnam illius consistebuntur generationem, & frustra Filius hominis vocabitur. Hæc enus capite primo ista exequitur. Alterum verò sic disserit: Si mortalis vel immortalis Adamus initio conditus est, constat Deum non fecisse mortem, neque hominum interitu delectari: inuidia dæmonis mors in mundum venit, iussit verò hominem aliquandiu manere incorruptum, præceptum custodiendum ei tradens, quod transgrediens pro incorruptibili corruptibilis euasit. Libertate enim arbitrij donatus homo, arripuit sponte quod deterius est, relicto meliorem. Sed immortalam animam & intelligibilem creatam, post lapsum scimus morti tradidisse: idque non corporali modo, verum, quod est grauius, intelligibili. Peccatum enim animi quædam mors est, veluti pœnam & sempiternam corruptionem illi parans: *Timete qui potest animam & corpus perdere in gehennam.* Simplex igitur solus est Deus atque incircumscriptus. Omne enim quod circumscriptur simplex non est, omnia enim præter Deum composita sunt, quia compositum potest & immortale fieri, & * Angeli id restantur & anima, amplius verò testificatur id resurrectio, qua non minus atque p̄tind compositus homo ad immortalitatem resurgens exiit corpore & animo præditus. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem:* & ne dixerit aliquis, corpus tunc in animæ conditionem migrare, si eum tenuius sit atque angustius, sed corporis speciem seruat, & homo est hominis habens insignia. testatur id Enoch, Elias, & Ioannes tonitru filius, adhuc in corpore agentes. Hos enim vt initia rotius conditionis nostræ conditor arripens, omnibus ostendit, vt nisi Adam peccauisset, adhuc viueret, nisi quod longam vitam agentes gustant aliquando mortem, etiam si in momento oculi. Vide eorum fidem, vt è tribus generationibus adducantur, ante legem latam fuit Enoch, post legem Elias, tempore gratiæ decus discipulorum. Quare si Adam non peccasset, cum his incorruptibilis vixisset: virginem autem Ioannem sic superesse, vt postulasti, vt Enoch & Eliam, traditione 418 habemus, & quod in Euangelio habetur, in hunc sensum trahitur. Dixit Christus qua morte esset moriturus Petrus, & interrogans his auditis de Ioanne Euangelista. Patet itaque hunc nihil aliud quam de morte illius quæsisse. *Hic autem quid?* Nihil aliud de ipso

Heb. 7. 3.

Esa. 53. 8.

Matth. 1.

Mar. 13.

Ioan. 7. 8.

Ioan. 5. 31. &

8. 14.

Matth. 10. 28.

1. Cor. 15. 53.

1. Cor. 15. 53.

Enoch.

Ioannes Euangelista.
Eliæ.

Ioan. 21.

de ipso ex Saluatore audiuit, alio responsum detorsit, tanquam cœspiciens & nihil eum faciens doctoris de ipso prophetiam. & Petri interrogatione de morte interrogantis an Ioannes esset moriturus: & respondente Domino: *Si eum volo manere donec ueniam quid ad te?* Quomodo non illum mansurum in hunc vsque diem veritas prædicat. Quamobrem B. Cyrillus illud, *Sequere me*, de morte Petri dixisse Christum accipit. Illud autem: *Exiit sermo ille inter fratres quia discipulus ipse non moritur*, & quæ sequuntur. non modò nihil pugnat, sed & consonat: non enim quis immortalem dixerit, sed manere cum Enoch & Elia, vsque ad secundum Domini aduentum, quod & discipulus iste confirmat: *Et non dixit ei Iesus, Non moritur, sed si eum volo manere donec ueniam, quid ad te?* & apparet quod immortalem esse negauit, Manere verò donec ueniat, confirmauit. Si verò Eulogius Ecclesiasticæ scriptor historię, & tempora quibus vixit numerauit, ad vsque Traiani tempora peruenit, nihil prohibet, etiam si dicat. Hoc vnusquisque mente percipiat, tanquam tempora, Enoch ostendat, & quot annos vixerit sacræ litteræ clarè ostendunt. Sed non propterea quis iustus translationem cum corpore inficiabitur. Huic sententiæ consentiant adiones dilecti Ioannis, & vita, quas pauci narrant. Cùm in aliquo loco, vt aiunt, illius monitu positus esset, quæsitus mox iuuentus non est, sed diffundens sanctimoniam è loco, quo breui tempore continebatur, à quo tanquam sanctitatis fonte sacrum vnguentum hausimus. Illud verò patet, præsentem quæstionem, quamuis à veritate abhorret, non adferre animæ periculum: fidei enim inuestigatio, veritatem transiliens, magnum animæ naufragium creat: Idèd quoque vel breuis syllaba, quæ ad veritatem conferat, defendenda est: Quæstio verò 419 problematum contra pietatem, pulchrum quiddam est, si ad veritatis finem perueniat, si verò ab ea aberrer, non pulchrum quidem, tamen perniciem animæ non adfert. Sic secunda & tertia profligatur quæstio: immortalis verò creatus Adam, quid vile, ignorauit. Quemadmodum & ante ipsum diabolus cum asseclis. Illud verò: *Ecce Adam tanquam vnus è nobis factus est:* etsi quibusdam per ironiam dictum videtur, verum non ita est, non quod reuera factus sit Deus, hoc enim fieri non potest, blasphemumque est: Quid igitur sibi vult: *Ecce Adam tanquam vnus è nobis factus est.* Ecce nunc, ait, sensum accepit, quoad hæc imaginari se Deum esse. Ad illius sententiam hæc loquitur Deus, accusatque malitiam. Exprobrare verò Deum ad instructionem nostram sæpenumero in scriptura comperimus. Et hæc quidem secunda ratio. Potest autem illud: *Ecce Adam tanquam vnus è nobis factus est,* ironica figura profertur, & ad probro sermonem abstinere, & miserabilem sermonem in miseris ostendere. Eligat quisque quod sibi placeat.

Tertia verò oratione ad Dominum & Ioannem scribens, monachos in Cilicia secunda, hæc de Chalcedonensi refert Synodo, rectæ fidei normam esse, & Cyrillo placere vnam Verbi hypostasin incarnatam prædicare, & vnam personam, & sentiri consubstantialiam Patri Filium diuinitate, & humanitate nobis similem. Hoc nimirum est duas fateri naturas, è quibus vnus Christus conditus est. Duas enim generationes vnus Christi & Dei nostri cognoscentes, neque carnis, neque Verbi differentiam secundum substantiam ignoramus. Hæc verò fides Chalcedonensis concilij præconium præ se fert, deinde trecenti & septuaginta Episcopi hanc subscribendo consignarunt, in qua admirandi viri Simeon & Iacobus & Baradatus hanc suis scripturis fidem confirmarunt. Quæ cum ita sint, efficitur, vbi vna est secundum hypostasin vnio, ibi omnem diuisionis opinionem euanescere. Nolle enim substantiarum differentiam, non est illas diuidere secundum B. Cyrillum, quia nobiscum consubstantialiam incarnati Dei Verbi clarè concilium prædicauit, quod antea alij S. S. Patres docuerunt, nusquam sumptæ vocis generalis Synodi decretis confirmationem, omnes idcirco exterminantur. Impia doctrina Eutyctis in perfida Synodo damnata, ab alia non condemnata. Ille enim iusta diuisione dissoluta, sub venerabili Flauiano, qui ipsum sustulit iustitiæ iniuste participantis, & clarè pronuntiantem, vnam quidem Verbi naturam incarnatam, hoc est personam, simulque asserentem consubstantialiam nobis esse, dicit, sanctos 420 Patres non vti nuda voce, & improbè inuestigare, sed mentem adhibere scriptori pio, & admonitionis adhibet testes: Athanasij librum contra Arianos, Cyrilli thesaurum, Ioannis Chrysoctomi commentarium in epistolam ad Galatas: Ait enim: Carne pati Deum Filium, sententiam esse Ecclesiæ: pati verò diuinitate, hæreticorum esse & blasphemum

Ibidem.

Gen. 3. 22.

Gen. 3. 22.
Theodor. qmæ
suo. in Gen.

Chalcedonense
Concilium.

EPHRAEMIVS

phemum. Adfert & varia testimonia ex Cyrilli scholiis, ex epistola secunda ad Succensum, ex prima ad Nestorium, ex thesauris, ex interpretatione *ἀποφωτισμοῦ*, ex Apologia duodecimi anathematismi, ex epistola quoque ad reginas, & ex commentario in epistolam ad Hebræos, item in Elaiam, & in octauum Plalmum, & ex oratione de impatibilitate, itemque de perturbatione, tursum ex commentatio in Ioannem lib. septimum, secundum, octauum, & nonum de incarnatione, loco vno & item altero, ex interpretatione epistolæ ad Hebræos: Adduntur & Gregorij & Basilij de gratiarum actione testimonia, ite ex epistola ad Sofopolitas & ad Apolinarium. Quin & Athanasij athletæ magni & diuersis sermonibus, Seuerianis hæreticis delirantibus, intelligedo alteram speciem ac diuersam naturã in vnionem inexplicabilem cõuenisse, asserendum non esse: magnum vir pius risum mouet, & ante hunc vitum ipsa communis opinio, & Pauli vox est cum dicit: *Cordo quidem creditur ad instittam, ore autẽ confessio fit ad salutem.* Quæro quid vnã inquit personam, hoc est Verbi incarnati hypostasim pronuntiamus. Assendo quidem simplicem ponit Iesum D. Dionysius: Ateopagita, & de hypostatica quidem vnione, iuste contra pietatem compositum dicitur: compositum verò dicere nemo audeat præter Apolinarium. Manifeste & Christum, hypostasin compositam esse, naturam non item: Intrans autem ad discipulos obturatis ostis: *Palpate, inquit, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* & alibi: *Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.* Quomodo hæc ergo non pugnant: vel quia secundum essentiam diuinitatis carnem non habet, quando essentia composita esse nequit, sed secundum personam & hypostasin carnem habet, vt habere cernitur, & quod non habet secundum substantiam (non enim compositus erat) hoc hypostaticè possidet, hypostasis enim composita est, & secundum vnã quidem substantiam non habet alteram, sed quod ad personam, vtranque habet, quemadmodum & carnem habet ac spiritum hypostaticè: substantialiter verò neque spiritus est caro, neque caro spiritus induit naturam. Hoc explanans beatus Cyrillus: *Sic enim, inquit, caro est & non deitas, etsi Dei caro facta est, secundum substantiam differentiam inuenio, etsi Filium vnũ esse confitear.* Ad hæc in Euangelij Christi cum dicit: *Patris vnũ sicut & nos vnũ sumus, Ego in eis, & in me.* Veriusque consubstantialem naturam fuisse ostendit. Vnum enim est diuina natura cum Patre Dei Verbum, & vnũ rursum in ipsis, id est secundum nostram essentiam. Dicitis essentiam Cyrillus sic dicitur explanat: *Quemadmodum, inquit, ego in eis, quia carnem illorum gestat, & ut Pater, in in me, quia tua sum essentia. sic volo ut hi quoque in vnionem adducti coniungantur inuicem, & ut vnũ corpus in me omnes sint, sicut vno comprehendente templo.* Idem etiam Iaias his verbis asserit: *Puer natus est nobis & filius datus est nobis: & Deus est potens ac fortis. Quia puer, est nobis consubstantialis: quia verò Deus, Patri & S. Spiritui consubstantialis.* Gregorius quoque Nyssenus contra Apolinarium scribens: *Si enim in contrariis, inquit, proprietatibus vtriusque cernitur natura, carnis, inquam, & diuinitatis, quomodo vna duo? Hæc facer Ephraemius congerens, impie interpretantibus Domitii sociis illud: Et habitauit in nobis. Illos enim reprehendit: Nam pro illo: *In terra visus est, & cum hominibus conuersatus est:* vocem peruersè intellexit, hanc illi æquando: *Et habitauit in oppidis circa Iordanem, & habitauit in Zodomis,* taxans ineptam consecutionem, verbum illud *Habitauit,* explanat, interpretamentum esse eius: *Verbum caro factum est, & reprehensionem mutationem, atque alterationem Verbi accusaturis.* Dicit enim Euangelista, *Verbum caro factum est,* statim subdit, *& habitauit in nobis:* in vnã personam conuentum, & indemutabilem vtramque naturam, vtraque explicans voce. Sic scripturam contemplatus, Chrysostomum testem adhibet, & præterea Cyrillum, Athanasium, Gregorium Theologum. Hinc rursum dicta adfert, quotum auctores Dominus & Ioannes, & ostendit ipsos per se, etiam inuitos, fateri inter multos, quæ in sacra Chalcedonensi Synodo decreta sunt, & temerè hæc ipsos intettere. Illud quidem asserere, Iesum Christum è duabus naturis constare etiam ante vnionem, impium penitus & absurdum esse declarat. Semper enim Verbi natura & veluti post incarnationem coæterna Patri & consubstantialis fuit. Sed nunquam caro Verbo vnita, neque substantiam integrè erat. Quomodo igitur, nisi quis eum Nestorio sentiat, fieri potest è duabus naturis, antequam incarnaretur, dominum cogitare vel dicere: quum quidem est & orthodoxum, post vnionem iam è duabus naturis factum dicere, quemad-*

Seueriani.

Rom. 14. 14.

Luc. 24. 39. Ioan. 4. 24.

Ioan. 17. 22.

Isa. 9. 8.

Ioan. 1. Bar. 3. 38.

Gen. 13. 12.

Ioan. 1.

Ioan. 1.

421

422

EPHRAEMIVS.

quemadmodum eum vidimus. Hoc & sacrosanctum concilium Chalcedonense confirmat, clarè & euidenter ostendens, in diuinitate perfectum Christum & in humanitate. Si quis porrò Seuerianus dixerit, duas naturas in Christo duas personas constituturè, & hypostasales, natura enim sine persona non est, neque non subsistens: Sciunt patris sui impudentiam abscondentes, non tamen sapere. Etenim Seuerus non erubuit exponere & demonstrare, è duabus naturis, duabus personis, hypostasisque duabus Christum componi. Nisi quod sciendum sit, sæpius in entibus naturam dici, non necessario tamen adduci & personam, veluti aquæ natura, iræ, belli, pugnaque. Vbi, quæso, aliquis è prædictis vt naturam ita personam temerè appellauit? & rursum: Dicimus singulos homines animæ naturam, & naturam corporis habere: animæ autem personam & corporis, vel animæ substantiam, vel corporis habere, ne fabulæ quidem finxerunt. Sed duarum naturarum vnionem, vnã hypostasin, vnãque personam conserit, idque pium est, eque sanctorum Patrum sententia. Ioannes Chrysostomus quidem Ioannis Euangelium exponens, vndecima homilia sic habet: Vnione & coniunctione Deus Verbum & caro vnũ sunt, nulla facta confusione, nullaque substantiarum corruptione. Idemque testatur in epistola ad Orientales Cyrillus: est inquit diuersitas fit naturarum ignota, vnus tamen est CHRISTVS. Et Mediolani præsul Ambrosius oratione de incarnatione: Eos autem excommunicationis vinculo stringit Ecclesia Apostolica, qui duas naturas habere inconfusè, vnãque personam secundum quam vnus CHRISTVS & vnus est Filius ausi sunt inficiari. Adhæc & Hierosolymitanus Cyrillus, Iconij Amphilocheus, Proclus Constantinopoleos Episcopi. Qui in Quadagesimam sic loquitur: Diuina natura increata, & nostræ carnis legitima assumptio, & vnus est Filius, personis non separatis, sed mirabili quadam dispensatione duas naturas in vnã hypostasin coniungente. Sed & Paulus Emisenus Episcopus, præsentiam Domini declarans, vehementerque illustrans, sic ait: Statim princeps & lingua Apostolorum dixit: *Tu es CHRISTVS Filius Dei vni.* *Tu es CHRISTVS,* duplex natura scilicet. *Tu es CHRISTVS,* & non dixit Filius, sed Filius Dei viui, quo vnã personam monstrauit. Quin & Hilarius Galitarum confessor & Episcopus libro 14. de fide & de vnitate, hæc denuntiat, Cyriacus quoque Paphi, vnus de trecentis illis & octo Patribus. Id & in libro quem Gratiano Cæsari inscripsit Ambrosius Episcopus Mediolanensis, & in libro de Apollinario, & de incarnatione. Sed & Petrus Martyr Alexandriæ præsul, Basilii Cæsareæ Capadociæ, Gregorius Theologus in natali Domini, & libro secundo de Filio, & epistola secunda ad Cleodionem, locupletissime hæc ipsa testantur, & Amphilocheus epistola ad Seloucum, & Chrysostomus in primam Pauli ad Timotheum, Proclus quoque Byzantinus in sermone de natiuitate Domini. Athanasius etiam Alexandriæ Episcopus in epistola ad virgines, & Cyrillus epistola prima & secunda ad Succensum, & ad Orientales, ad Acacium Episcopum Melitenes, libro de incarnatione, & epistola ad Eulogium sacerdotem, & in thesauris, aliisque variis libris. Has sanctorum Patrum sententias sacra Chalcedonensis Synodus coæteruans, religionem orthodoxam confirmauit. Quare contra hanc disputare est sanctos Patres tanquam inuidiosè oppugnare. Siquidem CHRISTVS verus DEVS noster, neque proprietatem diuinitatis, neque humanitatem diuinit, sed omnia vnionem personarum ipse vnus & idem, tam humana quam diuina perfecit: iterumque eisdem sanctos Patres in testes citat: Iulium Romanum Antistitem, & libro de vnione diuinitatis & carnis in CHRISTVS IESVS: Et Athanasium præsulem Alexandrinum, ex epistola ad Maximum philosophum, aliisque opusculis. Tertium etiam librum contra Eunomium, & de doctrina Christiana Gregorij Nysseni, & epistolam Basilij Cæsareæ ad Sofopolitas, Cyrillum quoque doctum in libro de incarnatione, è thesauris, epistolaque secunda ad Succensum, de interpretatione ad Hebræos, & ex scholiis. His allatis, Leonem quoque Papam producit, contra impios illos hæreticos, Valentinum, Marctonem, Manem, Apolinarium, Eurychem aliosque similes diglantem, & ided ab inuitatis illis reprehensum & oppugnatum. Hoc quidem primum. Quemadmodum enim eum miscetur DEVS mutationem non subit: sic homo magnitudine diuinæ gloriæ non consumitur. Secundò: Vtraque forma cum vtraque communione cooperatur. Asserit enim hæresis, duos hos articulos præfixos, *Deus & homo,* duas personas esse, &

B. Ambrosius.

Idem ibi. 16. 16.

* In incarnatione, quod mixtum est misericordiam operis. * dicitur, dicitur.

PP esse, &

Matth. 12. 32.
Matth. 16. 27.
17. 8.
Rom. 5. 15.

* Hodie tradidit
Cyrillus de adoratione,
Roma & Teletii editi.

Luce. 2. 53.

esse, & hypostasies binas repræsentare, & sola connexione vnionem denotare. Verum hanc impudentiam Athanasius, Gregorij ambo, Epiphanius, Chrysofomus, & ipsemet Dominus confutant, similibus penè & æqualibus vbique vsi vocibus. Hac præfixione articulorum ostentantes, non aliquem certum hominem, sed vniversalem, neque Patris aut Filij hypostasim, sed naturam communem designari, & non in recto casu modò articulos, sed & casibus alijs verbo declinato sumi. Statim Matthæus: *Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittitur ei.* & iterum: *Filius hominis venturus est in gloria Patris sui.* & subdit: *Nemini dixeritis vnionem hanc, donec Filius hominis à mortuis resurgat.* Et S. Paulus: *Si enim vnus delicto multi mortui sunt, multo magis in gratia Dei, & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit.* In his omnibus mentio fit hominis in gignendi casu, nec vsquam Christi Iesu personam diuisit. Scribens quoque Smyrnezis diuus Ignatius, similiter hoc articulo vitur. Et Iulius pontif. Roman. in epist. ad Decium, hunc esse iubet Anathema, qui Deum incarnatum è Maria hominè non fuerit confessus. Eadem & strenuus Athanasius in lib. de fide, & Gregorius Theol. in epist. ad Cleodionem 2. Etiam varijs locis Gregor. Nyssen. & sacer Basilium in orat. de fide, & in lib. de hæresi Epiphanius: sed & Articis Constantinopolensis in epist. ad Empyrium, & Ioan. Chrysof. hom. 3. in epist. Pauli ad Eph. & in thesauris Cyrillus, & explicatione Malachie Prophetæ & Ioannis Euangelistæ, & in * libro nono de adoratione in Spiritu & veritate: Habet enim ita: *Natura enim habitaculum locupletat supernè virginalè templum.* Hæc omnia & cum articulis & diuinam & humanam naturam designant. Sed quomodo hic sanctum Leonem in productione articulorum accusat, & cæteros Patres non allatrat. Sed illud etiam, videamus. Operatur enim vtraque forma cum vtriusque coniunctione secundum suam proprietatem. Hoc quidem operante Verbo, quod Verbi est: corpore verò & efficiente, quæ corporis sunt. & in his cum sanctis Patribus consentire & conuenire videbitur: omnes enim humana homini, diuina Deo tribuunt. Quemadmodum doctus ille Cyrillus in commentario ad Ioannem: *Si, inquit, Iesus proficere dicebatur sapientia & etate, & gratia, incarnationis opus est.* Permittebat enim Dei Verbum, humanitatem suis moribus ferri. & in oratione aduersus Nestorium: *Aspice, inquit, visibilis remittens ne, cum pateretur, permisit carnem in propriam naturam parum posse, etsi propria lege ferretur, & ipsius res dicitur, eo quod proprium sit eius corpus:* & in Theofauris: *Turbati verò proprium carnis est: potestate verò habere ponendi, & iterum resumendi animam, opus est potentia Verbi.* Et sexcenta alia si quis voluerit è sancto colligere reliquisque Patribus inueniet. Gregorius enim, Athanasius, Amphiloehius, Chrysofomus, Ambrosius, reliquisq; sanctorum cæterus idem promulgarunt. Postquam verò proposuerunt qui repugnant, vt Gregorius, Neocesariensis, Athanasius, Iulius, Cyrillus, Erechtius, vnâ Dei naturam incarnatam sentiunt. Clarè enim vocis sensum explicat dicens: vt ipsa differentiam vnitarum naturarum edoceat. Nisi enim humana natura & diuina differant, vel omnino carnis in diuinitatis essentiam inuertatur, vel in carnem diuinitas, & sic vna fiat: quod est Apollinarij & simillium hæreticorum impia blasphemia. Et Cyrillus in secunda ad Succensum epistola, naturæ differentiam, & per hanc vocem insitari manifestum, cum dicit vnâ Dei Verbi naturam incarnatam, artulit. Si verò, vt dixi, incarnatione illum dicere, clara est & non dubia huius confessio, factum esse hominem; nihil vetat sentire, quod vnus existens, & vnicus Filius Christus, qui idem Deus & homo est, vt in diuinitate perfectus, sic & in humana conditione. Ecce perspicue declarat, quomodo ab eo dictum consentiat cum Patribus illud: *Vna Verbi natura incarnata.* Naturarum differentiam hæc vox dilucidè ostendit, & summam & continuam vnionem Dei Verbi & carnis declarat, vt que vnus existat Iesus Christus incarnatus & non duo filij, vt Nestorij praua erat opinio, secundum quod & hæc ab eo vox profecta est. Quid enim aliud hoc significat, *Idem est Deus & homo,* quam duas naturas vnitas in vna hypostasi, vt & Gregorius Theologus dicens, duas naturas, Deum & hominè, interpretans seipsum dicit, quòd qui asserit, Christum Deum & hominem, duas naturas vnitas personaliter profiteatur. Et S. Cyrillus addit, quemadmodum in diuinitate profectum, sic & in humanitate in duabus naturis cognosci Dominum ostenditur. Quare dicere ipsum vnâ naturam incarnatam, non in ablacione cognitionis vnitorum secundum personam dictum est, sed vt appareat indiuisibiliter hominè fieri Dei Verbum, & non in homine, vt in vno

425

426

vt in vno Prophetarum habitaſſe. & similia in hac quis reperiat epistola, quibus duæ naturæ Christi confirmantur. Solùm verò diuisim ponere naturas, hæreticū est. Vnâ verò naturam Verbi incarnatam contra Nestorium adducens, non tollit diuisiōem naturarum, sed dualitatem hypostasium. Nestorius enim non quia, cognoscat duas in Christo naturas, sed diuidendo indiuisibile in duas personas ab Ecclesia expellitur. Quare vna natura incarnata Nestorium reprehendens, nihil aliud ostendit, quam vnâ personam Dei Verbi oportere incarnatam prædicare. Quæ sententia est fidei nostræ & Synodi Chalcedonensis. Confessor enim Athanasius ait, vnâ tantum naturam Dei Verbi incarnatam, non ad tollendam naturarum differentiam, ait, cognosci naturarum discrimen, quæ hypostaticam implent vnionem, sed & ipse volens ostendere, vnâ esse filium incarnatum, & cum Paulo Samosatensi præcipue pugnat, qui alium ante sæcula filium, alterum verò postea summa dementia asseruit. S. quoque Iulius eadē graditur via, pugnatque idem cum eodē Paulo Samosatensi, & alijs de hac voce. Erechtius, si quidem vt Athanasius, Cyrillus, & Iulius hanc vocē furtim, hoc præstantius fuerit: si verò præter eorū opinionem, nihil admirandum. Si enim Eutyichis morbo afflictum multi sancti viri deprehederunt, quem & ipse prodit, sic dicens: siquidē ex humano semine Christus fuit, concedam fructum esse secundum radicem: si verò è S. Spiritu, secundum Archangeli Gabrielis vocem Deus genitus est, quando quidem à Deo generatus sit. Sic quidem Erechtius, quem verisimile est non intellexisse verba Elizabeth, quæ Mariæ Deiparæ benedicens, exclamauit: *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* Sed neque Isaiam intellexisse: *Erit radix Jesse, qui stat in signum populoꝝ, & alia multa.* Post hæc de differentia, quam substantia, genus, species ad hypostasim habet, tractat. quia illa commune quiddam ostendunt, hæc verò personam, & quod dicitur gētilibus singulare siue indiuiduum. suæq; sententia. Vt illi mos, varios adhibet testes, Basilium, Athanasium, Iulium, Cyrillum, & ait, vt si quis denique reperiat aliquos Patres, qui naturam appellent hypostasim, non proprie, sed abusiue dici intelligatur. Si enim sibi contraria & alijs dicere videantur, sacros Patres nostros iniuria afficimus. Abutitur enim naturæ nomine pro hypostasi Athanasius epistola ad Iulianum apostatam his verbis: *Vnâ appellare decet, ac potius consuevi Verbi naturam & hypostasim incarnatam.* Et Iulius in epistola ad eos missa, qui de incarnatione Verbi contendebant. Quam alibi vnâ Verbi naturam dixit, ibi personam appellauit. Quin & beatus Cyrillus in Scholijs sic habet: *Quando inconfusa natura nominantur, siue hypostasies, inde cognoscimus.* Et in tertio capite Anathematismorum: *Si quis duas Christi vnus diuidat naturas siue hypostasies, post vnionem, solo copulans vinculo secundum dignitatem, hoc est auctoritatem, & non magis vnione, qua secundum naturalem vnionem est, anathema sit.* Et seipse elucidans & Nestorium refellens, ostendensque qua ratione ipse duas naturas sentiat, dicit: Tollentes personas post vnionem, & vtrumque diuidentes, id est hominem purè, & Deum purè, intelligentes connexionem inter se, secundum solam dignitatem, duos omnino alicubi ponunt filios. Idem autem beatus Cyrillus, qui alibi vnâ naturam Dei Verbi pronuntiauit incarnatam, dicit: Certè vna persona in Euangelijs, omnes ponendæ voces vna hypostasi Verbi incarnata. Vnus enim Dominus IESVS CHRISTVS secundum scripturas. Nihil verò commune cum iis, qui dicunt duas naturas in propria & particulari hypostasi subsistere, vt Nestorius, & iis qui dicunt eas vnitas, cum Verbum per hypostasim vniretur, vt S. Ecclesia, & sacra Synodus & Leo Pontifex prædicant. Sed & infinita quædam differentia est inter impietatem & pietatem, & quantum lumen à tenebris distat. Quia postquam Severiani resutantur SS. Patrum testimonijs, qui antè Chalcedonensem Synodum floruerunt, & duas naturas in vnione hypostatica promulgarunt, ad reprehensionem sese conuertunt hæreticorum: prætextum quidem vt apparet, calumniæ speciosum prætexunt: grauius verò nemine nominato, ipsos veteris comcediæ ritu conuiciantes: Etenim vt diximus, illi dualitatem naturarum, non ex sententia, neque libenter, neque ex fide confessionis adferunt: verum vt in * contrapositione falsæ cognitionis cognitione, sed secundum ordinatiōem occasionemque, & ab hæretica quadam necessitate compulsi. Et quid hoc aliud fuerit nisi * exitios magistram ostendere improbos, & veritatis proditores, & propriæ pietati alienam & hæreticam opinionem anteponentes, & ad illorum barathrum

427

428

Luce. 1. 11.

* in contradi.
* in exitio re-
tineo.

thrum potius tractos quam inde aliquos trahentes. Quomodo enim talia cum Paulo dicere liceat? *Quia sermo noster, qui fuit apud vos, non est in illo EST & NON: sed EST in ipso factum est.* Innumeras in vita mutationes licet non mutatis, sed Euripi mutationes imitantibus. Sed quod rursus asserit hæresis, venia Patribus danda. Si enim vi quadam sententia pervincit, tanquam potestatem nata conuictandi, & condemnandi quod libeat, & rursus dimittere peccatum & tantumnon sic exclamans: *Labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est.* Præterquam quod cum hæreticis Patres pugnarunt, etsi à pietate exciderunt, propterea venia digni, quomodo æqualis nobilicam affectionis, & si quid adulterare videantur, qui Chalcedonensi Synodo non interfuerunt, & ad duas hæreses, & hi oppugnantes Nestorij opinionem & Eutychis, tradiderunt. Sed vbiq; aded cæca est ac, furda impietas, & neque cernere quidquam, neque audire, neque quæ illa ipsa proponit. Chalcedonense concellum statim initio, quæ contra Nestorium beatus Cyrillus Ephesi tractavit, iis decreverunt auctoritatem addidit, & ante hoc duas habitas Synodos tanquam fidei definitrices recepit, & Arium, Macedonium, Nestorium eodem damnauit anathemate: & qui in filiorum dualitatem incarnationis fecant mysterium, quemadmodum audentes dicere vnigeniti diuinitatem patibilem, pariter condemnant, ita & duas ante vnionem Domini naturas confingentes, vnam post vnionem formantes, eadem compepe constringit. Definiuit autem, quemadmodum quæ ante hanc Synodum, *nemini fas esse aliam profiteri fidem*, hoc est conscribere, vel componere, vel sentire, præterquam tradidit prima & secunda Synodus generales. Qui verò audeant aliud symbolum præter hoc scribere vel docere, qui volunt conuerti ex Iudaismo & Ethnicismo, cuius tandem sectæ, priuari Episcopos quidem aut Clericos dignitate, monachos verò aut laicos excommunicari. Hæc ferè à Leone Pontifice dicta sunt in epistola ad Flavianum Constantinopoleos, quibus clarè eius pietas elucescit, & ibidem adhortatione atque consilio sermonem claudit, eos qui epistolam suscepturi sunt, adhortans vt errorem deponant, & piorum sententiam amplectantur. Sic quidem libro tertio.

Quartum verò ad Orientis monachos elaborauit, Deopassitarum hæresi In- 429
fectos, quorum vnum, facile falsas criminationes ostendens, crimine se purgat, quas ab hæretica opinione conatur auertere, de recta fide proferens testimonia, quibus & in prioribus vsus est, Athanasij, Ambrosij, Cyrilli, aliorumque Patrum, quibus Dominum nostrum IESUM CHRISTUM in diuinitate & humanitate perfectum clarissime ostendit. quorum vnum est S. Ambrosij confessoris Mediolani Episcopi, quod in libro contra Apollinarium produxit hoc modo. Sed in quantum, inquit, hos accusamus, prodeant alij dicentes: corpus Domini & diuinitatem vnus naturæ. O blasphemiam ex Tartaro eructatam! Ariani enim pauld magis ferendi sunt, quorum error per hos confirmatur, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum non vnus naturæ asserentes. Quandoquidem CHRISTI diuinitatem & carnem vnam dicunt. Huius sancti viri verba etiam perstreuous Cyrillus contra Nestorium adducit, quibus dignum eum fide & admirandum ducit. Dicit verò & idem Cyrillus multis modis pietatem corroborans, in libro de fide: *Solutum est templum tempore triduanæ sepulture illo volente.* & iterum: *Resurrexit, & vnus est ipsi Verbo ineffabiliter, tribus diebus non in illo mixtum, vel carne indutum, sed in se seruans inconfusam proprietatem naturarum, que diuersa erant essentia.* Et rursus commentario in Mattheum libro primo: Nisi sciuisset à DEO infulsa scriptura hominem & DEVM CHRISTVM esse, etsi vnus & idem intelligeretur. Tribuit igitur sanctus Euangelista tanquam vnicuique parti decorum, clarum & inconfusum mysterij sermonem seruans. Nam hæc quidem propria esse sciuit, & conuenientia humanitatis terminis: illa verò excellentiæ ineffabilis deitatis. Ergo non solum duas naturas, sed & duas operationes Cyrillus constituit, vt in thesauris loquitur. Non enim incommutabiles virtutes & operationes ad ea quæ alterius generationis & essentia producit. Et rursus: Quemadmodum separatum habent essentia vel qualitatis rationem, sic & diuersam operationem seruant. & iterum: Non enim vnam sanè esse naturalem operationem dabimus DEI & creaturæ, vt neque aliquid creatum ad diuinam essentiam referamus, neque diuinæ naturæ præstantiam ad modum huma-

humanitatis reducimus. Cum verò illi ad quos scripsit quæsiverunt tenui dictione, quæ ab aliquibus patribus dicta sunt, ostendit vsum qui est in interpretatione Cyrilli ad Hebræos hoc modo: non refusionem aliquam naturarum in se muro factam esse dicimus, manente potius vtraque, hoc, quod est, vniti carni intelligimus verbum: & rursus idem in eadem re, & non dicimus, velut quandam refusionem in naturis factam esse, vt sitam Verbi naturam in hominis, verbi aulsa, tenuitatem, sed neq; rursus humanam in ipsam Dei: intellecta potius & subsistente vtraque in propria naturæ termino, factam vnionem dicimus, inhabitante corporaliter Verbo in templo, quod ex B. Virgine sumit. Sic & Basilius Cæsareæ Cappadociæ Episcopus libro contra Eunomium. Propterea omni contentione & cautione considerandum est, quomodo in vno eodemque vtriusque naturæ ostendatur veritas. quoniam patres quidem non vnam in Christo, sed duas naturas in personali vnione constitunt. quod & antea dictum est, nunc vero idem recensere nihil prohibet. Dicit enim Gregotius Nyssenus in libro contra Apollinarium. Si igitur in contrarijs proprietatibus vtraque harum cognoscatur natura, carnis, inquam, & Dei, quomodo vna sunt duæ? Et S. Ephrem in libro de incarnatione, & in Margaretam: non minuta est inquit, connexio assumptionis, vt perdidit quod habuit; & quod non habuit, adepta sit. Sed perfectum est, quod assumpsit, & quod adepta est. Et Cyrillus epistola ad Eulogium, & prima ad Succensium, & in oratione de fide, & libro contra implum Nestorium, & in Theauris eadem dicit, similiter & libro de incarnatione, sic habet: Sed in vnam vtrasque collegisse secundum coniunctionem æconomiam naturarum proprietates, multis sermonibus nobis ostenditur. Et post alia contendit & certat oratione. Verum & sapiens Ioannes tantum non connectens potestatem proprietatum accidentium vtrique naturæ. Sed & multis alijs locis hæc fas est colligere. Exponens enim prophetam Zachariam sic ait: S. Ezechiel thronum vidisse se dixit: *in firmamento super caput Cherubim*: dixit se in throno vidisse sedentem quandam duplicis naturæ. Et rursus commentario in Ioannem libro secundo habet: cum aliquid facies, quando nobis simplex, naturam ingreditur duplex, & alia sexcenta. quomodo non ex duabus naturis dixit. Sacra synodus Christum esse, luculenter declarans, ante sæcula eum de patre natum diuinitate, & in vltimis diebus nostra causa & ad nostram salutem è Maria Deipara semperq; virgine humanitate. Alioqui si Cyrilli epistolas amplexus sit, quæ vbiq; illud è duabus naturis vociferantur: quomodo non sine causa hæresis aduersus S. Synodum fremit? Verum inspicie malignitatem hereticorum. Dicente enim synodo de Patre, & Filio & Spiritu sancto docens perfectionem, & domini incarnationem rectè sentientibus ob oculos ponunt: Quatuor in Trinitate personas illam dicere furenter accusator exclamauit. quare? quia cū dixisset Patrem, Filium & Spiritum S. & domini incarnationem pro persona adiunxit. Verum hanc blasphemiam S. Scripser in caput auctorum retorquet, multis testimonijs antiqua traditione hunc ordinem esse ostendens, vt post sanctæ & supernaturalis Trinitatis laudes, vnus in Trinitate incarnationem sancta Ecclesia confiteatur, ne autem quaternitatem connumeret. Sic Cyrillus libro septimo de Adoratione in spiritu & veritate loquitur, sic & in Euangelium Ioannis & Matthei, alijsq; permulti. Clare vero in multis suis libris D. Cyrillus, & in diuinitate perfectum, & in humanitate Christum prædicat & tradit. Quibus & sacra consentiens synodus, vnum eundemque Iesum Christum vnigenitum in duabus naturis inconfusè & indiuisè prædicauit. Quibus iterum Cyrillus in epistola ad Succensium consentit, dicens: *Intelligentes ergo, vt dixi, incarnationis modum: videmus quomodo dua nature, per vnionem inseparabilem, inconfusè, insubiliter inter se conuerterint. Caro enim caro est, non diuinitas, licet Dei caro facta sit. Eodem modo & Verbum Deum est, non caro, licet per incarnationem propriam sibi carnem fecerit.* & deinde. *Quantum profecto sub intelligentiam cadere possit, & sub oculos anime, quo modo incarnatus est vnigenitus, duas naturas esse dicimus: vnum vero Christum, filium, diuinum, Dei Verbum incarnatum & hominem factum.* Et in epistola ad Orientales: *Duarum naturarum vnio facta est, ideo vnum Christum, vnum filium, vnum dominum confitemur.* Et in epistola ad Acacium Melitinis Episcopum. *Cum itaque curiose incarnationis modus inquiritur, duo quadam inter se ineffabiliter & sine confusione, per vnionem coniecta humana mens omnino videt, incarnatum vero nequaquam intelligit, sed vnum ex ambobus filium, Deum & Christum, & dominum esse credit, & conue-*

S. Ephrem Syrus hoc antiquior.

Ioan. Chryso-stomus.

Ezech. 1. 28.

EPHREMIVS.

Leuit. 5. 7.

Matth. 17. 27.

Psal. 117. 27.

nienter id suscipit. & in Scholijis, factam carnem, & in nobis, inquit, habitasse, vramborbus ostendit, & factum hominem; & proprium suum non dimisisse. nam meminerat qualis esset. intelligitur autem omnino alter in altero habitans, hoc est, diuina natura in humanitate, & non patiens mixturam, refusionem aliquam, vel mutationem illius in id, quod non erat. habitare vero in altero dictum, non idem factum est hoc, quod est in quo habitat. Magis autem intelligitur illud alterum in altero, in expositione Leuitici. Propterea duxerunt aues, & cognoscuntur iterum ambae vt vna, nisi quod viuant & purae sint. Vita enim & puritatis omnis capax est ipsum per se Verbum, & templum e virgine sumptum, idem Verbum in se continet. Erat enim proprium eius corpus, & non aliena gestatio, propterea & vnus dominus Iesus Christus. & in expositione Euangelij secundum Mattheum: *Stater igitur & verus est, & intelligibilis, & vt in figura ex materia ostensus est idem Dominus noster Iesus Christus duplex character.* & deinde: *Stater igitur intelligibilis, hoc est numisma regium, qui in unitate duplex character, seipsum pro nosira omnium vitare redemptione tulit.* Et rursus libro contra Arium, *Duplex igitur est de filio sermo, referenda igitur ad Deum quae sunt Dei, & quae sunt hominis, homini.* & mox: *Sapientes ergo (dicam enim) & solertes dixerunt, duplicem & bifidam in his adducentes sermonem, & temporibus convenientibus attribuunt sacrorum disputationem.* & libro nono de Adoratione in spiritu: *Ex argento vero & ex duobus est basis.* Clarus enim [in terra] & illustris Christus, iuxta illud, *Deus dominus, & illuxit nobis.* & tanquam duplicem habens sententiam. in hoc enim noscitur Deus & homo. Hoc enim est, vt puto, duplicem ex argento habere fundamentum. & libro aduersus Nestorium, Nam altera quidem praeter Dei Verbum caro, & secundum propriae naturae Verbum, alia rursus essentialiter ipsius Verbi natura. Sic & consentit sacrae & oecumenicae synodo S. Cyrilli sententia. Rursus sacro Concilio afferente, nequaquam naturarum differentia sublatam per vnionem, sed potius seruata vtriusque naturae proprietate, & vnam personam, & in vna hypostasi coalescente. vide quomodo nullatenus Cyrillus dissentiat. Nam in epistola prima ad Nestorium ait: non vt sublato discrimine naturarum per vnionem, sed magis perfectioribus nobis vnum dominum, Filium, & Christum, diuinitate & humanitate, per ineffabilem consensionem vnione. & rursus in Scholijis. Adorat quidem, vt adorandam naturam capiens, & adoratur iterum idem, tanquam adoranda vltius naturae existens, quatenus percipitur Deus. & vide, vt neque secundum rectum casum, neque secundum accusatiuum adducit Cyrillus diuisionem vnus Christi. rursus ipse in Scholijis loquitur, non diuidendus igitur vnus dominus Iesus Christus proprie: sed vnum & eundem Iesum Christum oportet sentire, naturarum dicimus differentiam, & inconfuse inuicem easdem seruantes. & in Thesauris. Finis aliquis alius sit, ignorantiam dixit oeconomicam, vel iterum seruare, humanitati contententem ordinem. Humanitatis enim proprium, non scire futura. Et in secunda epistola ad Succensum. Si enim & vnus dicatur pro nobis Filius Dei incarnatus, non permittis ideo inuicem videri, neque in carnis naturam mutata est Verbi natura: sed neque carnis in Verbi, sed in proprietate naturali vtraque manente & intellecta. Haec ipsa sic recipiens soluit scandalum, sed qui contraria asserit, subijcitur terribili Edicto immaculate vocis dicente in Euangelicis, vae homini per quem venit scandalum. Sic conciliatum & Cyrillus. Et non solum Cyrillus, sed & alij SS. Patres, vt consentientes in fide, ita & vnus sententia cognoscuntur. Sed adhuc vide haereses impudentiam. Reprehendit enim eum, qui epistolam suam Tomum vocauerat, nescientes rudes, quomodo idem Cyrillus & strenuus Athanasius, aliorumque Patrum coetus, pios labores tomos vocent. Quare frustra Tomi nomen illos decipit, & in haeresim induxit. Sed non relinquunt haeretici impudentes & inuerecundi, hoc, in quo, consentiunt vt temporalem & opportunam annuncians coniunctionem, hoc vero, in quantum, pro donec capi; sed facer quidem scriptor ostendit aduerbium in sacris litteris, non solum temporalem sensum significare, sed in multis saepe & infinitum. Sed mihi videtur, in quantum, hic non donec significare, sed potius pro quatenus accipi. Nisi quod B. Gregorius Theologus easdem voces praedixit, quem Leo sequitur. Rursus vero haeresis Leonem calumniatur, quia, inquit, dixit, vnus & eiusdem hoc, humilitas carnis & magnitudo diuinitatis, & certe si non praedixisset *vnus & eiusdem*, cito haeretis occasionem haereseos dedisset, quod ipse diuinitatem ponat carnem & diuinitatem. Et si vox hoc tunc non significabat.

432

433

ficabat. Quando vero dixit *vnus & eiusdem*, adiunxit, *humilitas carnis & magnitudo diuinitatis.* Quomodo non vltima sit dementia innoxium accusare. Quia SS. Patrum libri his vocibus scitent, superuacaneum existimo adferre copiam exemplorum, & si quid simile in his verbis B. Leonis intelligitur, oportuit, secundum Gregorium dubium ad pietatem caute trahere, sed non audacter ad impietatem conuercere. Si in nullo libro Theologus Gregorius illos confundat, sanctus Paulus id facit: *In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Sed rursus in illius verba inuolant, in quibus ait: *Cooperatur vtraque forma cum vtraque communione, quod proprium est. Verbo quidem operante hoc, quod est Verbi, & corpore qua sunt corporis.* ecce, inquit, duas personas posuit, & propria opera attribuit. Et sane nihil tale neque neque consequentia sensus postulat. Vbi enim dixit, vt diuisum vtraque natura operetur, vel vbi reliquit, cum vtriusque coniunctione, hoc est, vnione naturarum. Si vero ipse qui haec dixit, accufatur: Cyrillus non alia dicens in libris contra Nestorium etiam accufatur. Dicit enim corpus propriae naturae [vti] legibus, & morte gustasse cocedit, & hoc passum esse adiuncto illi vtiliter vnio Verbo. Et rursus in Thesauris, permittit corpori & humanitati ea quae illis conueniunt. & declarationem veram carnem fuisse, & hominem factum secundum scripturas. Sed haec nunc, quia forma non hypostasus vel persona rursus intelligitur, sed essentia. Egregius quoque Ecclesiae doctor Basilius in libro contra Eunomium clare docet, & Cyrillus in Thesauris, dicentes, quam accepit formam in forma Dei existens, nobis est co substantialis, & e nobis est. Est vero Dei forma filius; similis igitur illi cuius etiam in forma est. & ante hos Magnus ille Paulus: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed se ipsum exinanivit formam serui accipiens.* Clarum est iam quomodo non persona sit patris filius, nec eiusdem personae, sed eiusdem essentiae, & in qua etiam est. Rursus S. Basilius libro contra Eunomium capite primo sic habet, *in forma* in essentia Dei, non enim aliud forma, & aliud essentia Dei est, ne composita sit, qui secundum formam aequalis. Haec & Amphilocheus Episcopus Iconij epistola ad Seleucum: *Quare & Dei formam & serui simul desinere in vnam personam Filij & domini Iesu.* Sic Christum Dei filium duarum naturarum, passibilis & impassibilis, mortalis & immortalis, intelligibilis & inuisibilis, palpabilis & impalpabilis, sine principio, & cum principio, in circumscripta & circumscripta. Praenominati viri vt excellentis pietate, Beatus Cyrillus secundum tertiam synodum adducit testimonia contra Nestorium. Et sane Proclus Constantinopolitanus, & Cyrillus Paphi Episcopus vnus e trecentis & octodecim patribus haec habet. Ille quidem in Pulcherianis post natalium, & in Epiphaniae oratione, hic idem in oratione de Incarnatione eadem dicit. Et Chrysostomus in sermone de assumptione, & Gregorius Nyssenus libro contra Eunomium; quid gloriae splendor; clausis fixum? Quae forma ad mortem rapitur, & qualis ab inferno redit? Sic quidem vbique cum S. Synodo conuenit, & cum S. Leone omnis SS. Patrum coetus. Sed impudens haeresis rursus contra hunc blaterat, vbi dicit: *aliud est quod miraculis conuiscat, aliud quod iniuriis succumbit.* [filiorum dualitatem adducit & personarum] Et si dixerit, miraculis conuiscat, & aliud iniuriis succumbit: praetextum habet. Et si igitur figura sit opinio, quia hoc omnino non dicit, sed aliud quidem miraculis conuiscat; aliud vero iniuriis succumbere, vtraque eiusdem esse dicit, & passionem & miracula, quomodo impietatis occasionem praebuit? hoc & alij Patres docuerunt. Gregorius Nyssenus libro contra Eunomium, neque quibus magis haeresis ventilatur, neque his vti accusata est, non enim neutro, sed contra vocem masculinum sermonem instituit. dicit enim: *Quis lassus est via & quis sine labore totum mundum substituens verbo per continuationem? quid gloriae splendor, quid clausis confixum?* Haec clara sunt, inquit, licet nullus explicet. Iterum irrident Beatum Leonem, sic dicentem: quod quemadmodum Verbum ab aequalitate patris gloria est inseparabile, sic & corpus naturam nostram non reliquit. Et quid haec differunt ab eo, quem dicimus esse nobis similem secundum humanitatem [Et patri per diuinitatem] Quod solo Eutychi non placet, & affectus eius. Sed & Leo praedictis haec addit: *Vnus enim & idem vere est Filius Dei, & vere filius hominis, quod omnes vires impiorum imbelles potest confundere.* Haec quidem contra haeticos pietatem defendens Ephremius adducit, ponit & idem proprii libri verba, in quibus Archiepiscopi illius pietatis illustrat praconium, & neque impudens impiorum audacia

434

435

436

2. Cor. 10. 5.

Philipp. 2.

Cyriacus Synodo interpres Nicena.

Hi Gregorius Nysseni libri tradidit aduersus Eunomium in Bibliotheca Italica ad hoc mediti latens.

B. Leo Papa.

Quare epistolam eius ad Flavianum.

EPHRAEMVS.

audacia aliquid horum apprehendere erubescit, quorum è multis hoc verum est: Deus impassibilis homo passibilis fieri non dedignatus est, & immortalis subijcere se mortis legibus. Excommunicat clarè per Leonem S. concilium Nestorium hoc modo. Execratus sit Nestorius, qui sacram virginem non Dei, sed hominis modo matrem esse contendit. ut carnis aliam, aliam diuinitatis personam statuat. Quomodo igitur cum Nestorio sentit, cum eius dogmata condemnent. Ecce iterum quartam synodum hæreticorum calumniantur dicentes, eam docuisse, non licere proferte, vel scribere, vel componere, vel sentire aliam fidem, præter eam quam ea reposuit, & tamen id Synodus non decreuit, quamuis impudentissimè id hæretici mentiantur: sed eam fidem quam trecenti octodecim Patres asseruerunt obseruans & confirmand, præterquam quod dixit nemini licere aliam fidem proferre. & quæ sequuntur. Ex his omnibus Synodi vocibus quas solum oportet legere, maximè manifestum, non alia præparatione vel probatione veritatem receptam indigere, nec aliud definire aliud facere, sed vt decreuit sicvique & fecisse cognoscitur, nèc etiam pios aliud symbolum profiteri, quam cccxviii. patres docuerunt & tradiderunt. Sed ridet eos hæretici, vbi dicunt hanc ab omnibus infestari. quot enim synodi contra primam generalem contradixerunt, quæ & archiepiscopos habuerunt: illam verum centum & quinquaginta Patrum, si non fuit, quidam Aegyptij scire voluerunt, sed permittatur illis stupiditas. Cum vero aliquod verbum Iulij Pontificis, ad quos de propria impietate scripserat, vt putabant prolati: Sapiens ille vir id contra Paulum Samolatensem, secundamque Nestorij hæresim prolatum esse declarauit, & duas naturas seorsim & diuisim cõfiteri prohibere, vt & duas hypostasas, duasque personas & filios. Vna enim natura in Christo pto hypostasi à Iulio relicta est, verumtamen neque veritati, neque sanctis Patribus contradicit. Clarè idem ostendit Iulius Pont. contra Marcionem, Valentinum, Apollinarium, & Eutychem, sacris relictis verbis iaculans. Sic enim in oratione de consubstantialitate scriptum reliquit: *unde necessarium, & corporeum vniuersè & diuinum vniuersè dici, & qui non potest in vnitè differentis cognosci, quid erit proprium vtrique? dissimulè repugnantis concidit, qui vero propria cognoscit, vniõnemq; custodit, neque naturas m̄m̄iscet, neq; ignorare vniõnem possit.* Quibus perspicuè patet, quomodo S. Iulius duas naturas fateatur, vnam naturam prædictis verbis pto hypostasi accipit. Reprehendit enim alia nõ pauca absurda, quæ ij contra quos scripsit S. Ephraemius sua epistola insertuerunt, plena esse impietatis ostendens. Illud veto thitum videri queat, quæ prædixit Cyrillus, eadem iterum à concilio pronuntiat: vt illud, inquam; *Nisquam sublata naturarum differentia per vniõnem.* Et iterum hoc: *Concurrentibus naturis in vnam personam, & in vnam hypostasim.* Hæc sunt quæ in Cyrillo infestè calumniantur. Hæc vir Dei Ephraem exequitur. Appõnit vero epistolam S. Symeonis, qui in seditione Cionensi occubuit, & Baradati ad Basilium Antiochiæ Episcopum missas; item ad Leonem Imperatorem, horum vtriusque proprie ad alterum duorum secundum vnam scripta. Iacobi enim vna & ipsa ad sanctissimum Basilium mittitur. omnes enim candido & simplici stylo conscriptæ, S. vero spiritu plenæ & sacra doctrina. Similiter prædicant Chalcedonensem synodum in sacris hisce dogmatibus constanter manere, communi scriptorum testimonio, & qui eas suscipiunt amatè ac prædicare, quæ in ea decreta sunt, consolationem admonitionemque continentès.

Nicenum Concilium.

B. EVLOGII ARCHIEPISCOPI

CCXXX.

Alexandriæ Orationes XI.

LEGIT S. Eulogij Archiepiscopi Alexandriæ orationum vndecim volumen. Prima Romanum Pontificem cui inscripsit, appellat; qui à scriptore synodicam accepit epistolam, deesse autem illam ostendit, quod quattuor synodorum appellationes neque verbo probant, neque hic inscriuerit, neque numerum vniuersiusque synodi significari, nec S. Leonis epistolam ad verbum mentionem faciat. sed neque Eutyches, neque Dioscorus, neque Seuerus anathemati traditi sunt. Et quia hoc verbum, *In duobus*, obscuritas quam par erat, denuntiatus est: Hæc erant quæ ille synodum recipiens accusabat. Sanctus vero vir eorum de quibus accusabatur, rationem reddens, primò quidem com-

EVLOGIUS

prehensa esse capitibus omnia synodalibus ait, quæ, vt recipiantur, digna visa sunt. Verum de his pluribus agere non piget. Hoc verò studiosè & piè ad optimum ac perfectissimum exitum adducens: cum alia, tum sacram fidei nostræ addit confessionem, maxime in hærens sententiæ de incarnatione domini. In qua indiuisam & impermixtam hypostasos duarum naturarum vniõnem proficetur, & verinque natus hæreses gladio hæresis secar veritatis. Vtitur autem verbo mistionis piè quidè, sed non vtitur secundum insanum
 438 Apollinarium, quomodo hac voce sit vtendum testatus: neq; secundum audacè Eutychem, sed vt lex pietatis permittit: vt qui non esset vnum filium dominum nostrum Iesum Christum declarare, duabus naturis indiuis & inconfusis constare in perfecta humanitate & perfecta diuinitate: vt permistio secundum illum confusionem non significet, neq; inducat diuisionem vocis *in vno*. Eadem autè sentire Athanasium & Cyrillum prædicat, qui vnam verbi naturam incarnatam confessi sunt. Cum enim *incarnatam* dixerunt, assumptam naturam prædicauerunt. In his pergens, vt & in alijs eius scriptis continet super hac voce, tribus ostendens modis capi posse vocem *incarnatam*. Etenim *incarnata*, pro carne induta, & veluti effigie conformata, quemadmodum assimulachri forma, sumi possit; vel quod conuersa verbi natura in carnem, & quasi incarnata vna, prædijct natura: vel quod vna existens verbi natura, secundum incarnationem non amplius vna sola, sed cum carne spectetur, incommutabilitatem atq; integritatem sibi & assumptæ carni conseruans. Prima itaq; duæ significationes Apollinarij & Eutychem, tertia vero ex mente Apostolorum est, quam & SS. Patrum nostrorū cœtus inde mutuas reuincit. Clarum verò est, si quis piè sentire velit, dicendo vnam Verbi naturam incarnatam, gratiam adepturum, sentiendo cū ijs, qui duas naturas inconfusas atq; impermixtas in vno eodè Christo esse & cognoscunt, & statuunt. Alioqui cū Apollinario & Eutyche sentit. Etenim vnam hic naturam pro persona dictam esse, *incarnatam* verò pro humana natura: vt nihil inest dicere vnam verbi naturam incarnatam, vel vnam verbi personam humanam assumpsisse naturam. Quamobrè patres nostri hanc vocem explanantes adducunt: non sublata naturarum differentia per vniõnem, sed potius vtraq; conseruata cognoscantur, cognita prædicentur, & quæ prædicantur, & numerentur: perspicuum est piè dicendo vnam verbi naturam incarnatam, & illud; duas naturas in vniõne hypostatica indiuisas, nullam differentiam pijs adferre. His ac similibus prima absoluit oratio.

Incarnati triplex significatio.

Secunda dogmatica inscribitur, quæ fidei expositionem continet, quæ piè & synodice de veritate sentit, & hæc de incarnato Christo eodè modo prosequitur, cõpèndiosius hæc quam supra exequens, nihil tamen accuratioris omittens. & hæc percurrens in admonitione definit, et eos qui ab Ecclesia se segregarunt, ad cõmunem consensionem reuocare conatur. Hoc libro ait, earum quæ in Ecclesia sunt à verbi ministris traditæ doctrinæ, quædã dogmata sunt, quædã præconia, & differentia; dogmata cum occultatione & sapientia declarantur, & obscuritati sæpe de industria inuoluuntur, ne profanis sint sancta exposita, & margaritæ porcis obijciantur: præconia sine vlla obscuritate dicuntur, & ea præsertim quæ de præceptorum & diuinæ reuerentiæ obseruatione tractant. Esse præterea dogmata quædam obscuriora, quæ omnino, vt ita dixerim, tacentur: siles habent spirituales sapientiam per verbum vitium. Præterea distinctionem eorū, quæ de Christo dicuntur, facit, quædam reuera & proprie dicta asserens: alia per transumptionem. Capiuntur enim à nobis, quemadmodum ipse caput sit omnium, quæ à nobis dicuntur, peccatū, maledictum, & si qua similia. Ait enim Apostolus: *Qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Et iterum: *Christus non redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Sic & inobedientiam nostram & ignorantiam, vt caput integri corporis suscepisse: & illud, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me, per ineffabilem amorem, nostra tanquam sua assumpserit.

II.

439

2. Cor. 5. 21. Gal. 3. 13.

Tertia oratio aduersus calumniantes sanctos Patres, & Concilium Chalcedonense decernat. Primò verò epistolam ad Succensum à B. Cyrillo conscriptas, & quæ huc pertinere videntur diludicat. Etenim aduersarij ab huiusmodi vocibus tanquam à curre quadam aduersus dogmata pietatis incurrunt. Hinc & alias calumnias refellit. Nam hæreticorum opinionem primum quidem proponit secunda epistola ad Succensum
 99

Succensum, quæ ait, dicere duas esse naturas indiuisas post vnionem, contrarium esse ipsi, qui vniam Verbi naturam incarnatam colunt. Contra quos veritatis patronus differit, vt qui vniam Verbi naturam incarnatam docent, clarè voce volunt demonstrare eam quæ est per hypostasim, & quod Verbum hominem præexistente non assumptum, sed reuera caro factum sit. Hæc autem vox non satis demonstrat mysterij perfectionem. Vbi enim licet accipere per vocem, fuerit ne animata assumpta caro, nec ne? & an solum carne indutum, vel reuera natum sit caro? Vnde potest quod perfecta & inconfusa, concurrentia permanserint? nihil enim horum clarum ex ea reperies. Propterea enim & Apollinario & Eutychi propositus locus conuenit; huic quidem coniuncta confundenti, Apollinario verò inanimatam carnem imaginanti. Quin & hæc vox placet Maneti, imaginariam & adumbratam singenti incarnationem. Qui verò duas inconfusas asserunt naturas, inconfusa quidem concurrentia conseruant, neque hi per easdem voces vnionem hypostaticam prædicant. Fieri enim potest, vt contra improbè capiant quod vnium est, (vt Nestorius) honore & gloria, & alijs hæreticorum inuenitis. Ideo & B. Cyrillus in fine huius epistolæ, *indiuisum*, ait, *additum, videtur nostra recte fidei esse signum: illi vero non ita sentiunt.* Indiuisum enim apud illos, secundum nouas Nestorij voces, alio modo sumitur. Dicit enim honoris paritate, & voluntatis & auctoritatis indiuisum hominem esse, in quo Dei Verbum habitauit. Quare dupliciter magnus ille Cyrillus indiuisum intelligit. aliud quidem hæreticè, aliud verè propriè & orthodoxè. Duobus autem modis indiuisum vsurpando, verè dicit: dicere vniam Verbi naturam incarnatam, pugnare contra Nestorianos asserentes duas naturas indiuisas. Idem autem quod dictum est, Ecclesiæ est orthodoxæ, si æquiuocatio tollatur. Tollitur autem & alijs modis, maximè verò, in assumendo vnionem hypostaticam. Eadem enim hæc additio accuratè adimplens, & fraudem Nestorij discuit, & hæreticos confundit. Imperfecta ergo est vtraq; vox, vt ex prioribus patet, non alteram arripiendo. Itaq; intelligo eam vocem, quæ dicit, vniam Verbi naturam incarnatam, & illam, quæ dicit, duas naturas inconfusas, vtramq; perscicit inter se cõpulatam. Verbi enim natura incarnata vnionem hypostaticam simpliciter profert; qui verò duas asserit indiuisas naturas, inmixtum & inconfusum eorum, quæ coniunguntur significat. Igitur diuisa vox altera ab altera, & captiosè adducta iustissimam reprehensionem meretur. Quare rectè S. Cyrillus in Nestorium inuectus, vt imperfectam vocem dicentem duas indiuisas naturas, & non valentem hæreticorum sectam refutare, accusat, & pugnare [ait] cum illa quæ dicit vniam naturam incarnatam. Cum qua si composita veniat, sinceram pietatem ostendit, duas indiuisas naturas in vnione hypostatica clarè prædicans. Sic certè licet quis vniam Verbi naturam incarnatam dixerit, & maximè cum Apollinario dimicans, aut Manete, aut Eutyche, imperfectè proferat, & illorum sententiã potius adiuuans, & Cyrilli sententiam oppugnans, & inueniens, & constringens eos, qui duas naturas indiuisas in vnione hypostatica conseruant. quod autem duas naturas confiteri in vnione hypostatica, congruat cum Ecclesiæ vniam naturam Verbi incarnatam docente, Cyrillus accuratè veritatis custos clarè ostendit. Occidentis. n. Episcopus negantes vniam Verbi incarnatam, duas verò naturas in vnione hypostatica & docentes & sentientes, rectè & lubentissimè excepit. S. enim Ioannes, qui Antiochenam tenuit sedem, scripsit, duarum factam esse vnionem naturarum, & idem vnum Christum, vnum filium, vnum dominum nos confiteri: secundum hanc inconfusam vnionem intelligentiam, cõfitemur Deiperam Virginem Dei matrem esse, quia Dei Verbum incarnatum est, & carnem induit. Ardens ille veritatis studiosus Cyrillus, hæc & his consimilia scripturis asserens, non modo libenter & iucundissimè accessit, sed & Paulum Emisenum, qui ab ipso missus erat in publico cõtatu concionaturus, quæ & sibi & mitrenti Cyrillo fuerit sententia, laudibus excepit, & vt eadem sententiam magnificet. Concio vero persequitur illud, *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* [Secundo interpretatus est: *Verbum caro factum, & habitauit in nobis.*] hoc est in nostra natura. Talia Paulus ille prædicans, Cyrilli laudibus ornatur. Respiciendum Ioannem duas naturas declarantem, & vnum filium, & aliud tabernaculum, aliud inhabitans, aliud templum, aliud inhabitans Deus. Attende dicto, non dixit, alius est & alius, vt de duobus Christis aut duobus filiis. Sed aliud & aliud, vt de duabus naturis. Quando ergo dixit, *habitauit in nobis*, & duas dixit naturas, tum & hoc addidit, *& vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti.* Hæc & id genus

Ioan. i. 14.

genus alia S. Euangelistæ Ioannis verba docent vera esse cum prædictis dogmata. A propria auspiciata doctrina ait, S. Iaias Propheta Christi doctorum eloquentiam prænunciatis ait: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.* Ecce haustum nobis aquas è diuino fonte, prædicti, inquam, doctoris, qui S. Spiritus facibus accensus, ostendit nobis magnum & sanctum Saluatoris mysterium. Sic S. Ioannem duas naturas sursum deorsum vertentem, feruidus ille veritatis adamator Cyrillus sacrum fontem appellat, lumine S. Spiritus plenè, & clarum prædicatorem magnorum & sanctorum Christi mysteriorum: Neque hunc solum, sed de commemorato antea Paulo ad Ioannem scribens, qui de voce dixit. Veniente Alexandriam confratre in domino pio, & sacris iisdem initiato, animi voluptate impleri sumus, & valdè probabiliter, vt viri ita mediantis. & iterum, modum excedens, & non facile excusandum ecclesiarum discidium contigit, nunc maximè domino impleri sumus, proferente epistolam B. Paulo Episcopo, irreprehensibilem habens fidei professionem. Sic quidem iucunditate dignum Paulum fuisse, & allatam Occidentaliū fidem irreprehensibilem prædicare. Ad hæc accuratè ostendens, in quibus cum Orientalibus consentiat, & quæ communiter allegant. ne contentiosam transferre securitatem, accipiat ad quod volent, pacificam confessionem, & constitutionem verbis ipsis caput hoc postremum facit. Scimus viros diuinos scripturæ peritos quas de domino voces protulerint, partim dum veluti vni personæ illas communicant, partim dum veluti in duas distribuunt, & quasdam Deo dignas respectu diuinitatis Christi, quasdam abiectas respectu humanitatis tradunt; quibus adiungit & suam iudicium; quæ cum nostris vocibus conueniunt, sic & illos sentientes reperimus: *Vnum enim dominum, vnâ fidei, vnum baptismum.* Sentimus vniuersorum saluatorum Deum, alijs inuicem congaudentes, quia diuine scripturæ, & traditioni S. Patrum fidem habent consentientem, quæ apud vos & nos sunt ecclesiæ. Vt quis alius sit generosior, & fide Cyrillo dignior, ad Cyrillum interpretandum, & eiusdem sententiam puram & hæreticis mixturis non inquinatam constituere, in quibus indifferenter opinari se, & Orientales de pietate renunciant. Ostendit clarè non differre & hoc, in vna persona, vel in vna hypostasi duas naturas indiuisas confiteri, & hoc, vniam Verbi naturam incarnatam anima rationali & intelligibili. Non ad Orientales modo scribens, similem illis restatur opinionem: Sed accusantibus nonnullis, quod duas naturas consistentes Orientales suscepit, ipse ad Valerianum Iconij Episcopum scribit, Orientales Nestorium damnasse, & S. Patrum consensionem sinceram seruare, S. Virginem Deigenitricem nobiscum consistentes, & vnum esse Christum, filium & dominum à Deo patre genitum Deum Verbum, & vltimis temporibus è muliere in carne natum, & perfectum eum esse in diuinitate, & perfectum in humanitate, non in duos filios & Christos & dominos separantes. & hæc oppugnare audentes, vt mendaces & fraudulentos, & mendacij sui patrem prætexentes, desertari hortatur ac refuge-re. Sed & in ea, quæ ad Acacium Melitenensem Episcopum, de his Orientalibus sic habet. Non diuidere eos vnum filium & Christum, quem è patre dicunt vt Deum, & ex muliere natum in carne vt hominem, & quomodo non intelligatur secundum humanitatem nostri similis, neque patri secundum diuinitatem, nisi intelligatur simul & Deus & homo idem. Quod Nestorius negauit. Sic non solum duas naturas Orientales asserentes saluat: Sed etiam si quis accuset, propugnator sit, & quod mirum videatur, etiam non apponant *Indiuisum*, non dicit ipsos naturas diuidere. Scit enim & vnum Christum, vniam personam, & vniam hypostasin, qui dicit eundem Deum & hominem, & Deiparam Virginem, nihilominus etiam addat indiuisos, vt consistentes ex dictis vnionem hypostaticam, simul & hoc indiuisum verè addeat. Qui idem tutè & diuine adamator * doctrinæ iterum ad Acacium scribens: Licet, inquit, duas naturas dicere, nec diuisionem naturarum villo modo intelligere, cum quis adinungat prædictis vnionem hypostaticam. Et ad Eulogium scribens, consentientem existimauit secum, vniam Verbi naturam incarnatam credentem, cum duas naturas indiuisas in vnione hypostatica conseruentur. Reprehendunt quidam expositionem quam faciunt Orientales, & aiunt: Quare ipsis duas naturas consistentibus erubuit, & præsul laudauit Alexandriæ. Nestoriani asserunt illum quoque sic sentire, eos inuoluentes, qui nihil accuratè sciunt. Oportet autem reprehendentibus hæc respondere, non omnia quæ astruunt sectarj, vitari & reprehendi debere: quare Orientales duas naturas consistentes

1 Jai. 12, 3.

Ephef. 4, 5.

* διδακτικὰς ἀποφασίαις ἀποφασίζοντες

QQ. 2 admittit.

admittit, Pater enim illi asserunt: Nestorium damnat, non quia duas naturas dixit, sed quia duas alrens naturas, vnionem hypostaticam non recipit: Quemadmodum Nestorius dicat, differentiam carnis & Dei Verbi significans, sed nondum vnionem hypostaticam nobiscum confiteretur. Nos enim hæc coniungentes, vnum Christum, vnum filium, vnum dominum confitemur. Hoc communis ipsius & Orientalium confessio. Deinde rursum adducit: Vnam Verbi naturam incarnatam confitemur. Nos differentiam coequentium confitentes, duas quidem asserimus naturas, sed & vnionem tradentes, hoc statim adiungimus, vnam Verbi esse naturam incarnatam; hoc siquidem de vnitorum differentia; illud verò hypostaticam vnionem ostendit. ex quibus de Nestorio dicit, tantum non clamat: Vt si nobiscum vnionem Nestorius asserit, vnum Christum, vnum dominum, vnum filium confitens, recepit illum duas dicentem naturas. Siquidem eadem voce differentiam carnis ac Dei Verbi conatur ostendere, sed ne decerpere veritate conatus sit. Si vero duas naturas dicere, vt ipse dixit, differentiam significat carnis & Dei Verbi, & hanc seruare oportet [post] vnionem: nimirum duas naturas docet post vnionem seruare. Differentia scilicet seruata, necesse est ea seruari de quibus differentia, & Orientales secum ait consentire, & nequaquam vnam verbi naturam incarnatam asserentes, sed duas quidem asserentes naturas hypostatica vnione vnitas, indifferentes vocēs clare ostenditur. Quare synodus, etsi non lingua, tamen sententia vnam nouit Verbi naturam incarnatam prædicare. Non modò de dictis hoc facile est perspicere, sed etiam ex eo libello quem propria manu S. Flavianus conscripsit, & Theodosio Imp. inscripsit. *Concilium vero ante alios hunc legi præcepit. Sic. n. ibi ad verbum; Etenim de duabus naturis Christi post incarnationem in vna hypostasi confitentes, & in vna persona vnum Christum, vnum filium, vnum dominum confitemur: deinde & vnam naturam Verbi incarnatam, & carnem inditam dicere non negamus, quia è duobus vnum & eundem esse dominum nostrum Iesum Christum. Tu vero & illud considera. Concilium continenter dicit eundem & vnum Christum. Hoc verò quid aliud est quam vnionem hypostaticam confiteri, vel, si placet, vnam verbi naturam incarnatam. Etenim absque hæreticorum cauillationibus, vsus hic antea allatus differentiam continet ad prædictum sensum. Quemadmodum autem ex humanitate atque diuinitate Christum dñum è duabus naturis similiter synodus prædicans iterum laudat: sic & in diuinitate & humanitate dicens in duabus opinatur naturis ac confiteretur. Non. n. ex his est Christus, neque hæc, neque illa, non in quibus, sed è quibus est, & in quibus agnosceatur. Et hæc ferè sunt. Sic quoque B. Ambrosius libro quarto de incarnatione docet: *Ibi Deum ab æterno esse carnis mysteria prævidit, nec separatus, sed vnum.* Postquam vtrumque vnus, & vnus in vtroque, hoc est, in diuinitate & humanitate. Rursum idem alio libro, vnde mutatus est doctus Cyrillus contra Nestorium, sic bonus inquit Ambrosius: *Vnum Dei filium in vtraque specie verba facit, quando vtraque prædicitur natura est.* Hoc vero dictum corrupti Seuerus, nihil iniuriarum omittens. Vertit enim vnam vocem in alteram, vt persuadeat apparere voce non naturam, sed loquendi formulam, quod ipsum reprehendi merito debet. Verum tamen refellitur obvsus vocis prædictum cum dicit, in vtroque idem designare. Quid sibi vult hoc eadem pro in vtroque, hoc est coniungens diuinitati & humanitati, quare si in vtraque dicat, vt sincere habent verba Ambrosij, siue in vtroque, vt improbus ille Sophista vocem deprauat; nihilominus duæ ostenduntur naturæ. Ideo, vt diximus, Ambrosius quod in vtraque est dicens, hoc est in vtraque re ad diuinitatem & corpus, vocem traduxisse videtur. Et idem ad Albinum scribens, vt perfectus, inquit, in vtraque natura sit. Sed hæc tenus de his. Si vero quis nobis Athanasium proferat libro de Incarnatione, Gregorium item Thaumaturgum in libro de fide particulari, prohibentes duas in Christo asserere naturas: sciat ille (vt sæpe iam diximus) neque reliquos Patres duas naturas asserere, neque vnam complecti; sed & frequenter reiecit, Post enim adductam *Indivisi* vocem, neque temerè amplexos esse, neque improuidè illum explanasse, Neque enim sumptum inordinatum. Conuenienter verò cum prædictis vnione hypostatica, nemo pius vsus est, qui hanc vocem valde adamauerit. Nemo igitur dicat, nihil enim hoc ad pietatem, vt in Christo duas naturas dicere Patres prohibeant; sed ostendat, verum, simul confitentes vnionem hypostaticam duas dicere naturas indiuise prohibebant? Etenim & sic vide quomodo dicat Athanasius. Non duas naturas prædicamus vnum filium, vnam adoratum, & vnam non adoratum. Et quis*

Et quis ignorat, adoratum & non adoratum in duas quidem hypostasas diuidit vnum, hypostaticam vnionem prædicant. Sed magni Athanasij sensus clarus est. Testimonium quod Gregorij Thaumaturgi nomine subiicitur, illius quidem esse dicitur, sed Apollinarij esse absurditas illa manifestè declarat. Habet enim & est verus Deus sine carne in carne visus, perfectus in vera & diuina perfectione, non duæ persone, neque duæ naturæ. Neque enim quatuor adorare dicimus. Vides quomodo pateat impietas. Nam perfectum dicens in diuinitate, humanitatem reticuit. & adicere, sine carne in carne apprensus, impiæ culturæ acerbum est germen. Sed enim testimonium quod hæretis adfert ex epistola Iulij Romani ad Dionysium, haud dubiè non est genuinum. Etenim S. Cyrillus in Synodo Ephesina ex epistola ad * Decium eius vsus adduceos, non dignatus est in memoriam huius venire, quam in Synodo cognouit his verbis: *Filius Dei habitans in hominibus, non in homine operans, perfectus Deus in carne, perfectus homo in Spiritu, non duo filii, vnus quidem genitus Filius carnem assumens, alter verò homo morti obnoxius, assumptus à Deo: sed vnus vnigenitus in celo, vnigenitus in terra Deus.* Iulij Papæ quidem verba in Synodo lecta hæc ferè, siue veram sonat vocem, quam ex epistola ad Dionysium adducunt, & maximè Nestorium damnans hanc non contempsit. Ad hæc & illud sciendum, B. Cyrillum hominem ponere pro exemplo, non vt ostendat vnam naturam in Christo capere, sed vt per hoc vnionem constituat hypostaticam. Etenim in nostri comparatione, diuersæ formæ corpus & animam, vt vnita vnam perfectam hominis naturam, non adiecit corporatam & animatam. In verbo vnam naturam dicens, statim adiungit incarnatam. Rarius enim illam tacuisse, non repugnantiam sententiarum, sed magis confirmationem testatur. Sæpenuerò enim quod quis assiduo clamat, & vltimam eius opinionem omnibus inculcans, nouit vt confessum & clarum, interdum tacendo, silentio non contemnit quod sæpius dixit. sed ostendens ira firmum atque apertum esse, vt nec verbis, nec commemoratione amplius indigeat. Sic igitur doctus & pius minime vacillans Cyrillus vnam docet verbi naturam, & illam incarnatam, & hoc non simpliciter, sed anima rationali & intelligibili, hæc assumens, & antea fundans in omnium animis per cognitionem, & non dubitationem, & naturæ comprehensionem ex parte asserens, omisit reliquum efferri & audire. Etenim multa cogitat, non verbis & nominibus sensum credit, sed mente verba & nomina conferens atque accomodans. Attende quid libro primo Theaurorum dicat, & quid in epistolis ad Succensum. Ibi enim dicit: *Deum Verbum pro nobis summum Pontificem factum, inquam vestem aliquam, ex Maria hominem, vel templum resumere.* Hic videt: *Non homo igitur factus est, non autem hominem assumit.* quomodo ergo ibi quidem, non assumptus, hic verò assumptus? Seipsum explanat. adducit enim Nestorio videri. Quid hoc aliud est nisi verbis sensum credere, verba sensum repræsentare? Quamobrem sicubi dixisse videatur Deum Verbum hominem non assumptum, hac ipsa doctrina prædicauit, non omnino ipsum negare, hoc non dici: Quomodo ergo alios sic loqui prohibeat, quod ipse facit? sed non sic loqui vt Nestorio visum est. Clarus itaque Eulogius vnam Verbi naturam incarnatam indicans, hoc etiam addit. Vt si quis præceptoris sensum accuratius cupiat inuestigare, inueniet voce nihil aliud voluisse, quam incommutabilitatem Verbi ostendere: Ne dictum alio, sed ad diuinitatem vnigeniti referatur. In dialogo enim, qui inscribitur, *Vnus Christus, vnum Filium, & vnam eius naturam dicimus, licet in assumptione carnis fieri intelligatur habentis animam intelligibilem.* Quibus nihil aliud quam immutabilitas diuinitatis declaratur. Non igitur vna Verbi natura, vt diximus, incommutabilitatem declarat diuinitatis, non autem duas naturas secundum hypostasin vnitas tollit. Sic igitur intellexit pius ille scriptor, quod à præceptore ad Eulogium dictum est. Vnus denique Filius, & vna natura incarnati Verbi, hoc est non conuersa, nec à propria perfectione declinans. Et illud ad sensum referre oportet, vt B. Cyrillus nusquam vnam Christi naturam dicere videatur: sed vnum Christum, vnam personam, & vbique vnam Christi hypostasin, non autem vnam naturam. Et contra prohibet in epistolis ad Succensum, vnam naturam in composito dicere. Si enim hoc, tollimus è duabus diuersis naturis vnum solumque Christum esse, post vnionem indiuisum. Asserunt aduersarij, si vna natura vniuersum, quomodo incarnatus est? Vniuersum dicit & post vnionem dicens: *Certum est hæc non ante vnionem, sed hæc post vnionem, quemadmodum compositum est air.*

* fort. Decium.

416

444

445

447

Eulogius Cyrilli discipulus.

* *δυστυχῆς* Euty-
χης.

est ait. Etenim purum quid est Christus, si verò vna natura totum est, super vnam omnino. Cum his sentiens Gregorius cognomento Theologus, etsi vtrumque vnum dicat, sed non natura, sed concilio. Quanquam * infelix Eutyches è duabus naturis vnionem confiteatur, post vnionem vnam nefandè dicat. Vnde illum meritò Chalcedonensis, & antea Constantinopolitana Synodus condemnauit. Sed famosus Dioscorus, nihil illum ab Apollinario differentem magno studio suscipit. Impius verò Apollinarius libro suo de incarnatione, vide quid scribat: *O noua creatura, & diuina mistio! Deum & homo vniam conficiunt naturam.* Vnde impietatis veluti aquæ ductus alij post illum deriuarunt. Tu & antiquum vide lutum. Valentinus verò ad verbum sic ait: *Galilaos duas in Christo naturas dicentes, visu copioso excipimus: nos verò visibilibus & inuisibilibus vniam naturam esse dicimus.* Et verò Manichæus ad Scythianum scribens & eos reprehendens, qui duas dicunt naturas, hæc dicit: *Sempiterni luminis Filii, propriam in monte Thabor naturam ostendit, non duas habens naturas, sed vniam in visibilibus atque inuisibilibus.* Polemon quoque præceptorem suum Apollinarium laudauit, sacris nostris Patribus adans crimini, quæ Patribus in Chalcedonensi Synodo Seueriani, vide quid dicat. non peius hic intelligere Deum & hominem eundem dicentes, non erubescunt vnam Verbi naturam incarnatam, quemadmodum vnum compositum consistentes. Si enim perfectus Deus & perfectus homo idem, duæ naturæ igitur vnus, quemadmodum noua Cappadocum dicit diuisio, & Athanasij opinio, & Italorum fumus, & simulant quidè, quasi nostri, se sentire quæ S. noster Pater Apollinarius: sed prædicant quemadmodum Gregorij naturarum dualitatem. Quomodo non licuit Eutychem, Apollinarij, Valentini, Manichæi hanc impietatis vim sustinere, & morbum sic repentem, & humanas animas depascentem remisisse: nisi sacri Chalcedonensis conuentus diuinus zelus duas naturas indiuisas Christi in vnione hypostatica, piè & conuenienter prædicasset? Hæreticis sic delirantibus, nisi pietatis turris fluctum sistat, nihil vetat submersos multos in plano esse. Quare nisi antedictis Patribus duarum naturarum cognita est vox, necessitatem habuit Synodus propter illorum amentiam hanc inuenire ac prædicare. Parum verò ab omnibus sanctis illis cognita, quomodo exorari non poterat contra hostes hanc publicis decretis reprehendere. Quemadmodum enim ad impium Arrium, aliam substantiam Patris & Filij blaterantem, Nicæna Synodus consubstantialitatem decreuit, & nunquam hac voce apud Patres exstante, contra verò prohibente, à quibus Paulus Samosatensis hæreticus declaratus est. Sic etiam prædictos impios sacra Synodus cum duas in Christo naturas agnoscat, oppugnavit, non ipsa prima impias illas voces reperiens, sed multorum antea præceptorum auctoritatem secuta. Si verò quis contendat, Iulium in Christo vnam naturam dicere. Primum quidem nunquam clarum, si genuinus hic sermo. Secundum par est cognoscere, vt posterius Iulio apud Romanos naturæ & hypostaseos studiosè nomen indicauit, & frustra hæretica zizaniam semen ibidem student suffocare. In indicatis enim vobis manentibus, non obuiam iuit impietas, potius valde consequens pro hypostaseos voce naturæ vti. Sed illud de Iulio licet dicere. Ad hæretica impudens sententia dicit: *Quare non quemadmodum ex duabus naturis dicentes hominem, deinde post vnionem & vnam ipsius naturam? Neque etiam Christum è duabus naturis dicentes, vnam eiusdem naturam post vnionem confitemur. Vnam quidem naturam scimus compositum, resolutorio vsi schemate, duas coincidentes agnoscamus. Sed hæc quærit hæretica impudentia. Disceant imperiti, hoc compositum vnam naturam sine impedimento dici, quando nec propriè in eodem simplicia, ex quibus compositus est, nomina dicantur. Velut hominem nullus corpus propriè, neque animam propriè appellabit. Neque enim corporis neque animæ terminò includitur. Abusiue quidem sæpe & leniter familiaris sermo parum limatus, & S. Scripturæ Spiritus vsus libertate, ex parte totum hominem denominant. nolimus subire iugum spiritus dialecticæ vanitatis: Quando ineffabilis atque incomprehensibilis vnionis neque exemplar magis proprium sumere quis possit: & asserentes Christum ex humanitate & diuinitate constare, dicimus eundem similiter & Deum eundem & hominem. Quapropter propriè ac verè semper virgo Maria Deipara dicitur. Quapropter hominis exemplar temerè ab imprudentibus in calumniandi occasionem vertit, & euertendæ vnionis secundum hypostasin inconfusè & indiscretè duarum in Christo naturarum, quia Christus Deus noster vtrumque est propriè, vnde*

præ, vnde est, & dicitur veluti Deus & homo: alij multi clamant, & sanctus Cyrillus in epistola ad Succensum vni & eundem hoc & illud esse dicit. Et similiter ad Valerianum Iconij Episcopum scribit. Quare confitemur quod à carne quidem est, carnè esse, quod à Deo Deum esse, secundum idè vtraque. Christus, vnus Filius, vnus Dominus, cum propria sua carne. Vtraque enim quid aliud confirmat, quàm eundem esse Deum & hominem. Sed licet hæc vociferetur Cyrillus, tamen allatrare nonnulli ausi sunt, quasi Christus ex diuinitate atque humanitate, neque homo neque Deus sit. Neque Pauli illud diuinitus inspiratum & elata voce dictum reuerentur, qui clamat: *Iesus Christus heri & hodie, ipse Hebr. 13. 8. & in secula.* Per illud, *heri & hodie*, eundem hominem confessus: per hoc, *in secula*, eundem Deum prædicat. Et iterum: *Vnus Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Iesus Christus.* Quare propriè Christus & Deus & homo. Atque Athanasius germanum se Pauli discipulum ostendens, sic ait: *Cum Christus etiam Deus sit.* Basilij & sanctorum Gregoriorum, & aliorum SS. Patrum, si quis omnia colligere testimonia studeat, in infinitum trahetur oratio. Sapiens enim Cyrillus, orbis doctorem testem Paulum adducens, *Contra nolentes virginem fateri Deiparam:* sic enim habet orationis titulus, vide quid dicat, vocem quidem non pronuntiauit, scilicet hanc, *Deipara:* Deum autem Christum super omnia prædicauit. & rursum, nisi Deum & hominem crederit, non addidit, *secundum carnem.* Hoc enim perspicuè de non solum homine, sed aliquid quidem secundum substantiam existente dicitur. Idem homo diuinus in altero Anathematismo eadem vociferatur: *Si quis minimè confiteatur hypostaticè carni ex Patre Deo Verbum vnium, & esse vnum Christum cum propria sua carne eundem nimirum Deum, & hominem, anathema sit.* & similiter in oratione quam Regis inscripsit, vnum nobis sic exhibitum esse Christum, eum simul Deum & hominem existentem, aliaque innumerabilia. Pater igitur magnam & infinitam differentiam esse in mysteriis CHRISTI, & humana forma, qui quidem ex quibus est, non dicitur hæc; ex quibus verò prodiit, perspicuè hæc nominatur.

Sed hæreticorum vesania quartam Synodum vituperat, quod decretum posuerit, contenditque tale propositum à prima Synodo Ephesi habita omnino prohibitum fuisse. Quamuis si secundum illorum delirium Synodus aliud decretum omnino producere vetuit, hæc ante alias contra se condemnationis sententiam protulit. Definuit enim hoc aë mbrans, qualia neque alia ante ipsam definiuit. Sed hypostatica vnio huius est definitio, quæ ab antiquis conciliis non statuta. Certè & Constantinopolitanam c. 1. Patrum, ex quibus delirant ipsi, condemnat, quæ cum Spiritu pugnantem [Macedonium] tollens, à Nicæna Synodo declaratæ definitioni, de Spiritu S. doctrinam conuenienter addidit. Si enim præcedentes apponendo reprehensionem effugiunt, neque illas secuta in similibus dissimiliter damnabuntur. Sic stultum omnino commiserit & conuertit. Ephesina etenim Synodus fidem quidem aliam, cuius dogmata contraria Nicæna sint Synodo, omnino exponi vetuit. Sinceris verò in hac seruatis, quæ occasio postulat, apponere illius opus fuit, & rerum natura, & Ecclesiæ traditio videtur semper hoc adamasse. Quare & Alexandriæ, nondum œcumenica Synodo coacta, delectos in ea sacerdotes, B. Cyrillus congregans, & fidem scriptam disponens, ad Nestorium misit. Sic quidem effugit iniustas accusationes pietas. Hæresis aliis reprehensionibus insultare non erubescit, dicens, Chalcedonensem Synodum cum Cyrilli verbis pugnare. Hic enim in epistolis ad Succensum & alibi Christum è duabus naturis docet, illa verò hanc vocem expellens duas naturas indiuisas vicissim constituit. Adeo calumniari quàm veritatem seruari studio magis est hæreticis. Dioscorum namque id quod ex duabus naturis compositum erat admittentem; duas verò naturas recusantem, quod Eutychanam saperet hæresin, Synodus repudiavit. Neque simpliciter damnauit illud ex duabus naturis Christum astruere, sed dicere cum Eutyche & Dioscoto. per dicere duas naturas indiuisas cum pio sensu, illam etiam ex duabus naturis, simul introduxit. Quia Eutyches è duabus dixit naturis, impiè verò, constat. Non igitur gratam aliquam Cyrillo vocem, sed impiam Eutychem sententiam Synodus reiecit. Etenim secundum medium earum rerum quæ Chalcedone gesta sunt, lecta fide S. Flauiani, in qua scriptum, post incarnationem è duabus naturis constare confitemur Christum, in vna hypostasi, vnaque persona, vnum Christum, vnum Filium consistentes: exclamauit Synodus, ipsos sic sentire, & Patrum fidem hanc esse cognoscere. Quomodo ergo hæc dicens, vel cum Cyrillo

IV.

* λόγῳ μωδῶς ἠελπίσθαι.

Cyrillo pugnat, vel asserentes piē ē duabus naturis auerfatur? Hęc persequens Episcopus Eulogius, & admonitionem prędictis addens, ad vnionem Ecclesię defertores reuocantem, sermoni fidem imponit.

Proxima quoq; oratio contra calumniatores Chalcedonenfis Synodi seriō agit vtitur verō etiā hęc exemplo hominis, quo piē vsus est Cyrillus, impiē verō nouū quid profert. Afferit enim vnā naturam de Christo, quemadmodum & de homine dici. Nisi quatenus pro pietate agit, contra ipsam magis pugnat, licet non sentiat. Afferit enim de dissimilibus partibus, totum partium nominibus nō nominari, sed proptia appellatione agnosci. Si verō hoc, vnus esse cognoscetur naturę. Hęc hęc sic captione nēdit. Hic * verō Verbi discipulus Eulogius vaniloquentiam illius redarguens Patrum testimonis ostendit, propriē & verē vnum Dominum Iesum Christum & Deum appellari & hominem. Quare si in quibus totum partium nomina non recipit, neq; vna inducitur, in quibus totum partium appellationes propriē suscipit: in his enim & vna natura cognoscetur. Quare sapiens auctor adducit D. Cyrillum seipsum elucidantem, quomodo & cur exemplo hominis vsus sit. Theodoro enim Mopsuestię humanum exemplum calumniantē, vt non conteniens Christi mysterio, sic & in dicto tomo 1. repugnat Cyrillus, vnum & eundem esse cognoscimus, & ē Deo Patre diuine, & ē muliere secundum carnem. Vtūmur autem exemplo, seruantes vbiq; vnione indiuisum, distinctionem reiciētes. Audis vnde Cyrillus exemplum sumat? non enim vt tu vnam in Christo naturam nouē fingas: Verū vt Theodorus & Nestorius pudefiant exempli vsu, seruante B. Cyrillo vnione sectionis experts & indiuisum. Tu verō forsitan 451 exemplum secutus, neque Deum neque hominem propriē dicere sustinas eundem Christum? Quia neque homo exemplum, neque corpus propriē, neque anima, si cogas eum hęc dicere. Quandoquidem de vnione ineffabili in Christo, vnde ipse constat, propriē hęc dicuntur. Non igitur licet homo vnus dicatur naturę, vlla consequentia ratio exiger, & Christum vnus esse ideo naturę. Quare & admirandum illum Cyrillum, vnam quidem hominem asserentem naturam inuenies, vnam verō dicentem Christi nō deprehēdes. Si verō duas quis naturas metuat dicere, ne diuisionem inducat. Primum quidem adē simpliciter neque dicat duas naturas, apponat verō indiuisas, deinde cōfiteatur & vnam hypostaticam personam, & vnam hypostasin: aut illorū loco, si quis voler, vnam Verbi naturam incarnatam. Hoc igitur ad accuratam amissum dicto Cyrillus, neq; accusatoribus prębet occasionem quasi diuisas docens naturas. Etenim Orientalibus duas naturas dicentibus, & aliis illos accusantibus, quasi alteram ab altera diuidat, ad Acacium scribit. Quando duas naturas dicendo, & indiuisum adiungere, & in vno eodemq; Christo duas naturas se videre testati sunt: contradicentes filiorum diaboli loco tener. qui verō idem sentiunt, quod Orientales, impossibile est aliquando diuisionem inducere. Vide etiā Athanasium, quę de incarnatione Verbi scribens contra Apollinaristas exponit. Cū enim dicit per vtraque, nemo Christianorū suspicatus est per dualitatem diuisionem fieri. Dicit verō: *Sed qui est natura Deus, generatur homo, vt vtraque sint vnus perfectus, per omnia idem Deus, & homo.* Sed & Gregorius cognomento Theologus in Apologetico ait: hoc exinanita Deitas, hoc assumpta caro, hoc noua mistio, Deus & homo, vnum ē duobus, & per vnum vtraque. Et sanē ad Valerianum Leonij Episcopi scribens Cyrillus: Quare ex cōfesso, inquit, quod a carne caro est, quod ē Deo Deus. Est verō secundum ipsum vtraque Christus. vt ergo non diuidit Deus & homo vnum Christum, neque dictio vtraque: sic neque illud duo, nisi quod nonnulli sensum diuidant, nec boni factoris vllum fructum proferre valentes. Tu verō mihi considera iterum nouatam iam hęc sūm. Cyrillus, ait, duas naturas dicere indiuisas damnauit, cōtradicere putans opinionem dicenti vnam esse Verbi incarnatam naturam, facilius autem eius fastus deicitur. Dupliciter enim hic indiuisum, vt & in aliis suis sermonibus prędictis 452 scriptor ostendit, vt apparet. Et hoc quidem Nestorio amicū, illud piis honoratum, & propterea inter se certat. Hoc enim relatione indiuisum, vt arma Nestorij excutitur: illud verō hypostasi indiuisum, vel hypostatica vnio, clarē & prędicatur & explanatur. Quare sicut si quis vnionem in Christo asserens, nō coarctet vnioni hypostasin, suspectum verbum reddit: sic si quis duas naturas indiuisas dixerit, non adiungens hoc, secundum hypostasin, in eandem suspicionem incidit. Ad eundem modum asserens Dei Verbum assumere

assumere hominem, nisi vocem assumere saluē exponat (nam fieri potest, vt ex Nestorij mente seu opinione, vel ex orthodoxa ratione explicata auditoribus causam [vel errandivel rectē sentiendū] prębeat) culpa minime vacat. Quapropter Cyrillus in conciliandis controuersijs acutus, in Thesaurō suo, a Deo verbo assumtum ex Maria hominem veluti velle aut templum affirmat; in epistolis verō ad Successum: Igitur homo factus est, inquit, non autem hominem assumpsit, ut Nestorius docet. Atque aduerte hęc iudicii solertiam & prudentiam. Hęc assumtum hominem vt templum sanctē asserit, & tamen Nestorium, hominem a Deo assumtum asserentem damnat. Vtrumque sanē rectē pieq;. Etenim Nestorius hominē vna cū hypostasi humanā assumtum nugabatur.

Cyrillus igitur docet Deū assumtā humanitate, sine pręexistente siue subsistente hypostasi humanā, sed humanā naturā in ipsa diuinā hypostasi, subsistente, sine vllā tamē diuinitatis immutatione, verē hominē factū. Sapienter ergo pariq; modo D. Cyrillus in epistola ad Successum disputat, dicitq; eum q̄ duas naturas post vnionē asserit indiuisas, nec tamen addit (secundū hypostaticā vnionē) pugnare cum ijs, qui vnica tantum Verbi naturā incarnatam asserunt. Nequāq; ergo vox [assumpta] nisi integrē accipiat, sed pudēt tantū pronuncietur, sufficit, vt cum ijs conueniatur consentiaturq;, qui vnā Verbi naturam incarnatā docent. Quod si quis rorsum duas indiuisas naturas asserens, addat etiā, secundū hypostaticam vnionē, rectē & piē loqueretur, habebitq; Cyrillū suffragatorē. Sed attende extremā epistolę partē, quemadmodum ratio cinetur: Vox, inquit, indiuisę, adiecta, videretur esse nota certa nostrę & orthodoxę sententię. Sed illi vocē non ita intelligunt. Quod si ita vt nos eam acciperent, rectē sentirent, & cum Cyrillo consentirent, apud quē illud, indiuisę, rectē intelligunt ijs, qui vocē secundū hypostaticā vnionē accipiūt. Hęreticis autē etiam indiuisum est diuisum seu diuisum. Nam illud ipsum secundū hypostaticā vnionē, diuellunt diuiduntq;. Ita quoq; reprehendas eos qui duas indiuisas naturas admittunt, sed negant eas secundū hypostaticā vnionē coniunctas; reuera n. aduertantur ijs qui vnica Dei Verbi naturā sentiunt esse incarnatā. Illos tamē, inquit, nō reprehenderim, qui duas professi naturas, in hypostatica vnione indiuisas considerant, vti nec Orientales coarguerim, qui idē sentiunt. Sed neq; hos contra me venire; neque pugnatē aduersus eos, qui vnā Verbi naturā aiunt incarnatā, pronunciarim. Sed tu meq; dispice, nec vnā quidē Verbi naturā, (si ita nudē & simpliciter loquare) incarnatam sine reprehensione dici posse; Nam & vna Verbi natura incarnatā diceretur ab ijs, qui putāt inanimatam carnē esse assumtam; & qui ex cōsequenti permixtione [naturā assumtam] blasphemant; & qui naturā Verbi in carnem mutat. Inaniunt. Accuratissimū autē doctor Cyrillus singulas hęreticorū pariter execratus sententias, per vocē in medio positam, duas naturas [in Christo] cōcurrentes indiuisas & inconfusas planissime demonstrat. Refellit porro hanc magis, dum docet naturā incarnatam, animā rationis & intelligentię plenā fuisse animatā. Quapropter & Orientales, vt sæpe dictum est, quīs hanc vocem nō pronunciant, aliam tamen quę eandem vim habet, ponant (duas enim naturas in hypostatica vnione se venerari dixerunt) neque vocem, indiuisas, vsurpent, rectē sentire declarauit. Quin neq; verbis ipsi, illa secundū hypostasin, in scriptis suis expresserunt, sed ex dictis quibus vnā & eundē ex patre ab æterno, & ex Maria Dei genitricē vltimis temporibus natū confiterentur eundemq; Deum & hominē venerantur, quę dicta cum videret respondere, vnioni secundū hypostasin, verbo se cū illis sentire apertē contestatus est.

Sciendum ergo à patribus, qui hypostaticam vnionem profiterentur, hac voce, duarum quarundam naturarum concurrentium indiuisam vnionem asseri.

Quod si autē duę illę naturę inconfuse permanere, nihil proposita vox [veritati] officio. Eodē modo cum dicitur, vnā Verbi naturā esse incarnatā, eundē ferē sensum habet. Rapi autem à multis hęreticis hoc ad cuiusq; arbitriū, non negatur, vt proinde vox nō sit ita nudē acceptanda, sed quemadmodū Cyrillus rerū diuinarum sciens illam vsurpauit, hoc est, vt addas animā rationalē & intelligentē [carnē] animatā, & duarum naturarū inconfusam coniunctionem intelligas. Ita ergo vtraq; voce non accurate excusa, vnam quidē personam explicat, sed inconfusum duarum naturarū cōiunctum non explanant. Ratum qui duas naturas indiuisas tradunt, id quidem q̄ est inconfusum exposuere, sed vnam esse personā aut hypostasin non declarauere. Vt proinde sit necesse ab ijs, qui duas naturas indiuisas profiterentur, aut adiungi, secundū hypostaticā vnionem; aut vnā Verbi naturam esse incarnatā, aut eundem simul Deū esse & hominē. Absq; altero enim ditorum, vox proposita, vt imperitiam quid iure sanē reprehendatur.

451

454

* Stricte dicitur.

sal. asserant.

Cyrillus.

vnā vnionē

Hæc & his gemina cum auctor explicasset, adiecta ad concordiam [ineundam] adhortatione libro huic præfenti finem imponit.

Quinta deinceps oratio disputat contra illos, qui humano ingenio Christianam fidem comprehendere posse existimant in quo piè, planeque divini philosophatur, atque dicendi ratione Christianam religionem certam ostendit quodque illa potissimum sequitur prædicat, & docet quemadmodum proprietatum differentia in nobis aperte distincta sint, quibus alter ab altero differt, notaque singulares alterius alicuius personæ proprietates [individo illi assignent,] communes fieri prohibeant.

In sancta autè Trinitate proprietates manent immutabiles, & per indivisam vniōe copulantur; Cumque sit vna personarū potentia, habent tamē in ipsa differentia diuinā & inexplicabilē inter se coniunctionē, secundum quā in Patre Filius, & pater in Filio, & Filius in patre & Spiritu sancto: & Spiritus S. in Filio & Patre cognoscitur, coniunctione vbiq; dominante neq; indivisum * in proprietatibus separantē. Sed aliud est Essē supremæ Trinitatis, aliud nostrum. In Trinitate EN S est supra ES S; At nostrū ES S neq; propriè EN S est. Quomodo enim sit propriè EN S quod à non EN T descendit, & q; naturā suā in nō EN S definit. Quanquā à conditore suo hoc per amorē honorē & munere dignatū est, vti sit semp, & immortalitatem assequatur. Deus igitur nobis est vnus, & Trinitas [seu trinus] cognoscitur fons infinitæ & incōprehensæ sapientiæ, & q; sanctificat, virtutis. Vnde vnus Deus & Dominus, & rex, & ipse pater est, & pfectionis auctrix Sapientia, & virtus sancti Spiritus. Indivisus. n. Pater, à sua ipsius sapientia, & virtute sanctificantis spiritus, in vna natura adorandus, nec in vno atq; vnum Deū diuidendus, quē admodū in nobis, qui incōmunicabili proprietatum discrimine & differentia operationis distinguimur & separamur, totaq; diuisione ab invicem per differentia subsistimus. Quapropter nō est in illa, vt in nobis dicendum, hoc huius esse primū, aut illud huius secundū, aut terriū. Vnitas enim verè est trinitas, & trinitas vnitas. Nec quia vnitas est, idcirco cōtrahit trinitatem; Nec quia Trinitas, diuidit vnitatē. Neq; enim vniū in diuinā substantiā, vt in rebus creatis accipimus, in quib. nec vnum propriè est intelligere. Nec. n. vniū numero in nobis, etiam propriè est vniū. Nam q; in nobis dicitur vniū, non est propriè vniū, sed aliquid vniū. Hoc autem vnum est, & non vniū, vt pote q; habeat nomen vniū, & re ipsa in multa dividatur.

Quando autem Theologi diuinam naturam vniū quid esse prædicant, vt mentē, id propter solam diuinam Verbi seu impatibilem generationē faciunt. Nam recta piæque sententia diuinitatem supra naturam mentis [humana] collocat piè asserit. Identitas enim etiam in mente spectatur, itemque diuersitas, & motus & quies, nec omnino caret duplicitate. Sed quies quidem in ipsa propter essentia identitatem spectatur; diuersitas autem, & motus, propter naturalem vim & operationem. Neq; enim est idem dicere vnum [per se] & vnum respectū alterius. Vnde quamvis vnus sit subiecto, tamen quando seipsum considerat, & noscitur à seipso pro vno & simplici duplex esse probatur; quod, est quid simile habet [vni,] propriè [tamen] ab vno, & à beatā [Dei] natura profusus alienum est. Hinc neque numero vnum est, aut vt principium numeri; neque vt magnitudo vel vt principium magnitudinis, omnem enim magnitudinem & partem, & compositionem vincit. Et si fas liberius loqui, vnum est diuinitas secundū simplicitatem essentia, non vt vnum sub triplici nomine consideratum, aut in partes diuisum, aut ex pluribus compositum: Inexplicabile enim est nec vllo nomine hoc vnum exprimi potest; quia ipsius vnus etiam est causa, & vnitatis cuiuscunque vnicus effector; Omnibus quoque tam vno; quam multis ipsa simplicitate superior, eo quod propriè vnum sit, & in omnibus, & super omnia intelligatur; Quod omnia quidem quæ sunt, condidit; in supersubstantiali autem, & sibi propria singularitate fundatum, à Theologis * vnitas & singularitas vocatur: nec aliud esse cognoscitur, quam Filius in Patre, & Pater in filio; spiritus quoque sanctus procedens ex patre, & principium quidem habens Patrem, sed per siliū in creaturas, pro sua erga * electos beneficentia descendens: sic tamen vt nec generatione [Fili] imminuta noscatur essentia, nec in processione [Sp. Sancti] eiusdem diuisio facta existimetur. generatione non per immixturam essentiam spectata, neque processione secundum diuisionem cognita. Si enim hæc concesserit quispiam, tum secundum fabulas paganorum vsque ad quaternarium, quinarium ac tandem progressum in infinitum concedere cogeretur. Itaque quicquid Deus est propriè vnum est, quod nullam admittit multitudinem, tamquam perfecta veraque secundum naturalem, si ita loquendum est, vnitatem, spectatum. Vnde, quamuis hypostases seu personas, seu identitates antecipamus,

* Rationum sententia.

* Ob proprietates, Græce in diuisum.

ut vniū est vnitas.

* Diuisio personarum.

Et tandem vniū ad progressum in infinitum aptum.

pamus, quas mens cognouit, pro facultate nostra interpretati conati, nequaquam hoc vnum diuisimus aut vnitatem partimur, aut vnitatem diuellimus; sed hanc in æternā vnitate piè pependentes, illam in tribus personis vnā profitemur, neque ea, quæ supra mentis captum sunt, rationi humanæ subijciendo, neque curiosa & vana inuestigatione illa quæ inueniri nequeunt violando. Quapropter illos, qui hos limites egressi aut vnitatem hanc inenarrabilem partiuunt, aut tres personas ad vnitatis angustias redigunt, vt hostes pietatis profligamus.

Hæc & hoc genus alia profecutus, contra eos disputat, qui hypostasin nihil aliud esse contendunt, quam nudam proprietatem; pluribusque veræ pietatis rationibus impiam illorum sententiam retundit. Etenim si idē est persona & proprietates; dum Verbi hypostasin in carnatam dicimus; manifestum est id quod inde. Sequitur, & manifestius ob blasphemiam, quæ tacite in caput illorum retorqueatur, qui hæc dicere cogunt. Quomodo porro Spiritus S. si proprietates est, potest à Patre procedere; & à Patre in opus creatum ex beneficio mitti. Quia immo omnis persona rerum subsistentium per se subsistit. Quomodo ergo proprietates per se subsistat, si illud positum ante non sit, cuius proprietates esse dicitur? In tribus quoque personis sacer patrum sententia diuinā essentiam esse docet: In tribus autem proprietatibus nemo affirmavit; sed contra potius in Essentia & per essentiam cognoscuntur esse proprietates. Essentiam autem per proprietates nemo asseruerit.

Esti enim à Theologo dictum est vnā naturam in tribus esse proprietatibus, idem tamen non est * proprietates & proprium. Deinde etiam si abusus sit Nanzianzenus voce [proprietates] non illic tamen quis asserat, idem esse personam & proprietatem dictam proprietatem; cum verò & proprietates, quasi per signum exprimat seu constituat personam, quæ in admodum Basilio & plerisque patribus videtur, quid absurdi dictum est à S. Gregorio [vnā naturam] in tribus esse proprietatibus; cum non decernat idē esse personam & proprietatem, sed quasi ab optimo signo, hoc est, proprietate, denominet hypostasin. Addit ergo; intellectualibus perfectionibus per se subsistentibus, quod nemo, nisi mente destitutus, de proprietatibus accipiat.

Præter ea quæ dicta sunt, Prima Synodus personas quidem consubstantiales declarauit; quis autem, nisi insanus, proprietates dixerit consubstantiales. Quod si quis proprietates ausus est dicere consubstantiales, eod quod sæpe in eadem essentia videantur concurrere, ille ipse sui oblitus, aliam consubstantialitatis significationem finxit. Præsertim autem heterogenia, seu quæ diuersi generis sunt (sic quantitatem & qualitatem & quæcumque alia simul in vnā naturam hullo modo conuenire possunt, appello) hæc nouus ille doctor seu legislator si subet ac si sint eiusdem naturæ eiusdemque simul substantiæ, cōncipi & appellari.

In nostra enim substantia aperte cernitur quantitas, & qualitas, & quod est ad aliquid relatum: Et si quis per hæc [naturam nostram] in principia incommunicabilia simul diuiserit. Atque hoc quidem absurdum dogma copiosam nobis præbuit materiam refutandi. Enimvero nec ita quidem didicit tacere contentiosus licigator. Docent enim nonnulli ex substantia & proprietatis copulatione constare personam; Quæ sententia manifestè asserit [in D e o] compositionem. At vbi erit illud simplex & ab omni cōcretionē matæ liberum in sanctæ Trinitatis Deitate? Quin & Basilius M. huius sententia auctorem laudant; cum [interim] nolint capere, à sapientē illo viro neque definitam esse nec descriptam hypostasin, quando copulationis nomen vsurpauit, sed cum veller reprimere Anomium, (qui ingenitum & essentiam confundere, & differentiam inter genitum & ingenitum ad rationem substantiæ transfere contendebat, vt non solum differentes, sed etiam contrarias ponat in Patre & Filio substantias) propterea disponens sermones suos in iudicio Basilius, in disputationis certamine cum Anomio, proprium cōponit cum communi inconfusa nobis & distincta viā ad capiendam veritatem demonstrata. Non potest enim humana mens simplici & vnico conceptus impetū, simul illud vnicū ac simplex [in diuinitate] & triplicem personarum numerū capere; propterea, vt magister docet; per proprietatum adiectionem, distinctum in nobis format personarum conceptum. Methodus sanè succurrit imbecillitati; efficitque vt quod intelligi prius non poterat; facile intelligatur. Nullo modo ergo [D. Basilius] Deitatis simplicitatem, aut personam

Vide D. Thoma 1. 2. q. 40. a. 1.

Sequitur enim proprietatem esse incarnationem, si idem est hypostasis & proprietas.

Idem est idem, si proprietates & proprietas sunt appropriatio seu communicatio proprietatum seu proprium.

Concilium Nanzianum.

quamcumque diuinitatis compositam voluit. Hinc adiecit, impossibile esse proprium & singularem de Patre aut filio sine proprietatum, quibus intelligendi facultas distinguitur, adiectione, formare conceptum. Et quod antea vocarat compositionem, id nunc appellauit adiectionem, vt id quod dixerat, magis declararet. Modi ergo seu tropi, ad indicandam proprietatem, ab illo in docendo adhibiti, simplicitatis rationem non euertunt, alioqui omnia quæ de Deo dicuntur, Deum nobis compositum probant.

His explicatis, egregius Eulogius aliam quæstionem proponit. Enimvero, inquit, quando contendunt proprium cum communi esse coniunctum, aut mentiuntur, cum hoc faciunt, aut verè affirmant, si mentiuntur, quorum verba proferimus, quorum subiectum argumentum non capias? Si verè affirmât, sequetur Trinitatis personam ad quam, vocem referimus, esse aliquid compositum. Atque hæc quidem est proposita quæstio.

Respondet ad hanc ex agredictis. Cum enim, inquit, humana mens ob [natura] imbecillitatem, EN T I S rationem non possit assequi: verbis aliquo modo compositis vt, & proprium cum communi copulare cogitur. Eo quod [esse diuinum] simpliciter & secundum se [prout à parte rei est] explicare non possit. Quod si fieri posset, vt simplex illud, simplici voce, non minus quam compositione verborum, sufficienter exprimeretur, mens [nostra] nequaquã [compositis] abuteretur. Sed vocum imperfectio incomprehensibile non comprehendit [aut assequitur.] Enimvero magister ipse qui coniunctis verbis vsus erat, postea frequenter alibi Deum omni ex parte simplicem & sine vlla compositione esse prædicauit, qui tantum non clamaret, coniunctionem verborum & compositionem in defectus locum adhiberi, qua ad veritatis cognitionem deducamur. Numquam autem id sibi sumere, vt simplicitatem nature & ab omni concretionem liberam redigat ad compositionem aut duplicitatem: inexplicabili enim & incomprehensa ratione [Deus] cum vnus sit, trinus tamen cognitus, partim quidem secundum incomprehensam & quæ nostram facultatem intelligendi superet rationem consideratur, partim qua à nobis intelligi & comprehendi potest. Atque ita hanc quæstionem visus est expedisse. Quod si cui nihilominus dicendum videtur, quæstionem adhuc in ijs, quæ à principio dicta sunt, hæreticæ; addat ille superiori causæ, quod etiam tum cum Deum inexplicabilem affirmamus, id non nisi verbis enunciemus, sicut & quod supra intelligitiam est nostram, adumbramus per intellectum; quod æternum, per temporum rationes motusque, explicamus; quod continuum & immobile, per mobiles & discretas imagines animi representamus. Vt si quis ea quæ nobis in diuina natura contemplanda occupatis accidunt, vna cum re ipsa cogere tur intueri [& conferre] rem sus de que sit acturus, & quod caput est, ipse seipsum in inextricabili difficultatum barathrum præcipitatus.

Sanctus Eulogius porro ex proposita dubitatione, aliam quæstionem nascentem explicat. Si enim inquit, neque proprietatis est hypostasis, neque essentia & proprietatis coniunctio, quid erit aliud? Et soluitur quæstio cum dicitur nos ab Ecclesia didicimus vt. vnam personam ex Trinitate appellemus hypostasin. Quid verò est hypostasis? Si de rebus creatis sit quæstio, facile erit respondere, eò quod in his errare, & scopum non attingere non sit adeo grauis noxa. Si autem de simplici & beata natura, nihil extra diuinorum patrum traditiones & decreta, tuto responderi potest. Fas tamen est cum scriptura dicere, quod hypostasis Filij sit imago Dei inuisibilis, quæ totum in seipsa Patrem refert. Quod si etiam eandem patris esse sapientiam, aut Verbum, aut virtutem patris dixerit, à diuinis literis non dissentiam. Et qui ex diuinis eloquijs de Patris & Spiritus S. personis similia affirmabit quærentibusque respondebit, is piè recteque affirmabit. Tu porro inferre poteris, explicans rationem hypostaseos Filij, Deum de Deo, ab æterno, incompatibili modo genitum; pariterque de Spiritu S. Deum de Deo ab æterno procedentem atque profluentem. Similique modo Patris hypostasin, verbo explicaturus, dices: Ex quo Deus Verbum genitum est, tali generationis processit, in quo ne per cogitationem quidem vlla seu diuisio, seu passio reperiri possit. Si vis autem Spiritum S. ad Patrem aliquo modo declarandum adhibere, dices: [Ex quo, inenarrabili, & incomprehensibili modo, coeternè procedit: Et si quid aliud huic scemodi dicere fas est, scripturâ diuinitus inspiratâ spiritualement nobis sapientiam propinante & studium nostræ voluntatis iuuante. Atque ne sic quidem explicata seu dicta, omni imaginatione humanâ, quæ nobis [perpetuo] coniunctionem obtrudit, carebunt. Sed non vtendo

vtendo voce compositionis & coniunctionis, nõ videtur auditorẽ perturbare aut offendere. Atq; in his ab eo etiã hæc præfens oratio absolvitur. Scribit verò idẽ vir sanctus ad Domitianũ Melitensem episcopum, asseritq; haud abs re esse vnam Dei naturam Verbi naturam profiteri incarnatam. Ille enim S. Eulogium non extra culpam affirmabat, quod illam vocem vsurpasset. Sed Eulogius cum ex præteritis sæpe orationibus, & rectè vocem intelligentibus nihil impietatis subesse ostendisset, docet eos qui dicunt vnam Verbi naturam incarnatam esse, non affirmare vnam naturam simpliciter ex amabus factâ naturis, ita vt coniunctæ inter se confundantur; sed illud potius velle, vnigenitum Patris Filium secundum hypostasin carni vnitum, qui idem Deus & homo est, quemadmodum & Theologo placet. Verbum inquit caro factum est, & habitauit in nobis. Hæc cum fuscè differuisset, & defendisset, eadem etiam Cyrillum docere affirmat. In quibus potissimum dicit; Si nos vna Verbi natura posita tacuissimus, nec addidissimus, incarnatam, [eam naturam] sed quasi extrinsecam poneremus & economiam seu dispensationem, esset illis probabilis causa si vellent quærere, vbi esset in humanitate perfectio, aut quomodo nostra subsisteret essentia? Sed quoniam in humanitate perfectio, & nostræ substantiæ declaratio per verbum, incarnatam, allata est, desinat arundine se fulcire. Duas ergo naturas hæc vox [incarnata] indiuisè constructas posuit, vt idem clamaret Cyrillus. Hinc sæpe vnam Verbi naturam videretur dicere incarnatam. Quod si vnam duraxat Christi naturam simpliciter profiteretur, nonne damnaretur? Quid autem sit natura humana, (vt idem alibi docuit,) aut caro intelligenti anima informata, vt vel propterea rursus vtendum; in vnionem conuenientium indiuisibiliter conseruetur? Patet ergo ex dictis, eos qui secundum Cyrillum orthodoxè [seu catholicè] docent vnam naturam Verbi incarnatam, non ad alium finem respicere, quam quemcumque alium, qui talem vocem [seu modum loquendi] ipsis proponit, quæ duas [nempe] in Christo Domino naturas penitus iunctas indiuisè asserit. Dum enim B. Cyrillus docet per ipsam incarnationem vtrumque in vnionem coeuentium indiuisibiliter conseruari, quis alius scopus seu finis ab eo spectaretur, quam qui duas in Salvatore Christo naturas indiuisè copulatas prædicat recipitque. Et hoc clarius in epistola altera ad Successum exponit. Cum enim explicasset in illa, quid sit hoc ipsum quod declarat; vnam naturam Verbi incarnatam; & docuisset, verum & naturalem esse [Dei] filium, quamuis secundum assumptam carnem non inanimam, sed intelligenti anima informatam, ex muliere prodierit homo; Cumque intulisset non propterea diuisum iri [Christum] in duas personas aut filios, sed ita quoque mansuram vnã; adiungit, quomodo non sine carne, nec extra corpus; sed sum ac proprium habeat corpus, secundum vnionem nempe indiuisum. Et in Epistola ad te, alijsque locis multis, eadem docere legitur. At Seueriani differentiam post concurrentium naturarum vnionem auersat, malitiosè & impiè primum quidem ponunt voces, quæ differentiam naturarum declarant; deinde verò cum illas ipsas, inuertunt, vnam Verbi naturam aiunt incarnatam. At non ita religio Catholica, sed addita hac voce, illico deinceps ostendit per hanc rursus saluati ex coniunctis alteram indiuisibili ratione vnitas, quæ pietas catholica, coarguit impios, dum ostendit vnam Verbi naturam incarnatam, nihil aliud esse, quam indiuisam secundum hypostasin vnionem, naturâ [utraque] integrâ & inconfusâ semper conseruatâ. Duas enim indiuisas naturas asserit, quasi duarum conuenientium naturarum differentiam: indicans: Et vnam Verbi naturam incarnatam, quasi ipsius Patris ante secula Verbum humanâ assumptâ naturâ incarnatum docens. Hæc & his similia, postquam pro vocis propositæ defensione dixit, ostenditque eadem à Synodo Chalcedonensi iudicari & prædicari, tum per aliam, tum ex ijs quibus Synodus S. Flauiani professionem fidei ipsius manu scriptam confirmauit, vindicat vocem [seu formulam] illam Ecclesiæ ab hæreseos suspitione; vindicatque seipsum à non sincera opinionone, quam illi Domitianus suspiciose obiecerat, quod existimaret vocem talem, non sincerè ex animo ab eo usurpari & proponi, sed dispensatione quadâ, vt per eam auditores nullo negotio ad vnitatem revocaret, causasque dissensionum ab Ecclesia catholica præcideret. Hæc & hoc genus alia cum percipisset (quæ & in superioribus libris exposuerat) & sese ardentem Chalcedonensis Synodi, atque S. Leonis papæ Epistolæ multis ac varijs scriptis propugnatorem exhibuisset; epistolâ finem imposuit. Scribit idẽ venerandus vir ad Christophorum quendam, quem ipse sanctissimum in inscriptione literarum appellat, rogatus ab eo vt ad quasdam ex sacris literis dubitationes respon-

• (Basilio.)

Deest vox λυγυρι
aut similia.

• 312

• In ipsa nitere.
vri intueri, hoc
est: Ad ipsum ef-
se seu diuinam
naturam nitere
retur transferre.
• Seu Patrem
sensillum &c.

Potentiam

Eulogius

2. Reg. 24. Vide sept. Interp.

2. Corint. 4. Luc. 16.

al. persuasit, induxit.

Exod. 12. Et 22. 2. Pet. 1. Ita legendum in Craso, non in quibus

Num. 32. 24.

Ephe. 3. Gal. 3.

Coloss. 1.

Hier. 6. super septuag. est. hinc ubi.

deret. Questiones potro hæ sunt: *Execit Deus David numerare populum*: Et infra: *Quis numeravit indignus est contra eum*. Respondet Eulogius, in diuinis literis, Deum quemadmodum & Dominum non solum verum Deum, sed etiam ipsius mali principem nominari. In hoc intellectu Paulus dixit: In quibus *Deus huius seculi excœcavit mentes infidelium*. Et Saluator, *Nemo potest duobus dominis seruire*. Hinc in primo Paralipomenon aperte dicit Dauidem à Satana incitatum fuisse vt numeraret populum: nisi quod nostrum exemplar cum eo quod à te missum est, non conuenit. Ita enim habet: *Et addidit furor Domini irasci contra Hierusalem, & commouit David in ipsis*: Et quæ sequuntur. Ita vt videatur is qui dicitur est in Paralipomenis diabolus, hic *ira Domini* appellari. Atqui siue sic [vt ego lego] siue vt tu scripsisti, se locus scripturæ habet, existimò tamen certam apertamque esse quæstionis solutionem. Quod ergo vox Dominus, & vox *Deus*, in sacra scripturâ æquiuoca sit, eademque (vt sæpe dictum est) in contrarium sensum accipiatur, explicatum est. Nihil tamen obstat, quo minus etiam aliud inde locum similem firmemus. Erenim in lege de Paschate celebrando larâ [postquam dixit] vngendum sanguine superliminare & postes: *Vos*, inquit, *non aggrediemini vnusquisque ianuam suam vsque mane: Et transibit Dominus percutiens Aegyptios: Et videbit sanguinem in superliminari Et in vtroque poste, Et pertransibit Dominus ostium, & non sinet percussorem ingredi domus vestras ad percutiendum*. Clarum est alium esse Dominum, quem dicit transitarum ad percutiendos Aegyptios, & alium qui prohibeat ne ingrediatür percussor in domos Israelitarum & percutiat ipsos. Tale etiam est illud de Balaam dictum. Dicit enim scriptura permisisse quidem illi Deum vt iret ad eos qui illum vocabant; iratum verò Deum quod proficisceretur ad illos. Et hic alium insinuari ait Deum qui illum moneat vt proficiscatur, & alium qui ira commoueat in illum. Neque enim irascebatur illi, quod mandatum exequeretur, qui id præceperat, sed vel imperantem non oportebat irasci, aut si irasceretur ob ipsius discessum, non oportebat imperare. Ergo Eulogius quæstionem per homonymiam [seu æquiuocationem declaratam] videtur soluere. Sed mihi videtur à Theodoro alijque SS. patribus dubitationis quæstio melius esse soluta. Dicit verò, Dauidem in numerando populo peccante, populum de die se peccans, non quod ille numerando peccarit, sed parricidæ Absoloni bellum patri inferre suspensas tulerit populus, & seditione eadem abreptus prætulit illum qui ex sua ambitione seu superbia regnum rapuerat, illi qui à Deo in regem vñctus erat. Ergo soluta, vt videtur, prima quæstione, soluit & alteram, quæ ita habet. Quomodo intelligendum est quod Apostolus alibi dicit: *Christum habitare in cordibus nostris*; alibi verò: *Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis*, cum magnū sit discrimen inter tabernaculum & indumentum. Vestis enim summam tantum cutem tangit, tabernaculum verò forum recipit. Affirmat enim distincta ratione eundem esse regem & pastorem; Regem quidem hominum; pastorem vero brutum appellauit, ad varium vsum eorum, qui beneficijs ab eo afficiuntur. Neque enim quisquæ rectè dicatur rex animantium, neque pastor hominum: Ita præsentem quoque locum licet interpretari; *Habitat enim*, vt ipse S. Paulus docet, *Sapientia Dei in iis quibus imperat, & qui in illorū adicari & superadificati sunt*; Induit autem Christum qui illum postea rursus exuere potest. Quapropter merito de dedicatis in eo dicitur illum habitare in eis. Alijs autem ob inexplicabilem elementiam luam indumentum fit; quibus regumentum præbet; ne ab Aquilone vento aspero frigidusque, qui pestilentem & exitiabilem animabus afflat auram, conuersi ad Christum percant, *a facie enim Aquilonis exardescunt mala*. Hic igitur duabus quæstionibus solutis epistolam hanc cum votorum comprecatione finit.

Idem adhuc Eulogius in libro seu argumento nono declarauit, ea quibus vitæ solitariæ laus continetur, & quid sit monachus describit, atque rationem eius viuendi exponit. Hortatur vitæ monasticæ cultores, vt ad professionis præscriptam vitam instituant, & se ad solitariam vitam & Ecclesiæ vnitatem conforment. Erant autem, quos illius admōitio respicit, ex factioe & secta Seueriana, vt nō est obscurum; quibus, quo modo [hæreticorum ipsorum maiorum] sententiæ cum ipsis auditoribus & cum alijs eiusdem sectæ pugnent, hæc vsquam quicquæ stabile & solidum habeant, aperiens declaransque, ex illorum absurditate, si ad Ecclesiæ vniōnem respiciant ostendit. Hos enim producit, vt afferentes differentias post vniōnem seruari, vt Seuerum illos antem vt negantes seruari: vt Timotheum, cum in alijs ipsius scriptis, tum in ijs quibus S. Leonem oppugnat.

462

463

oppugnat. Ipse verò non solum dicit non seruari differentias, sed etiam impietatis reos peragat illos quicumque differentias post vniōnem seruari docent. Sed Seuerus rursus dum docet differentias seruari, res tamen, quibus differentia cognoscitur, negat seruari. Nec constanter hoc vbiq. docet: inconstans enim, & Vertumnus aliquis aut Proteus est in fide, etenim in quibusdam libris constitur ipsas etiam res seruari. Adeo non solum inter se ipsi, sed neque sibi ipse quisquam constans dogma Babylonicum nempe & à vera pietate alienum eudunt: Hinc [sumta occasione] hortatus dissidentes, vt in Ecclesiæ sententiâ descendant, cursim narrat à Marciano Chalcedonensem Synodum edidit: Quam Leonem, Marciano mortuo, fuisse & cum summæ rerum præfuisse: Aegyptios concilium euertere conatos orbem totum tum multibus implese, impiè sic etq. tumores sparsisse, Cyrillum à Synodo damnatum, Nestorium receptum fuisse. Quorum [inquit] insanum furorem reprimens Leo Decreta concilij Chalcedonenis Actaque cum encyclicis seu circularibus mandatis per totum orbem misit, singulisque Episcopis & presbyteris, nec non ijs qui in religiosa & monastica vita celebres habebantur præcepit, vt sententiam suam scripto profiterentur. Quod Episcopi, numero mille sexcenti, promtè sanè executi sunt, nemine qui aliter sentiret deprehensio præter Amphilochem Siciliæ pontificem, qui tamen & ipse paulo post concilij sententiæ subscripsit consentitque. A quibus stetit & Simeon qui in columna cœlitum vitam æmulabatur, & Bardasus, alijque eandem viuendi rationem secuti. His oratione decursis, cum Seuerum anathemate proscriptum dixisset, disputationem sine concludit.

Sequens oratio eandem præfert inscriptionem, & adhortationem ad eos continet, qui ab Ecclesiâ dissidebant, qua monet, vt suas inter se pugnas, suorumque dissensionis hæreticorum, cum Ecclesiæ recto consensu respiciant componantque. Ostendit præterea vnde factum sit, vt opinatio hæretica in infinitas quasi sectas & sententiâ distracta & diuisa sit. Interrogans enim [hæresis] Ecclesiæ filios an, quemadmodum duas [in Christo] naturas asserunt, asserant similiter & duas personas? Et cum respondere vnam esse in Christo hypostasin: quærit an etiam asserat vnam naturam? Sed nihil horum hætenus vnquam quæ hæresis quæstuit, ab [Ecclesiæ filijs] audiuit. Vicissim autem & ab Ecclesiâ interrogatur hæresis, cur id quærat? an quod existimet naturam & personam esse idem, & propterea putet eos qui asserant duas naturas, etiam asserere duas personas? Aut contra, qui vnam profiteantur personam, etiam vnam profiteri naturam censet?

464

Catholici hæc. Nam natura, nec duas in Christo personæ admittunt.

Hinc nato contentionis initio, bellum illud hæreticorum inter se digladiantium multiplex & triplicabile exitit: idemne sit natura & hypostasis. Etenim eum dicimus vnam in Trinitate naturam esse, necessario dicendum erit, vnam quoque esse hypostasin. Aut si tres hypostases; natura quoque in tres erit partienda naturas. Hinc committenti sunt aliud esse naturam, & aliud essentiam. Naturam rursus diuiserunt in generalem & singularem naturas. Et cum ad Sergium scribit: Seuerus vnam, inquit, essentiam Christum esse, volumus dicere, ne concurrentium differentiam auferamus. Nam vel vna semel nata essentia aut etiam qualitate, quomodo mansit naturarum, ex quibus vnus existit Christus, secundum essentiam differentia? Si enim vna qualitas est & essentia, frustra deinceps ponit differentiam. Et sanè, quibus fundamentis nixus vnam asserere essentiam Seuerus reëusat, iisdem vel inuitis negare cogitur vnam esse in Christo naturam.

Nonnulli potro ex impudentioribus, naturam, personam, essentiam idem esse admittentes, non horruerunt affirmare etiam in S. Trinitate tres esse essentias, vnde & tres Deos & tres Deitates, etsi non verbo, mente tamen docent. Et hi quidem damnantur veluti tres essentias in Trinitate prodigiosè eudentes: Hi verò quod non proprie Deum patrem aut Filium, aut Spiritum S. dici censent. Isti verò fortasse sint, qui tantum figuratas seu figuratiuas proprietates putant esse hypostases. Ita in multis sententijs & errores alios illorum dissecta secta progressa est; quemadmodum & de differentia concurrentium in Christo naturarum. Alijs enim nugatoribus visum est petire differentiam post vniōnem naturarum: alijs seruari differentiam iudicatum; qui & ipsi bifariam diuisi sunt. Nam qui differentiam manere volunt; nolunt tamen ea manere per quæ existit differentia. Alij vero & illa manere, cogente necessaria consequentia, sæpe condescendentes (alia hæc est insania atque amentia) duas tamen naturas appellare penitus abierunt.

Marcianus imperator. Leo imperator.

tantur. Vox enim D. v. o inquit, per partes & per se res diferentes ostendit. His breviter disputatis, longa exhortatione hunc quoque librum finit.

Aliam orationem componit contra Agnoitas siue Ignorantes. Monachos autem quosdam ait ex Palaestina solitudine excitate [prauum] dogma, qui Domino nostro IESV Christo ignorantiam, ex ijs quae ipse dixit, assignate copati sunt. *Vbi posuisti Lazarum* [inquit Dominus] *Et: Nemo novit illum, aut diem illum, neque filium hominis.* Atque item ex alijs hoc genus verbis, Sanctus autem Eulogius iste, Christum IESV M. 461 Dominum nostrum, neque secundum humanitatem quidem, multo minus verò secundum divinitatem ignorasse sepulchrum Lazari, neque etiam illum ultimum diem contendit. Neque enim humanitas Christi in vnam inaccessibilis & substantialis sapientiae hypostasin admittit quicquam velut rerum praesentium, ita futurarum poterit ignorare: neque falsum esse potest quod dixit: *Omnia quaecumque habet pater, mea sunt.* An ergo & Patri, nihil non audentes, ignorantiam ascribent. Enimvero hoc quod dixit Salvator: *Vbi posuisti Lazarum* ed dixisse ait, ut id praesentes Iudaei scirent, illorumque memoriam firmaret. Imo non hoc solum, sed & alia quaedam id genus fessile affirmat. *Ve illud: Soluite eum, & finite abire* ut ex ijs quae speciatim viderant, & quae audierant, fidem oculorum testatam & indubitam [Iudaeis] faceret; memoria vero illorum factum nunquam obliterandum insingeretur. Docet etiam alia de Christo dicta per figuram, alia secundum rei veritatem figurate dicitur illum pro nobis peccatum & maledictum factum esse, neque enim fuit quicquam horum. Sed veluti sibi caput vendicavit ea quae sunt reliqui corporis, ita Christus ea quae corporis sunt sibi assignat. Secundum rei veritatem autem dicitur homo factus, & esurisse, & sitiisse, & hoc genus similia. Quod si ergo quis velit dicere, eum figurate & anaphoricè aliquid ignorare, eo quod corpus non sit extra ignorantiam; aut humana vox cuius ipse caput est; is non absurde loquetur, neque inrerim Patris sapientiam ignorasse aliquid docebit. Sed si illa verba: *Vbi posuisti eum*, ad Christi ipsius, imperiti homines, referunt ignorantiam, quomodo non eandem ignorantiam in Patrem rejicient; quando interrogat & dicit ad Adamum: *Vbi es?* Et ad fratricidam: *Vbi es? Abel frater tuus?* Et: *Clamor Sodomorum & Gomorraeorum multiplicatus est & peccata eorum magna valde descendam ergo. & videbo virum clamorem suum* [qui venit ad me] *operere compleverint noc ne, vs sciam.* Interrogat & IESVS daemionem: *Quid tibi nomen est?* Et illud responderet. *Legio mibi nomen est, quia multi sumus.* Quia & coccos interrogat: *Quid vultis faciam vobis.* Et quomodo non patet, haec non ex ignorantia quaerit? Sed à Daemionibus quidem quaerit, quanta sit obsidientium multitudo, ut discipulis ostendat se iam multis esse superiorem, & fidem firmet; animosque addit calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem vitentem in micri. Cecos autem interrogat, ut petitionem ab illis eliciat. Quatum. n. beneficium ex petitione accipimus, tantum afficitur ad beneficium [agnitum &] acceptum. Illud autem quod de extremo iudicii die dictum, quod illum nemo norit, neque angeli, neque Filius, nisi solus pater; id quidam ob eam rationem dictum existimant, ut discipuli arbitrati quotidie diem ultimum imminere semper vigilarent. Sed nihil obstat quo minus & hoc figurate dictum interpretemur: quemadmodum & illud: *Tu scis insipientiam meam.* Et illud. *Deus Deus meum ut quid me dereliquisti?* Sunt qui censent illum dixisse quod ignoraret ultimum diem, ut humanae naturae signum proprium quod illi inest, declararet & ostenderet; non quod ipse ignoraret: Absit quod ipse ignorarit.] Quicumque enim vel divinitati ipsius, vel humanitati ignorantiam adscribet, numquam certissima temeritatis crimen effugiet. Sed cum, ut B. Cyrillus docet, subtili mentis conceptu & animi imaginibus per contemplationem, rem a re diuidimus; tum videmus propriae naturae virtusque, ut in se est, notas & proprietates. Aut ut Gregorius Theologus tradit, quando naturae ratione distinguuntur, etiam nomina naturarum simul diuiduntur. Sed nude puraeque humanitatis signum proprium est ignorantia. Hac ratione ergo Christi humanitati, ut simpliciter & pure humanitatis naturae considerata [praecisè secundum ea quae à se ipsa habet] adscribi poterit ignorantia. Et hoc est quod Theologus explicavit, quando dixit: *Scit quidem ut Deus; nescit verò ut homo.* Quibus dictis addit: *Quod si qui ex Patribus ignorantiam in Salvatore ex parte humanitatis admiserunt, id tamen non ut dogma sapierunt, sed Arianorum insaniam repressuri (qui omnia quae in Christo erant humana, ad vniuersi divinitatem transtulerunt, ut in creatum Dei verbum creaturam ostenderet) rectius*

Ioh. 11. Marc. 13.

Ioh. 16.

1 Cor. 13.

Nos membra & vana maledictum.

Gen. 3. Gen. 4. Gen. 18.

Mat. 5. Matth. 20.

Luc. 10.

Psalm. 68. Psalm. 21.

rectius haec de humanitate dici posse existimarunt, quam humana ab illis [Arianis] ad divinitatem trahi. Et si forte qui dixerit, etiam patres figurate seu anaphoricè locutos esse, religiosus videbitur iudicasse. His expositis, dicendi finem facit.

Liber postremus orationem continet, cui titulus: *DECRETVM IN SAMARITANOS* editum. Argumentum orationis huiusmodi. Plebs Samaritana in contrarias diuisa factiones, inter se diffidebat, & peregrinis se opinionibus propugnabat. Alij. n. Iesum Naue eum esse censuerunt, de quo Moyses dixit, *Propheta vobis excutabit Dominus Deus ex fratrib. vestris, ut me.* Alij. reiecta hac sententià, Dosthen quendam nomine, siue Dositheum praedixerunt Samaritanum etiam gente, aequalè Simoni mago. Et hunc illum esse à Moysè praedictum, porrenrosè cõmentati, ab ipsius nomine Dostheni cognominati sunt. Hic in diuinos Dei Prophetas maledicus, potissimum tamen in Iudaeum de XII. Patriarchis contumeliosus, nihil reueritus immensas de illo in voluminibus Moisaicis praescriptas laudes. His ergo Prophetis omnibus explosis exhibilatisque ipse sibi omnia & vaticinia, & reliquam diuinitatem arrogavit. O ceterum spuris scriptis & omni genere mixtis corruptelulis adulteravit, aliosque libros stulticia & portentis plenos, diuinisq; legibus contrarios confarcinavit, suisque affectibus reliquit. Resurrectionem quoque negavit. Haec ergo factiones ita in dissidentes, contrarias & impias sectas & opiniones dissectae fuerant. Vtraque porro factio libellos pro sua sententia, & contra aduersariam partem, suum quaeque Prophetam alteri praefereudo, porrexit. S. Eulogius cum Synodo frequentissima, pontificibus plena insignibus atque illustribus dignitate viris, iudex his praesedit. Marcellianus susceptum imperium Romanum septimum iam annum administrabat. B. Eulogius discussis quae ab vtraque parte adferbantur, & vtraque erroris à veritate procul remoti conuicta, illum à Prophetis praedictum Messiam, ex scripturis sacris docuit esse Dominum nostrum IESVM Christum verum Deum: illos vero grauissimo errore laborasse; hos quidem quod IESVM Naue illum Prophetam praenunciatum fingerent; illos verò quod Dosthen siue Dositheum impium portentosè comminiscerentur. Atque ita concilium soluit. Sed argumentum, & decretum cum Eulogio perijt; tertius liber superstes in nostras manus peruenit. In hoc auctor RE SVRRECTIONEM ex Moysi tabulis testatam facere conuictus haec disputat. Quod nisi verissima esset de resurrectione sententia, quomodo diceret ad Abrahamum Deus: *Tu autem ibis ad patres tuos cum pace, sepultus in senectute bona.* Quomodo enim abiret, & ad quos abiret, si ille nullus amplius futurus erat, & non essent ij amplius ad quos abiturus erat. Et quomodo rursum paulo infra de illo diuinum ait eloquium: *Et deficiens mortuus est Abraham in senectute bona, propeque aetatis, & plenus dierum, congregatusque est ad populum suum.* Quanam congregatio sit ad id, quod non est? Et quomodo id quod est, addi potest ijs quae non sunt. Quid porro de Iacob dicit? *Congregati sunt omnes filii & filiae, ut lenirent dolorem Patria, noluit consolationem accipere, sed ait: Descendam ad filium meum lugens in infernum.* Quomodo intelligitur descensus eius qui non existit? & quomodo descendit ad filium, qui, ex deliramento execrati Dosithei, nullus usquam esse potest. Rursum Iacob quando benedicit filijs, ait: *Ego congregor ad populum meum.* Si nouerat suam naturam [seu essentiam] vna cum praesenti vita finitum iri; quomodo dixit qui mortuus, nusquam amplius fuit, se ad populum suum qui nusquam erat, congregari? Aduerte sis, quid ipse Dominus & DEVS vniuersorum dicit ad Moysen, quando illum in extremum. .: Nebo, deduxit, & ostendit illiteram quam daturus erat in hereditatem Israel. Addit enim & videbis eam: Deinde, *Et apponeris ad populum tuum & tu, sicut appositus est Aaron frater tuus.* Illud autem quos non moueat, DEO ipso clamante affirmanteque. *Ego sum DEVS Abraham, & DEVS Isaac & DEVS Iacob.* Ecquomodo erit DEVS, DEVS, DEVS verus eorum qui nusquam futuri sunt, sed in nihilum redacti? Ecurr paradysum ad Orientem plantauit in terra Edem, in quo hominem, quem formarat, posuit, si illum statim quidem peccatum norat, & è paradiso in exilium eiectum iri, neminem verò postea ex hominibus in illo habitaturum? Etenim si omnes, siue qui piam siue impiam hanc vitam exegerunt, decurso vitae praesentis stadio in nihilum recidunt, nec quisquam manet, qui paradysum ut haeres occupet, diuinisque gaudijs in illo perfruatur, quomodo non haec ingrata aduersus DEVM, & impia opinio,

Iosua.

467

Gen. 15.

Gen. 25.

Gen. 37.

Gen. 49.

Deut. 32. Nabuo.

768

opinio, frustra creatum ostendit, & per hanc in illum iniuriam, ipsum communem re-
rum effectorem Deum contumeliosè perstringit, quando illum ea fecisse infimulat, quæ
nec mediocriter prudens unquam faceret: Sic impiam Doctri dei de resurrectione sen-
tentiam ex sacra scriptura refutans, ostendit mundum corrupti, quem ille incorrupti-
bilem, animam verò corruptibilem monstròse fingebat: Angelorum naturam à Deo fa-
ctam, quam insanus ille, inter ea quæ nusquam existunt, ponebat: Dæmonum quoque
genus factum esse, & manere; Doctri dei vero idola seu simulacra dæmonas esse dicti-
tabant, aliud genus dæmoniorum nullum agnoscebant: eo insanie illum esse progres-
sum ostendit.

In hoc [porro] libro quæstionem addit, cur, cum multa essent animalia inter mun-
da numerata, quinque tantum sacrificata fuerint, & ab antiquis [Iudæis] ad rem diuinam
adhibita; hircus nempe, & aries, & bos [urtur, & columba? Respondet, antiqua figuram
esse, & pleraque ad ænigmatum cognitionem referri. Quinque autem ex mundis sacri-
ficari ait, quod per illa quinque sensus nostros pari numero voluerit insinuare: His enim
purificatos seu mundos nos adiungere Verbo vult legislator & decernit.

Atque hæc quidem [ex orationibus Eulogij excerpta sunt.

SOPHRONI HIEROSOLYMITÆ SYNO-
dica Epistola.

CCXXXI.

LEgit epistolam Synodicam Sophronij Patriarchæ Hierosolymitani, Honorio Ro-
mano Imperatori missam. Hæc epistola plena est pietate, nouis passim verbis, vt equi
pallus saltibus gaudens, nisi quod rectam opinionem diligenter examinet, & sacrorum
dogmatum non fortuitam esse cognitionem ostendat. In hac epistola inuenias Magnam
cum Apollinario excommunicatum & Theodoretum ab Ecclesia non admissum, *ubi*
vbi Cyrillum damnauit, prauum & malum asseruerit. Sed & quod alius sit Origenes anti-
quus, alius qui post illum vocatus Adamantius, quodque cum alijs hæreticis condemneret
Iacobus Syrus, à quo hæreticorum Acephalorum secta nomen traxit. Rogat autem
hæc epistola si quid præremissum sit eorum quæ dici debuerant Honorium Rom. Im-
peratorem, vt. *qui possit eam impleret & corrigeret.* Habitarum autem se magnam gra-
tiam, si voto non frustratus fuerit, & nunquã beneficij immemorem fore. Hæc eadem in
hac oratione Synodica S. Sophronij epistola tradita. In hoc volumine continebantur tes-
timonia sanctorum variorum Patrum, qui ante quatuor Synodum fuerunt, & qui post
illam floruerunt, & post nati sunt. *Quæ testimonia duplicem in Christo Deo nostro o-
perationem prædicarunt, quarum principes & præcipui erant, Leo veteris Romæ Pon-
tifex, & quarta illa œcumenica Synodus, Petrus sanctissimus Myrorum Episcopus, Gen-
nadius Constantinopolis, & Photicæ Diadochus, & Euphræmius Antiochiæ Præsul,*
qui etiam contra Acephalos in multis libris strenuè certauit. Et Dionysius copiosus qui-
dem verbis, copioso ramentum speculatione, discipulus S. Pauli, Christi martyr, Atheni-
ensium Episcopus, & Iustinus Martyrij sanguine philosophiam, confirmans, & strenuus
Athanasius Alexandriæ præsul, & Gregorius Theologiæ arcæ vas, & decus Ecclesiæ
Basilii, & verborum flumen Nysenus, & fortis athleta Cyrillus, & in Dei sententia li-
berè confitenda in fractus Ambrosius Mediolani antistes, & aureus ore & lingua Ioan-
nes Constantinopoleos Episcopus, & Seuerianus Gabalorum, & S. Theodorus qui An-
cyræ præfuit, & Ioannes Constantinopolitano genere & cognomine Cappadox, homo
vere virtutis domiciliu, & B. Eulogius Episcopus Alexandriæ, qui multis verbis Acepha-
lorum sententiam refellit, & B. Ioannes Antistes Scythopolitanus, qui doctè & piè de
Synodo Chalcedonensi scripsit, & Heraclianus Episcopus Chalcedonensis, qui cum Ma-
nichæis maximè certamen iniit, & Leontius solitaria & monasticam vitam ducens, & B.
Anastasius Theopolitanus, & Symeonius monachus & presbyter. *Testimonium vero quod
sanctum agnoscit ex epistola eius ad Iustinianu Imperatorem, quæ etiam contra Nestoria-
nos & Eutychianos digladiatur, depromptum est. Ipse vero Iustinianus pius Imperator
in his quæ ad Zoilum Patriarcham Alexandrinum scripsit, hæc epistolam Theaurum
nominauit, etiam profecto Constantinus quidam dignitate quæstoris (nam ipse quoque
contra impium Theodosium scripsit,) vnde testimonia de duabus in Christo operatio-
nibus*

Origenes dicit.

Dionysius Arce-
pagita.

470 nibus describuntur. Ad hos omnes accedit Theophilus vnus è pijs & doctis, qui in scri-
ptis suis cum Seuero plurimum pugnat, quem odiosus & contentiosus sectarius libra-
rium ipse pessimus scriptor per contumeliã nominat. *Hæc quidem testimonia quæ liber
hic continebat è sanctis illis prius nominatis partib. deprompta sunt.* Vtilia verò essent ad
reprehendendum eos qui vnam tantum in Christo operationem asserunt. Continebatur
etiam testimonium in supra dictis quoddam è libro quodam sine inscriptione positum.
Liber vero vnde testimonium erat petium Seuerum his orationibus reprehensum clare
demonstrabat.....

STEPHANI GOBARI TRITHEITÆ LIBER. CCXXXII.

LEgit librum Stephani Tritheitæ cognomine Gobari. Opus magni videbatur labo-
ris, fructum verò non æqualem operæ tulit. Laudis, n. studium magis quam magnam
utilitatem præ se fert. Ipsa capita, quæ tractat, quæque in communibus & Ecclesiasticis
quæstionibus reperiuntur, minimum quinquaginta duo erant, paucis his adiectis particularibus.
Hæc duplices Sententias includunt, & non solum duplices, sed etiam repugnantes: Sen-
tentias vero has non argumentis, nec verbis S. Scripturæ confirmant: sed testimonio tan-
tum, vt scriptor putauit, variorum Patrum, quorum alia sententiam Ecclesiæ, alia contra-
riam continebant. Contrariam quidem, antiqua testimonia, & antiquorum hominum
non multum de certa sententia laborantium asseruerunt, quarum aliqua non amplexi sunt, sed
tamen ei qui hæc collegit amplecti visi sunt: Ecclesiasticam vero opinionem, confirmant
testimonia vitorum qui verè senserunt. Hæc autem sunt capita, de quibus per testimonia
duplex, & contraria sententia proponitur.

Proprietas, & figura, & forma hypostasis est, sed non coniunctio substantiæ, & pro-
prietas, nec per se subsistens.

Hoc primum nonnulla testimonia confirmarunt, deinde rursum postea contrarium
alia, hoc est, formam & proprietatem, & characterem hypostasin non esse, sed hypostasios
figuram. Et in alijs capitibus, ne in singulis eadem reperere cogamur, testimonia diuersa
contrariam asserentia, videntur vtrunque prolatum confirmare.

Iohannes Baptista Octobri mense conceptus est, cuius contrarium, non in hoc, 2
sed Nouembri.

Deipara Domini conceptionis in mense novorum Annunciationem accepit, ni-
mirum Aprilis, quæ Hebræi Nisam dicunt, peperit vero Dominum nostrum IESUM Christum
mensibus nouem evolutis, hoc est, quinto Ianuario, media nocte, quæ est octavo Idus
Ianuarias: huic opinio contraria, non in illo mense, quem diximus, sed 2. Marij Annun-
ciatione accepisse, & peperisse Saluatorem non quinto Ianuarij, sed octavo Cal. Ianuar.

In resurrectione idem omnino corpus quo nunc induimur, assumemus, nullam
mutationem in incorruptibile assumentes, & è contrario, non corruptibile hoc idem
nos corpus assumemus.

Eadem forma resurgetur, & non eadem, sed alia.

Qua ætate quis mortuus est, eadem resurget, contrarium: non ætate, sed pueri in 3
perfecta statura resurgent, & non simul omnes, sed diuisim.

Tenue, ætherium, ætherium, & spirituale tempore resurrectionis corpus assume- 7
mus, & non hoc, sed tertium, densum, & solidum.

Deitatem humana esse forma, & animatã, & illud, ad imaginem corpoream figu- 8
ram ostendere, quæ & homo ad imitationem archetypi conditus est. Angelos habere
corpora eiusdem figuræ, quæ sunt hominum, & è diuina substantia animam humanam
prodijisse. Et his contraria. Deitatem non esse humana forma, nec omnino figuratam,
sed neque quidquam aliud prædictorum naturã esse. Similiter nec Angelos corporeos,
sed incorporeos esse, humanamque animam non esse è diuina substantia.

Aliud fuisse hominis corpus ante præuaticationem, quod splendidum vocant, & 9
aliud post transgressionem, carneum scilicet, vt nunc est, (& hoc sunt pellicæ tunice)
quod in resurrectione deponemus. & è contrario, pellicæ tunice non esse carnem no-
stram.

Primo resurgent Iusti, & cum ijs omnia animalia, & post mille annos viuent lau- 10
te, comedentes, bibentes, generantes, & post hæc vniuersalis fiet resurrectio. & è con-
trario.

* Pellicæ tunice
Interpres.

- 11. ratio, neq; Iustoru non pcedet resurrectio, post mille annos deliciae, neq; generatio erit. Post resurrectionem in paradiso iusti uiuent, & non in paradiso, sed in caelis, & paradisu non in caelo, nec in terra, nec in ijs quae interiecta sunt.
- 12. Super Hierusalem est paradisu, & in tertio caelo, & arbores in eo, sensu praeditae sunt, & intellectum habent, & rationem, & homo post praeparationem inde in terram delatus est. Deinde & contrarium. Paradisu non in tertio esse caelo, sed in terra.
- 13. Bona quae praeparata sunt iustis oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Ququam Hegesippus vir antiquus & Apostolicus, libro quinto Commentariorum haud scio an offensus dicit frustra haec dici, & eos qui haec dicunt in S. scripturas, & contra Christum dicentem, beati oculi vestri videntes, & aures vestrae haec audientes, & c. mentiri.
- 14. Damnati peccatores in punitione absoluntur a peccatis suis, & post mundationem absoluntur a poena. Ququam non omnes damnandi liberantur, & absoluntur, sed aliqui tantum, & hanc esse Ecclesiae sententiam, neminem e poena eripi.
- 15. Vri & non comburi, est incorruptibiliter corrumpi. Titus autem Episcopus Bostrorum contra Manichaeos scribens primo libro ait: Quomodo corruptio suimet corruptio. Semper enim aliud quid corrumpit, non seipsum. Si seipsum corrumpet, principium non habuisset: corrumpetur enim seipsum corrupens. Fieri enim non potest incorruptibilem corruptionem communi sensu percipi aliquando posse, & clarum est hunc S. virum in altero sensu dixisse impossibile esse corruptionem non corruptam. Et S. Ioannes secundum alterum sensum. Hic quidem incorruptibilem esse corruptionem dixit, pro perpetuo uiuentem, & semper existentem. Ille vero corruptionem incorruptibilem non esse, hoc est, non posse corruptionem impassibilitatem esse, & incorruptionem, & accidentium seruatricem [impassibilitatem] sed num vtraque sententia ita se habeat Gobarus auctor operis differentem sententiam non intelligens pugnantem quodammodo inter se tradidit conclusiones.
- 16. Futurum seculum octauum est, & contra, non octauum, sed nonum est.
- 17. Saluatoris nostri IESU Christi corpus tenue erat post resurrectionem, & agile, caeleste, leue, neque tangibile. Et ideo intravit clausis ianuis. Et tangibile & crassum corpus est aliud a tenui, & eo quod est diuersae figurae & diuersae substantiae. Huius contrarium est. Dominum nostrum IESUM Christum post resurrectionem, nec purum, nec subtile, nec agile corpus habuisse: magica vero arte, non ipsius corporis natura, ianuis clausis intraisse.
- 18. Christus non deposuit carnem post resurrectionem, sed vna cum carne in dextra sedet Patris; & e contrario, veniet iudicare viuos & mortuos, non carnem indutus, sed diuinum habens corpus.
- 19. Non veniet Dominus in carne in secundo aduentu, sed nuda diuinitate. Hoc vero Gobarus caput constituens, & testimonia adducens Titi Episcopi Bostroru milleque alia habens, quae adducere posset testantia, Dominum IESUM Christum in sola diuinitate venturum; omnia omisit, & nullius meminit, vbique praesultantem suam impietatem, quae in negando, carnis vnam naturam esse, impudens est, ostendens.
- 20. Corpus impassibile, inuulnerabile, & immortale, alterius est substantiae, & generationis, quam corpus nostrum: & mortalia in incorruptionem & immortalitatem transeuntia, mutationem substantiae admittunt.
- 21. Definitio vna quaeque perfecta manens, definitorum conseruat naturam: si quis vero ab illo aliquid sustulerit, eius addiderit: definitum dissoluitur. Haec duo igitur capita, quemadmodum & parua illa prius dicta, ex vna parte tantum, & non ex vtraque; oppositorum, testimonijs muniuntur.
- 22. Deus Verbum totus est in omni, & super omne, & totus est corpore, quod sibi hypostatice adiungit, & simpliciter diuinitatis substantia tum natura, cum virtute, & operatione omnia complet, & per singula creata communicando se ad vniuersum transit. Et non ita. Deus sua substantia est extra vniuersum, in omnibus vero suis est virtutibus.
- 23. Ante mundi creationem Deus Angelos creauit. Et non sic, sed primo die quod mundum fecit.
- 24. Angeli & Daemones corporibus vniuntur, & contra, neutri horum corporibus vniuntur.

Angeli.

- Angeli, & rationales animae, & omnes creaturae intelligibiles, natura ipsa, & secundum naturam incorruptibiles & immortales sunt. Et e contrario. Non natura, sed gratia sunt immortales: natura vero solus Deus.
- Angeli descendentes e caelo in terram, carnem habuerunt, & genitalia, & cum mulieribus commisit gigantes procreauerunt: & docuerunt illos artes & malas artes. Gigantes vero cu brutis conredientes, homines prodigiosos genuere, & daemones tam virili quae muliebri specie. Illi Angeli puniuntur: vbi terram ignis editur atq; erumpit, & calida aqua. Animae peccatorum daemonia sunt. Et contra omnes angeli rebelles cum sine carne fuerint, non per se, sed vsi hominibus velut instrumentis congressi sunt cum feminis: at potius neque per se, neque hominibus vsi velut medijs; & non mutantur hominum animae in daemonia.
- Caelum rotundum est, neq; in orbem vertitur. Et non est rotundum, & in orbem vertitur.
- Hoc quod dictum: Spiritus Domini ferebatur super aquas, hic Spiritus sanctus fuit, & contra Spiritus sanctus non fuit, sed vnum e quatuor elementis.
- Dies Dominicus idem est, & octauus, & primus, & non sic.
- Animae hominum sunt corpora intelligibilia, & eadem figurae sunt, qua forma exterior corporis, & e contrario; In corporea est anima, & corporeis non subijcitur figuris.
- Animae hominum ante mundi constitutionem fuerunt, & e caelis in corpora transferunt, vt Moses, & Prophetae, Socrates, Plato, Ioannes Baptista, Apostolorumque animae, & ipsa eriam Christi. Et e contrario: non ante corpora in caelo erant hominum animae, sed in corporis ortu substiterunt. Ante fuit corpus, deinde anima: Vel potius, nec prius sunt, nec post sunt, sed simul existunt.
- Corpus Adami fecit Deus e terra, & non e terra, sed ex aqua & vento.
- Spiraculu quod Deus inspirauit in facie Adami temporarium fuit, nec vt aeternus spiritus; Et non temporarium fuit, sed animus immortalis.
- Temporariu spiraculum no fuit, neq; anima, sed mens, vt e tribus partibus homo constituitur me, anima, & corpore. & nihil dictorum fuit, inspiratu illud spiraculu, sed spiritus sanctus. Et non ipse fuit anima, neque mens appellatus; sed creans animam.
- Terra, aqua, & reliqua elementa mutantur in fructus, & plantas, & cibus in corpora & neruos, & reliqua membra corporis. Et e contrario. Terra non conuertitur in carnem & neruos, & plantas, & fructus, nec alimentum in corpus nostrum.
- Post mortem anima, neque corpus, neque sepulchrum excedit. Et e contrario, non manet cum corpore anima, neque in sepulcro. Hic mille testimonijs abundans Gobarus, Seueriani solum Galalorum antistitis, & Irenaei adhibuit.
- Omne generatum corruptibile est, & mortale, voluntate vero Dei manet insolubile & incorruptibile. Et e contrario natura corruptum, non potest incorruptibile esse voluntate Dei. Contraria enim docet sibi hoc asserens, & impossibilitatem Creatori assignat: ad hanc opinionem confirmandam testimonium adducit Iustini Martyris, e libro quo Gentium errores refutat, & contra Platonis argumentum dicentis.
- Cum facti estis, immortales non estis, neque omnino indissolubiles, neque igitur dissoluemini, nec moriemini morte, nacti legem, quae mea voluntate fortior est. Ipse quidem Martyr Platonem arguens sophisma ostendit Platonem creatorem inducere, quasi contra se ipsum loquatur & nullam consequentiam dictis adhibeat. vel enim necessesse est omne generatum corruptibile esse secundum priorem definitionem, vel cum dicendo omne generatum corruptibile esse mentiri. Gobarus gentile argumentum euerrens nititur ad Ecclesiae opinionem traducere. Haec igitur priora capita duobus, & contrarijs testimonijs, vt putauit, ad ornans, ad ea quae vnius partis tantum sunt descendit. Et primo quidem dicit, quod totius opusculi caput est trigesimum octauum, quomodo de Domini incarnatione beatus Eustathius Antiochenus antistes docuerit.
- Et vt B. Cyrillus Alexandrinus, & qua ratione hoc doctores Ecclesiae intellexerint: De die illo, vel hora nemo scit, neq; Angeli, neque filius, nisi Pater: & quomodo hoc Seuerus intellexerit. Haec capita vnius opinionis prosequens descendit, iterum ad ea quae duplices opinionis continent, & caput constituit.
- Dominus noster IESUS Christus lacte e B. Virgine nutritus est, & non lacte nutritus est.

- 43. Minimus in regno cœlorum maior est Ioanne Baptista, de se ipso dixit Saluator, & non de se ipso, sed de Ioanne Euangelista.
- 44. Dominus noster Iesus Christus tricesimo ætatis anno crucifixus est, & nõ tricesimo, sed tricesimo tertio. Et non tricesimo tertio, sed quadragesimo; & nec tricesimo tertio, nec etiam solum quadragesimo, sed amplius, non multum à quinquagesimo distans.
- 45. Eo tempore quo Iesus Christus tradidit Discipulis noui Testamenti mysterium, Pascha secundum leges comedit, & quod tunc non comederit pascha legale.
- 46. Aeneus serpens quem Moses in eremo erexit, typus fuit Christi, & non typus, sed antitypus.
- 47. Fuit Thomas, qui seruo summi sacerdotis auriculam amputauit; & non fuit Thomas, sed Petrus.
- 48. Tempore passionis Deitas è corpore Christi * discessit, & non discessit ab anima nec à corpore.
- 49. Saluator Lyrrum pro humano genere comprehenso proprium inimico sanguinem dedit, inimico hunc eligente. Et è contrario: Non inimico, sed Deo Patri hunc obtulit.
- 50. Gloriosus & admirabilis Christus resurrexit quam in monte transfiguratus est. Et resurgens non mutauit corpus in gloriam sibi debitam, sed tale monstrauit quale erat ante mortem. Et hoc quidem dicit Cyrillus, sed contrarium Dionysius Alexandrinus.
- 51. Duodecimo primi mensis Christum Maria in domo Simonis Leprosi vnguentum vnxit, & decimo tertio Christus sacram cenam Discipulis dedit, decimo quarto salutarem passionem subiit. Decimo quinto resurrexit à mortuis, & decimo sexto assumptus est. Vel non ita: sed decimo quarto sacram cenam manducauit, decimo quinto crucifixus est, decimo sexto resurrexit. Vel neque hoc, sed post triduum, & in Dominica facta est Resurrectio, & post quadraginta dies assumptus est.
- 52. A vespera quinta cum Dominus cenam Discipulis dedit, tunc corpus suum sacrificauit. Hactenus quidem de communibus doctrinis Ecclesie, & questionibus per omnia fere capita, diseruit plerunque per contraria testimonia alteram contradictionis partem confirmans, pauca vero vnus opinionis testimonijs confirmans. Hinc autem quedam capita particularia numero octo decim tractat. Vt, quales opiniones habuerit Seuerus de sanctis Ecclesie sacerdotibus? Et quomodo sentiat de ijs quæ dicta sunt à Cyrillo, & Ioanne in Epistola ad Thomam Germanicæ Episcopum. Et quod ea quæ dicta sunt de restauratione rerum à Gregorio Nysseno non probet, neque Papiam Episcopum Hieropolitanum, & Martyrem, nec S. Irenæum Lugdunensem, ubi dicunt regnum cœlorum esse fruitionem quandam ciborum sensibilium.
- 1. D. Basilus S. Dionysium Alexandrinum in locis non multis admittit, maxime ubi Arianorum hæresim confirmat. Defendit illum non vt impia sententem, sed quod nimio Sabellium oppugnandi studio verbotenus in contrariam deflexerit opinionem. Quin & de Spiritu sancto impia illum verba fundere.
- 2. Magnus Athanasius hunc Dionysium defendit. Dionysius, inquit, nunquam sentit cum Arianis, nec veritatem ignorauit, nec ab alijs Episcopis impietatis damnatus est, nec Arianas voces locutus est, tanquam docendo. Quin & Theodoretus eadem de hoc Dionysio habet.
- 3. Apponit adhæc testimonia, & quomodo Theophilus & cum eo tota Synodus erga B. Ioannem Chrysostrum affecta fuerit.
- 4. Qualem habuerit opinionem de B. Ioanne Chrysostrum Episcopo Constantinopolitano Cyrillus & Atticus.
- 5. Quid senserit S. Isidorus Pelusiota de Theophilo, & Cyrillo Alexandria Episcopis, & de Ioanne Chrysostrum, illos, odij erga Ioannem Chrysostrum, accusauit, hunc vero laudauit & coluit.
- 6. Seuerus impulsus, vt B. Isidorum reprehenderet, non inuenta causa aliqua, affingit illi quod cum Origine senserit, et si idem iterum per sese, à veritate superatus id reuocet.
- 7. Adhæc qualem opinionem habuerit Hippolytus & Epiphanius de Nicolaio è seprem Diaconis vno: & quod valide illum condemnent.
- 8. Diuinus Ignatius, & Clemens Stromateus, Eusebius Pamphili, Theodoretus
- 9. Gyr-

* Hippolytus, separatim fuit.

Papiam.

Isidorum Pelusiota.

* Theodoretus.

- Cyri episcopus Nicolaitarum damnat hæresim, sed ipsum Nicolaum talem fuisse negant. Hippolytus & Irenæus Epistolam Pauli ad Hebræos dicunt non esse illius. Clemens quidem, & Eusebius, aliorumque Patrum confessus hanc etiam alijs adnumtant, & aiunt hunc Clementem hanc ex Hebræo transtulisse.
- Originem, & Theognostum magnus ille Athanasius Alexandrinus in multis libris admittit. Et Titus Bostrorum, & Gregorius Theologus in epistolis eundem Philocalum nominat. Et Nyssenus laudabiliter eius mentionem facit, & Dionysius Alexandrinus ad hunc eundem scribit: & post mortem illius scribens ad Theoretum Cesarientem Episcopum laudat Origenem, atque Alexander Hierapolitanus ad Origenem scribens, verbis eum plurimum delinit.
- Theophilus & Epiphanius Origenem plurimum auersantur.
- Quid senserit B. Hippolytus de hæresi Montanistarum, & quid Gregorius Nyssenus. Hæc quidem particularia magis quam capita in his. Iterum vero in quid communis delabitur, & adfert testimonia.
- 478. Animam omnium mortuorum iuuatur maxime per preces, oblationes, & elemosynas pro se factas. Et è contrario non sic.
- Hactenus quidem reperimus Gobarum capitum suorum libellum confecisse.

GERMANI PATRIARCHÆ C. LIBER

CCXXXIII.

Apologeticus pro Gregorio Nysseno.

LEGERE librum auctore Germano, qui primum Cyzici ordinatus, post Constantinopolitanus Patriarcha fuit, qui liber inscribitur. *Retribuens & legitimus*: quod perinde est ac si dixeris: De vera & legitima retributione, quod rependatur hominibus pro vt vixerint. Et hæc quidem tituli inscriptio. Contendit vero Gregorium Nyssæ Episcopum eiusque scripta ab Origenis errore esse immunita. Etenim quibus desiriu illud placet, demonibus & hominibus in æternam penam coactis liberatione inde expectanda: illi quæ viri doctrina singularè, & eloquentia insignè eum agnoscerent, claræque sanctitatis existimatione per omnium ora decantata viderent, aggressi sunt claris & salutaribus eius scriptis, obscura ac pniciosa Origeniani somni venena admiscere, virtutiq; hominis, & doctrinæ celebri hæreticæ occulte amentiam subiecte. Quare partim Aditamentis falsis; partim relictis argumentis violenter detortis, multa ex irreprensibilibus eius monumentis calumniari conati sunt. Contra quos Germanus pietatis patronus acutus veritatis gladius stringens, & valere prostratos hostes, relinquens victorem superioremq; eum constituit in quæ hæretica colluuiis insidias struxerat, & posuerat. Huius stylus in hoc opusculo purus ac clarus, verborumque repositio feliciter arripientis, phrasi venusta & eleganti nõ ad frigiditatem vergens, propolito valide insistens, par etiam in contentione suscipiendis, nihilque citra necessitatem immiscens, nihil quod dictu sit necessarium, prætermittens, tum constructione & epicherematibus, tum enthymematibus, & est veluti clara sanæ doctrinæ norma. Ita & illorum, si quis vehementes, claras, & gratas, & spirituales doctrinæ ostentationi præferentes scribere orationes cupit, egregium est exemplum, & imitatione dignum. Notat primo hæreticæ dogma, quod demones in antiquum statum, & eos qui in flagitijs suis moriuntur, post pœnas definitas in Beatorum numerum aggregandos nugatur. Refellit vero fabulis plenam impietatem, primum è Domini verbis, hinc ex Apostolicis Decretis, quibus & Prophetarum testimonia adiicit, clarè ostendentia, vt æterna est Iustorum in ineffabilis fructio; sic & peccantium sempiternam atque infinitam penam futuram, non modo autem testimonijs allatis hæreticum atque profanum condemnat venenum, verum etiam è sanctis Patribus. Quin etiam validius, ex eiusdem proprijs scriptis quorundam per se hæresim patrum accipere aggressa est: ex his omnibus pijs sententijs & verbis calamitosam illam animæque perniciosam fabulam à toto clero Ecclesiastico illum amouerè: primum vero dogma, malitiam exosam confirmare & erigere apparet, ad eundem quoque modum instruit ac munire veritatis vallum, vnde hostem atterere in promptu sit. Dicta reliqua deinde sancti Patris adfert, quibus improbiac neque sectarum capones, vniu quæ miscetes adulterare illa, quin potius Ecclesiasticas doctrinas conati sancti hinc porro sacras sententijs adducens de Origenis in proprijs sententijs

hij conuictis quibus illi male vtebantur, triumphum egit. Reprehendens tum quod legitima quidem audacibus & impudentibus additamentis illegitima redderent, tum vero additamenta contrinantes, noua magna arrogancia & stupiditate ad haereticam suam opinionem ea audacter detorquerent. Et, vt breuiter dicam omnia; Sancti huius Patris scripta ab omni haeretica prauitate, & a calumnia, q̄ in impietate vergit, immunita esse declarat. Haec porro immunitas & improbitatis refutatio & ex antecedentibus loci deprauati, & ex consequentibus conficitur, & demonstratur; & ex alijs sexcentis B. Gregorij Nysseni libris, qui orthodoxe & legitime sentiunt, recte excutiens, vt nemo melius, in salutare preces ac laudes Dei laborem finit. Libri autem quos insidijs excipere haeretici moliti sunt, & quos Germanus veritatis propugnator primarius ab latronu infaltu sine noxa seruauit, Sunt *Dialogus ad Macrinam sororem de Anima*; & *liber catecheticus*, & ille qui de perfecta vita narrationem continet.

CCXXIV. EXCERPTA EX ORATIONE S. METHODII de Resurrectione.

L E G I S. Methodij Episcopi & Martyris, ex oratione de RESURRECTIONE: cuius compendij hoc est argumentum: Corpus non esse vinculum animae vt Origenes existimauit; neque carceribus illigatas à Hieremia propheta dici, eo quod in corporibus sint; neque enim animae operationes à corpore impediti affirmat, immo corpus circumferri potius, & cooperari ea ad quae anima inuitat. Enimvero quomodo illud Gregorij Nazianzeni, & multorum aliorum intelligendum? Origenes adseruit, corpus post prauaricationem animo vinculi loco adiunctum esse, cum prius sine corpore viueret. **Q**UIN & hoc corpus quod gestamus causam esse peccatorum; propterea etiam vinculum appellauit, vt quod animam à bonis operibus prohibere possit.

Quod si corpus animae vt vinculum copulatum est post prauaricationem; aut datum est, bonorum, aut malorum animae? impossibile est bonorum: nullus enim medicorum aut artificum aliorum porrigit remedium peccanti, vt plus peccet: multo minus Deus. Sequitur ergo malorum: At qui videmus, vt primum Cain hoc corpore vestitus homicidium fecerit; Posteri vero ad quae scelera prolapsi sint, manifestum est. Ergo corpus non est vinculum malorum, nec vllum penitus vinculum [aut carcer] nec illud anima post prauaricationem primum induit.

Quomodo inquit, secundum naturam, dicitur verissime neque anima sine corpore: neque corpus sine anima, sed illud quod ex anima & corpore in vna pulchritudinis formam componitur. Origenes vero, vt Plato, solam animam dixit constituere hominem. Differentiam inter hominem & caetera animalia esse dicit: Animalibus variae species & diuersae formae datae sunt, quantas nimirum valida & visibilis natura Deo iubente produxit: Homini vero datum est vt esset similis Deo, Dei que formae, & omnia quae ad perfectam & primigeniam Patris & Filij vnigeniti imaginem spectant: Et qua ratione hoc datum sit sanctus ait inuestigandum. Phidiam statuarium ait, cum Pisicam statuam ex ebore formasset, imperasse vt oleum interius infusum semper ex statua promanaret, vt illi immortalem vim hoc modo conciliaret.

Diabolus, inquit, est spiritus, circa materiam, à Deo factus, vt & Athenagorae placuit, quem admodum & reliqui angeli ab eodem Deo facti sunt; cui materia & quae ad materiae formas pertinent, administratio commissa est. Ad hoc enim angeli creati à Deo; vt rebus ab ipso effectis praesentent: vt Deus quidem communem & generalem omnium prouidentiam gerens, qua rerum omnium potestas & imperium ab ipso penderet. reliqui vero angeli in ijs officijs ad quae illos Deus fecit, & praefecit, mansere: Diabolus vero arrogancia elatus, & in rebus suae fidei commissis, inuidia aduersus nos concepta, perfidus factus est.

Quem admodum & ij, qui postea corporum amore capti cum filiabus hominum per amorem sunt congressi. Nam & ipsis Deus, vt & hominibus, liberum dedit [ad bonum eligendum, aut malum] arbitrium.

Et per pelliceas tunicas mortem intelligit. Narrat enim de Adam: **Q**UEM D E I vs omnipotens cum immortalem fecisset, sciens eum ex insidijs [Diaboli] ma-

lum factu, vt & ille erat, qui eum deceperat, diabolus, propterea illi pelliceas vestes concinnauit, quasi illum induens mortalitate, vt per corporis solutionem omne quod in eo malum erat, moreretur.

S. Paulo binas reuelationes contigisse dicit: Neq; n. Apostolus, inquit, paradysum in tertio caelo collocat, vt norunt qui subtilia eius verba animaduertunt, quando dicit: *Scio hominem huiusmodi raptum usque ad tertium caelum*; Et, *Scio huiusmodi hominem, sine corpore, siue extra corpus, Deus scit; quoniam raptus est in paradysum*. Duae illustres reuelationes se vidisse significat: his manifeste raptus: semel quidem usque ad tertium caelum [semel autem in paradysum. Illud enim: *Scio raptum huiusmodi usque ad tertium caelum*] proprie significat illi apparitionem factam in tertio caelo. Illud vero; *Scio rursum raptum huiusmodi hominem, siue in corpore, siue extra corpus, Deus scit, quoniam raptus est in paradysum*: alteram rursum apparitionem sibi factam in paradiso ostendit. Haec autem eo dicit quod contrarium sentientes paradysum tantum spiritualem ponerent ex Apostolico dicto, velut qui supra caelum esset, vt inde concluderent sine corpore futuram in paradiso vitam.

Docet etiam malum facere aut non facere esse in nostra potestate; quia non penderemus poenas de malis coactis, aut premia reciperemus pro benefactis. Sed cogitare vel non cogitare mala, in nostra potestate non est. Hinc D. Paullum ait dicere: *Non quod volo hoc facio; sed quod nolo, hoc facio*; hoc est: Non quod volo cogitare, hoc cogito: sed quod nolo. Porro radicatum esse vitium mala cogitandi affirmat per potestatem mortis naturalis. Propterea enim à Deo peccatori mors inferitur, ne malum esset aeternum. Sed qua ratione hoc intelligendum est? Sciendum hoc etiam ab alijs nostris Patribus esse traditum: morientibus per mortem peccata nec augeri nec minui.

EXPOSITIO DICTORVM QVORVNDAM Apostolorum ex eod. S. Methodij libro.

L E G I ex eodem illius libro compendiosam dictorum quorundam Apostolicorum explanationem. Videamus quid ad Apostolum habeamus dicere. Illud enim, quod ab eo dictu est: *Ego vinebam, sine lege*. Aliquando [nempe] sursum in paradiso (vt ab initio posuimus) ante legem, non extra corpus, sed cum corpore nostro, (vitam in proroplastis actam indicat) extra concupiscentiam tamen viximus, ignari penitus quae vis [aut impetus] esset concupiscentiae. Etenim non habere ad cuius praescriptum vitas; neque explicandi iussu diuini (quo pacto viuendum sit, vt vel debito premio afficiaris, vel damneris) liberam potestatem; hoc ab omni rerum crimine absoluit, quia nemo appetit ea, quae non prohibentur. Et quamuis concupierit; non tamen accusabitur. Appetere enim non cadit in praesentia, & ea quae in potestate sunt postraj [sed in praesentia quidem, non tamen in potestate nostra posita: Quomodo enim hoc quispiam amet, à quo non arceatur, & quo non indiget? Hinc concupiscentiam nesciuissem, nisi lex dixisset: *Non concupisces*. Audientes enim, de ligno scientia boni & mali non comedetis. In quocumq; enim die comederitis ex eo, morte moriemini. Tunc concupiscentiam arripuerunt, & conceperunt. Ideo bene dictum est: *Concupiscentiam nesciebam, nisi lex dixisset: Non concupisces*. Nec comedere [appetiuissim] nisi dictum fuisset: *Non comedetis ex illo*. Hinc enim peccatum mihi illudendi occasionem accepit. Dato enim mandato, diabolus occasionem habuit excitandi in me concupiscentiam. Nam sine lege peccatum erat mortuum. Non data enim lege peccatum quasi inefficax erat. Ego autem vinebam ante legem inculpatè, vt qui normam non haberem, secundum quam viuerem. Sed cum venisset mandatum, peccatum reuiuixit. Ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Nam post legem à Deo latam, & mandatum mihi datum quid faciendum esset, operatus est in me concupiscentiam diabolus. Nam . . . promissio Dei mihi data ad vitam & immortalitatem, vt obediens illi, vitam ad immortalitatem semper efflorescentem habeam, & gaudeam, contemnentem illam in mortem vertit; cum diabolus, quem hic peccatum nominauit, eo quod ipse architectus seu auctor sit peccati, qui accepta, per praecipuum, occasione me per inobedientiam decipiendi, deceptum occidit, haec scilicet damnationis sententia: *quacumque die comederitis ex illo, moriemini*: reum peregit. Vt lex quidem sancta: & praecipuum Dei sanctu, iustu & bonum, ad salutem nempe non ad exitium

Lectionem in o-
ra sequor, alioquin
non est sensus.
lego & dico, sed
nisi sit interro-
gatio.
Ad Rom. 7.

Rom. 7.

Gen. 2.

Rom. 7.

Praceptum.

Thren. 3. 24.

Methodius.

Neq; Origenes

ut concupiscentiam
ferunt ad vitam
Rom.

Gen. 2.

Rom. 7.

Rom. 7.

Rom. 7.

Forre: & ioride
Voz 9i. Et videte
Strum non pro-
pter hoc ipsum,
alensis parce seruo mo. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor
à delicto magno. Et ipse Apostolus alibi: consilia destruentes & omnē altitudinē extollentem
se aduersus scientiā Dei, & in captiuitatē redigentes omnem intellectum in obsequiū Christi.

8. Cor. 11. 2.

Eph. 6. 13.

1. Cor. 10.
Eph. 6. 12.
Rom. 4.

tium datum: mihi enim inutile vel noxiū à Deo fieri credimus. Quid ergo? nō bonū mihi mortem creauit, quod mandatum mihi datum summi boni causā fieri debebat! absit. Quia lex Dei mihi nequaquam causā fuit, vt corruptionis iugum subitem, sed diabolus; vt per bonum, malum palam fieret, qui effecit apud me vt fieret & deprehenderetur summus peccator peccati & fabricator. *Scimus enim quod lex spiritualis est*, eo que nulli vilius damni causā: Spirituality enim ab irrationali concupiscentia & peccato procul habitant. *Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccatis*, quasi diceret: Ego autem carnalis sum, & in medio boni & mali in libero arbitrio constitutus, vt in meā potestate sit, quid velim eligere. *Posui enim ante faciem tuam*, inquit, *vitam & mortem*. Ego pronus ad violandam legem spiritualem videlicet præcepti; & [promptus] ad materiale[m] [seu carnalem] serpentis videlicet suggestionem, propter hanc electionem venundatus cecidi in peccatum obnoxius diabolo. Hinc ergo obfidens me peccatum insidet & incolit atque inhabitat in carne mea, pœna mihi legem præuaricanti imposta, vt venundarer peccato. Hinc illud dictum: *Quod operor non intelligo, & quod odi, facio*. nō est de factis intelligendum, sed de solo cogitatu: Neq; enim est in nostra potestate cogitare, aut non cogitare absurda, sed vt, vel non vt cogitationibus re ipsa in nobis est. Nam arcere cogitationes vt nobis non incidant; non possumus, cum aliunde suggestas admittamus: sed consentire, aut patrare non cogimur. Propterea, *velle mihi quidem adiacet*, ne mala cogitem: *perficere autem*, vt illa extinguam, ne amplius menti occurrant, non habeo. Quia hoc, vt dicebam, non est in nostra potestate, vt sit sensus talis huius dicti: *Non enim, quod volo bonum, facio*. Volo enim ne cogitare quidem, quæ mihi nocent; hoc etenim bonum profus inculpatum est. Et hoc quidem; quod volo bonum, non facio; quod vero nolo, facio malum. Nolo cogitare, cogitando interim quæ nolo cogitare. Atque propter hæc ipsa forte Dauid D E V M [supplex] adij, iratus cogitationibus suis, quas passus est inuitus. *Ab occultis meis munda me, & ab operibus meis libera me. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto magno.* Et ipse Apostolus alibi: *consilia destruentes & omnē altitudinē extollentem se aduersus scientiā Dei, & in captiuitatē redigentes omnem intellectum in obsequiū Christi.*

Si quis autem in eodem [Pauli] loco progredienti ausus dixerit, quasi doceat Apostolus, quod non solum ratiocinando malum oderimus, & quod nolumus, faciamus; sed etiam in operando id ipsum, eo quod dicat: *nō quod volo facio bonum; sed quod nolo malū hoc facio*, ab hoc, qui verē, ita vt dicit, sentit, petimus explicari, quod fit illud malū, quod Apostolus oderat, & nolebat facere? Faciebat autem & bonum, quod volebat facere, & tamen non faciebat, sed contra potius, quoties volebat bonum facere, toties bonū, quod volebat, nō faciebat, sed malū quod nolebat, faciebat. Quemadmodū verō nos quoq; vt peccatū penitus abijciamus adhortatur: *imitatores*, inquit, *mei estote sicut & ego Christi*. Ita non faciendo quæ nolebat, subijcit ante dicta. Sed solum cogitando, quomodo Christi sedulus erit imitator? Bonum igitur, nisi haberemus hostes & aduersarios, etatiuncum distissimum. Sed quia hoc erat impossibile, & quæ volumus, nequimus: nolumus enim aduersarios, qui nos in vitia trahant (quod esset sine sudore saluari). Et hoc quod volumus, non fit, sed quod nolimus, oportebat. n. nos probari, ne dedamus à anima, ne dedamus nos in malo. *Sed accipientes armaturam Dei protegentem nos: induamur loriceam iustitiæ, & calceemus pedes in preparationem Euangeliū, in omnibus sumamus scutum fidei, in quo possimus omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis, & gladium spiritus, quod est verbum Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, consilia destrinere, & omnem altitudinem extollentem se contra scientiam Christi. Quoniam non est nobis collusionatio aduersus carnem & sanguinem. Non enim quod volo, hoc ago; sed quod odi, hoc facio.* Sicut enim quod nolo, illud facio, consentio legi, quoniam bona est. *Nunc autem non amplius ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū.* Scio enim quia nō habitat in me, hoc est, in carne mea bonum, rectē dicit [D. Paulus.] Meministis enim, quemadmodū antea à nobis explicatū est, posteaquā accidit vt homo deceptus pceptū cōtemneret, ab illo tempore peccatū, propter inobedientiā, originē accepit in homine habitandi. In hunc enim statū res incidit. Aerumnis anxius & cogitationibus importunis oppressi, Dei spiritu exuti furiosus, & corporali concupiscentia implet, quam callidus nobis serpens immisit. Hinc Deus mortē, qua deleteret in nobis peccatū, exegitavit, vt ne in nobis, si immortales mansissemus, etiā concupiscentia semper repullulās immortalis esset. Vnde Apostolus: *Scio enim quod*

483

484

Rom. 7.

Rom. 7.
Psal. 7.
Rom. 7.

Alaophron
Aglaophron

Obedientia
excellent.

Lignifera.

quod non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum; quod cum dicit, vult declarare peccatum in nobis, post præuaricationem, per concupiscentiam nidificasse, cuius velut noua germen, cogitationes carnem titillantes in nobis semper excitantur. Duo enim cogitationum genera existunt, alterum à concupiscentia, se in corpus nostrum in insinuante, natum, quod ex sensu, vt dixi, seu cogitatione, corporalis spiritus constat; alterum autem à lege diuini præcepti, [profectum] quam vt naturalem legē à Deo insitā accepimus, quam mentem nostram ad virtutem excitat. Vnde condelectamur legi, in animo, hoc enim interior homo est. Legi vero diaboli [condelectamur] secundum inhabitantem in carne concupiscentiam. Diabolus enim, qui repugnat, & oppugnat legem Dei quasi impetum quendam mentis ad bonum; hic est qui sensus nostros corporales & vitiosos semper impellit ad impietatem. Tres enim Paulus, hic manifestē mihi leges explicare videtur: vnam secundum instum in nobis bonum, quam apertē vocauit legem mentis; alteram, quæ fit ex diaboli impetu seu tentatione, cum sæpe ad improbas animam pertrahit imaginationes; quam ait repugnare legi mentis. Tertiam secundum peccatum ex concupiscentia inuentera centem in carne, quam legem peccati habitantem in membris appellauit, qua inductus [homo] sæpe ad peccatum, & improbas actiones actus pellicitur. Videtur enim quasi nobis ipse nunc hoc melius, nunc illud deterius; & cum id, quod nobis videtur natura melius, deteriore illo potentius fuerit, animus toto impetu fertur in bonū; quando vero id quod deterius est, regnū insolenter affectarit, homo rursus contrariā via in deteriores cogitationes & consilia præceps agit. Ea propter Apostolus ab eo vult morte & exitio cupit liberari, quemadmodum & propheta: ab occultis meis munda me inquit; ipsa ergo verba hoc declarant Apostoli dicens. Condelector. n. legi, secundū interiorem hominē, video autē legem in membris meis contradicentē legi mentis meæ, & captiuam me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Non corpus mortem appellans, sed legem peccati in membris per præuaricationem in nobis latitantem, & semper ad mortem peccati animam trahentem. Statim ergo in fert, (vtique liberatus, à quali morte liberari cupiebat) quis autem illum liberauit? Gratia Dei per I E S V M Christum. Itaque, d. Aglaophon, animaduertendum, si hoc corpus, vt existimatis, mortem appellauit; non Christum quasi liberatorem suum à tali postea malo nominasset. Quid deinde Christi aduentus, singulare nobis attulisset; quid omnino Apostolus, veluti per Christi aduentum confirmatus, vt à morte per Deum liberaretur, hoc prædicaret? quando omnibus, etiam antequam Christus in mundum veniret, mori datum est, vt non hoc corpus, d. Alaophron mortem appelleret, sed peccatum quod per concupiscentiam habitat in corpore, à qua ipsum Deus per aduentum Christi liberauit. Lex enim vitæ spiritus in Christo I E S V M liberatit nos à lege peccati & mortis. vt is qui I E S V M ex mortuis excitauit, propter spiritum eius inhabitantem, in nobis viuificet mortalia corpora nostra, peccato in corpore ad abolitionem damnato, vt iustificatio naturalis legis secundum præceptum nos ad bonum trahentis accessa appareat. Nam infirmam partem naturalis boni, quæ victa à concupiscentia in corpore degente agrotabat, sanauit Deus, mittens filium suum, qui similem carnem carni peccati assumpsit, vt peccato ad interuentionem profligato, ne tepullularet in carne, & proprietates naturalis legis, impletur in ijs qui non secundum concupiscentiam carnem, sed secundum desiderium & ductum spiritus ambulant. Lex enim spiritus vitæ, quod est Euangeliū (quæ alia est ab ante dictis legibus, per prædicationem ad obedientiam & remissionem peccatorum posita) liberatit nos à lege peccati, & mortis, deuictio penitus peccato quod carni dominabatur, Plantas, ait [Methodius] nec à terra ali nec augeti. Dubitet, inquit, quispiam quomodo terra, immutata in tantam arborum amplitudinem assumi [seu crescere] possit. Oportebat enim locum, in quo arbor exiret, & circumiacente terrā subductā in ligni naturam excavari. Inanis ergo illorum talis de corporum fluxu consideratio. Quomodo enim vlla ratione terra per radices in truncos ingressa, & per venas in omnes earum ramos diffusa, in folia & fructus commutatur. Procetæ quid arbores, cedrus, vel pinus, vel abietes, & multas frondes & fructus quotannis ferunt. Licet enim videre, vt nihil subiectæ terræ in vastitatem quercus assumant. Oportebat enim, si verum sit, terram per radices ascendente in lignum mutari, omnemque circum circa locum terræ excavari; quia quod aridum est non ita potest affluere vt humor semper affluit, cum proximus submouetur. Iam vero & ficus, si milesque stirpes in

ædium recessibus frequentes satæ, nihil omnino ex ædificio in se vertisse videntur. Ergo si multorum annorum fructus ex illis & folia quis colligeret, ingentem in domorum penetralibus terræ copiam ex illis factam videret. Vnde absurdissimum est existimare terram in fructuum vberitatem mutari, & folia consumi, quamvis per hanc omnia fiant; cum terræ sede loco que videntur, Neque panis sine mola, loco, tempore & igne fit, & tamen nihil horum est aut fit panis, uti & in alijs sexcentis idem est videre.

Hoc Pauli: *Scimus enim, quoniam si terrestria domus nostra huius habitationis dissoluta, &c.* Origenistæ ad tollendam corporum resurrectionem aiunt tabernaculum accipi pro corpore, & cœlestem domum nulla manu factam, quæ illi spiritualia indumenta vocant. Hinc dicit S. Methodius, per terrestrem domum, breuem hanc vitam abusuè intelligendam, & non hoc habitaculum. Si enim per terrestrem domum dissoluendam corpus nostrum ab eo intelligi putatis; quid habitaculum sit docete, cuius domus sit dissoluenda. Aliud enim est habitaculum, aliud habitaculi domus, & aliud nos, quorum est habitaculum. Si enim, inquit, terrestris domus nostra habitationis dissoluitur; quasi figuratè nos esse animas ostenderet, habitationem verò corpus; domum autem habitationis vltimam carnis in præsentis vitæ. Si ergo hæc corporis vita instar domus dissoluitur, habebimus in cœlo non manufactam inquit, quod hæc vita differentia causa manufacta propterea dicatur, eo quod omnis cultus & studia vitæ huius manibus administrantur & gerantur: Corpus enim, cum sit opus Dei, manufactum non dicitur, eo quod nõ sit arte hominum effectum. Si autem corpus propterea manufactum dixerint, quod à Deo sit effectum; tunc etiam animæ, & angeli, & ipsa in cœlis indumenta manufacta dicentur. Omnia quippe hæc Dei sunt opera. Quæ est ergo domus manufacta? Hæc inquam brevis vita, ope humana sustentata seu condita. *In sudore inquit vultus tui vesceris panem: quia dissoluta illam immortalem non manufactam occupamus; quemadmodum Dominus ipse declaravit, cū dixit. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Quod enim ibi Dominus appellavit *tabernacula*; hic Apostolus vocat *indumenta*. Quod ibi *amicos iniquitatis*, hic Apostolus domum dissoluentis diuerforij seu *habitationis*. Quemadmodum ergo, cū dies vitæ nostræ præsentis defecerint, bona opera, animas nostras ad compensanda benefacta, quæ in vita iniquitatis possedimus, (eo quod mundus sit in maligno positus) recipient; ita breui hac vitæ soluta, animæ ante resurrectionem habitationem habebunt apud Deum, donec instanturam & nunquam casturam recipiamus domum. Vnde & ingemiscimus, nolentes corpus hoc exuere, sed super ipsum reliquam vitam induere. Illud enim domicilium cœlestis, quod super induere cupimus, est immortalitas; quam ubi induerimus, absorbebitur penitus à vita æterna consumitum, quicquid in illa infirmum & mortale. Per fidem enim ambulamus non per speciem, hoc est, per fidem adhuc progredimur, statum illic obscurissima consideratione cõtemplantes, & nõ aperte, ut videre, & frui, & esse in illo possumus. *Hoc autè dico fratres, quod caro & sanguis regnũ Dei possidere non possint, neque corruptio incorruptionem hereditabit.* Cum carnem vocat, non hanc carnem intellexit, sed irrationalem impetum contra lasciuas animæ voluptates. Cum ergo dicit, *quod caro & sanguis regnum Dei non possidebunt*, simul declarat, quod neque corruptio hereditabit incorruptionem. Corruptio autem non est id quod corrumpitur, sed quod corrumpit. Morte enim prædominante, corpus in corruptionem vergit. Vita autem in eo rursus manente, manet incorruptum. Quare cum inter confinia corruptionis & incorruptionis caro nata sit, nec fit corruptio, nec incorruptio, victa est à corruptione, propter delectationem, incorruptionis opificium, quamuis esset in possessione [incorruptio].] Hinc [caro] nata est in corruptionem. Et postquam victa est à corruptione, & morti propter castigationem tradita, non reliquit illam corruptioni ad victoriam in hereditatem, sed rursus victa per resurrectionem morte reddidit incorruptioni, ut ne corruptio incorruptionem in hereditatem acciperet, sed potius incorruptio corruptibile [absorberet].] Dicit enim: *Operet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale immortalitatem.* Corruptibile autem & mortale induere immortalitatem & corruptionem quid aliud fit, quam seminatum in corruptione, resurgens in incorruptione: *Ut sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis.* Imago enim terreni, quam portauimus, illud est: *Terra es & in terram reuerteris.* Imago autem cœlestis est resurrectio ex mortuis, & incorruptio.

Iustinus

Iustinus vero Neapolitanus vir haud longè ab Apostolorum temporibus & virtutibus remorus; quod mortale est hereditate accipi dicit, vitam verò hereditatem accipere. Et carnem quidem mori, viuere verò regnum cœlorum. Quando verò Paulus, à sanguine regnum Dei possideri posse negat, non dicit hoc, ut carnis regenerationem videatur negare: sed ut deceat, non possideri regnum Dei, quod est vita æterna, à corpore; sed corpus à vita. Si enim regnum Dei, quod est vita, à corpore possideretur, eueniret ut vita à corruptione absorberetur. nunc contra id quod mortuum est, à vita possideretur; ut in victoria mors à vita absorbeatur, & corruptibile ab incorruptibili possideri videatur; liberum tamen à morte & peccato factum; sed ut seruiat & ministrat in mortalitati; ut corpus sit incorruptionis, non incorruptio corporis. *Quod mortui in Christo resurgent primum, deinde nos qui viuimus.* De hoc ita ceter S. Methodius. Hoc est: [inquit] Ipsa nostra hæc corpora. Nos enim qui viuimus, animæ sumus, qui excitata è terra corpora mortua accipimus, ut in occursum Domini simul cum ipsis rapti glòriose celebremus illi festum Resurrectionis. pro quibus æterna nobis tabernacula non interitura aut solueda accipiunt.

489

Vidi inquit, in Olympo monte Lyciæ ignem sponte sua in montis cacumine ex imo terræ enascentem, iuxta quem stirps, pyagnus [nomine] exiit à deo florida, virens, & opaca, ut è fonte potius nata videatur. Quam igitur ob causam cum naturæ corruptibiles sint, & corpora ab igne consumantur, hæc sola stirps non solum non exurit; sed magis etiam efflorescit, quamvis naturæ facile exuri possit, præsertim ad ipsius radices igne eructante? Ramos ergo ex circum iacentis sitæ arboribus, in ignem illic erumpentem conieci, qui subito flammis correpti in cinerem redacti sunt. Quid ergo sibi vult hoc miraculum? signum & indicium futuri diei Deus hoc exhibuit, ut sciamus, flammis olim omnia absumturus corpora que in puritate & iustitia vitam translegere, per ignem non secus ac frigidam aquam transitura. Vide, inquit, utrum non B. Ioannes cum dicit. *Dedit mare mortuos suos, qui in eo erant: & mors & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant:* partes ab elementis redditas ad vniuersiusque reparationem, ostendit? Mare quid est? constat esse naturam humidam, infernũ autem, ærem ab obscuritate, quod non videatur, quemadmodum Origenes explicat, mortem item esse terram, eo quod mortuus in ea reponatur. Vnde & puluis est appellata mors in psalmis, Christo dicente *se in puluerem mortis deductum esse.*

Ait [Methodius.] Quicquid ex puro ære & puro igne componitur, & angelicis naturis consubstantiale est, illud non potest habere terræ & aquæ qualitatem, quia necessarium ipsum esset terrestre. Tale autem & ex hisce [aere & igne] resurrecturum corpus fingit Origenes, quod spirituale appellauit.

Atqui, inquit, quæ species erit resurgentis, si forma hæc humana, velut inutilis ipsi, extingatur, quæ ex omnibus in animalia cadentibus formis est amabilior, qua Numen ipsum vitur, quemadmodum Sapientiff. Paulus explanat. *Vir quidem non debet velare caput suum, quoniam imago & gloria Dei est,* ad quod rationalia quoque angelorum corpora sunt exornata. Eritne ergo [forma] circularis, aut angularis, aut cubica, aut pyramidalis: variæ enim sunt figurarum species: sed hoc est impossibile. Ecquæ hæc fors esset, formam Deo similem (similem enim animam esse corpori ipse quoque fatetur) velut deteriozem abijci, & [corpus] sine pedibus manibusque resurgere?

490

Transformatio, inquit, est ad immortalitatem & gloriam transmutatio. Nunc enim corpus est in desiderio & humilitate: Vnde Daniel *vir desideriorum* est appellatus. Tunc autem transfigurabitur in corpus impassibile, non mutato in deterius ornatum membrorum, sed extincta corporalium voluptatum concupiscentia. Cõsurgens deñ Origenem ait; Origenes igitur vult non eandem carnem cum anima coniunctam ita, sed qualem nunc singulorum formam, secundum speciem corpus carni imprimi, [talem sed] in alio corpore spirituali impressam resurrecturam, ut vnusquisque rursus idem videatur secundum formam; & hanc esse promissam nobis resurrectionem. Cum enim, inquit, corpus materiale fluxum sit, & in seipso nequaquam persistat, sed deficiat & crescat secundum figuram, quæ formam exprimit, sub qua [specie] continetur & figura, necesse est, ut resurrectio in sola specie fiat. Deinde post pauca dicit: Si igitur & Origenes, resurrectionem in sola specie in spirituale corpus mutatã, expectandam contendis, & visionem Eliæ & Moysis nobis pro certissima demonstratione exhibes: quemadmodum illi,

TT 3 illi,

1. Cor. 3.

Gen. 3.

Luc. 16.

1. Ioan. 5. 19.

1. Cor. 5.

illa habitatio
que de celo,
quæ

1. Cor. 15.

quæque in se lego.

1. Cor. 15.
Gen. 3.

1. Cor. 15. 50.

1. Thess. 4.

Salicem terræ
in Verit.
Luc. 23. 106. 40.

In igne versatur.
1. Apoc. 20.

Psal. 21. 16.

1. Cor. 15.

Corporis resur-
gentis.

Dan. 9. 23.

illi, in quibus, post mortem non alia, quam viuentes olim habebant, specie apparuerunt: ita & nos omnes resurgemus: Moyses. a. & Elias ante Christi passionem & resurrectionem, formam hanc, quam habentes resurrexerunt & apparuerunt. Quomodo ergo Christus [O Origenes] primogenitus mortuorum a Prophetis & Apostolis celebratur; si enim primogenitus mortuorum Christus esse creditus est, primogenitus verò is est, qui ante omnes ex mortuis resurrexit: Moyses autem iam ante Christi passionem hanc habens formam Apostolis apparuit, secundum quam impleri aïs resurrectionem; atqui non formæ sine carne est resurrectio: aut enim solius formæ est resurrectio, ut doces; & [hac ratione Christus] non potest esse amplius primogenitus mortuorum, eo quod animæ post mortem secundum formam ante Christum hoc habuerint ut appareant: reuera, primogenitus est, ut est; & impossibile est potius ut aliqui ante illum dignari fuerint ea resurrectione ut non amplius morerentur. Si autem nemo ante illum surrexit: Moyses autem & Elias non in corpore, sed tantum per formam Apostolis apparuerunt; profectò Resurrectionem manifeste in carne futura esse declaratur. Absurdissimum enim est resurrectionem sola forma definire, quando animæ post exitum à corporibus nunquam apparent secundum formam; quod ad resurrectionem sint repositæ. Si autem aderit illis hoc quod ab illis nunquam auferetur, quemadmodum in Moyse & Elia anima adfuit; neque corumpitur secundum te, neque petit, semper præsens cum illis, non forma profecto resurgit, quæ nunquã cecidit. Quod si quis indignatus dicat, si nemo resurrexit antequam Christus descenderet ad inferos, quomodo memorantur quidam ante illum surrexisse, inter quos videtur Sareptanz filius, & Sunamitidis filius, itemque Lazarus? Respondendum, hos resurrexisse ut iterum morerentur: Nos autem de ijs pronunciamus, qui post resurrectionem nunquam amplius sunt mortui. Quod si de Elia anima dubius dixeris, quasi scripturis affirmantibus illum in carne assumtum esse, nos doceamus illum Apostolis absque carne apparuisse? Respondendum, quod etsi diceremus illum Apostolis in carne apparuisse, illud tamẽ pro nobis magis faceret. Ostenderetur enim propterea quoque corpus nostrum immortalitatis esse capax, quemadmodum ostensum est in Enoch translato. Si enim incorruptionis capax non esset, haud potuisset tanto tempore sine labe corruptionis permanere. Ergo cum corpore apparuit, erat ille quidem moriturus, sed nondum adhuc surrexerat. Et hæc ut demus Origeni, qui formam secundum eadem lineamenta post mortem à corpore seiunctam, animæ reddi dicit, quod nulla potius ratione fieri potest, eo quod forma carnis prius in alterationibus corrumptur, quemadmodum & figura fuscæ statuz ante totius operis solutionem, qualitas enim à materia secundum hypostasim separatur quidem à fusa statua, forma in ære deleta, sed quæ non amplius secundum substantiam subsistat. Quia verò forma à carne in morte recedere dicitur, age quomodo recedat videamus. Separati aliquid ab aliquo dicitur aut factò & subsistentia, aut cogitatione; aut factò quidem seu operatione, sed non hypostasi: Ut si quis triticum & hordeum mixta inter se discernat, quatenus enim secundum motum discernitur, operatio dicitur, quatenus verò secreta per se subsistunt, hypostasi diuisa dicuntur. Cogitatione verò seu ratione, quando materiam à qualitatibus distinguimus, & qualitates à materia. Operatione tantum & non hypostasi, quum separatim aliquid ab aliquo non amplius fuerit, substantiæ hypostasim non habens. Intellegat autem quispiam hoc etiam in rebus mechanicis, quomodo se habeat, si statquam videat, aut equi exere fuscum. Hæc enim contemplatus videbit naturalem formam in his mutari, & in aliam figuram mutata transformari, à qua prior forma naturalis deletur. Etenim si quis signa in hominis aut equi figuram effigiat colligatque faciat; figuræ formam videbit extindam, materiam manere. Itaque absurdum est affirmare formam quidem nequaquam corruptam resurgere, corpus autem, in quo forma descripta est corrumpti. Arque sanè inquit: in spirituale transferetur corpus. Ergo fateri necesse est eandem propriè formam primam non resurgere, eo quod simul mutata & corrupta sit cum corpore. Etsi enim in spirituale corpus translata sit ipsa tamen eadem nõ erit primum propriè subiectum, [quod ante fuit] sed quedam illius in subtili corpore transformata similitudo. Si autem non eadem forma, neque idem corpus resurgit, sed aliud pro alio, simile enim alterum simile sibi est; illud ipsum, ad cuius exemplum factum est, fieri non potest.

Formam aut esse id, quod in figura formæ vniuscuiusque, membrorum identitatem exhibet.

Verbum

Verbum quod dixit Propheta Ezechiel de mortuorum resurrectione Origenes Allegoricè interpretatus est & ad Israëitarum ex captiuitate Babylonica reditum quasi per vim derorsit, quem post multa S. Methodius coarguens hoc dicit: Neque Iudæi plenam sinceramque libertatem assecuti sunt, neque hostibus deuictis maioritum potestate Hierosolymam incoluerunt. Immo sæpe cum instaurare urbem conarentur ab alijs populis sunt impediti. Vnde & intra quadraginta sex annos vix templum absoluerunt, cum illud Solomon septem annis ab ipso fundamētis excitatum perfecisset. Et quid opus est verbis, à Nabuchodonosore, & successoribus eius in Babylone vsque ad Perlarum in Assyrios expeditionem, & Alexandri imperium, & bellum iam cum Romanis in crudescens sexies ab hostibus Hierosolyma euerfa sunt. Et hoc Iosepho teste qui dicit: Anno altero Vespasiani imperatoris, capta autem & ante iam quinque fuerat, iterum excisa est Hierosolyma. Asochæus enim Ægypti Rex, & huius successor Antiochus: deinde Pompeius, deinde post hos Sosius cum Heroe captam urbem incendierunt. Ante hos verò Babylonis Rex expugnatam vastauit.

Origenes præterea hæc dicit: De Lazaro & diuite dubitari potest: Alijs quidem simplicius dictum putantibus, quasi ambo in corporibus suis assumtis digna factis in vitam præmia receperint; alijs subtilius: quia cum post resurrectionem nemo in vita relinquatur, non existimant hæc in resurrectione contingisse. Dicit enim diues habeo quinque fratres, ne & ipsi veniant in locum hunc tormentorum, mitte Lazarum, qui nunciat ipsis, quæ hic sunt. Quæritur ergo per hæc linguam & digitum & sinus Abrahamæ, & compellationis vocem, & fortasse figuram illam seu formam statim cum animæ excessu, similem corpori crasso & terreno. Res ita potest intelligi: Si quando quis ex mortuis narratur apparuisse, videtur in simili formâ, quam in carne habuit. Deinde: Samuel apprensus, ut manifestum est, spectabilis probat se corpore indutum fuisse. Si maximè demonstrationibus vigeamus fateri, animæ naturam incorporeâ esse, hanc videri [demonstrationem.] Sed & diues punitus, & pauper in sinu Abraham requiescens ante saluatoris aduentum, & ante consummationem sæculi, & propterea ante resurrectionem, dum dicuntur hiæ quidem apud inferos puntri, ille verò in sinu Abraham requiescere, docent, etiam nunc post excessum à vita animam corpore vti. Ad hæc vir S. respondet, figuram aliam visu similem sensibili huic, animam post emigrationem ex hoc vita habere; animam incorpoream profectus ad Platonicam ferè rationem desinit. Dum enim dicit illam post excessum ex hac vita vehiculo egere & veste, eo quod nuda comprehendere teneiue non possit. Quomodo ergo per se non sit incorporea? Cum autem incorporea sit, quomodo non expers erit [per se] passionum, seu dolorum. Cõmitatur enim ipsam, si incorporea sit, ut nec pati, nec teneri possit. Ergo si concupiscentiâ irrationali nulla ratione fuit tracta, neque corporis dolentis patientisque sensu villo fuit tacta, (nam incorporeum quomodo corporis sensu, aut corpus in corpore affectu tangatur?) Sequitur conuenienter prædictis ut incorporea esse videatur. Si autem cum corpore patitur, quemadmodum ex ijs qui apparuerunt comprobatur, incorporea esse non potest. Ergo solus Deus natura ingenta, nullius indigens, & indefessa nec fatigabilis prædicatur, qui cum incorporeus sit propterea est inuisibilis. Deum enim nemo vidit. Animæ verò à Patre vniuersorum corpora rationalia condita, in membra ratione percipiendâ exornatæ hanc figuram acceperunt: vnde apud inferos ut in Lazaro & diuite [est videre] linguam, & digitum & alia membra habere dicuntur, non quod alienum corpus cum illis existat informe, sed quod ipsæ animæ, ab omni regumētō nudatæ per se natura sua secundum substantiam tales sint. Addit in fine vit Sanctus, illud dictum: *In hoc Christus mortuus est ut vniuersorum & mortuorum dominetur.* de animabus & corporibus accipiendum esse viuis scilicet animabus, utpote immortalibus, mortuis verò corporibus. Quod si corpus humanum omnium animalium aliorum corporibus est nobilius, quia ipsius Dei manibus efformatum & rationalis animæ præstantius vehiculum: quomodo hoc tam breuis est æui, cum multa animalium irrationalium corpora sint hoc multo longioris vitæ? Manifestum ergo illius substantiam post resurrectionem longæuâ [sue æternam] fore.

EX LIB. S. METHODII

De creatis excerpta.

Legit sancto Methodio Episcopo martyre per eõpẽndiũ excerpta de genitis seu creatis. Illud

Error Methodii animas esse corporas.

Rom. 4.9. Si legas pro eis, ut videtur legendum propter sequenti h' d'lon, aut sensus est. Christus dicit mortuorum sine corporum Dominus aut quis corpus hum. Et aut quis manifestum est illius.

METHODIVS.

Methodius. 7. a.

Methodius. 7. a.

Methodius. 7. a.

Methodius. 7. a.

Illud Christi, Nolite projicere Sanctum canibus, neque margaritas vestras ante porcos. dixit margaritas esse eos qui in Ecclesia sanctiora divina religionis mysteria capiunt: porcos vero, qui in omni genere impietatis & voluptatis veluti porci in ceno adhuc volutant. His, inquit, Christo dictum est, non esse.

494

495

METHODIVS.

seipsum alius a mundo existens, omnipotens esse intelligeretur, (pace tua D E V S, cogor ita loqui) ipse secundum seipsum imperfectus esset, & indigens his, quorum causa omnipotens & creator est supernaturalis. Reijciendus ergo perniciosus error eorum, qui dicunt de D E O, D E V M non propter seipsum, sed propter subiectas res & creatas, quae mutabiles sunt, esse omnipotentem & creatorem.

Etiam ita ratiocinare: Si non ab aeterno, inquis, mundus est conditus, & olim non fuit, necesse est D E V M incompatibilem & inalterabilem, mutari. Etenim necesse est illum prius nihil facientem a non faciendo ad faciendum transire & mutari: Dicebant enim: Requieuit ne D E V S a mundo faciendo nec requieuit, alioqui enim nondum esset perfectus: Ita est. Si ergo facere, a non faciendo, D E O alterationem adfert, nonne etiam non facere, a faciendo? ita profus, mutatum autem diceret cum hodie operantem, ab eo quod erat cum non operaretur: nequaquam. Neque ergo ideo illum mutari necesse erit, quod faciat mundum, ab eo quod erat, quando non faciebat. Atque [ita] non necessario dicendum erit hoc vniuersum existere cum illo, propter hoc ipsum illi coaeternum, ne cogamur dicere illum esse mutatum. Atqui sic mecum disputant. Dicerentur enim, quod generationis principium non habet: Non equidem. Quod enim caret generationis principio, necessario est ingentum. Si autem genitum est, concedis ab aliqua causa esse genitum: profus enim impossibile est sine causa generationem esse: impossibile. Nonne ergo & mundum, & quaecumque sunt in illo? Nonne vel ab aliquo, vel D E O creatore postea factum dicemus cum prius non esset? perspicuum est a D E O. Impossibile enim est, ut quod generationis principio circumscibitur id infinito esse coinfinitum: impossibile. Ergo iterum, centaure, ad principium disputationis reuertamur. Affirmatis ne ea quae existunt, diuina scientia facta esse necne? Iterum dicent: minime. Sed ab elementis, vel materia, aut firmamentis, aut quibus haec verbis appellare vultis, nihil enim interest, His enim absque creatione praexistentibus, temereque oberrantibus, D E V S [illa] fecerens, omnia fabricatus est, velut praestans pictor ex multis coloribus vnam exprimit ideam seu imaginem? nec hoc [dicent]. Omnino enim refugient contra seipsos hoc testari, ne dato quod materia habuerit principium secretionis & transformationis, cogatur fateri D E V M coepisse materiam prius indigestam seu informem verbo perfecte digerere & expolire. Age vero quoniam D E O iuuantem dicendo ad hunc locum peruenimus.

496

Sicuti statua basi sua collocata, elegansque sit, cuius concinnam pulchritudinem spectatores mirentur, sed dissentientes inter se conentur euincere partim esse.

497

Quod si enim, quamuis rudissimam statuam molitus sit artifex, illa tamen [generationis] principium habebit, quo informem & rudem artifex coepit tractare & expolire: Ergo nec erat nec erit perpetuo idem semper mundus. (comparandus est enim artifex D E O, & statua mundo) quomodo ergo, o stupidissimi, existimatis creaturam creatori coaeternam [adeoque] creatore [non] indigere? Coaeternum enim, cum nullum generationis principium admittat, necesse est ut sit etiam ingentum & eiusdem potentiae. Quod autem ingentum est, id manifeste etiam per se perfectum & immutabile, nulliusq;

Methodius. 7. a.

Methodius. 7. a.

Methodius. 7. a.



apud nulliusq; egens & incorruptibile erit. Et si ita se res habet, ex vestra sententia mundus erit immutabilis.

Ecclesiam ab euocandis voluptatibus (hoc est extirpandis) dicam ait.

Porro Sanctus dicit: duas in supra dictis affirmabamus esse effectrices facultates; vnam quæ ex rebus non existentibus sola voluntate, sine partium distinctione simul atque vult, quicquid vult efficit. Est autem hic pater; alteram, quæ perficit, variatque & exornat, secundum prioris potentia ideam, quod iam ante factum est. Et hic est Filius, omnipotens nempe & inuicta manus Patris, qua materiam ex nihilo prius creatam, postea perficit seu exornat.

Affirmat etiam S. librum Iob esse Moysi.

Docet præterea super illis verbis: *In principio creauit DEVS cælum & terram* eum qui principium ipsam dixerit esse sapientiam, non aberraturum. Dicitur enim apud quendam e cœtu sacro scriptorum sic de se ipsa loqui: *Dominus condidit me in initium viarum suarum ad opera sua, ante seculum fundauit me.* Erat enim consequens & decentius omnia quæ creata sunt, esse hac posteriora, cū per eam facta sint. Considera, an nō & hoc Euangelistæ: *In principio erat Verbum; & Verbum erat apud Deum;* hæc consequatur? *Et Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum.* Principium enim, à quo germinauit verissimum Verbum, fatendum est esse patrem conditorem vniuersorum, in quo erat [Verbum.] Illud autem: *Hoc erat in principio apud Deum:* potentiam Verbi, quam habuit apud Patrem, antequam mundus crearetur, insinuare videtur, cum potentiam principium appellat. Ergo post propriū æternūque principium quod Patet est, Verbum quoque est aliorum principium per quod omnia creantur.

Origenes postquam multa fabulatus est de vniuersi æternitate, etiam hoc infert: Neque ergo ab Adam, vt quidam affirmant, cum prius non esset homo, tunc omnium primus formatus in mundum venit. Neque mundus rursus, ante sex dies, quam crearetur Adam, cœpit fieri. Quod si quis hæc cūpiat dispicere, prius perpendat, an non secundum Moysen sit facilis numerari vñs dies, ijs qui ita Moysen exponunt? prophetica voce hic etiam acclamante: *A seculo & vsque in seculum tu es, quoniam mille anni ante oculos tuos, sicut dies hesternæ quæ præterit, & custodia in nocte.* mille annis in vnum diem conclusis, in oculis DEI.

A conditō mundo vsque ad requiem nostram, optimi calculandi magistri affirmant sex dies præterisse. Annum vero sexies millesimum, ab Adamo ad nos vsque adiunt extendi. Ergo à nobis vsque ad principium in quo DEVS creauit cœlum & terram trêdecim dies numerantur, (nam in septimo mundi millenario iudicium adunt futurum.) quibus DEVS antiquior, vt vos ipsi secundum vestram insaniam dicitis, nihil quicquam [ante id tempus] egit aut creauit, & patris nomine ac creatoris priuatus est. Si autem trêdecim dies sunt in oculis DEI à mundo conditō, quomodo Sapientia in Iesu Syrach dicit: *Arenam maris, & pluuia guttas, & dies seculi quæ dinumerant.* Hæc serio disputans Origines vide quomodo nugeretur?

Gen. vi.

Ex LXX. Pro verbis.

2. 2.

2. al. 29. 2. 2.

Vsq; ad requiem nostram. vsque ad creationem hominis postquam quiescit Deus.

Eccl. 1. 2.

E L I.

LEI eiusdem quædam ex libro de Libero arbitrio, pariterque (nactus ipse eiusmodi compendium) vnde sint mala, & quis eorum auctor. DEVS enim is non est; neque enim malis delectatur, quin etiam mala facientes abominatur. Quapropter, cuius sui aliquid existere cūm Deo, quod materiam nominant, ex qua vniuersa condidit, ex qua & mala esse mihi videntur. Cum enim materia informis esset & absque vlla figura, & insuper temerè inetraret, non passus est eam omnino ita casu circumferri, sed perficere cœpit, optimaque à pessimis secernere voluit. Itaque ergo motus est ea quæ DEO ad creandum erant apta. Quæcumque verò, vt sic loquar, erant feculenta, illa, vt ad creationem inepta, vt erant reliquit. Vnde mihi nunc videntur profuixisse mala. Hæc quidem ille, contra quem disputat [Methodius.]

Quod fieri nullo modo possit, vt duo simul sint increata, nec te quidem ignorare puto; aut enim illa inter se vnita, aut separata esse necessario dicendum erat. Si quis vnita dixerit: erit vnum increatum, vnaquæque enim pars horum erit alteri similis, partes autem inter se. partes sunt vnum increatum, & non erunt increata, neque enim hominem ex multis partibus constantem in multa creata diuidimus; Si verò diuisa seu separata quis dixerit [illa increata duo] necesse est vt sit aliquod medium inter vtrumque, quod separationem illorum ostendat. Hoc autem si sit idem cum altero ex duobus, cum illo vnitum est, & rursus erit necesse querere aut coniunctionem aut separationem alterius ab altero. Vnionem enim videre impossibile est si alterum sit idem cum eo, & vnitum esse concedatur. Sic enim vniretur etiam id quod à principio idem cum eo fuisse concessum est. Si autem separatum fuisse ratio docet, rursus querendum est per quod fuit separatum, donec infinitorum nobis copia increatorum occurrat. Quod si quis etiam tertiam sententiam habuerit, hoc est, neque separatum fuisse Deum à materia, neque rursus velut in parte [seu cum altera partium] vnitum; sed esse Deum in materia velut in loco, & materiam in Deo, si intelligat, quod si locum Dei, materiam esse dixitimus, necessario etiam materia circumscriptus, veluti loco includetur; vnaque cum materia temerè circumferetur. Etenim illo temerè moto in quo est, necessario etiam id vna mouetur quod est in illo. Totam ne materiam Deus occupabat, an partem illius tantum? Si partem tantum, ergo minor erat illa, utpote vna tantum illius parte totus circumscriptus; si totam, quomodo hanc creauit? Necesse est enim vt dicamus Deum fuisse aliquo modo in se tractum, vt contractione facta illam partem, à qua se retraxit, crearet; aut illam vna cum materia creasse, cum non haberet locum, quo se interim reciperet. Si verò quis asserat materiam in Deo fuisse, querendum est, an Deus à seipso loco fuerit diuisus, & velut in aëre animalia sunt, illo diuiso locus sit factus ijs rebus quæ in eo fuerunt velut in terra aqua: Et si quidem vt in aëre, tunc Deum diuisum eogemur asserere: si autem vt aqua in terra; cum materia esset informis & indigesta, & mala præterea in se contineret, necesse erit dicere Deum rerum informium & malorum esse auctorem. Et aduerte, quæ tam modum materiam supponendo ne malorum conditorem Deum affirmare cogaris, Deum facias receptaculum malorum. Quin & ita argumentare: Materiam ergo informem ais extitisse cum Deo, ex qua mundum creauit? Ita mihi videretur.

499

Et ex aliena sententia dicit.

Inepti sententia & damnata.

Quarum altera est alterius.

Ita quædam sunt.

quæ circa substantiam [seu materiam] versatur, quæ non ex subiecta aliqua arte quæ sit in substantia, producitur, sed ex ea quæ non est in illis, existit. Sed videris mihi hac ratione dictis occurrere, ab artifice per artem aliquid in substantia fieri; respondeo ad hoc. Nec in homine quidem artem ex subiecta arte aliqua fieri, eo quod non possit substantia ex se artem procreare. Est enim ars ex illis accidentibus, quæ tum habent suum esse, quando in substantia aliqua fiunt: homo enim etiam sine tectonica erit homo. Tectonica autem nulla erit, nisi prius homo extiterit. Vnde artes in hominibus ex non ente procreari necessario dicendum est. Ergo si hoc ita se habere in hominibus ostendimus: quomodo non æquum erit dicere, non solum qualitates à Deo ex non existentibus sed etiam substantias posse fieri? Dum enim possibile videtur, vt aliquid ex nihilo fiat, ostenditur etiam substantias ex nihilo fieri posse.

Iterum verò disceptandum est de malis. Mala videntur tibi esse substantiæ, an qualitates substantiarum? qualitates. Materia erant sine qualitatibus, & informis erat. Sunt enim hæc nomina composita cum substantia ex ijs quæ accident substantiæ. Neque enim homicidium est substantia, neque quicquam aliorum malorum, sed ab operatione denominantur. Neque enim cædes est homo, sed faciendo hanc, homicida inde cognominatur, qui non est ipsa cædes, neque, vt compendio dicam, quicquam ex alijs malis est substantia, sed mala dici potest faciendo aliquid mali. Similiter ratiocinare: si quid aliud animo conceperis quod homini sit causa malorum: Velut est illud malum, quod situm est in subministrando & suggerendo [hilice hominibus] vt faciant mala. Est enim & ipse malus, ob ea quæ facit; propterea enim malus esse dicitur, quod sit auctor malorum. Quæ vero quis facit, is non est id ipsum quod facit, sed ipsius operatio, vnde ipse nomen mali sibi acquisiuit. Etenim si ipsum esse dixerimus id quod facit, facit autem cædes, adulteria & hoc genus similia, erit ipse hæc [quæ facit.] Si autem esse ipse hæc, habet suum esse, quando fiunt, quando autem non fiunt, etiam ipse esse desinit. Fiunt autem hæc ab hominibus; homines ergo erunt horum auctores; & vt sint, vel non sint, causæ. Atqui si ob ea quæ quisque facit, malus est; quæ autem facit principium habent, ergo cæpit & ille esse malus, & cæperunt esse, ipsa quoque mala. Quod si verum est, ergo nemo ab æterno malus, he quæ æterna siue ingenta sunt mala. Enimvero, amice, præsentem quidem disputationem mihi contra alium opportunius videris instituisse. Vnde enim ille visus est orationis fundamenta sumere, inde tu bene visus concludere. Verè enim disputasti; si materia informis seu sine qualitatibus fuit, qualitarum autem auctor Deus est, mala verò, qualitates sint, malorum ergo conditor Deus erit. At mihi falsum videtur, materiam informem seu sine qualitatibus esse. De nulla enim substantia possis affirmare illam informem esse. Quin hoc ipso quod informem appellat, qualitatem eius declarat, & qualis materia sic describit, quod est species qualitatis. Quare, si tibi placet, altius ordine disputationem. Mihi enim materia qualitates ab æterno habere videtur; Ita quippe, o amice & mala ex eodem fonte pro manare assero. Si materia suis affecta qualitatibus ab æterno fuit, cuius erit creator Deus? siue enim substantias dixerimus creatas, affirmamus illas iam ante fuisse; siue rursus qualitates, & illas extrinsece asserimus. Ergo & substantiæ & qualitarum conditorem asserere Deum superuacaneum mihi videtur.

Sed interrogatus responde: qua ratione Deum creatorem esse dicis, an quod substantias, quæ aliquando fuerunt, in nihilum redegerit; an quod substantias quidem conseruari, sed qualitates earum mutari? Nulla mihi videtur substantiarum mutatio facta, sed tantum qualitarum, quarum causâ creatorem esse Deum asseruimus; Et quemadmodum si quis dicat, ex lapidibus factam esse domum, de quibus non solet dici, quod adhuc substantiâ manent lapides, sed lapides domus dicuntur: Nam ex qualitarum compositione domum factam dico; Ita censeo Deum, manente substantia, mutationem quandam qualitarum fecisse, cuius causâ mundum hunc à Deo procreatum esse affirmo. Videntur tibi quoque mala, substantiarum esse qualitates? videntur.

Fuerunt ne hæc qualitates ab æterno, in materiâ, an principium existendi habuerunt? Fuisse hæc qualitates ab æterno cum materia existimo. Non arbitris mutationem aliquam qualitarum esse à Deo factam? arbitror factam. In melius mihi videtur. Ergo si qualitates materiæ inter mala sunt numeratæ, Deus autem materiæ qualitates in melius aliquid conuertit, necessariò querendum est vnde mala sint. Aut enim omnes, cum malæ essent,

essent, in melius sunt conuersæ: aut aliæ quidem erant malæ, aliæ verò non. Et malæ quidem mutatae non sunt in melius: Reliquæ veræ, quæcumque erant commodæ, ornatae causâ à Deo mutatae sunt. Ita, ego censeo, ab æterno qualitates fuerunt constitutæ. Quomodo ergo malas qualitates, vt à principio fuerunt, relictas dicis? an potuisse illas [à Deo] tolli? aut Deum quidem voluisse; non potuisse tamen eas tollere? si potuisse eis, & noluisse, facis illum auctorem horum malorum: quod potuerit efficere vt non essent mala, & tamen illa, vt erant, esse permisit. Quoniam cum partem aliquam materiæ perficeret, partem autem illius negligeret, cum & illam in melius posset mutare, mihi videtur causâ malorum, quod partem materiæ reliquerit malam. Ergo in exitium partis [partem Deo vs] condidit. Immo illius causâ hæc pars summa iniuria affecta mihi videtur, quam materiæ partem à malis secretam exornauit. Antequam enim perpoliretur, nullus illi sensus malorum aderat: nunc verò singulæ illius partes sensum capiunt malorum. Accipe ab homine exemplum: priusquam animal fiat, mala non sentit. At vbi à Deo formatus homo fit, tunc simul & mali incumbentis sensum accipit. Ita hoc, quod à Deo beneficij causâ materiæ collatum dicis, potius in exitium illius procreatur deprehenditur. Si vero dicas à Deo mala tolli non potuisse; hæc impossibilitas aut arguit illum naturâ esse imbecillum, aut timore à fortiore aliquo victum: vide vtrum horum omnipotentis & bono Deo velis assignare? Sed iterum de materia responde. Estne simplex aliqua materia an composita: si enim simplex & vniuersalis materia fuit, quomodo verò compositus est mundus, & ex diuersis substantijs constat? fieri non potest vt dicatur hoc compositum ex materia factum, eo quod composita non possint ex vno informi componi [subsistere:] compositum enim simplicium aliquorum mixtionem indicat. Quod si iterum, materiam dicas esse quid compositum; omnino debuit ex simplicibus componi, & erant olim separata simplicia, quibus compositis facta est materia. composita autem ex simplicibus constant & subsistunt. Erat aliquando cum materia non esset, hoc est, antequam simplicia componerentur. Si vero fuit aliquando tempus, quo materia non fuit: non fuit autem vnquam tempus, quo ingentium non erat. nõ erit ergo ingentia [ab æterno] materia. Hoc autem hinc sequetur multa fore ingentia: si enim Deo vs ingentis: & erant simplicia ingentia, ex quibus materia composita est, non erunt amplius duo & sola ingentia. Vt prætermittam querere quid fuerint illa simplicia, materia an forma? multa enim & hinc absurda sequentur. Videntur tibi nihil eorum quæ existunt, ipsum sibi contrarium est; hæc autem sibi repugnant; ergo non erunt vna materia, neque ex vna materia composita. Rursus velim audire. Videntur tibi partes sibi mutuo nocere? videntur. materiæ partem agnoscis vnâ ignem, alteram aquam, & ita reliquas? Ita censeo. Quid verò; non videtur tibi aqua nocere igni, lux tenebris [aduersari] & alia quæcumque sunt his similia? videtur. Nonne ergo, si partes inter se sibi mutuo non nocent, hæc autem se mutuo perimunt, non erunt inter se partes: si autem non erunt mutue inter se partes, non erunt vnius materiæ: immo nec erunt materia, eo quod nihil sibi ipsi sit contrarium seu noxium. Cum ergo se ita habeant opposita, patet inde ea non esse materiam. Atque de materia satis dictum. Veniendum autem est ad malorum disquisitionem, & necessario excutienda hominum mala. Mala hominum suntne species mali, an partes: si species; non est aliud malum, præter has species, secundum se ipsum eò quod genera in speciebus inquirantur, & subsistant. Si autem hoc [genus est] malum erit genitum: nam species genitæ probantur: vt est cædes, adulterium, & hoc genus similia. Si autem partes alicuius mali species has esse velis: sunt autem hæc genitæ: necesse erit vt & totum illud genitum sit, quorum enim partes genitæ sunt, necessario & hæc tota similiter sunt genita, totum enim ex partibus constat. Ac totum quidem non erit, partibus non existentibus; partes verò aliquæ erunt, quamuis totum non adsit. Nullius autem rei existentis pars altera est genita, altera ingentia: Si autem & hoc orationi concedam, Malum fuit olim, cum totum integrum non esset, hoc est, antequam Deus materiam crearet. Tunc autem totum integrum extitit, quando à Deo homo conditus est. Partium enim mali auctor est homo. hinc vt totum integrum mali existeret, auctor erit qui condidit [illum] Deo vs. quod impium est. Si vero neutrum horum dixeris esse malum, sed mali alicuius opus esse affirmas, tum genitum esse ipsum doces. opus enim

Malum id in ora feceretur.

502

Legere potest mon. ped.

503

Totum integrum intelligit, postquam omnia pars fuerit: ponitur totum, substantia vna parte, tollitur totum.

enim cuiuscumque principium existendi habet. Adhæc, præter hæc nullum aliud malum assignare potes. quod enim opus aliud malum, præter id quod inter homines est, potes exhibere. Nam quod is qui operatur, non sit secundum rationem substantiæ malitia, sed secundum ipsam operationem mali, iam ostensum est. [Dicit] Methodius naturâ nihil esse malum, sed vlti mala, fieri mala. Libero cum arbitrio inquit Methodius, factum esse dico hominem, non tanquam malo aliquo iam ante existente, cuius eligendi, si vellet, potestatem haberet: sed sola causa erat, obediendi DEO vel non obediendi. Hoc enim tunc erat in ipsius arbitrio. Et homo conditus, à DEO præceptum accipit, & hinc iam malum incipit. non enim parat diuino mandato & hoc, hoc solum erat malum, inobedientia, quæ ibi cæpit existere.

Hoc enim tunc sibi soluit libere arbitrium.

EXCERPTA E LIBRO

S. Methodij de Castitate.

CCXXXVII

Item similiter eiusdem quædam ex libro de Castitate, vt in simili compendio sunt edita. Primus, inquit, Abraham cum in testamento circumcisionis legem acciperet, nihil aliud insinuare videtur, suæ ipsius carnis membrum circumcidendo, quam hoc, non amplius esse liberorum procreationem, in creatâ ex eodẽ sanguine carne insituendam: singulos suæ sororis exemplo docens quemadmodum carnis voluptas in congressu sit resecanda.

Matth. 19. 1. Cor. 7.

Ego, inquit præterea, mihi clarè videor ex scripturis factis animaduertisse, per virginitatis institutionem à Verbo non esse omnino sublata liberorum generationem.

Secundum aspectum non secundum rem.

Neque enim, quia stellis. maior est luna, propterea aliorum siderum lumẽ extinguit: aut quia alijs cibis dulcius est mel & suauius, propterea alia sunt acerbæ & amara existimanda. Illud: filij adulterorum sicut perfecti, de veritate adulterantibus ait esse dictum, quo falso sibi arrogant sapientiam, & scripturas deprauant, immaturamque producunt sapientiam, quique per speciem pietatis docent errores. Aliter [hoc dictum] non est intelligendum. neque enim de liberis ex adulterio non parientibus, & in lucem hanc sensibilem edendis potest accipi; quia non solum multi nati sunt, sed etiam nati ex adulterio alios pepererunt.

Promerk.

Neque de spiritali & diuina perfectione potest explicari, multorum enim adulterorum filij pleni fuerunt Spiritu sancto. Dubitat etiam: sicut, inquit, anima à DEO, & non à patre [naturali] nascituris dantur, quomodo dat etiam ex adulterio procreatis: videtur enim adulteris cooperari. Si enim non crearet animam, non nascerentur. Soluit questionem multis & perspicuis exemplis.

Gen. 1. 29. s. Mulier.

Illa ex Genesi prolata, quale est: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea; hæc vocabitur: virago, quoniam de viro suo sumpta est. Quam obrem relinquet, homo patrem suum & matrem suam, & adhaerebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna.* Hæc negat secundum literam explicanda, sed spiritaliter de CHRISTO & eius Ecclesia. Diuum quoque Paulum ait, post dictorum verborum expositionem dicere: *Hoc mysterium magnum est, dico autem ego, in Christo & Ecclesia.* Quin & hoc: *crecente & multiplicanti,* non de hominibus ex leminis commixtione procreatis, & alimento crescentibus solum esse dictum; sed de natis & perfectis secundum spiritum; quemadmodum Paulus clamat: cum filios appellat illos quos ita [per spiritum] genuerat. *Filioli inquit, quos iterum parturio, donec Christum in vobis formetur.* Et iterum. *In Christo Iesu enim: per Euangelium ego vos genui.*

Eph. 1. 6. 32. Gen. 1. 9. 28.

Illud etiam in Euangelio per parabolam dictum. *Quis est ex vobis homo, qui habet centum oves, & vnã perdidit ex illis, & quæ sequuntur: Per nonaginta nouem oves intelligendæ sunt cælestes potestates siue angeli; vna autem perditã hominem significat, siue naturam humanam, propter quam ait Verbum patris è cælo descendisse.* Illud: *super flumina Babylonis,* &c. ab animabus dictum existimat: organa enim habitacula sua appellant, quæ suspenderunt à funibus castitatis, vt laquearia tangerent, ne rursum detractæ in intemperantiæ lacu volutarentur.

Gal. 4. 1. Cor. 4. Luca 15.

Babylon autem perturbatio & confusio explicatur, & vitam hanc in fluentibus sitam

Psalm. 138.

tam ostendit, in cuius medio sedentes iniquitatis fluminibus irrudentibus conelusi inundamur. Quare cum lacrymis & gemitu clamamus ad DEVM, ne organa nostra à stirpe castitatis per fluctus voluptatum auulsa pereant. per salutem enim scripturæ vbiq; adumbrant figuram virginitalis. Quia flos salicum si in aqua decoctus sumatur, quicquid ad coitum excitat & libidinem, extinguit, donec genitalem sementem penitus sterilem reddat. quemadmodum & Homerus declarauit, qui salices propterea frangi perdas nominauit.

505

Illud Hieremias: *spem sollicitam esse ne obliuiscatur ornamentis suis, & virginem ne peccatoralis sui:* docet non committendã nec laxandã esse fraudibus frena seu vincula temperantiæ. Per peccata enim sensus animi, sanè conuenienti ratione, & mens nostra intelligitur. Peccatoralis autem; propositum animi ad castitatem colligatis, est charitas in Christum.

Odyss. 19. Hier. 2. 32.

Illud: *sume mihi vitulam triennem, & arietem triennem, & sturturam, & columbam* ait significare [hoc;] affer mihi iugi expertem animam, instar vitulæ, & omni malicia carentem; corpus item & rationem; corpus quidem veluti captam, & per altas rupes & præcipitia incedit; rationem verò vt arietem, ne exultans excidat à veritate. Sic enim inculpabilis eris, quemadmodum Abraham, si mihi animam & sensus mentem que consecratis quæ figuratè dicit vitulam, & capram, & arietem triennem, quasi optime Trinitatis cognitionem * tollentia. Fortè etiam & primam & mediam, & vltimam vitæ ætatem [DEO consecrandam] insinuant, vt qui maximè velut lit nos & annos pueritiæ, & virilis ætatis, & senectutis pari pietate traductos sibi offerre. ad quem modum etiam in Euangelij Dominus nobis præcipit: *Quapropter & vos similes este hominibus qui expectant Dominum suum quando reuertatur à nuptiis, vt cum venerit, & passauerit, confestim aperiant ei: beati estis, quia faciet vos discumbere, & transiens ministrabit vobis. Et si in secunda, & tertiã, beati estis.*

Gen. 15. 9.

* Praesentia significatio.

Luc. 12. 36. 38.

Considerate. n. quod tres vigilias ponendo vespertinam, alteram, & tertiam, tres quoque ætatis mutationes significat: adolescentiam, virilem ætatem, & senectutem, quod velit nos; cum venerit mundum [in iudicio] assumpturus, paratos esse ac pueros quamuis adhuc in pueritia versantes; similiter secundam & tertiam vigiliam indicat. Vespertina enim vigilia est florentis ætatis humanæ status, quo incipit rationis imperium passionibus agitarum turbati; altera verò; quando deinceps in perfectum virum eadens incipit mens perpetuis negotiorum tumultibus occupari. tertiã verò, quando in finitæ cupiditatem imaginis corpore iam marcescente & in senium vergente sensum deficiunt. Quapropter æterna fidei lampas in corde fouenda est; lumbique temperantiæ accingendi, vigilandum, & Dominus noster semper expectandus.

Sicera, inquit est quicquid, extra vinum è vite expressum, inebriat. Duo vitis generã vt in scriptura ponit: alterum optimum, alterum pessimum. Er enim: ego inquit. *Dominus sum vitis vera; vos palmites.* Mala autem & agrestis est Diabolus furorẽ distillans, quemadmodum Moyses de eo scribens ait: *De vinea Sodomorum vinea eorum, & vitis eorum vna felix; & quæ sequuntur.*

506

Aurum ærugini non esse obnoxium docet. Illa: *assimilatum esse regnum cælorum decem virginibus:* vult significare, omnes idem vitæ genus seu studium arripuisse, propter significationem & vim elementaris literæ IOSTA [quæ decem valet.] Onarunt enim se ipsas simili cultu, vt idem vitæ genus omnes profiterentur, sed non eodẽ omnes modo exierunt vt occurrerent sponso. Hæ enim alimenta copiosa præbuerunt tam padibus oleo fouendis; illæ vero cessarunt per ignauiam. Hinc in quinque parti numero diuisæ sunt. Quia quinque sensus sunt, quos illæ quidem pueros custodierunt, quos pluri mi vocarunt portas sapientiæ; hæ verò per miltiam deformarunt. Nam dum colunt temperantiã & sanctificantur, magis abundarunt vitij quam iustitiæ seu virtutibus. vnde etiam euenit vt damarentur. Sive enim rectè agamus siue peccemus, per hos [sensus] vtraque & præclare facta & improbe sunt. & virtus generosa, & male facta vincunt. Et quemadmodum: virgo ait, continentiam esse oculorum, & aurium, & linguæ, & reliquorum deinceps sensuum; ita quæ hic fidem imprædabilem quinque viarum virtutis, visus [inquam] tactus, gustatus, tactus & auditus custodiunt, illæ, quinque virgines,

Matth. 25.

Significat istam apud Græcos decem & maiori figura 1. Summum bincidiosa priuatiuam.

In corpore. in 1. Cor. 11. 8. magis abundarunt virtutibus quam iustitiis.

Et eorum hic planè vitæ corruptiõ, aliquid enim deest. idem animaduertit DENISELHIUS.

appella-

appellatur; eo quod quinque sensuum specula siue imagines CHRISTO puras, (ab vnaquaque [sensuum imagine] sanctitatem veluti lampadem clarè resurgentem) sistant. Nam quinque lychnis lampas verè nostrum corpus est, quod anima inftar facis circumferri, Christoque sponso representat, ad diem Resurrectionis apparet, perque omnes sensus clarissimò fidei radios diffundens, quemadmodum ipse CHRISVS docuit cum dixit: Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut iam ardeat. terram nostra tabernacula corpora dicit, in quibus voluit vim seu operationem doctrinæ suæ feruentem & celeriter. mobilem accendi. oleum autem iustitiæ & sapientiæ comparandum: per moram illud temporis intervallum dixit, quod vsque ad CHRISTI. aduentum porrigitur, dormitionem vero & soporem virginis, exitum ex hac vita. Mediam noctem verò Antichristi regnum, qua nocte angelus perditor domos peruadet. Clamorem autem qui dicit: Ecce sponsus venit, exite obviam ei: vocem è cælo & tubam quando omnes resurgentibus proprijs corporibus, nubibus vecti obviam rapiuntur Domino.

Cum de virginibus & castis animis plurima dixisset, & hoc inferret. Has igitur solas animas, electam sponfam suam, Verbum vocat. Reliquas verò concubinas, adolescentulas & fillas appellans hunc in modum: Sexaginta sunt reginae, & octoginta concubinae, & adolescentularum non est numerus: Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suae electa genitrici suae. Viderunt eam filiae, & beatam predicauerunt eam reginae, & concubinae laudabant eam. Cum enim multæ sint filiae, vt patet, Ecclesiæ, vna tamen est electa & preciosa in oculis eius præ omnibus, status nempe virginum. Et reginas videtur prophetia velle insinuare, [quia non ad vnum regem reginæ hæc adducebantur, sed vnaquæque velut Domina per se & regina erat, aliarumque post hæc auctrices & principes.] illas regias, quæ ante diluuium vixerunt, animas DEO placentes, hoc est, Abellis, Sethi, Enoch. Concubinas autem, quæ post diluuium fuerunt, animas prophetarum, quæ priusquàm Ecclesiæ DEO desponderetur, qui velut cum concubinis versatus in concubina & sincera sapientiæ doctrinâ, vera submisit oracula, vt caperet illi fidem salutis. Concubinas autem nominavit Verbum prophetarum animas, quia non aperte vt Ecclesiam sibi eas copulavit, sacrificans illam in figura vituli saginati. Sexaginta autem reginas inde, vt reor ab Adamo, protoplasto vsque ad Noe per successionem viros DEO placentes vocauit, quia isti. alijs præceptis ad salutem acquirendam non indiguerunt, eo quod adhuc recens esset illis mundi lex diebus conditi in olitio. Meminerunt enim mundum à DEO sex diebus perfectum esse, quæque in paradiso acciderunt. Hinc ergo animas hæc, quæ DEO à condito mundo per successionem sexere desiderarunt, & quasi, (si fas ita loqui) primi seculi neptes, & vicinas illi ingenti placere operi, sexaginta reginas figuratè appellavit, eo quod, vt dixi, hæc post sex dierum opera, vixerint. Magno enim illi [sancti] honore sunt affecti, cum dignati colloquio angelorum DEVM non per somnium sed apertam visionem spectarunt. Perpendite enim quantam fiduciam habuerit Seth ad DEVM, quantam Abel, quantam Enoch, quantam Mathusala, quantam Noe primi iustitiæ cultores? Sed de his satis. De concubinis iterum dicendum.

Ab ijs qui post diluuium vixerunt, DEI cognitio paulo longius recessit, aliaque ratione docti sunt, serpente iam passim idololatria. DEVM ergo ne genus humanum oblivione honestatis penitus aboleretur, suum filium per prophetas iussit dicere, aduentum eius in mundum carne assumpta futurum, quo spiritalis octonarij gaudium & cognitio prædicaretur ad exhibendam remissionem peccatorum, & resurrectionem, per illum enim circumcisum in hominem, vitia [inquam] & corruptionem. Hinc catalogum prophetarum ab Abrahamo cœptum, propter circumcisionis, quæ octonarium continet numerum, antiquitatem, à qua lex pendet, concubinas appellavit. Nam antequam sponsa Ecclesiæ Verbo desponderetur, concipient diuinam sementem spiritalis octonarij, circumcisionem prænunderunt. Ad multitudinem vero rursus innumerabilem [hominum], quæ pro maiorum imperio iuste viuit, & viriliter & generosè contra vitia decertat, adolescentulas appellat. Sed ex his neque reginæ, neque concubinae, cum Ecclesiâ comparantur. Hæc enim perfecta & electa præ omnibus nominata, quæ ex omnibus constat & concinnata est, est Apostolorum, quæ sponsa flore pulchritudinis & castitatis superat omnes. Quapropter beata ab alijs prædicatur, quia

Luc. 12. 49.
- Accendatur.
- Subtilem.
- Iudicium.

Apoc. 19. 13.

1. Thess. 4. 17.

Cont. 6.

Aliorum.

apoc. 19. 13.
- antiquitatem.
- M. S. generosam
- Generationem.

quia hæc aperte vidit & audiuit, quæ illæ videre & audire desiderauerunt. Beati oculi, inquit Dominus discipulis, qui vident, quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi propheta desiderarunt videre quæ videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt. Nonne propterea Beatam prædicant ipsam prophetæ, quod quibus ipsi non poterunt, his Ecclesiâ potita sit, & dignata? Possit quis Sponsam etiam aliter explicare, & dicere carnem esse intemeratam Domini, cuius causa patrem deseruit & in terram hæc descendit, illicque per incarnationem copulatus est. Hinc figuratè illam columbam appellavit, quod animal sit cicur & sub tectis degens, conuictaque hominum delectetur. Et in quadagesimo quarto Psalmo. Stans regina à Dextris (DEO sibi sinistras sumente) aureo virtutis cultu exornata; cuius pulchritudinem concupit Rex, caro est, vt dixi, illa illibata & beata, quam secum in cælum deportavit Verbum, atque in dextra patris collocavit, vestitu deaurato exornatam, quod mysticè est studij innocentie seu incorruptionis. [Dicit] quod in prophetia dicatur à septuaginta mutatione vnus literæ quasi quæ sola illum, qui virginitatis intemerata contineat mysteria, DEO comparat, quo bonum nullum inueniri maius potest. Virtutem, ait, siue propter seipsum, siue quod animas sublimet & in cælum tollat, hanc nominis appellationem accepisse. Cum dictis hæc tenus etiam hoc ait videri facere. Oraculum cœlitus à patre CHRISTO in Iordane datum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Obseruandum hic, illud filium suum esse, indefinitè & sine tempore dictum. Es enim filius suo ipsi dixit, & non [dixit] factus es, declarans neque nouum seu recentem ipsum adeptum esse filiationem, neque finem habuisse eum qui prius existerit, sed eundem semper esse. Illud vero: Ego hodie genui te. volui inquit eum qui prius iam inde ante secula in cœlis fuerat etiam mundo generare, hoc est, prius ignotum, notum reddere.

Nimirum, ijs qui multimodam DEI sapientiam nondum intelligunt, numquam adhuc natus est Christus, hoc est, numquam cognitus & reuelatus. Plurima ex Apocalypsi S. Ioannis dicta ad Ecclesiam & virginales animas refert. Quin imò omnia ferè dicta aliunde interpretatur nec ad literam, sed allegoricè in hoc dialogo exponit. Refellit eos qui fatum ponunt, his verbis: Si astra mortalibus calamitates & malam mentem conciliant, circa luxuriam & vitæ inconstantiam occupata, ipsis hominibus infelicia sunt, quod non ipsa [astra] amant mala, sed homines etiam vt ea designent, cogant. Præterea si nulla actio sine desiderio sit, & omne desiderium careat desiderio, DEVM autè nullus sit indigens, ergo nec malitiam meditat. Astorum natura propior est Deo, adeoque melior bonorū hominū virtute; ergo astra mali sunt expertia, nec vilius indigent.

Ad hæc ad refellendum, quod genesis quædam operetur, [dicit:] Hoc lex prohibet, impostores punit, minisque genethliacorum doctrinam proscribit. Ergo lex contraria est geni. Quæcumque enim lex prohibet, genesis definit, quæcumque autem cogit genesis facere, ea lex interdicit; ergo lex inimica geni est; si autem inimica, ergo legislatores non sunt legislatores secundū genesis. (hoc est, non sunt geni necessarii per fatū subiecti.) Nam dū contraria geni decerunt, genesis destrunt. Ergo aut genesis est, & tolluntur leges; aut leges sunt, & non sunt q̄ geni respondēt. Sed, nō est possibile, inquirunt, quia quæ vt nascatur vt quicquid à quo fiat sine geni, neque digitū sine faco posse moueri aiunt. An ergo secundum genesis nati Minos, Rhadamantus, Dracon, Lycurgus, Solon, Zaleucus legislatores, leges condiderunt quæ damnarunt furta, cædes, & hoc genus alia, quæ fato fieri seu geni contentundum, quod fieri non potest, nam genesis à seipsa euerteretur, dum ipsa seipsam exauertat.

Hinc enim ponat genesis leges quæ adulteria & alia crimina damnant, illinc verò [eadem genesis] cædes & adulteria operetur: nihil enim idem à seipso. diuersum, secum pugnat, idemque ad sui ipsius exitum vergit. Ergo genesis nulla est. Temperantia virtutem ait vtiliorem esse vitio in temperantia, idque patere ex regibus, magistratibus, belli ducibus, filijs, ciuibus, seruis, paedagogis; singuli enim horum, cum temperanter vident, profunt sibi & Reipub. cum intemperanter, sibi & Reip. nocent. Lex inquit, figura umbra est imaginis, hoc est Euangelij; Euangelium verò imago futura est. Temperantia Domini aduentu, veritatis. Dictum in Levitico de scenopegijs seu tabernaculis refert ad resurrectionem hominum in secundo Domini aduentu futuram: tabernaculum enim vnus cuiusq̄; corpus interpretatur; septem autè dies figurat septem seculorū; aliaque id genus analogicè exponit. Analogicè illud [in Iudicum libris] in iudices dictum accipit: Et uenerunt

in quibus

angelus inter
- & sponso & a
- prepositionis
- plurimum abice.
- Ita est vnus li-
- tera pro altera
- permutatio ipso
- di.
- Etymologus huius
- non facit qui di-
- cit dictum esse
- in apoc. 19. 13.
- Psal. 2.
- Legendum est quod
- videt.

Leges autem vni-
- uersas.

in dicitur.

Analogia com-
- paratio est rei ad
- rem. septem dies
- cum septem annis
- seculi millena-
- rii. Et c.
- Iud. 19. 13.

lingulatim è scriptura didicimus. Si autem, quod subiectos non tractabiles sibi red-
dant, quemadmodum illi multa animalia, differentiam constituas; nihil nisi risum ia-
ctas, neq; enim homo cuius imaginem ferre dicitur, (apage dictum) subiectos reddit siue
ostendit manuferos. Quid igitur est illud, secundum imaginem. Nam quicumque cor-
poræ figuræ elegantiam commentisunt, omnibus suis argumentis hominem neque
ab angelorum quidem formæ communiōne pro ratione. quæstionis liberarunt.

Ab angelis enim humanam indutam esse formam, nobis diuinæ literæ prodide-
runt. Si autem opificis & effectoris substantiæ humanæ. effigiem in homine dicis ma-
nere, (creat enim D E Y S, vniuersa inexplicabili & incomprehensio modo producen-
do ea quæ non sunt) etiam homo quandoque ex sua substantia & natura, fatu seminis
similem sibi hominem creat, quandoque vero artificio multa opificum artificia quam-
uis ex nulla re prius existente, fingit; Enim vero & hoc si quid probabile habet, facile
refellitur. Nam & qui solitariam vitam degunt, & propterea quod videantur illud, ad
imaginem, seruire, posteaquam seipfos supra omne artificio humanum & artem peri-
fecerunt, miseri videntur, quod hoc ipso illud, secundum similitudinem, perdidic-
sent.

Quid ergo est hoc, secundum similitudinem? virtutum industriâ partarum the-
saurus est. Angeli enim quamuis virtutem habeant, non dicuntur tamen per labo-
rem & industriam partam habere, quia non sollicitantur à peccato. Sed quamuis hoc
concederetur ab angelis virtutem sine labore possessam, aut hi quoq; illud, ad imagi-
nem, sine labore habendo magis D E O similes habebunt hanc; aut, si hi non,
multo minus homo, quia cum illius, aut ante illius imaginis pos-
sessionem, multis arumnis & laboribus exantla-
tis hanc assequitur.

W W 2

FLA-

auerunt ligna ut vingerent super se regē, & dixerunt oliua, regna super nos: & dixit eis oliua:
Deferens pinguedine meam, quā in me glorificauit Deus & homines, abibo ut dominer in
ligna? Et dixerunt ligna ficus: Veni regna super nos. Et ait eis ficus: Deferens dulcedi-
nem meam, & fructus meos bonum, abibo ut imperem lignis? Et dixerunt ligna vitis: vique
ad illud: Et dixerunt rhamno, & quæ sequuntur. Hæc, inquit, constat non esse de lignis
dictas, sed de animalibus hæc narratur, quæ ante C H R I S T I incarnationem luxuriæ
vitij inquinatæ, accedunt rogantes vt misericordiam à D E O impetrent, & vt iam mi-
seratio super eas regnet & viscera misericordiæ, quam oleæ figura expressit scriptura. Et
aduertite vtrum non à protoplasto vsque ad C H R I S T V M deinceps scriptura præ-
cepta significet, quibus sua diabolus opponendo adumbrata figmenta, genus
humanum decept. Ficus quippe cum præcepto homini in paradiso dato compara-
uit, quia deceptus homo folijs fici nuditatem suam velauit; vitem vero legi post dilu-
uium Noe datæ, eo quod vino sopitus fuerit irriscus; Oleam verò legi Mosis in deserto,
quia oleum sanctum siue gratia prophetica, præuicantibus illis defecerat ab hære-
ditate. Rhamnum cōparat datæ legi ad salutem mundi Apostolis, quia per illorum do-
ctrinam castitatem didicimus, cui soli similem nullam potuit speciem diabolus inuenire.
Hinc quatuor Euangelia edita sunt, D E O quater. humanitatem annunciant, & qua-
ternis legibus doctæ, quantum tempora aperte per fructum discrimina intelliguntur.
Ficus enim propter dulcedinem & nutritionem, legem ante præuicationem latam
declarat: Nonnunquam enim ficus in scriptura in meliorem partem accipitur. Vitis
vero ob vini succiditatem & læticiam, eorum qui ex ira Dei & diluio seruati sunt, tim-
orem & solitudinem in gaudium versâ insinuat. Olea vero, propter olei fructum,
intimam Dei misericordiam significat; D E O, rursum homines ad impietatem
post diluuium prolapsos rōlerante, & dignante quibusdā legem dare & appare-
re. Rhamnus autem virginitatem denotat. Rhamnus enim arbor casta est, & fortasse
ex simili quadam cum virgine natura stirps hæc *ῥαμνος, καὶ ἀγνός* appellatur; rhamnus
quidem propter robur & fortitudinem cōtra voluptates, *ἀγνός* verò, quod omni ex pat-
te casta & pura sit. Vnde & Heliam ferunt à facie Iezabelis mulieris fugientem ad rha-
mnum primum venisse, atq; exauditum fuisse, cibumque accepisse, quia fugientibus sti-
mulum carnis, & feminam, & voluptatem, per fugium & tegumentum, castitatis lignum
germinauit, quod à aduentu principis Virginitatis Christi, regnum in homines obti-
nuit: Hoc enim vnicum castitatis regnum, cuius ipsos nunquam pōniteret, post Christi
aduentum arripuerunt homines, cum singulorum aliorum, quibus datæ fuerant leges
ante Christi aduentum, regnorum habenas à seipso celeriter excussissent, & cōtrario fal-
soque parere & se subicere maluissent. Quamquam sæpe pēnitentes quæ fuerint ite-
rum regale Dei legis imperium recte q; factorum animi vitij corruptorum renouatio-
nem. Nam hostium manibus, & ignominia passionibus traditi, rursum imperio præ-
ceptisque Dei regi vouerunt, vt ex infinitis ærumnis malisque eriperentur. Sed hæc
legum regna propter sētentia & immedicabilia vulnera animarum, noluerunt illis im-
perare, donec D E Y S quartum miseratus hominem, misit Castitatem, à scriptura rha-
mnum congruenter appellatam, quæ illi imperaret, quæ voluptatibus superatis, et-
iam in reliquum tempus illis interminata est, quod nisi, sibi parerent omnes, & sin-
cere ad se accēderent, futurum vt omnes flammis absumerentur; nullam enim post hanc
aliā legem aut doctrinam secuturam, sed iudicium & ignem. Hinc deinceps homo acci-
pit iustitiam colere, Deo que constanter per fidem adherere, & se à diabolo selungere.

Obseruandum dialogum hunc qui, Symposium, inscribitur, siue de castitate, ma-
gnam partem adulteratum esse: offendes enim in illo adiectas & Arianas vanasq; opina-
tiones, aliasque male sententiarum fabulas.

Notandum. Quid sit cur solus homo ex omnibus à D E O creatis rebus dica-
tur factus secundum imaginem D E I: nihil enim in homine reperiat quis nobile, quo
careat angelica natura; non immortalitas; nam & angelus immortalis, non libe-
rum arbitrium: Nam si angeli vt sentit Theologus magis [quam homines] pro-
pendent in bonum, secundum hoc intellige nullo modo posse accipi illud secun-
dum similitudinem. Si impetium dicas, (dignatus est enim homo à D E O impe-
rio piscium & aliorum in ipsa mundi fabricati descriptione) ne sic quidem ange-
los ostendes esse diuersos. Dominari enim plures angelorum gentibus, & nationibus
singula-

ἰσοπλαστία
ἐκαστοφύτου
M. S.

Ἡ ἀπολογία

Ἡ ἐκείνη
ἡ ἐκείνη

Ἡ ἐκείνη
ἡ ἐκείνη

Quod ab au-
tore virginis
Christo planta-
tum est in qui
virginitatem
complectuntur
Sicut notat Ha-
schelii.

Ναζιανζένου.

ἡ ἐκείνη
ἡ ἐκείνη
ἡ ἐκείνη

Qua erit
qua ratione si-
milis esset Deo.
Effigiem cui-
us reddere penes ho-
minem putat.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITA-
tum iudaicarum Libri.

CCXXXVIII.

Cap. 17.

Legi Iosephi, [Antiquitates, quarum Excerpta, quæ de Herode narrant, describunt instaurationem templi, ut Iudæorum occupauerit dominium, utque eius stirps imperium adeptæ sit, ut denique in optumatum regnum verterit, principatum summis Pontificibus inuadentibus, & alia quæ his adiunguntur. Iosephus] *Ad finem libri* quinti decimi Antiquitatum tradit. Octauo decimo regni Herodis anno perfectum templum Hierosolymis, quod Salomon Rex exædificauit, quod euersum iterum captiui à Babylone reducti Persarum Rege Dario coadiuuante erexerunt sex & quadraginta annis. Hunc Herodem refert augustum templum post annos sexcentos, aufertentem fundamenta antiqua, alia vero contra illa iacentem duplò priore maius fecisse.

Superauit. n. altitudine templum quod captiui erexerunt templi Salomonis mensuris quibusdam. Continebat templum Herodis centum cubitos longitudine, altitudo amplius viginti, quos etiam transcendit, tempore fundamentis subsidentibus, quam etiam Neronis imperio Iudæi atrollere cogitarunt. Ædificatum vero templum ab Herode vno anno & sex mensibus Iosephus refert, & domus, & monumenta quæ circum erant octo integris annis.

Lapides quibus templum ædificatum candidos ac firmos, singulos fuisse longitudine cubitorum viginti quinque, altitudine octo, latitudine duodecim, finitum vero hac industria. eo in opere magna Herodis enituit diligentia: aduexit prius omnem materiam, erantque illi plaustra, mille lapides vehere consueta, decem millia opificum, sacerdotum, qui in adytis seruirent mille. His enim ædificare lignaque cedere instituit, sacras illis omnibus vestes coemens, & apparatus voluntatem opinione citius ad exitum perduxit, Et magnâ gratiam apud populum conciliavit sibi. Sacrificat autè Herodes ab soluto templo trecentas vaccas; quantum vero alij Iudæi sacrificarint, dici non potest. Hic vero Herodes filius fuit Antipatri Idumæi, & Arabissæ cui nomen Cypris, quo regnante *ΣΗΡΙΣΤΥΣ* è Virgine ad redimendum genus humanum natus est. In quem seruiens peccauit, & contrucidatis tot infantibus; qua crudelitate ac cæde omnes retro tyranos superasse fertur. Eius vxoris Mariamnes (quæ Alexander pontificis Hyrcani filia filia fuit) venustas corporis tanta fuit ut nulla vnquam illi par fuisse videretur. Ex hac igitur duo nati filij Aristobulus, & Alexander, qui pulchritudine, orationisq; gratia, manumque promptitudine, nihil regium habere omnium ore ferebantur. Contra hos omnes calumnijs Antipatri efferatus est. Primo quidem in vxorem, deinde filios, & demum Antipatrum è priore natum vxore. Acerbo morbo vexatus (vexabatur enim in testinorum exulceratione) non nisi erectus anhelabat, pedes tumebant phlegmate humido, & graues coli passionés, verenda putrefacta scatebant vermibus: & alia multa. Et quinto post cædem Antipatri filij die etiam vitam sinijt. Viuens annos omnes

* Septuaginta.

* imperans ex illis sex & triginta. Regnat vero illegitime, & præter spem suam, studio Antonij ducis Romanorum pecunia corrupti, & Augusti commendatione, decreto ad confirmationem Senatus Rom. Herodis huius, qui primus externorum Iudæis imperauit, pater fuit Idumæus natione ex Ascalone filius Antipæ, etiam Antipæ prius vocatus, deinde Antipater. Hic multis pecunijs abundans, factiosus ingenio, & seditiosus cum Hyrcano Iudæorum Pontifice, eo quod fauere Aristobulo fratri Hyrcani inimicitias gessit. Quare cum multas sepe concitaret turbas, eo permouit Hyrcanum ut regnū iterum requirit omnibus modis, quod illo donante habuerat Aristobulus frater interfectus. Hæc fratrum discordia magna malorum causa ipsi, & cognationi, gentique Iudæorum fuit, & cur regnum ad externos delaberetur. In hac discordia multa Antipater pro Hyrcano contra Aristobulum visus est fecisse. Tandem Aristobulus vna cum liberis captiuus ducitur. Inde fuga ereptus, ad rem Iudæorum iterum se conuertit, iterumque obsessus à Romanis cum filio Antigono (hic enim cum patre vna captiuus fuit) capitur, Romamque mittitur, & ligatus comprehensus est, cum regalem & pontificalem dignitatem annos tres & sex menses gessisset: Illustris & magnanimus

nimus in regno factus. Hyrcano quidem Pontificatus tributus est, nondum vero regnum: sed populus proprijs legibus vivebat, populi Præfectus pro rege data sibi potestate dictus est. Antipater autem, pontificatum gerente Hyrcano, ad magnam potentiam peruenerat. Nam cum Rom. ducibus contra rebellantes auxiliandò pugnat, regnumque Iudæorum propter robur iniuste, & concedente Hyrcano adeptus est. Iulius vero Cæsar Aristobulum carcere soluens in Syriam contra Pompeianos mittere decreuit. Sed illum præuenientes Pompeiani veneno corrumpunt. Et Scipio, mittente Pompeio illo Aristobuli puerum Alexandrum accusante, quæ prius in Romanos peccauerat, securi percussit.

Declaratur vero à Iulio Cæsare Antipater post victoriam contra Pompeium Præfectus Iudææ: qui in Iudæam veniens Phaselo filio Hierosolymorum vicinorumque imperium dedit. Post se vero Herodem admodum iuuenem, decimo quinto ætatis anno Galilææ principem declarat, nihil à iuuentute prohibitum magnum quid & vitile præstare. Hæcque faciens Antipater, & nihilo minus à populo cultus, quam si Rex esset. Nihil tamen prorsus à fide & benevolentia erga Hyrcanum Pontificem Max. alienatus est. Finit Antipater splendidam, & claram omnino vitam, occulte veneno, Malcho pincernam pecunia corrupente, ut veneno potum inficeret. Malchus hic quidam Iudæus erat, ne tendorum doloris peritus, & data suspitione, iuramento suspicionem lenit, & fictione amicitia: Sed nihil minus, ut videbatur, in Herodem hæc ingenio machinante facere, aut etiâ vehementiorem incidens, pœnam postulantem paternæ cædis, puglonibus confusus interficitur. Antigonus vero filius Aristobuli, Fabio pecunijs corrupto, & Ptolemæo Hymenæi F. propter matrimonium (soror enim eius nupserat illi) & alijs nonnullis, aggressus est descendere in Iudæam. Sed Herodes pugna congressus vicit, & à Iudæa expellit, & ab Hierosolymis, & ipso Hyrcano honorifice, parta victoria, susceptus est. Antonius vero dux Romanorum, pecunijs excoercatus Herodi & fratri Phaselo Iudæorum tetrachias dedit, Hyrcano contra hæc non indignante, populum vero accusantibus Herodianis, nihil amplius erat quam ut supplicium subirent, loco pœnæ sumendæ, ob quæ accusauerant: quia Antonius corruptus fuerat auro, & Hyrcanus cum Herodianis sentiret. Iam enim filia filiam Mariamnem Herodes desponsam habebat. Ptolemæo vero Hymenæo vitæ defuncto Lyfianus filius accipit imperium, & Pacorus regis filius, & Basapharmanes Satrapa Parthum, occuparunt Syriam. Lyfianus vero habens secum satrapam, inicit amicitiam cum Antigono Aristobuli filio, & Antigonus promittit Parthis mille talenta se daturum, & quingentas mulieres, si patrum imperium darent interfecto Hyrcano, & Herodianis. Propterea Pacorus & Basapharmanes adducunt Antigonum, & illato ab Herodianis bello, multi vtrinque cæduntur, multum Herode laboribus celebrato. Tandem Herodes, & Phasælus dolo capiuntur à Parthis, & Phasælus hostium cædem præuertens, illis ad petram capite finiuit vitam: captiuus vero tenebatur Hyrcanus. Et denique Parthi Hierosolyma occupantes, vix illos Herode, animi præstantia, & celeritate consilij, manumque robore cum familia fugiente, pecunias Hierosolymitanorum rapuerunt, præter eas quæ erant Hyrcani, octoginta vero erant talenta, & sic in patrium regnum Antigonum constituerunt. Antigonus vero Hyrcano, ne amplius sacerdotium gereret, (nam qui aliqua parte corporis mutili sunt, non sunt apti ad sacerdotia apud Iudæos) aures incidit, & Parthis secum ut ducant committit. Herodes nequaquam quiescebat, sed primum quidem ad Malichum Arabum Regem vadit, auxilium iuxta paternam amicitiam inuenturum se sperans; frustratus vero Brundisium ad Antonium ducem Roman. inde cum illo Romam contendit, deplorans ea quæ accidissent, fratrisque mortem. Cogitauerat vero fratri vxoris filio filia Hyrcani, si quomodo posset regnum tradere; diffidebat enim omnibus modis sibi externo id posse contingere. Sed Augustus & Antonius eodem vsi consilio regem Iudæorum creant, & contra Antigonum sæpe cum illo pugnantes post multas clades & bella, Antigonum captiuum ducunt, Sosio Rom. duce finem hunc bello imponente. Illum vero magis in imperio confirmant. Antonius dux accipiens captiuum Antigonum, vincitum triumpho seruare decreuit. Cognito autem, Iudæorum populum odio in Herodem noua moliri, illum Antiochiæ securi percussit. Hyrcanus autem, cum Herodem regnate in-

W W

tellexit

Lib. 15. cap. 9.

tellexit, implorauit Phraatem regem: & simul postulante Herode in patriam mittitur, multa se sperans ab Herode consecuturum. Herodes vero speciem beneuolentiae, & primi honoris in eum magna ostendit: deinde vero ei corruptionem largitionum obijciens, & proditionem apud Arabes: hominem interfecit: annu octogesimo primum aetate, cum magna & ineffabili clementia & incuriositate.

Quin & Aristobulu Hyrcani filium Mariamnae uxoris fratrem, admittente Alexandra puero, matre, & Mariamna, summum Pontificem decimo septimo aetatis anno creat. Et deinde in Hiericho in piscina illic suffocari iussit. Sed Herodes quidem talis, qualis esse iam dictum est.

Moriens Herodes Archelaum filium Caesare permittente successorem regni constituit. Caesar vero Augustus dimidia regni partis Archelaum creans dominum, & regis titulo ornatum se dixit, si clementer & iuste regnum administratum cognouisset. Alteram vero partem diuidens Philippum & Anipatrum tetrarchas, Herodis & ipsos filios constituit. Sed Archelaus cum uolenter more paterno Iudaeos regeret, Caesari supplicante populo, tyrannide oppresso, decimo anno regno excidit, & condemnatur ut habitaret Viennam Galliae urbem, & inde recidit Iudaea e regno in praefecturam.

Lib. 17. c. 1.

Herodes tetrarcha Galilaeae, & Peraeae, filius magni Herodis, amauit ut scribit Iosephus, fratris sui Herodis uxorem Herodiadem; quae & ipsa e magno Herode oriunda, nata e filio Aristobulo, quem ipse interfecit. Erat huic frater Agrippa: hanc Herodes a viro disiungens, uxorem duxit. Hic est qui magnum Ioannem Praefectorem interfecit, ut ait Iosephus, ne populum ad seditionem concitaret. Omnes enim ob excellentiam virtutis, Ioannis uocem sequebantur. Sub illo & Saluator est passus.

Lib. 18. 7.

Ioan. Baptistae
Matth. 14.
Marc. 6.
Luc. 3.

Agrippa primi Herodis nepos, Aristobuli eius, qui interemptus est filius, frater Herodiadis, sexcentis casibus & mutationibus obnoxius, tamen e custodia & vinculis, quibus illum comprehensum Tiberius moriens reliquerat, C. Caesari prouidentia, Rex tetrarchiae Philippi renunciatur: Hic erat prioris Herodis frater: adeptus est & Lyoniae tetrarchiam, & in Iudaeam nauigat, omnibus obstupescens, & tam subitam mutationem admirantibus. Cum quibus & Herodias percussa letale uulnus accipit inuidia: nec desijt uirtum turbare, donec Romam ire coegerit, & Imperium sibi adiungere studere. Sed ille eam comitatus est, secutusque Agrippa, & affectus est iam soluentes. Accusans Herodem apud C. Caesarem, quod Romanis semper infestus fuerit. Tiberio enim adhuc superstiti, cum Selano aduersario Romanorum amicitiam inijisse, & nunc apud Arabanem regem Parthorum eadem contra Romanos moliri: obtinet ut loco regni, quod somniauerat, propria tetrarchia excidat, & Lugdunum turpi exilio multatus abeat. Herodias uero libens cum marito in exilium vadit. Tetrarchiam ipsius Caius Agrippa tradit. Hunc Agrippam ad discrimen filij, etiam magnum Agrippam uocant, & gratiosum hunc Iosephus ait Iudaeis imperasse. Hic Iudaeis, ut uidebatur, gratum faciens Iacobum Ioannis fratrem gladio percussit, & Apostolorum caput Petrum uoluit, licet aberrauerit, occidere. Hic ex argento contextam uellem indutus, & plebem allocutus, cum uoces eius (postquam assentationis modum excessisset, & ad summam impietatem peruenisset) audiens, non intrepans statim poenas dedit. Ingenti enim circa uentrem dolore nato, post quinque dies absumtus est: aetatis annum agens quinquagesimum quartum, regni septimum. Quorum quatuor Caio Romae imperante, regnauit; tribus ceteris Philippi tenuit tetrarchiam, quarto anno & accipiens Herodis tetrarchiam. Reliquos tres sub Claudio, quibus Iudaeam, Samariam, Caesaream permittente Caesare, possedit. Sic obijt Agrippa bubone (aui genus sic apud Romanos uocatum est) quinque ante mortem diebus super capite apparente, cui & regnum praenunciasse putat Iosephus. Moritur quatuor relictis liberis, filio Agrippa decimum septimum aetatis annum agente; tribus uero filiabus Berenice, Mariamne, & Drusilla: quarum illa sexto decimo aetatis anno Herodi patris fratri nupsit. Mariamne decimum, Drusilla septimum annum absoluerat. Quas Sebasteni, nulla de causa nisi ob suam dementia uolenter rapientes, & in Lupanaribus collocantes, omnem in illas iniuriam fandam atque infandam ostende-

Lib. 18. 9.

Lib. 22.

* sc. plebis dicens
Dei uocem se
audire non hominibus.

17

18

ostenderunt. Quibus infensus Claudius, nihil tamen dignum hac insolentia effecit.

Agrippa Agrippae filius, mortuo patre Romam nauigat. Claudius uero illi patrum imperium dare statuerat, sed retentus nonnullorum sententijs, qui aetatem iuuenilem Agrippae cauarentur: Fadum Iudaeae Praetorem mittit, Agrippam uero Chalcididis, cui ante Herodes mortuus praefuerat, regem creat. Quarto post anno donat & illi Philippi tetrarchiam, & Batanaeam, adiungens & Trachonitiam, quae antea Lyfaniae fuit, & illa dando ademit illi Chalcidem. Agrippa sororem Drusillam Azizo Emesae regis circumciso in uxorem dedit. Epiphanes enim Antiochi quanquam pollicitus circumcisionem non accepit. Inde sponsalia soluta sunt. Soluitur & Drusilla ab Azizo, & Felici Iudaeae Praefecto cum multa ob pulchritudinem eius moliretur, nubiti Mariamnam uero dat Archilao filio Helciae, cui & uiuens pater eam destinauerat, & ex illis nascitur Berenice. Claudio defuncto succedens Nero donat Agrippae fatu quodam Galilaeae Tiberiadem, & Tarichaeam, imperans ut ipsi obediret. Addit & Iuliam urbem Peraeae, & decem circum oppida. Hic est Agrippa, apud quem D. Paulus, praesidente Festo, perorauit.

Lib. 24. 26.

Post Fadum Iudaeae Praetorem mittitur Cumanus, post quem Romam ob crimina euocatum Felix mittitur; deinde Albinus, postremo Florus. Cuius secundo anno propter mala quae ab illo supra modum fiebant, Iudaicum bellum contra Romanos duxit initium, duodecimo anno imperij Neronis.

Ananus Anani filius Pontificatum adeptus, quo priuatur Iosephus, audax fuit, & supra modum temerarius. Erat enim sectae Sadduceorum, qui crudeles sunt in iudicijs, & ad omnem arrogantiam incliantes. Hic igitur Ananus Festo in Iudaea defuncto, & Albino nondum obtinente officium, auctoritate sua Praeses fuit, & Iacobum fratrem domini cum alijs condemnans ut legis uoluntates: lapidibus percussit: unde Iudaeorum mitissimi indignati, & ipse Agrippa Rex, eijciunt eum tribus mensibus imperasset, & loco illius Iesum Damneum collocarunt.

19

Mortuo Aatone fratre Moysi, filij eius in sacerdotium succedunt, & deinceps omnes ex eius stirpe. Inualuerat enim Lex patria, ne quis nisi e sanguine Aaron sacerdotium gereret. Fuerunt igitur ab Aatone usque ad Phanatum, qui tempore belli a tumultuantibus Pontificatum accepit, anni octoginta tres. Inde a deductione e deserto, ubi & tabernaculum fabricatum est, usque ad templum quod Salomon exstruxit, tredecim Pontificatum gesserunt; qui singuli eum per totam vitam obtinuerunt. Fuit illorum dominatio prima Aristocratica siue oprimatum: deinde ad unum redacta est, ad reges tertio. Igitur ab exitu ex Aegypto, usque ad aedificationem templi Hierosolymitani, anni sunt sexcenti & duodecim.

Post hos uero tredecim Pontifices, & post aedificationem templi octodecim Pontificatum gesserunt a Salomone rege, in templo sacraui. Donec Nabuchodonosor Babyloniae Rex templo incenso Iudaeos captiuos in Babyloniam auxit Amrae Pontifice. Horum tempus pontificatus sunt anni trecenti sexaginta sex, menses sex, decem dies. Post captiuitatem uero septuaginta elapsis annis Cyrus Persarum Rex captiuos in patriam suam abire permisit. Unus igitur e reductis captiuis Pontificatum accipit, & inde quindecim eius posterij usque; ad Antiochum Eupatoris F. populo imperante, & horum tempus anni quadringenti, & quatuordecim. Primus hic Antiochus & dux eius Lyfias, Onian, Menelaus cognomento, Pontificatu abdicant, interficientes illum in Bercea, & contra substituunt Iacimum, e stirpe quidem Aaronis, sed non e recta linea. Ideo & Ananias mortui Oniae patruelli in Aegyptum profectus, in Ptolemae Philometoris, & Cleo patre uxoris amicitiam ueniens, persuadet illis, condens in Helio-poli templum Deo simile ei quod est Hierusalem, ut se Pontificem crearent. Iacimus annos tres sacerdotium cum rexisset moritur: cui intra septem annos nemus succedit. Rursum uero posterij filiorum Asamoniae imperium populi nacti, & cum Macedonibus pugnantes Ioannem Pontificem creant, qui cum septem annis praefuisset moritur. Tryphone illi necem moliente, cui succedit Simon frater: Verum & hunc dolo in conuiuium interfectum a genero sequitur filius nomine Hyrcanus. Hic moriens, Iudaei qui & Aristobulus nominabatur relinquit regnum.

20

Sequitur hunc frater Alexander, morbo quidem extinctum, sed sacerdotium cum regno

regno obtinente, nam & diadema habuit primus Iudas vno anno. Regnans vero Alexander & pontificatū gerens, anno s XXVII, vitam finit. Alexandræ vxori permittens constituit pontificatū regentem. Ibi illa Pontificatū Hyrcano dat filio natū maiori, ipsa regnum nouem annos cum gubernasset moritur: totidem annis sacerdotium gerit Hyrcanus. Post huius mortem iunior filius contra fratrem bellum gerens, nomine Aristobulus, & auferens Pontificatum, tam hoc, quam matris regno potitur. Tertio anno imperij, & mensibus totidem Pompeius veniens, & urbem vi capiens, ipsum Romam cum filijs captiuum misit. Hyrcanum vero Pontificem designans, populi imperium ei permisit, sed coronam eum ferre noluit. Imperauit vero præter nouem primos annis quatuor & viginti. Basapharmanes & Pacorus Dynastæ Parthorum, cum Hyrcano bellum gerentes, eum viuum ceperunt: Antigonum verò Aristobuli filium regem constituerunt. Tres vero annos, & tres menses illum imperantem Sosius & Herodes expugnarunt. Antonius vero captum Antiochiæ securi percussit. Regnum autem Herodes à Romanis adeptus, non amplius è genere Asamonæo Pontifices constituit: obscuros vero aliquos, & solum è sacerdotibus oriundos, præter vnum Aristobulum, nepotem è filia Hyrcani à Parthis capti, cuius soror cum Mariamne vixit. Hunc Aristobulum metuens tanquam nobilem, & per se conspicuum, ne populus ad eum inclinaret, Hierichunte in piscina suffocari iussit. De sacerdotum constitutione similia molis filius eius Archelaus, & post illum Romani, qui imperium inuaserunt. Sunt igitur ab Herodis temporibus qui Pontificatum gesserunt, vsque ad diem quo templum & urbem capiendo vastauit flammis viginti octo. Tempus illorum anni ad centum & septem. Et aliqui scilicet administrarunt sub Herodis & Archelai imperio. Post hæc ad optimates deuoluta est administratio, populi verò curam sacerdotes summi gerebant.

PRO-

PROCLI

Chrestomachia seu laudabilia de re poetica.

LECTA sunt † laudabilia, quæ Proclus è Grammaticis excerpterat. Liber hic in * quatuor diuiditur: ac primo quidem has esse orationis, & poetatis virtutes: differre verò in eo, quod plus, minusve est. Et plasmatis, hoc quidem tenete, illud verò plenum, atque grande, tertium verò medium. Ac plenum quidem maximè ad summam admirationem concitandam aptum, mirificeque instructum, & poeticam venustatem ostendens. Tenue verò tropis ornatum quandam, & familiaritatem compositionem sequitur. Verùm ex attenuatis magis coagmentatum est: vnde & lucubrosius plurimum rebus, ac tristibus optimè accommodatur. Medium, vel nomen ipsum significarit, inter vtrumque esse interiectum. Florida verò per se non est dicendi figura, sed antedictis mista cum eis simul effertur: conuenit autem locorum, pratorum locorumque descriptionibus: qui verò à memoratis dicendi figuris aberrarunt, à grandi ad duram elatamque, à tenui ad humilem, à media ad otiosam & solutam deflexerunt. Præcipit autem & de poetatis diiudicatione: vbi vobis & pabovs tradit differentiam, poeticesque aliud narratiuum esse, aliud imitatiuum. Narratiuum porò diuiditur in Epos, Elegiam, Iambum, & Melos. Imitatiuum verò in Tragœdiam, Satyros, & Comœdiam.

Melos à primò reperit Phemonoè Apollinis sacerdos, Hexametris oracula reddere solita. Et quoniam oracula res ipsæ sequebantur, consonæque erant, hinc, quod hexametris constat, id omne Epos dictum. Alij verò, propter accuratorem, & valde insignem excellentiam, quæ in hexametris elucet, putant commune nomen totius sermonis hexametrum sibi vindicasse, vocatumque Epos: quemadmodum & Homerus poetæ nomen sibi, & Demosthenes oratoris vsurpauit. Quando & Trimetra vocauerunt. Inter Epicos verò poetas excellit Homerus, Hesiodus, Pindarus, Panyasis, & Antimachus. Recenset horum, quantum fieri potest, genus, patriam, & quædam opera, quæ carminibus composuerunt.

Differit verò & de Epico, quem vocant Cyclo, qui ex Cœli, & Terræ, quam poetæ fabulantur, commistione originem duxit: deinceps ex ipsa Cœlo tres filios centimanos agnoscunt genitos, totidemque alios producunt Cyclopos. Disputat de Dijs breuiter, aliisque rebus, quæ Græcorum fabulis prodita: & quidquid etiam ad historiam veritatem pertinet. Terminatur Epicus Cyclo, ex variis poetis perfectus, ad excensum vsque Vlyssis in Ithacam, in qua & à filio Telegono, ignaro quod pater esset, interfecit. Epici verò Cycli poemata hodieque seruari ait, studioseque à multis frequentari, non tam virtutis causa, quam propter aptum ordinem & coherentiam earum rerum, quæ in ipsis continentur. Memorat etiam nomina & patriam eorum, qui Epicum Cyclum fecerunt. Quin etiam de Cypriis poematis narrat. Et hos quidem ad Stasinum Cyprium hæc referre: illos verò ad Hegesiam Salaminium: quosdam etiam Homero tribuere, data verò pro filia Stasino, à cuius patria Cypria hoc opus appellatum: sed huic rationi auctor non assentitur: neque enim Κύπρια, accentu [vt loquitur] in antepenultima inscribi hæc poemata.

Elegiam verò heroico & pentametro versu constare, aptari verò illis qui obierint, vnde & nomen accepit: luctum enim ελεγιον veteres appellarunt, eosque qui vita functi essent, his celebrarunt. Posteriores verò Elegiis ad res varias abusi sunt. Hoc metro excelluisse refert Gallinum Ephesium, & Mimnermum Colophonium, sed & Philetam Coum Telephi F. & Callimachum Batti F. Cyrenæum.

Iambum similiter ad conuitiandum olim, ait, comparatum. Ιαμβίκεν enim linguae quadam proprietate; contumeliam dicere, significabat: alij ex Iambe ancilla, genere Threissa, deriuant. Hanc ferunt, Cerere ob raptam filiam tristitia affecta, Eleusinem venisse, & Iapidi, qui hodieque εγελιασ, quasi risus expertus, & tristis, vocatur, insidentem, ludicris quibusdam diceris h risum Deæ concitasse. Apertum autem Iambum olim tam in vituperationem, quam laudationem, ex æquo conscribi solitum, quando in conuiciis, contumeliisque, quidam metro insolentius vsi sunt, inde Ιαμβίκεν ad conuitia consuetudine quadam recidisse, quemadmodum à Comicis Comœdiari dictum. Iambicorum poetarum Archilochus Parius facile princeps,

* fort. uia vrbis, esse dem esse.
 †. Legen. fort. Διαλασθέντες & ἴτα β. ἢ παρὰ τὸν ἴδιον.
 De iudicio poet. matu.
 d. Fort. En legem.
 e. Φημι τὸν λέγει, ex Παισανίῳ τῷ Φλοκίῳ & alii.
 f. Ἡγεσίαν λέγει, ex Ἀθηναίων, lib. 15. δευτεροαφ. & fort. αὐτὸν ἰσχυροῦς.
 h. Καλλίμαχον.
 Apollodorou lib. 1. Biblioth.

PROCLVS.
* δ' Ἰσχυροῦ
fort. δ' Ἰσχυροῦ
ex Steph.
no.

ceps, & Simonides* Amorginus: vel, vt quidam volunt, Samius, & Hipponax Ephe-
sius: quorum primus quidem tempore Gygis, alter verò Ananiae Macedoniae: Hippo-
anax verò Darij temporibus floruerunt.

Melici autem carminis varia genera faciunt, in multasque partes diuidunt;
Quaedam enim ad Deos pertinent, alia ad homines, alia denique ad fortuitas calami-
tates.

Ad Deos quidem referuntur, Hymnus, Profodion, Pæan, Dithyrambus, No-
mos, Adonidia, Iobacchus, Hyporchemata. Ad mortales verò pertinent Encomia,
Epinicij, Scolia, Amatoria, Epithalamia, Hymenæi, Silli, Lamentationes, & Epice-
dia. Ad Deos simul & homines, Parthenia, Daphnephora, Oschophora & Preca-
toria. Hæc enim in Deorum laudem ita composita, vt & hominum prædicationes
complexa sint. Fortuitæ verò calamitates Melici carminis speciem minimè consti-
tuunt, quam tamen Poëtæ tentauerunt: puta Pragmatica, Emporica, Apostolica, Gno-
mologica, Georgica, & Epistaltica.

Hymnus sic dictum aiunt, quasi ὑμνωστῆς, id est, commemoratio quædam sit,
& quasi in memoriam reuocet res gestas eorum, qui hymnis celebrantur: vel ἵμνος
ἵδεν ἀνθρώπων, quod valet, prædicare ipsas. Vocabant autem in vniuersum omnia, quæ
in gratiam sacrorum & ministrorum scripta erant, Hymnos: propterea Profodion,
aliaque supra enumerata, Hymno distinctè subiici videantur, vt species generi. Quare
audire licet qui scribant, Hymnos Profodios, Hymnos Encomios, Hymnos Pæanos,
& de ceteris eadem ratione.

Profodion dicebatur, cum ad aras, aut templa accederent, & in accessu ad ti-
biam canebatur. At qui propriè Hymnus vocabatur, ab astantibus ad citharam con-
cinebatur.

Pæan autem carminis genus, nunc ad omnes Deos refertur: olim verò at-
tributum Apollini, & Dianæ, vt pestis, morbi que depellerentur, cantari solitum:
voci tamen abusione etiam Profodia à quibusdam Pæanum nomine appellan-
tur.

Dithyrambus verò in Bacchum conscriptus, à quo nomen accepit, vel quod
apud Nysam in antro Dithyrambo, hoc est, bifori, sit educatus, vel quod λευκέρων
τῶν ἱαμμάτων, hoc est, apertis fururis Iouis, repertus sit: vel quod bis genitus videatur,
semel ex Semele, iterumque ex femore. Repertum verò fuisse Corinthi Dithyram-
bum Pindarus refert. Primum verò qui hoc carmine cecinerit, Aristoteles à Ario-
nem fuisse prodit, qui primus Cyclium chororum duxit.

Nomos quidem in Apollinem conscriptus, à quo appellationem sumpsit,
& Nomimus enim Apollo, qui ita appellatus est quod vteribque choros constituentibus,
& ad tibiam vel lyram Nomon canentibus, Chrysothemis Cretensis primus
stola vltus insigni, & accepta cithara, Apollinem imitatus solus cecinerit Nomon,
qui cum eo genere vehementer probatus esset, permansit hic modus certaminis.
Terpandrum verò Nomon absoluisse apparet, cum heroicum carmen adhibuit:
post Arion Methymnæus non parum auxit, poëta ipse, & citharædus. Phrynx
verò Mitylænæus nouam rationem commentus est. Hexametrum namque cum
soluto carmine coniunxit, pluribus etiam, quam septem chordis vsus: postea Ti-
motheus eum, qui nunc est, ordinem induxit. Est autem Dithyrambus incitatus,
& multum furoris cum saltatione ostendens, ad vehementioresque affectus com-
paratus ad eos præsertim, qui illi numini sunt congruentis: & concitatus est num-
meris, & dictione vitur simpliciori: Nomos contra f per affectus: & numeros
leniores remittitur, composito gradu, & magnifico incedens: verbis præterea du-
plicibus vitur. Quin & vtramque [genus carminis] congruenter vitur harmonia.
Illud quidem Phrygiam & Hypophrygiam adhibet: Nomos verò systemate
citharædorum, Lydio scilicet, temperatur. Videtur autem Dithyrambus in ru-
sticorum iusu & hilaritate, inter pocula repertus esse, Nomos verò à Pæane flu-
xisse: sed hic patet latius, ad mala auerruncanda conscriptus: ille verò propriè in A-
pollinis laudem: vnde & furibundum nihil habet, vt Dithyrambus. Illic enim tem-
ulentia, & ludicra puerilia sunt: hic verò supplicationes: varius etiam ordo. Or-
dine namque & systemate moderato incedit eius concentus.

Adonidia

a. Ἰσχυροῦ fort.
παθητικῶς, quæ
in eos, qui à
Poëtis celebran-
tur. Sed vaci-
tous, in virtute
predita.

b. ἵμνος leg.

c. ἵμνος Νύσαν.

d. Agellius lib.
16. cap. 19. Or-
thium cecinisse
Arionem ex He-
rodoto commo-
morat.

e. Νίμμος
fort. Νίμμος
Nomimus.

f. ἵμνος ἵδεν
ἀνθρώπων leg. fort.

Adonidia dicuntur, quæ in Adonim referebantur.

Iobacchus canebatur in festis, & sacrificiis Bacchi, tinctus multo, & insolenti
fremitu.

Hyporchema vocabant carmen cum saltatione decantatum: ὅνδ enim veteres
pro μετὰ ἴαπε vsurparunt. huius inuectores fuisse referunt, hi quidem Encretas, alij:
verò Pyrrhum Achillis filium: vnde saltationis genus quoddam à Pyrrhiam no-
minant.

Epinicios, cantus post victoriam in honorem eorum qui victoriam essent adepti,
conscribebatur.

Scolion, carmen quasi obliquum, inter pocula accinebatur: vnde Παισιον, hoc
est, debacchatio vinolenta, aliquando est appellatum: remissum verò compositione, &
simplex maximè. Dicitur verò, Σκολίων, non, vt quibusdam placuit per ἀντιθέσιν, quæ
vt plurimum bonum omen propositum habet, non contra bonum omen in sinistram
traducit. Sed quod præoccupatis iam sensuum instrumentis, & auditoribus vino lan-
guentibus, tunc barbarum in conuiuium inferretur, singulique debacchantes, non
sine maximo periculo, ad carmen illud proferendum incurrauerunt. Quod igitur
ipsis accidebat propter ebrietatem, hoc in carmen traducentes, quod simplicissimum
erat, ἑσολίδιον, id est, incuruum, & tortuosum, appellabant.

Ἐρωτικῆ, seu amatoria, mulierum, puerorum, & virginum casus amatorios de-
cantant.

Epithalamia verò nouis nuptis, thalamum iam ingressis, iuuenes simul & virgi-
nes thoro astantes accinebant.

Hymenæum autem in nuptiis decantatum ferunt, propter desiderium, inuesti-
gationemque Hymenæi, Terpsichoræ filij, quem ducta vxore euanuisse aiunt. Alij verò
in honorem Attici Hymenæi, quem latrones persecutum, raptas virgines Atticas libe-
rasse commemorant. Ego verò felicitis vitæ acclamationem esse puto, præsentibusque
fidam matrimonij societatem cum à mutuo amore comprecari. Poëta dialecto vo-
cabatur, ἑσολίδιον, id est, vna habitare, & eadem sentire eos con-
corditer viuentes optant.

Sillus parè conuitia, irrisionesque hominum continet.

Threnus & Epicedium hoc differunt, quod iacente iam cadauere, hoc pro fu-
nere recitatur: ille verò nullo certo tempore circumscribitur.

Parthenia quæ dicuntur, virginum choris adaptabantur, sub quæ etiam Daphne-
phorica, quasi sub genis cadunt. Lauros enim nono quoque anno ad Apollinis sacra
inferentes sacerdotes, hymnis eum per virgines choros celebrabant: cuius hæc causa
redditur, f. Æoles quotquot Arnen, ea que circum loca habitabant, ex oraculo inde
egressi, obsidione cingentes Thebas vastabant, quas & Pelasgi obsidebant: cum simul
vtrisque Apollini status dies festus esset, inducias pacti sunt, & lauris amputatis, ab
his quidem in Helicone, ab illis verò iuxta Melanem fluium, Apollini intulerunt.

Polematus verò Boeotorum dux, iuuenem quendam secundum quietem vidit & soli-
dam armaturam ipsi offerentem, vota que fieri præcepit in Apollinis honorem nono
quoque anno à laureatis. Tertio post die conferta manu, hostem vicit, ipseque lauti
gestatione votum soluit: hinc mos ille religiosè obseruatus. Hæc Daphnephoria
oleagineum lignum lauris coronant, variisque floribus exornant: cutis in apice aæna
sphaera imposta: ex hac minores dependent: medio verò ligno purpureæ coronæ ad-
aptantur, minores quàm quæ summo fastigio imposta. Imam verò ligni partem cir-
cumuestiunt b. crocotula. Significat autem ipsi suprema quidem sphaera, Solem, quo
Apollinem designant: huic verò subiecta, Lunam significat. Globuli verò appen-
dentes & astra sunt: Coronæ annum cursum significant: trecentas enim & sexaginta
quinque conficiunt. Præest autem Daphnephoriis puer patrimus, & matrimus, cui
maximè coniunctus, gestat coronatum lignum, quod καπρόδ, ipsi vocant. Daphnephō-
rus verò sequitur, tangens laurum: cō nis quidem demissis, & fluxis, aureaque corona
redimitus, splendidaque veste, & calari indutus, calceisque, quos ab Iphicrate Ιφικρά-
της Γραϊκῆ & vocant. hunc virginum chorus comitatur, ramos ad supplicationem, quæ
hymnis celebrabatur, prætendens. Mittebant autem lauri gestationem ad Apollinis
Iminij, & Galaxij fanum.

XX

Τετρα-

a. Ἰσχυροῦ
legendum.

b. Pyrrhiam,
vel Pyrrichen.

c. Leg. σολίδιον
πυρρῶν.

d. μετὰ φίλο
πυρρῶν.

e. Ἰσχυροῦ
legendum.

f. ἢ ἑσολίδιον,
Æoles.

g. καπρόδιον.

h. καπρόδον leg.
ex Polluce; &
Aristophanes
prete.

i. Leg. ἀμφιθα-
λῆς.

k. Didorum Si-
culum lib. 15. Bib-
lioth. Suidæ &
Pollux.

l. Fort. Ἀσπί-
δων.

Τριποδοεικὸν carmen, tripode prelato à Bœotia caneatur, institutumque hæc de causa. Pelasgi quidam Panacum, Bœotia urbem vastabant, Thebani verò defen-

α. ἰσχυρὰν ἑπι-
τροπὴν

δ. τῆν Δίαν.
ε. ἰσχυρὰν ἑπι-
τροπὴν.
sic ἔν Plutarcho
ἐν Theba.

Oschophorica verò carmina ab Atheniensibus caneantur: chori autem adoles-

- Precatoria carmina ab iis componebantur, qui aliquid Deum rogarent.
Pragmatica verò, quæ res gestas aliquorum continent.
Emporica, quæ quasi peregrinationem & negotiationem ostentarent, à quibusdam conscripta sunt.
Et Apostolica, quæ dum quid mitteretur ad aliquem, fiebant.
Gnomologica notum est admonitiones de moribus continere.
Georgica verò, agri & stirpium tempestiuitates & curam.
Epistolica, quæ ad obeunda mandata aliquibus composita mittebantur.
Hactenus quidem ex duobus Procli libris ea excerptimus, quæ ex Grammaticis laudabilia ipse depromperat.

SCHOLION.

† Χρησμοδίας ἀλογαί Ἐλεῖτα, verti. Nam & Electorum Commentarios 180. reli-

* Διαστῆται εἰς δ'.] Εἰς δὲ τὸν legendum reor, itaq; scripsisse Photium arbitror: nam ex duobus tantum Procli libris hoc fragmentum concinnatum est: & Suida tres duntaxat libros χρησμοδίας agnoscit: & verò in numerorum notis singulis facilis errandi...

bus Suida liber est, non pigebit de Procli scriptis reliqua describere, sed Latine: Proclus Lycius Syriani discipulus, auditor item & Plutarchi, Nettorij F. philosophi, philosophus & ipse Platonicus. Hic scholæ Athenis præfuit: ipsius discipulus & successor fuit Marinus Neapolitanus. Scripsit plurima tam Philosophica, quam Grammatica. Commentarium in integrum Homerum, in opera item & dies Hesiodi. Laudabilem locorum libros 7. de educatione lib. duos. In Platonem de repub. libros 4. In Orpheum Theologiam, & de consensu Orphei, Pythagoræ, & Platonis. De Oraculis libros 10. de Dijs apud Homerum, aliaq; Hæc Suidas. exstant & in Euclidem, & Ptolemaum comment. ut mathematicum summū agnoscas: in Peripatetica verò disciplina, libellus de motu, quo Aristotelem à libro 3. physic. & deinceps in compendium redegit. Platōnica verò doctrina, Platonis Theologica elementa, & Physica nuper edita. In Italicis vero bibliothecis, & August. in Timeum, in primum Alcibiadem, in Cratylum, in Parmenidem dialogos commentariis adhuc latent. Plures & nostra, & cl. viri Ret. Io. Nunnensis in hanc Procli Chrestomathiam Nota seorsim prodibunt.

IOAN. PHILOPONVS

in Hexaëmeron.

LEGI Ioannem Philoponum in Hexaëmeron. Dedicat librum Sergio Constantino-

Moses nec physicum nec astronomum agere voluit, sed homines ad Dei cognitionem, per mundi etiam creationem trahere & inuitare conatus est. Magnum hoc & splendidum mundi opus à Deo factum, neque à se principium habere, neque ingenerabilem materiam, neque Deo coeternam. Platonemque, quem Græci sapientissimum existimant, & si sæculis multis posterior fuerit, nec ex plebe cuiq; libros suos scripserit, sed ijs qui præ cæteris in Philosophia ingentes progressus fecerunt; Mosem in mundi conditi enarratione imitatum fuisse. Sed Mosem sublimius multo rem refert enarrasse. Nihil ait in mundi creatione esse, rerumque ordine, quin Mosis verbis respondeat; contra verò multa eorum, quorū à Physicis inuestigatæ causæ, à Mosis scriptis desumpta sunt. In multis Magnam Basilium & Theodorum Mopsuestiæ laudibus meritis extollit, etsi non in omnibus quæ reprehendit, licet non pauca iure vellicet. Principium variis modis cum dicitur, refert illud: In principio, nunc temporarium principium indicare: dicere vero, inquit, temporarium, non cuius generationem tempus præcedat, vt vnus cuiusque nostrum: sed primum temporis nunc, quo Deus cælum & terram in medium produxit, sine vlllo temporis interuallo. Omne enim principium omnino aliud esse dicit, quam id cuius dicitur principium, idque exemplis ostendit. Quare in principio temporis, & non in tempore, cælum terramque condidit Deus. Sed quum hoc significat principium, in quo cælum & terra condita sunt. Secundò, prima fabricæ pars, vt initium nauis est carina, domus fundamenta. Hinc apparet & eodem modo significationem principij intelligi posse, cælum & terram in principio facta esse. Tale enim fundamentum & principium rerum Deus cælum & terram primum posuit, in alijs significationibus principij non ita. Pro his; In principio, vertens sic Aquila, ἐν κεφαλῇ, occasionem dedit cogitandi, συνημέτως τὸ, in principio significare iuncturam & simul cælum & terram facta esse. Neque enim hoc ex illis prius, hoc vero posterius factum est. Κεφαλαίων enim appellare solemus coniunctionem omnium simul in vnū, & frequens huius vsus. Ostendit & addijm vocabulum οὐδ' [id est simul] coniunctionem, quia multa demonstrat. Dicit enim: In capite creauit simul cælum, simul terram: In principio significat simul duo esse facta. Nonnulli illud, ἐν κεφαλῇ non eo modo, sed Metaphoram à summa corporis parte, quæ caput est, ductam esse volunt, & ad hoc principium retulerunt. Cælum & terram per extrema media coniunxerunt, vt etiam omnia loquuntur. Extrema autem hæc ritè vocantur, terra orbis cœntrum sustinens, omnium inferiorum est principium; cælum vero omnia ambiens, omnium finis est. Iterum vero cælum descendendo, initium est, eiusque respectu terra tunc finis, media vero sunt, aqua, aër, & ignis. Ideo pergit: Tenebra super abyssum: aquam abyssum vocat, tenebras vero luce carentem aërem. Etenim proprie dicuntur tenebræ cum lumina ab-

CCXL

Genesis.

ἐν κεφαλῇ ἔκ-
τε οὐτὸν ἀρα-
τὴν οὐδ' τὴν γῆν.

Exodi. 10.

puyder, melius
puyder.
Genes. 1.* Fort. puyder
20.

est. Et consuetudo tenebras obscurum aërem vocat, vel speciem aëris nocturnam, vel ex alio accidente. Tenebras palpabiles, quales senserunt Aegyptij, duabus de causis dici vult, vel quod splendor nullus cœlestis immixtus est aëri, ob densitatem eius, ut palpabiles; & tangi per resistentiam à contingentibus queat: vel quod tangendo duriora corpora inftar cœcorum sic progrediantur, & hoc ipso cognoscant sic atrectata. *Abyssus* ab omnibus multa aqua dicitur, & in profundum demersa, quamque capere non valemus, nec oculis consequi. Ideo etiam Moses abyssum hanc aquam vocat, nisi quod etiam nomine aquæ nominet. *Ac Spiritus enim Domini ferebatur super aquas.* Super aquas enim aër ipse innatat. Nomen autem *aëris* Moses non usurpauit: vel eo quod Hebræi nondum certum aëri nomen dedissent, vel quod sufficeret Mosis vocabulo *aquæ* vtrumque denotare. Magnam enim aër & aqua communionem habent, & sæpius in sequentibus hoc nomine de vtroque vitur. Moses angelorum eorumque; creationis nullam mentionem facit, quasi Mundi historiam scripserit. Verum non est dicendum istos simul extitisse vel post cœlum factos esse, sed antea; idque de rerum natura, sacrisque litteris conatur demonstrare: depugnans scilicet aduersus Theodorum eiusque rationes, quibus angelos vna cum cœlis factos esse asserit, & magnum Basilium eiusdem sententiæ adducens, pro quo etiam videretur decetrandum. Recensens igitur summam demonstrationes, quibus ille angelos cum mundo non simul creatos probat, addit: vnde tandem ex quibus cœlestis eorum ortus constet. Primo, quod non sint corpora, nec corporibus organicis vt anima postea vincit. Tertio, è cœlesti eorum potentia. Quarto, quod Deum assidue videant; quibus omnibus creaturæ mundanæ carent. Quinto, quod irracionales animæ cum corporibus non sint creatæ, etsi sine corporibus esse nequeant. Postremo, quod hominum animus, ne cum propriis corpore quidem sit creatus. Hoc enim è terra, ille per se diuina participat generatione. &c.

CCXLI.

APOLLONII TYANEI VITA

è Philostrato.

LEGI vitam Apollonis auctore Philostrato. Babylonis, inquit, muri quadringentorum stadiorum & octoginta ambitum complectuntur: In altitudinem vero tria semingera attolluntur, cum sint paulo minus vnius iugeris latitudine. Secat autem mediam Babylonæ Euphrates, cum formæ similitudine, quem Euphratē occultus subit pons, regiam, quæ in viraque ripa est; inuicē modo inuisibili coniungens. Fertur enim mulier Medea aliquando id regnum sortita fluuium iunxisse, quo modo antea nemo. Lapidēs enim & as, præterea bitumen & reliqua conglutinationi in aquis faciendæ ab hominibus inuenta, ad fluminis ripas vbi coaceruauit, fluminis aquas in paludes deriuauit, atque exsiccatō fluminis alueo, quarum vlnarum specum excauauit, vt ad regias, quæ vtrinque fluminis ripis adiacent, per eam, quam diximus, foueam non secus ac per aridam terram aditus intercederet, ita vt fornici altitudo fluminis alueo adæquaretur. fundamenta procellerant, & parietes specus; quasi bitumen aqua indigeret, vt lapides ceteret, & in duraretur: Euphrates humido fornici tecto immixtus est: atque hæc iungendū ratio fuit. Regia autem aëre adopena fulget, thalami vero, & porticus, ac virorum domicilia partim argento, partim aureis velis, partim auro ipso veluti lineamentis condecorata sunt. Ait Apollonium in porticum venisse, cuius suprema pars in formam tholli fabricata cœli faciem imitabatur Saphiro lapide adopena, qui lapis maxime cœrulei cœli colorem refert. Erant illic imaginēs Deorum, quos illi colunt, exsculptæ, auratæ luce affusa videntur. Is autem locus est, vbi rex ius dicere consuevit; ex testitudine vero iunges auticulæ quatuor pendebant (quas Motacillas vulgo vocant) Nemesim illi exhibentes, ad monentesque regem, ne se supra hominem efferret. Has vero dicunt Magos, cum in regiam venissent, iussisse fieri. Vocant autem ipsas Deorum linguas.

Caucasus mons.
Taurum.

Apollonius & alij post illum, Persarum regno exeuntes, cum ad Caucasum apptōpinquauerunt, olentis terræ iucundum odorem senserunt. Hunc autem montem principium facimus Tauri, qui per Armeniam & Ciliciam, & ad Pamphiliam vsque & My-

PHILOSTRATVS

len procedit; quæ Mycale in mare iuxta quod Cares habitant, definiens, Caucafi finis putatur, non autem principium vt quibusdam placet. Mycales enim altitudo non admodum magna est, Caucafi autem summitates in tantum exurgere perhibentur, vt Sol circa ipsa scindatur. Complectitur autem altera parte Taurus conterminans India Scythiam omnem iuxta Mæotidem, & sinistram Pontum, viginti millium stadiorum longitudine. Taurum enim terræ modum complectitur Caucafi ambitus. Quod autem nostra ex parte appellatur Taurus supra Armeniam præterdatur, quod longo tempore creditum non est, restantur pantheræ, quas in Pamphiliæ parte, quæ aromata profert, captas esse comperimus. Tales enim fera aromatis gaudent, & ex longinquo odorem attrahentes, & ex Armenia per montes proficiscentes, ad styrcis lacrymas feruntur, quoties venti ab ea parte flantes ab arboribus id gummi stillantibus odorem perferrunt. Accipi etiam in Pamphylia pantheram captam fuisse, aureum torquem circa collum habentem Armenijs litteris huiusmodi inscriptum: *Rex Arsaces Deo Nyseo.* Regnabat autem temporibus illis in Armenia Arsaces. Is, vt opinor, feram eximia præceteris magnitudine Baccho sacrauit. Bacchus enim Nyseus à Nyssa, quæ in India est, nuncupatur, non ab Indis solum, sed ab omnibus gentibus, quæ ad Orientem spectant. Illa verò, quam dixi, fera cicurata ab homine aliquamdiu est, atrectari demulcerique patiens. Adueniente autem vere, vbi Veneris eam cupido stimulauit, maris desiderio tacta in montes secessit, eodem quod gestabat ornamento. Capta autem fuerat in inferiore Tauri parte aromatum odore allecta. Caucasus autem, Mediam atque Indiam terminans, in mare rubrum altero cubito descendit. Transeuntibus autem Caucasum quadricubitos homines occurrere ferunt, colore subnigros, aliosque vidisse cubitorum quinque, cum trans flumen Indum peruenissent. Cum iam montem transgressi essent, viri occurrerunt qui elephantis vehebantur. Hi autem sunt, qui regionem colunt intra Caucasum montem & Cophenem fluuium, homines plane inculti, & elephantorum sensores, quorum alij etiam Camelis insidebant, quibus ad cursum vtuntur Indi, hisque vno die mille stadiorum iter faciunt, & genua nullibi flectunt. Indum fluuium Apollonius cum suis traiecit, cuius latitudo, qua nauigatur, stadijs ferme XL. extenditur: ortum è Caucafo ducit, & iam inde cæteris Asiae fluuijs maior: deinde procedens multos nauigabiles fluuios ex se producit. vltra fluuium autem pergentes ipsos dux à Satrapa datus, recta ad Taxila duxit: vbi regia erat Indorum Regis. Qui secus Indum fluuium habitant, lineis vestibus amictuntur, Linum autem plurimum in agris nascitur. Calceamenta ex papyro facta gestant; nobiliores vero bysso induuntur. Bysus ex arbore nascitur: quæ inferiore sui parte poculo similis est, folijs autem salici. Cum vidisset Apollonius Byssum gauisus est, quia fusco amictui, quem gestabat, non dissimilis admodum esset. Taxila vero magnitudine ab antiqua Nino non multum differt, & Græco more ædificata est. Erat autem regia Pori, regnum obtinentis. Fontes Hyphasidos fluuij, cui appropinquasse dicit Apollonium, Hydracte superato, plurimisque gentibus peragratis, huius, inquam, fluuij fontes è solo scaturiunt, estque fluuius ipse à principio nauigabilis, paululum vero procedens nauibus inuius est. Petræ namque superiori parte acutæ, atque inter se densæ, sub aqua larentes ab alueo prominent, quibus aqua illisa, & in se conuersa innauigabilem fluuium reddit. Latitudo vero Istrum adæquat, qui Europæ fluminum maximus habetur. In ripis eius arbores nascuntur, similes ijs, quæ ad Istrum nascuntur, à quibus vnguentum distillat, quod in nuptijs Indi perungi consueuerunt. Pisces etiam quos Taos appellant in hoc duntaxat flumine oriri perhibent: vocantur autem eodem quo & pauones nomine; quia ipsis & ceruleæ sunt crista; squamæ vero versicolores, cauda vero aurea, in quamcumque voluerit partem versatilis. Est præterea in eodem flumine bellua albo vermi similis: ex qua capta oleum fit ad vsus ignis accommodatum, quod nisi vitro contineri non possit. Capitur autem regi tantummodo eiusmodi bellua, quæ ille diruendorum manium causa vitur. Nam vbi murorum propugnacula eiusmodi pinguedo terigerit, ignis excitatur, quibuscumque rebus quas homines aduersus ignem excogitauerint, potentior. Asinos præterea fluuistres, palustribus locis capi dicunt. Esse autem huiusmodi feris in fronte cornu, quo taurorum more generosissimè pugnent. Conficere autem Indos ex illis cornibus pocula: asseruntque nullis morbis eo die affici, qui ex eiusmodi poculo potauerit, neque si vulnerati fuerunt, dolere, & ex igne etiam incolumes egredi, neque yllis venenis lædi, quæcum-

Cameli.

Linum Indicum
de quo è infra.

Pisces Pauri.

Onagri.

Aromata.

Cinnamomum.

Thus.

Piper.

Simia.

Horapolo lib. 2. cap. 76.

* Opus Dracones Indici.

quæcunque nocendi gratia in potu dantur. Idcirco regum esse illa pocula, & regi tantum eiusmodi feræ venationem permitti. Fabulosa hæc esse, & regum Indiæ morbi mortisque testantur. Hæc vero bellua, vt eam descripsimus, talis apparet. Inde Caucasi illam partem transcenderunt, quæ in rubrum mare portigitur. Ea vero diuersis aromatum generibus confita est. Montis namque radices Cinnamomum ferunt, quod nouis sarmentis assimilatur: bonitatis autem eius experimentum dat capra. Si quis enim Cinnamomum capræ potteret, tanquam catulus manu demulceri affectat abeuntemque insequitur, nates quoad potest ipsi admouet: quod si pastor eam amouerit, non secus queritur, quam si loto priuaretur. In montis autem præruptis arbores, & quibus thus distillar, proceræ nascuntur, & aromatum aliæ species multæ, inter quas & piperis arbores sunt, quod piper, tanquam agricolæ, genus quoddam simiorum colit. Piperis arbor illi similis esse traditur, quam Græci ἀγροί (id est, castam) appellant, tum partibus alijs, tum maxime fructuum racemis. Nascitur autem in extremis præruptisque locis, generi hominum inaccessis: vbi simiorum, quas diximus, populus montis cauernas, & omnia foramina incolit. Simios autem magni faciunt Indi, quoniam piperis, vt sic dicam, vindemiatores sunt: quapropter & armis & canibus leones, & cæteras feras ab ipsis arcent. Irruit autem in simium leo ægrotus, medicinæ quidem gratia, namque huiusmodi simiorum carnes leonum morbis medentur, senescens vero, passus cibi que causa. Nam vbi propter senium ceruus aut apros venari leones nequeunt, simias deuorant, quod superest virium in illas exercentes. Quæ de pipere, hæc sunt. Accedentes Indi ad arbores, quæ in parte montis infima nascuntur, fructusque ab illis decerpentes, paruas quasdam propter arbores areolas faciunt, quo piper congerunt, ipsum projicientes, ceu rem neglectam & minimi ab hominibus eximitam. Simiæ vero in auis abdita desuper aspicientes, vbi nox aduenit, Indorum opus imitatur, aulos arborum ramulos in areas, quas diximus, conferunt. Inde vero nullo labore colligunt. Superato monte subiectam planiciem conspicit Apollonius cum suis, fossis aqua redundantibus intersectam animaduertent. Erant autem fossarum aliarum rectæ, aliarum obliquæ, aquam à Cangé deriuantes. Has autem fossas partim terminis designandis, partim irrigandis agris, eum scissis, feruire dicebant. Sunt autem agrorum qui apud Indos coluntur feracissimi, & ibi hæreditas omnium maxime optima. Protenditur enim in longitudinem dierum quindecim sæcūs Gangem ambulantiibus, decem autem & octo à mari ad montem vsque simiarum patet. cui planicies æqua extenditur. Terra autem colore nigra est, & frugum omnium ferax, vbi spicas, arundinum instar, conspici dicunt. Fabas autem triplo maiores ijs, quæ in Aegypto nascuntur. Sesamum quoque proferre, & milium eximia magnitudinis. Præterea nuces ijsdem in locis nasci perhibent. Vires autem parue admodum, quantæ apud Mæones Lydosque ibi nascuntur. Vinum tamen ex illis expressum, gustatur & odore iucundissimum esse aiunt. Aliam præterea arborem illic inueniri ait Lauro similem: quæ folliculum mali Punici magnitudine profert. Folliculo autem pomum inest colore caruleum, ac veluti pulcherrimus hyacinthus: suauissimum vero omnium, quæ toto anno nascuntur. Cum autem è monte descenderent, inueniunt draconum venationem: Omnis enim Indiæ regio draconibus abundat, & multitudine & magnitudine mirandis. Itaque paludes plenæ, pleni montes, neque tumulus ijs vacuus reperitur. Verum palustres pigri tardi que, suntque longitudine cubitorum triginta, & vix caput attollentes: sunt vero draconibus formis similes, & terga habentes subnigra, & cæteris minus squamosa. Campestris palustribus per omnia superiores. Nam & in maiorem portecti sunt longitudinem, & velocius fluminibus, quamuis rapacibus, feruntur, ita vt illos euadere nihil possit. His autem crista nascitur iuuenibus, mediocriter præstans, pro uectis vero arate grandior, & valde asurgens, estque ignita & ferrata. Hi vero iubas & ceruicem altius attollunt, & eorum squama instar argenti fulgent. Ocularum autem pupillæ lapides sunt tanquam ignis fulgentes. Horum serpentum vium maximum esse ferunt ad morbos periculo sissimos tollendos. A venantibus reperuntur campestris dracones (cum enim elephantem aliquem conuulserunt, vtraque belluanter) & eos captentibus lucro sunt oculi, pelles, dentes. Sunt autem membris apris ingentibus pares, sed corpore graciliores, & in quantumque partem versatiles, rostro autem validissimo tanquam ingentes pisces. Montani vero dracones squamas habent coloris solum,

longitu.

longitudine autem excedunt campestris, barbaque illis est cinnamata, & ipsa coloris aurei, & supercilia maiora habent quam campestris, oculi autem supercilij subfunt, totus, grauiusque aspicientes, qui dracones perinde ac si essent ænei sibilant, quandocunque per terram serpunt. E cristis vero quæ rubræ sunt, ignis scintillare videtur; & isti quoque elephantos capiunt. Ipsi vero ab Indis hoc modo capiuntur: Pallium coccineum litteris aureis super intextum, ante cubicula extendunt: Scripra autem incantatoria verba somnum videntur inducere, his draconum oculi, quamquam durissimi, superantur. Ipsi quoque plurima verba ex arcana sapientia superincantantes, eo draconem perducunt, vt caput latebris exerat, & litteris pallio intextis superindormiat, dormienti autem instantes Indi, securi ceruicem feriunt, scissoque capite lapillos intrus exstantes auferunt. Traduntur enim montanorum draconum capitibus inesse lapilli, specie & aspectu iucundi, & splendorem quandam coloribus inducentes; viribus autem potentiaque mirabiles, sicut anulus, quem habuisse Gygem, vulgatum est. Euenit autem interdum, vt draco Indum cum securi & arte, intra cubile trahens deuorer, etiam ipsum pene montem concutiens. Tales autem dracones montes, qui ad rubrum mare pertinent, dicuntur incolere. De longitudine autem vitæ huiusmodi belluarum, & cognoscere difficillimum, & si dicatur, incredibile. Fistulæ spositum autem dire visi sunt, quasi pastoris gregem colligentis, qui ceruas albas pascebat. Mulgent autem ipsas Indi, quod lac earum maximum nutrimentum putant. Inde quatuor dierum iter progressi, per felicem & bene cultam regionem ad oppidum, in quo sapientes habitant, qui vulgo Brachmana vocantur, peruenerunt, & cum ijs satis diu versati sunt, de quibus se dicunt vidisse, & audisse, quæ nemo sanus crederet. Impium dogma de transmigratione animarum per Aegyptios ad Pythagoram hinc credunt emanare. Caudas autem nutriunt, sicut quondam Lacedæmonij, & Thuri: vitæ quoque abam citandabant, & nudis pedibus ambulabant. Vestis autem eorum in superhumerali formam composita est. Ipsi materia lanugo est, quæ sponte sua in illis locis crescit, alba quidem, veluti quæ in Pamphylia nascitur. Ex ea factam vestem conficiunt, quia mollior est, à solis pissis et terra vellitur. Gestant annulum & baculum. Dicunt lapidē Panarben nomine nasci, magnitudine vnguis qui in pollice. Gignitur vero in concauis terræ, profunditate iugerum quatuor. Tantum verò ipsi spiritus inest, virtumque, & plerumque scindatur terra, vbi eiusmodi lapis concipitur. Euellere autem ipsum nemini licet, nisi qui eius sit sacris initiatus: qui noctu diem velut ignis ostendit, quoniam igneus est ac radiosus: si vero post diem aspiciatur, innumeris rutilationibus oculos ferit. Id autem, quod in ipso lumen fulget, spiritus est potentis occultæ. Lapidem enim sparsim iactat, & in mare condit: postmodum vero hic lapis ad eos dimissus, distributione sui spiritus colligit, ita vt coaceruati lapides tanquam examen apum illi subiaceant. Qui etiam addit ille nugator Philostratus, hæc Iarcham Apollonio dixisse, & lapidem illi ostendisse, & omnes eius potentias.

Pygmaeos autem sub terra degentes ait supra Gangem posita loca incolere, & sicut supra Sciapodes. Sciapodes vero id est, qui sibi umbram pedibus parant, & macrocephalos, & huiusmodi monstra quotcumque. Scylacis historici decantant, nec apud Indos, nec alibi terrarum vsquam viuere censeo. Aurum vero quod gryphes effodere dicuntur, petra sunt aureis guttis minutissimis conspersæ, quas hæc fera rostro discindit. Sunt enim huiusmodi aues in India, magnitudine autem & viribus leonibus paræ, & alarum præsidio in leones, elephantos, & dracones inuolant, superioresque euadunt: Volant autem non multum, sed quantum paruulæ aues. Non enim penhate sunt, sed rubra pellicula alarum costæ connectuntur. Solam vero Tigrim insuperabilem illi esse dicunt, quoniam fugiendi celeritate ventos æquare dicitur. Hic de Phœnicæ aue eadem cum alijs scribit. Quatuor menses apud Indos Apollonium fuisse tradit. Inde dextra quidem Gangem, sinistra vero Hyphasin fluuios habens ad mare descendit, inter decem dierum à sacro monte confecto, descendentes autem multa alia viderunt: si marium genus longe diuersum ab ijs, quas apud piperis arbores inueniant. Sunt enim hæc nigra, villosaque; & paruis hominibus similes. Peruenerunt vero ad mare rubrum, Rubrum autem mare vehementer caruleum esse tradunt, denominatum autem rubrum à rege Erythra. Post hæc autem nauem conscendentes, leni vento deferebantur, admittentes Hyphadidis ostium, qui præceps terribilisque effunditur. Decurrit enim per loca petrosa,

Ceruus.

Ygma.

Pygmaei.
Sciapodes.
* Scylax Ceryn-
denis, quæ vrbis
in Caria est ad
Halicarnassum.
historicus & Ma-
thematicus. Quæ
scripsit indicat
Suidas, exstratæ.
Geographica cu
Marcini Herac-
clæ, aliorumq;
edente Da. Ha-
sibello Augusta
Anno 1600.
Simia.
Mare rubrum.

petrosa, angusta, atque prærupta, ubiq; refractus vno ostio mare ingreditur pernicioso admodum ijs, qui nauigando littori nimium adhæserint. Indi quoq; fluminis ostia se vidisse perhibent, vbi ciuitas posita est nomine Patala, fluenti Indo adiacens, eo quoque conuenisse quondam tradunt Alexandri classem, eiusq; gubernatorem ducemq; Nearchum. Quæ vero ab Orthogora de rubro mari narratur, quod ibi scilicet vrsa non cõspicitur, neq; meridiem signare nauigantes possunt, quamquam apparentia illic altra ordine mutata sunt, hæc & illis visa sunt. Meminerunt etiam paræ insula, quam Byblon appellant, vbi maxima conchyliæ, muricesq; & ostrea eximie magnitudinis nasci perhibentur. Ostrea quoq; petris adnascuntur decuplo maiora ijs quæ apud Græcos inueniuntur. Ibi etiam in alba testa lapis margarita capitur, quæ in Oltreis locis cordis dicuntur obtinere. Attigisse quoque ferunt * Euepagem Oritarum regionis: apud quos æneæ sunt petra; æneæq; arena, aeris etiam frusta deferre fluuios asserunt, & aetnam terram ducunt, propter pretium æris. Dicunt se Ichthyophagis locutos esse, qui vrbem incolunt nomine Stobera: vbi ex magnorū piscium membranarum vestes texunt; ibiq; pecudes etiam lapore esse piscibus similes, quod pisces comedant, quæq; minime naturæ suæ conueniant. Indi vero Germani cognominati, genus plane mansuetum; adeo piscosum mare accolunt, vt nunquam seruandi causa pisces reponant, neque ipsos sale condiant: sunt enim ipsis capti semper faciles quotquot volunt. Valara quoque; ferunt applicuisse. Sunt autem Valara Emporium myrtis palmisq; abundans: Laurus quoq; nonnullas, & hortos plurimos ibi videri tradunt omnibus abundantes. Opposita est autem regioni illi sacra insula, quam Selira vocant. Qua parte insula pelagus respicit, immensa est maris altitudo. Fert autem Oltrea testa alba pungedine refecta, lapidem nullum producunt. Inde maris tranquillitatem obseruantes, mare oleo infuso leniunt, & tunc Indi ad Oltrea capiendam vrinando se demergunt, ita instructi paratiq; sunt, sicut ij qui spongas carpunt. Est autem his ferreus later, & alabastrum vnguenti, atque ita propè Oltrea confidentes Indi vnguento, quasi esca ad fallendum vtuntur, tunc aperiantur Oltrea, & vnguento inebriantur: dein ferreo stylo perforata fanicem quandam emittunt; hæc venator ferro latere excipit, qui in varias multiplicesq; formas concauatus est: ea vero postmodum sanies lapidescit in modum naturalis margaritæ, quæ albus est sanguis ex rubro mari. Reliqua maris huius pars fera est, impacata tota. Cete etiam illic aggregari feruntur. Quapropter naues tutelæ causa finitabula quædam tam à prora, quam à puppi deferunt, quorum sonitu terrefactæ beluæ nauibus non appropinquant. Post hæc ingressi ostia Euphratis, aiunt inde Babylonem adnauigasse. Quarto libro nihil aliud quam fabulas mendaciaque ad Apollonio gratificandum, eumque laudandum confinxit [Philostratus.] Europæ, Africaeque promontoria stadiorum sexaginta sinum continentia, Oceanum ad externa maria immittunt, & Africae quidem promontorium nomine Abyla, leones continet, in supercilij montium habitantes. Eius montis interior pars ad Getulos Tingasque pertinet, gentes efferas, atq; Libycas. Per Oceanum vero nauigantibus stadia nonnongenta protenditur vsque ad Salecis fluminis ostia. illinc autem quantum vltèritus protendatur, non facile coniectare quis possit. Nam post eum fluuium deserta Africa est, nec homines vltra reperiuntur vlli. Europæ promontorium Calpis dictum, dextera nauigationem continet stadiorum sexcentorum, terminaturque ad antiquas Gades. Oceani conuersiones ipse quoque apud Celtas tales aspexit, quales etiam fama feruntur, causam vero sæpenumero coniectans, ob quam tam vastum pelagus accedat recedatque inuenisse Apollonium conseo, qui in earum vna, quas ad Indos scripsit, epistola ait, Oceanum à ventis sub aqua existentibus impulsam, ex multis hiatibus quos ventos partim sub ipso, partim in terra circa ipsum ad exteriora diffundi, ac rursus retrocedere, postquam tanquam anhelitus, ventus rededit. Huic opinioni fidem facit, quod apud Gades ægrotantibus accidit. Nam quo tempore crescens aqua regionem inundat animæ, moribundos non deserunt, quod profecto non eneniret, nisi spiritus ipse in terram secederet. Quæ autem circa lunam apparere dicunt, nascentem, plenam & decrescentem, eadē omnia circa Oceanum fieri animaduerti. Eius enim mensuras sequitur simul cū ipsa decrescens augeturq; & nox dein rursusq; dies noctem excipit, apud Celtas quidem paulatim discedentib; aut lumine, aut tenebris sicut apud nos etiam accidit: Circa Gades autē & columnas cõfertim tanq̄

* al. Pedagem.

Ichthyophagi.

* m. ποσειδων.

Oltrea.

Cete.

Lib. IV.

Lib. V.

Africa.

Abyla.

Calpis.

Mansu.

536 tanq̄ fulgura ante oculos cadere dicuntur. Perhibet quoq; beatorū insulas Africae sinibus defixi, ad inhabitabilem promontorii partem vergentes. Gades autē in Europæ lateribus posita sunt. Superstitiosi sunt illic circa sacrificia. Senectæ namq; aram dicunt: solique hominum festis cantibus Morrem collaudant. Sunt apud ipsos Arti & Paupertati aræ posita, sicut Aegypto, & alteri Thebano Herculi. Alterum namq; finitimam vsque ad Erythiam penetrasse ferunt cum Geryone, eiusq; boues sustulisse. Alterum vero sapientia excellentem, rotum terræ ambitum dimensum esse. Præterea qui Gades incolunt Græci esse perhibentur, nostrorūq; more eruditi. Arbores illic etiam esse tradunt, quæ nusquam alibi terrarum inueniuntur, appellatas autem Geryonias, & duas tantum esse. Ortæ sunt autem iuxta sepulcrum, quod illi Geryoni statuerunt, speciem ex pinu piceaque commistam habentes. Sanguinem vero stillare, sicut Heliadem populum auro manare, dicunt. Insula vero in qua templum situm, æqualis est magnitudine ipsi templo; nulla autem eius pars est petrosa, sed poliris carceribus similis. Colunt in eodem templo ambos Hercules. Simulacra illis nulla sunt: sed Aegypto quidem aræ sunt duæ æneæ, absque simulacro, Thebano autem vna tantum: Hydre insuper & Diomedes equi & duodecim Herculis labores in lapidem incisa conspiciuntur. Pygmalionis insuper aurea oliua in ipso Herculis templo dedicata: Digna quidem, vt volunt admiratione obratum cui similis est, admirabilior vero fructu, quo abundat è smaragdo ficto. Et Teucri etiam Telamonij balteus aureus eodem in loco, monstratur. Quomodo autem, aut qua de causa ad Oceanum peruenerit, se nescire dicunt. Quæ autem in templo sunt columnæ, ex auro argentoque simul fuso, & in vnum colorem redactæ factas esse narrat. Esse autem quadrangulares velut incudes, & eorum capita litreis inscripta sunt non Aegyptijs, neque Indicis, neque ab aliquo penitus cognitis. Apollonius autem, cum de hac re sacerdotes nihil dicerent, non permittit me ait, Aegyptius Hercules tacere quæ sciam. Hæ columnæ terrarum Oceaniq; vinculum sunt: ipse vero Hercules in domo Parcarum inscripsit: ne qua elementis contentio accideret, neque amicitiam disiungant, qua iniucis tenentur. Nauigarunt quoque fluuium Bætium, qui maximè naturam fluxus & refluxus Oceani declarat. Excrecente enim pelago fontes repetit, spiritu quodam ipsum à mari depellente. Regionem vero ab eo flumine Bætiam cognominatam optimam vberissimamque esse tradunt, ciuitatibusq; & Bætici. Apollonius autem, cum de hac re sacerdotes nihil dicerent, non permittit me ait, Aegyptius Hercules tacere quæ sciam. Hæ columnæ terrarum Oceaniq; vinculum sunt: ipse vero Hercules in domo Parcarum inscripsit: ne qua elementis contentio accideret, neque amicitiam disiungant, qua iniucis tenentur. Nauigarunt quoque fluuium Bætium, qui maximè naturam fluxus & refluxus Oceani declarat. Excrecente enim pelago fontes repetit, spiritu quodam ipsum à mari depellente. Regionem vero ab eo flumine Bætiam cognominatam optimam vberissimamque esse tradunt, ciuitatibusq; & Bætici. Apollonius autem, cum de hac re sacerdotes nihil dicerent, non permittit me ait, Aegyptius Hercules tacere quæ sciam. Hæ columnæ terrarum Oceaniq; vinculum sunt: ipse vero Hercules in domo Parcarum inscripsit: ne qua elementis contentio accideret, neque amicitiam disiungant, qua iniucis tenentur. Nauigarunt quoque fluuium Bætium, qui maximè naturam fluxus & refluxus Oceani declarat. Excrecente enim pelago fontes repetit, spiritu quodam ipsum à mari depellente. Regionem vero ab eo flumine Bætiam cognominatam optimam vberissimamque esse tradunt, ciuitatibusq; & Bætici. Apollonius autem, cum de hac re sacerdotes nihil dicerent, non permittit me ait, Aegyptius Hercules tacere quæ sciam. Hæ columnæ terrarum Oceaniq; vinculum sunt: ipse vero Hercules in domo Parcarum inscripsit: ne qua elementis contentio accideret, neque amicitiam disiungant, qua iniucis tenentur. Nauigarunt quoque fluuium Bætium, qui maximè naturam fluxus & refluxus Oceani declarat. Excrecente enim pelago fontes repetit, spiritu quodam ipsum à mari depellente. Regionem vero ab eo flumine Bætiam cognominatam optimam vberissimamque esse tradunt, ciuitatibusq; & Bætici.

Hercules duo
Aegyptius &
Thebanus.
Gades.Templum Her-
culis.

Bætium fl.

Bætici.

Aetna mons.

Gigantes.

lib. 6.

Nilus fl. Aegy-
pti.
India & Aegy-
ptum.

537

Aethiopia totius terræ, quæ sub sole est, occidentale cornu occupat, sicut Indi id quod spectat ad Orientem; estque illa secus Meroem Aegypto coniuncta, & ad desertam Libyæ partem porrecta, mari terminatur, quod Oceanum poëtæ vocant, vno eodemque nomine totum quod terram ambit, mare nuncupantes. Fluitium autem Nilum Aegypto tribuunt. Qui ex Caradupis initium sumens Aegyptum, quam vniuersam inundat, in Aethiopiā ducit. Magnitudine quidem Indiæ non conferenda est Aethiopia, neque vlla alia continentis pars, quæ hominibus nota sit. Quod si totam Aegy-

prum Aethiopiae adiciamus (id enim facere fluvium arbitramur) non tamen ambae coniunctae magnitudinem Indiae adaequabunt. In utraque vero fluvii sunt inter se similes Indus ac Nilus. Ambo continentem a oblimant aetatis tempore, cum maxime id terra experit, soliq; fluviorum crocodilos educant & Hippopotamos. Terrarum vero similitudinem restantur aromata utrobique; naeentia, Leones praeterea & Elephantis, qui in utraque capti feruire coguntur. Praebet insuper utraq; feras, quae alibi nusquam reperiuntur, & homines nigros aliae nullae continentis partes ferunt, & in ijs Pygmaeorum natio. Indorum vero Gryphes & Aethiopum formicae, quamquam sint forma dissimiles, eadem tamen agere student. Nam aurum utrobique; custodire perhibentur, & terram auriferam amare. Cum eo venisset Apollonius ubi Aegyptus Aethiopiae; terminatur (Sycaminum autem illa vocant) aurum non signatum invenit. Linum praeterea atq; ebur, & radices varias: unguentum insuper, & diversorum generum aromata. Omnia autem in via secta sine custode passim iacebant. Haec vero causa est: Merces invehunt Aethiopes, quae in Aethiopia proveniunt; Aegyptij vero eas omnes cum sustulerint, eodem comportant mercem Aegyptiam, aequalis pretij: rebus suis ea redimentes, quibus careant. Qui vero continenti viciniores habitant, nondum plane nigri, colore vero inuicem conveniunt, ab aliis diversi. Nigrescunt enim minus quam Aethiopes, paulo autem magis quam Aegyptij. Deinde refert Apollonium in Memnonis regiam pervenisse. Ducebat eos adolescens Aegyptius nomine Timasij. Male acceptum dicit Apollonium euntem ad Gymnosophistas Aethiopum, & non simili honore quo ab Indorum Brachmanis affectus fuerat; & hac quidem de causa. Euphrates quidem philosophus, inimicitias cum Apollonio gerens, famam Apollonij apud Gymnosophistas calumnijs in eum iactis minuens, illos in Apollonium excitavit. Multo sapientiores esse Indos Brachmanas Gymnosophistas Aethiopiae dixit. Vivere ait nudos illos sub dio, incolere montem egregie a natura formatum, parum a Nili ripis distantem. Mari & Nilo nauigans ad eos Apollonium accessit. Parvo igitur tempore cum Gymnosophistis versatus & disputans cum socijs, profectus est ad montes via sinistra Nili. Quae autem ibi viderunt memoratu digna sunt haec: Catadupa montes sunt terrei, similes Tmolio, qui in Lydia est, ab ipsis autem Nilus defluens ex ea quam auellit terra Aegyptum d'impinguit. Sonitus autem fluctuum e montibus erumpentium & cum strepitu in Nilum cadentium horrenda quaedam res, & auditu intolerabilis apparet, multique propere accedentes e auditum amiserunt. Procedenti autem Apollonio eiusque comitibus tumuli apparuerunt arbores ferentes: quarum folia, corticemque & lachrymas inter fructus Aethiopum numerant. Viderunt etiam secus viam leones, pantheras, & alias huiusmodi feras: quarum nulla in eos impetum facere tentavit: sed tanquam hominum conspectum stupentes praeteribant: cervos insuper & capreas, struthionesque & asinos sylvestres complures: & animalium varia genera; inter quae fuere sylvestres boues & hircoboues. Sunt autem huiusmodi beluarum aliae ex ceruo hircoque composita, quae ex diversis denominationem capiunt animalibus. Ossa insuper huiusmodi ferarum & semesa earundem cadauera inuenerunt. Leones enim calida praeda semel saturati, reliquias amplius attingere dedignantur, confidentes, ut opinor, novam rursus se praedam posse venari. Illic Aethiopes habitant Nomades appellati, qui civitates in curribus positas habent. Proximi autem illis sunt, qui elephantem venantur, illosque in frusta diuisos vendunt, unde cognomen adepti Elephantophagi vocantur. Nasamones & Anthropophagi, Pygmaei quoque & Sciapodes, hi, inquam, omnes Aethiopiae gentes sunt, perveniunt autem ad Oceanum Aethiopiae, quo solum vi tempestatis delati inuiti trajciunt. Cum illi de feris quas viderant loquerentur, & naturam admirarentur, quae tam varia, diversaque animalium genera pascat, sonitus quidam eorum aures percussit, tanquam tonitrus nondum inualescentis, sed adhuc intra nubis concauitatem inclusi. Tum Timasion, Prope est, inquit, o viri, cataracta, quae ascendentibus prima, descendentibus vltima occurrit, quatuor enim sunt. Deinde stadia ferme decem progressi, viderunt fluvium ex monte defluentem, nihilo maiorem quam Marfyta sit, atque Maender, ubi primum in vnum confluunt, vltius vero processerunt, nec villas amplius feras videbant. Nam cum sint natura pauida, iuxta quietas aquas habitant potius, quam iuxta confragosas, & obstrepentes. Inde post stadia ferme quindecim aliam audierunt cataractam difficile sane & intole-

a aequalis malis vivunt

l Mercurium permutatio

l Catadupa Nili

l d'impinguit, reponere

l e De Catadupa Cicero in Somnio Scipionis libro 6. de Republ.

l f Animalia

l Nomades

l Cataractae Ac- 371

538

539

540

541

intolerabilem auditu, & quae priorem duplo ferme superaret. quam cum ex loco longe quam prior altiore praecipitari vidisset Damis, comites aliquos, tum etiam seipsum, ita stupefactos auribus refert, ut se ab Apollonio semouerent, rogarentque; ne vltius progrediretur. Verum ille constanter Nilo quodam nomine dumtaxat, Timasioneque comitantibus, cataractae tertiae propinquavit, inde ad socios reuersus, nuntiauit insperatos illic esse vertices Nili, altitudine ferme stadiorum octo: ripam vero, quae montibus opponitur, supercillum habere lapicidinae inenarrabilis, fontes vero ex montibus pendentes decidere in petrosam ripam, inde in Nilum refundi aquam spumantem & aestuantem. Accidentia vero, quae inde orientur multiplicia sunt, magisque varia quam quae in aliis cataractis eueniunt, & qui illic e montibus resonat fragor asperimus est, & inenarrabilem Nili ortum reddit. Iter vero quod ad primos fontes ducit, perarduum est, & non solum accessu, sed cogitatu etiam difficile. Multa etiam de daemonibus illic existentibus praedicant, qualia sapienter in suis hymnis Pindarus de daemone cecinit, quem huiusmodi fontibus praesse dixit, ut Nilum moderaretur. Ait Domitianum Imp. venisse, ne quis castraretur, ne vites plantentur, sed quae iam plantatae essent etiam excinderentur, & Apollonium ad haec dixisse, quia ego forsitan nec putandis, neque vno indigeo. Ignoravit vero vir admirandus, hominibus se parcere, & terram castrare.

Philostratus libro septimo & octavo libertatem dicendi Apollonij erga tyrannos, & maxime Domitianum describit, & quomodo accusatus fuerit, & vltro in iudicium venerit. Quomodo in carcere seruatus, & quomodo liberatus, solutus & defensus, ex iudicio decefferit. Haec asserit, & magum non fuisse, verum etiam, si quem alium, magiam abominatum esse fortiter probat, etsi multa portentosa de illo scribat. Dicit etiam obscuram fuisse ipsius mortem, & vitam celebrem: & eam ipsum, dum viveret, mente aguisse. Dicere enim solitum: *vivens late: sin minus, moriens late*: virtutibus hunc refert studuisse, & Pythagoram maxime imitatum fuisse.

Dulci & varia narrandi ratione vsus est Philostratus, & verbis huic rei convenientibus, & simili constructione, qualem nemo scribendo inseruit. Videntur enim nonnulli incompositae magis dicere quam compositae. Hunc vero scimus doctissimum fuisse, & a recto non aberantem, propriae constructionis novitatem adhibuisse: sed quae antiqui dixerunt rarius, iis liberius vsque ad satietatem vsus esse: licitum esse eorum vsum demonstrans, nec id frustra, sed dulcedinis gratia. Huiusmodi enim oratio conciliandi vim habet & venustatem quandam. Ex eadem vita excerpta quae praetermissa sunt, ac pulchritudine verborum & compositione excellunt.

Pythagoras ipse, & Democritus cum Magis versati, multa quoque daemonia fassi, nullam tamen eius artis partem attigerunt. Quis enim ignorat Anaxagoram in Olympia, cum nulla pluviae suspicio immineret, pelliceam vestem indutum processisse, ut imbrem denuntiaret, nec ita multo post ingentem pluuiam secutum esse, vnde putatus est diuinus celestisque fuisse, idque arte magica: mihi quoque qui in eadem versatus sum: etenim omnes orationes Rhetoricas ipse laudavit & amavit, ex quibus discere licet quam diuinus Philosophus fuerit. Cygni qui in prato pascebantur, quasi in chorum dispositi dormientem Apollonij matrem circumsteterunt, & alis (vt eorum mos est) sublatis, ingenti clangore omnia circum loca replebant, leniter per prata spirante Zephyro: eorum cantu exiliens mulier puerum peperit: quaeuis enim percussio valet etiam ante tempus partum prouocare. Oculos omnium in se conuerterat etiam aduersariorum, qui & conuitia iacere, iniuriamque facere soliti. Et hinc dederunt potiusque doctrinae Athenienses. Suburbium in quo elegantes horti erant. Cuius erat sermo quod curris: num ad impubem? quod de Apollonio dicebant, sic vt eorum muni prouerbio celebraretur. Diuitias opimas habuit fratri aequales, & multa erat deus philosophia fama. Interroganti aliquando Apollonium Euxeno, cur non seipsum aliquid mandaret, cum scribendi characterem probum & excitatum nactus esset. Quia inquit, nondum tacere didici. Fames opprimerat civitatem, venale erat erium, omnia quae ad vitium necessaria illis deerant: fontes non fluebant, cupressi germina terra dabat. Vtebat genere dicendi non Dichyrambico, aut poetis nominibus intumescente, nec rursus nimis ieiuno, neque consuetudinem Atticam excedente, iniucundam enim putabat orationem, quae ab Attica mediocritate decederet. Sententiae breues

Pindarus.

Domitianus Imperator.

Lib. VII. & VIII.

Plutarchus singulari commentario Epistolarum tribuit.

Philostrati Stylus.

Quia sequentia: (vt excerpta)

Phrastrum ac sententiarum pro Photii libro parum coherent, et haec in Philostrati libro inuestiganda ar-

que excutienda Lib. Philostr. Pythagoras.

Anaxagoras. * fort. neque prae-

not. V. vltima praedictiones.

Philostr. lib. 1. cap. 6.

Apollonii Stylus.

breues & fortes erant. Nominibus autem vtebatur propriis, atque ad res ipsas accommodatis: & quæ ab ipso proferebantur, fulminis instar resonabant. Antiquam Ninum profectus est, ibi statuam barbaro more positam conspexit. Est autem Ino Inachi filia, cui ab utroque tempore parua, & quasi mox progressura, prominent cornua. Porro Damis Apollonium veluti Deum suspiciebat, quo vtebatur sapientie magistro, & quod discebat, memoria reperebat. Erat illi vox Assyrio accommodata modulo, neque nimium loquax. Eretrij in regione Medorum habitant, non longius à Babylone, quam diurno itinere cursor expediret. Cum Eretrij tumulum seminassent, vicini barbari circa messis tempus discurrentes adultas iam fruges prædabantur. Ferunt & in atrium venisse, cuius suprema pars in formam tholi fabricata cæli faciem imitabatur, Saphiro lapide adoperta, qui lapis maximè cæreuleus cæli colorem refert. Deinde parum subsistens: Difces, inquit, ô Dami, Eunuchos amare, & cupiditatem, quæ per oculos inducitur, in illis non extinguat, sed calidam & vigentem in ipsis permanere. Quod si humana quæpiam ars esset, domina potensque cupiditates eiusmodi depellere ex animo viverent cum virtutis oculis: nunc verò congregientem inveni & virum agentem. Iaculatus est autem, quæ Promethei viscera depalcebat. [Occurrunt hominibus, qui elephantis vehebantur: hi autem sunt, qui regionem colunt, inter Caucasum montem & fluvium Cophenum, homines planè inculti & elephantorum sessores.] Inter se collocuti sunt, & conuiuium exceperunt, & Nyssam à Baccho plantatam esse, qui Thebis vitium femina eò transtulit. Alexander honoris fuit cupidus, tum etiam antiquitatis nimis amator. Elephantes, vt experientia docuit, trecentos quinquaginta annos viuunt. Si leones comprehendant lænas è paradisi conceptisse, catulos lacerant, & sobolem tanquam adulterinam expellunt, ita vt tridud à cibis abstineat lea na, quamuis belluarum voracissima sit. Minores elephanti præcedunt, ne fosseo altius solo maiorum elephantorum viam impediunt. Apollonius non credit, * viperarum filios matrem perimentes prodire. Nec enim hoc quis videre potest, nec natura id patitur, 542 neque comprobatur experientia. Indus habet serpentes septuaginta cubitorum, & eorum ornatum eos mirari magis, quàm factum Babyloniæ. Neque Homerum laudatorem habuit, à quo multi improbi egregij celebrati sunt. Dicere iam paravi, vt nihil aliis relinqreatur. Inde Apollonius effecit, vt rex ille multis partibus totaque philosophia Phraota inferior esset. Ait Apollonium cum Iarcha collocutum, libros deinde de diuinatione & de sacrificiis conscripsisse, cum esset multa admodum discendi cupidissimus. Dixit Iarchas multa bona erga homines diuinationem fecisse, in quibus præcipuum est medicinæ donum. Non enim, inquit, ij, qui sapientes in hac arte habiti sunt Æsculapij filij, tam multum profecissent, nisi Apollinis filius Æsculapum ex patris præscripto & vaticinio morbis vtilia remedia composuisset, quæ ille deinceps filios docuit ac familiares, quales herbas humidis vlceribus, qualesque siccis & ardentibus oporteat adhibere: poriones insuper medicamentorum miscere, quibus hydroypici sanentur, sanguinis fluxus sistatur, & alia multa quæ curationum vim habent. Indicas Gryphes magnitudine & viribus leonibus pares esse tradit, & alarum præsidio in leones, elephantos, ac dracones inuolare & superare: volant autem non multum, sed quantum paruulæ aues. Non enim plumatæ sunt vt reliquæ aues, sed rubra pellicula alarum costæ tanquam digitj connectuntur. Itaque in altum elatæ aliquantum volare, & è sublimi pugnare. Solam verò Tigrim insuperabilem illis esse dicunt, celeritateque ventos æquare. Dicitur iucundissimus fuisse & rei nauticæ peritissimus, non vt Socratici, alia omnia deserens, & soli philosophiæ studens &c. etsi omnium pulcherrima sic ciuitatum, & mare proprium, Zephytique fontes habeat, sed pulcrius est illam viris illis condecorari. Dicebat bene constituendam ciuitatem discordi indigere concordia. Quod autem dico, tale quid est: Seditio quæ ad gladios mutuasque lapidationes ciues deducit, è ciuitatibus exterminanda penitus est. Ciuitas enim puerorum institutione & legibus & virtis indiget, à quibus verba & actiones prodeunt. Mutua autem ciuium æmulatione pro communi ciuitatis bono, seu quod alius alio melius sententiam dicat, aut magistratum rectius gerat, aut præclarior legatione fungatur: talis inquam contentio & æmulatione, ciuitati plurimum confert. Quod si quis horum suo operi peragendo fuerit, quasi rem nauticam imperitè tractet, malè sese nauis habebit, & ipse met quasi procella quædam nauim lædet. Verùm si æmulatione quadam inter se certantes laborabunt,

Eunuchi.

Alexander.

Elephantes, Leones.

Vipera.

* Dalecam-
pium in lib. 10.
Pliuii cap. 63.
auctores hoc me-
gantes laudant.
Cum Philostrato
sentit Basil.
M. Isid. Pelsus.
Herodot. & Ma-
ximus Tyrius.
Medicina.

Gryphes.

Tigri.

Republ. admi-
nistratio cum
æmulatione.

543 rabunt, ne quis altero deterior in suo opere inueniatur, rectè probeque in portu nauis firmabitur, prospereque cum lætitia tota nauigatio perageatur; eorum in consultando recitudo tantum ipsis proderit, quantum si Neptunus tutelam, securitatemque polliceretur. Etenim supplicauit, & multa de misericordia locutus est. Lapidum acerrimum super eum coaceruasse. Somnia rectè coniciant. Erat autem autumnni tempus, & mare minus securum. Cum Orpheus nuper è Thracia aduectus esset, superstitit, & superstans, Apollo, desine, inquit, quæ mea sunt occupare: iam satis enim te canentem pertuli. Apollonius intellexit. Sed alium sermonem Damis inducere volebat. Ostende nobis imaginem tuam, ô Achille. Tu namque valde iuuaberis meis oculis, si ipsis tuæ presentie vtaris. De Musarum verò & Nereidum lacrymis, quas mea causa fusas esse homines perhibent. Musæ huc non perueniunt. Nereides autem nunc & frequenter accedunt. Ad hæc Achilles, nec barbari, inquit, nobis erant multò inferiores, vsque ad eò per id tempus virtus in terra florebat. Iam enim gallorum cantus audiebantur: verum adolescens tanquam è graui somno excitatus, oculos frequenter terebat, & ad Solis radios faciem vertens, verecundia etiam perusus, quod omnes in se respicientes animaduerteret, nec ulterius petulans apparebat. Murans igitur chlamydes, & reliquum * Sybariticum cultum, venit in desiderium vestis fordidæ & tritæ, & in mores Apollonij abiuit. Si enim est tripudiatio Laconica, simul tripudialis: sin mollis est, & feminea, non amplius mulierum imitatrice, vt ait Euripides, larua vtar, nec verbis. Pocula in mensa statuunt, & hauriebant sitientes. Quando nuptiæ ferunt, ait, & forte cras: Sapientiam suam simulabat, & lingua quidem satis promptus, sed mollior ad incommoda toleranda, sollicitus de adolescentibus. De feris non facile dixeris an matres discerpserint. Nero hoc cibo satiatur, insanos Oreste, & Alcmæone, sed facti pretextus illis auctores erant. Ille quidem mortuus, hic in portu venditus. Ille opera matris ab imperatore tum sene adoptatus, & imperium hæreditatis iure consecutus, ad intemperantiam delabitur, homo ebriofus, nec insuauis voce. Omnium oculis expofitus est, qui in principem coniciuntur. Æsopi ranæ, inquit, & asini, nugæ pueris, aniculisque tractandæ. A pueritia in illis enutriti, & in illis consumpta infantia est. De singulis animalibus opiniones habemus: hæc quidem vt imperio digna, illa vt simpliciora. Ægyptij aures ad Apollonium argebant. Claudius est tantus erat, multa tamen puerilia præterea exhibuit. Mulierculis imperium submitit, quo homines reguntur. Adulcerinum enim aurum, & nigrum erat è lacrymis procedens, sed mollior ad infanteriam, & referebat de nouerca sermonem voce demissa, nec veneræ attigit, nec aliter in eum quis petulantiam ostendit. Sed erat agrestiore ingenio, ac prædure. Visus est & Gymnasticum scitè artiffisse. Expedit sapientiam esse à cibo, qui spirat libidinem,

544 quæ per oculos venit: & inuidiam, quæ magistra iniustis contentionum ac dissensionum est. Non eget veritas incantamenti, & arte violenta. Vitium auro ornatum & torquibus vesteque purpurea, genarum rubore, criniumque cinninis, oculorumque coloribus, & aureis calcis petulanter depictum est: virtus verò laboriosa adiuncta est horrido aspectui, studet squalore ornari, nec lanam, quæ ab animato carpitur, gestat. Etenim visa est mihi hominum superstitiosorum esse, qui mentem puram habent, cuius immortalitas, & initio carentia generationis fontes. Apollonius ait: Hæc me ad Indos duxerunt cogitantem, quia subtiliores intellectu tales homines purioribus occupati cogitationibus, veriores in opinionibus de Diis & natura, quasi vicini Diis & ad initia viuificæ & calidæ Solis substantiæ habitantes. Sed & arænum numerum nosse dicit Apollonium, & maris mensuram omnem comprehendisse. Videri & aliqua apud reliquos mirabilia, in quibus fortiter & eleganter Apollonium narrante audierant, mitigans verò illum Thespesion. Dicitur & elegantias verborum Phraatæ ab Indis attulisse. hoc enim tempus & Indi ad sacerdotes. Videris mihi bene conquerere & egregie comedere. Si enim antiquas leges & vetustiores cognoscere licuisset, poteram illas leuiter excutere. multi & absurdi sermones inter æquales renascuntur. Cum Titus Hierosolyma euerisset, & omnia circumloca cadaveribus opplesset, coronare illum voluere, sed ille seipsum putauit indignum. Non enim se esse talium operum auctorem, sed Deo iracundiam contra Iudæos monstranti suas manus præbuisse: hos tales accusatores * irridet, in illos stimulos linguæ suæ vibrantes. Ad præceptores se contulit, qui mentem illius & linguam erudierant. Magnum, inquit, mensuram videro, in-

Orphem.

Vide proner-
bium.

Nero Imperar-
ricida.

Æsopi Apologi.

Claudius Imp.

Vitis ac Sistrænis
imago.

Imp. Titus Ve-
spasianus Hiero-
solyman ab-
sedit.

* fort. diducit
eum detestantur

deo infelicem quidam dixit, cui nihil est præter pauca, quæ non sufficiunt ad domum pascendam. Persuadet homini ut daret sibi vicies mille, repositurum se quinque. Ille verò thesaurum amans, nunquam donare omnino recusat, sed puravit æqualem se habere partem, tantò verò minorem, quantò duas myriades in manibus existentis, in sua esse potestate: agrum verò pro illis in pruinâ iacere, & grandine & aliis incommodis, quæ fructus corrumpunt. Philosophia sic aliquos commouet, ut habitum reiticiantes, illi quidem occurrerint, relictis suis ad Occidentem ad Celtas, illi in dispersa Africæ & Seythiæ, aliqui in eos sermones inciderunt, qui ad flagitia accendunt. Sedentibus aliis sub platano, cicadæ in cantu erant, cum ver eas ad cantandum incitaret. Hac oratione Demetrii superatus Damis, Tu quidem, inquit, cum huic viro ad sis amicus, nunc certè magnum illi bonum videris adferre. Quæ enim parva ratio haberetur, si suadeam, ne in gladiosiam nudatos incurreret, neue in tyrannidem rueret, qua nihil crudelius. Quid de te discernendum nescio: (iudex) affectus est tanquam ij qui decernere cupiunt, vetiti ne non verum iudicent, & reum perditionis ipsorum facit te. Vult enim quæ non decent: Facienda verò dirigens ad iuris sententiam. Non audient similibus diserebat cum Damide supra delta, vbi Nilum aiunt diuidi. Verum tamen hic quidem diuitias validè muniens, & tam diligenter veluti muro cingentes, de illis nunc periclitamur domi, * placentæ costæ sunt. Isti enim illos & Danaides terminant fluij non faciles ad transgrediendum. Omnes Apollonium intuiti sunt: illius verò faciem suspexerunt, & diuina quædam in facie eius species oculos præstingebat: ut ronderet, veni, inquit, ô rex, de capillis periclitans. Apollonio vincito ingreditur aliquis carceres, dicens se emisse pretio, ut in carcerem ad illum aditum daretur, & venire ut de salute consilium daret. Erat hic Syracusanus, Domitiani mens & lingua. Python orator Byzantinus aptus erat ad mala persuadenda. Vel comam aliquid præter id quod est: est verò, ut puto, vigens & splendens. Ego verò non solum conuenire pro pecuniis, sed illos expuli, tanquam non sanos. Ego adhuc iuuenis propter pecuniam iratus sum, paterna bona satis ampla vno solum vidi die: fratribus meis reliqui, & amicis, & cognatis, pauperibus, sapientis viri comæ parcat ferrum. Non enim illud ad mouere licet, * vbi omnes sensuum fontes omnia vota, & oracula conspiciuntur, & oratio sapientiæ interpres. Ne tuam quouis imperio dignum puto, & omni oratione bonis votis prosequente. Bellatorem enim, curarum non vilem dicit Apollonius. Euphrati adultores, quid dico pecunias? Fontes igitur sunt diuitiarum, & in mensis disputat campo eius administrat, publicanis fenerator, omnia factus, & vendita & vendentia. Inscribitur verò semper potentium ædibus, & ad sunt plures quam inanitoris. Custodit diuitias suas aliis. Egyptium hunc pascens pecuniis, & acuens in me linguam, quæ meretur exsecari. Tuuentus digna erat omnium admiratione, & ad philosophiam admodum procliuus, & in nulla vrbe iniucundus erat, sed dignus qui amaretur.

* Al. Diuitia ab ama conibus.

Python orator Coma.

* Lego, vbi omnes sensuum fontes omnia vota, & oracula conspiciuntur, & oratio sapientiæ interpres. Netuam quouis imperio dignum puto, & omni oratione bonis votis prosequente.

EX ISIDORI PHILOSOPHI VITA

Damaschio auctore.

Isidori hanc vitam scripsisse Damaschium partim liquet ex his que supra leguntur pag. 211. partim è Suida, partim denique ex infrascriptis pag. 156. & 157.

LEgit vitam Isidori philosophi. Nemo adeò serò discere cepit, tardi que est ingenij, quin serè ex omnibus & dicentibus & scribentibus audierit, Egyptios omnium post homines natos esse antiquissimos. Hæc verò sapientia intus in penetralibus fabulosa illius vetitatis abscondita, adeò lentè reuelatur, eò quod diuinus ille animæ splendor ad Deum sensum duntaxat conuerti possit. Colunt, inquit, præ cæteris Diis Egyptij Osirim & Isim: illum omnia condere, & figuris, numerisque materiam adornare arbitrati: hanc verò immensis perennis vitæ riuius illius fabricam irrigare ac saginare. Ex his constat Theocrasia, hoc est diuina temperatio, aut potius perfecta vnio est, reditus animarum nostrarum ad Deum reuerfarum, & è multa distractione in vnum collectarum. Etenim non è auulsioue luculenter dico, qua huc demisse, & terrenum induta corpus, à se inuicem illæ diuulsa sunt, & reuera à furiosis, & à terrenis affectibus per mundum sparsæ sunt; qui non modo cum Typhone comparandi, sed adhuc multò, ut puto, perturbatioris sunt. Verùm cuius gratia hæc omnia? Iam tempus adiungere, & iterum narrationem extra argumentum expatiantem reuocare: & coniungitur illa è terrestri

è terrestri hac vita ad cœlestem illum fornicem auolans. Sed statim quis existimare ea quæ dicta sunt, beatitudinem sonare. In prompta est interrogare: Vnde ô amice, manifestum est, dicat aliquis, tuum illum philosophum ab hac turba animarum ortum dixisse. Ego autem ad illa non decertando, more iudiciorum, sed mitius respondebo, neque contendendo, ut fit in disputatione, vbi acerrimè certatur, sed ut leges sunt eorum, qui vitas describunt, ea sola, quæ vera esse credo, producens, quæ quæ à præceptore audiui. Seuerus Imperator Romanus fuit, Romanorum que pater legis præscripto. Qui & lapidem se ait vidisse, in quo contineretur figura Lunæ vario modo mutata ex alio in aliud, & contra Solem acta & minuta, & lapidi etiam Solem inesse. Isidorus igitur quæstionem scire videbatur, dicere verò noluit, & hoc è somno quodam mirabili dicere quàm accuratissimè conatus est. Tam enim prompto somniandi ingenio & arte fuit magnus Isidorus, ut sæpius opera quæ ipsius prædictioni respondent, explorata demirer. Sunt sanè etiam penè omnes Alexandrini felices & apti in somniando, & ideo illi etiam nunc somnia oracula cognominant. Cum verò experrectus esset, non videbat illam inexplicabilem visionem. Neque enim adeò clarum neque profundum vibrabat splendorem, ut contentus à sensibilibus alio reuerberaretur, intus tamen accendatur & luceat. Sed cum extra hæc consistit anima, sensu non amplius operante vi somni remissione, tunc soli sibi relictæ animæ adest semper interior Dei lux, & obstantialis iam libera, magis accenditur, & sæpissime ad exteriora effunditur, donec tandem ipsam imaginationem collustrat. Duplicem inde rationem diuinarum visionum dixit: hanc quidem sensibilem vigilantium, imaginariam alteram dormientium: vtraque autem veram continentiam postulat. Videbatur sapiens maturus que Isidorus, quin etiam grauis morum constantia, facies penè quadrangula, eloquentis Mercurij quoddam sacrum simulacrum: oculi, ut sic loquar, verè gratiosam in se sitam Venerem, ut que sic efferam, infixam sibi sapientissimam Palladem continebant. Illud non omitam, ipsi oculi à contrariis in vnam eandemque speciem inexplicabilem simul referébatur, stabant simul firmiter, & velociter ita mouebatur, ut versari viderentur circa eandem speciem, & quiduis in eadem repræsentabatur: simul & grauitatem, venustatem que præferabant, & iidem tum vellent, profundius abdit aut expeditores: ut que verbo dicam, erant oculi illi perfectæ animæ simulacra, nò solius animi, sed & inhabitantis in ea diuinæ inflantis. Sensus moderatè in illo affecti erant, ut soli necessitati seruientes, nec soli sensus, sed etiam imaginatio, quæ certà imago est: neque memoria admodum valens supra vulgus, & ab obliuione non omnino remota. Etenim, ut verisimile est, voluit illum Deus animum potius declarare, quàm vtrumque cum corpore, & Philosophiam in vtroque non relinquere, sed soli animo insigere. Ut ego iam quosdam reperi, qui exterius philosophantur luculenter, & vtuntur memoria multarum capaci opinionum, & facile valent inexplicabiles contexere syllogismos, multa que in iis facultas est diuinorum sensuum, intus verò anima egent, & inopes sunt veræ scientiæ. Sin quandoque iratus videbatur, ratio imperabat, & ita parebat. Neque enim poterat mansuescere, neque iracundiam in hominum vitis reprehendendis euere. Promptissimus erat bene de aliis merendoverùm adhuc promptior in flagitiis capendis: ideo que multorum animos sæpe offendit, eorum scelera blandis verbis extenuare non sustinens, nec loco veræ amicitia valde detestandam adulationem adhibens. Sic erga omnes affectus erat, ut neque contentiones amaret, neque inimicitias sponte susciperet, quæ omnia eius forma digna erant. Hæc noster philosophus ob zelum ad hominum mores corrigendos, & ob inimicitias odium que, quibus flagitia hominum prosequeretur. Sollers fuit & industrius, & facilem se comem que præbebat. Facile enim adnumerauerit quis eum mansuetis, quasi non accuratè hæc inuestigaret, quod præ lenitate minus esset suspicax, si quid tamen suspicionem futura anteuertente dignum fuisset, si quid doli aut insidiarum esset, minime eum fefellit. Cum tres sint partes vel species animæ, vel ut cui placet appellare, triplicem fieri rationem vitæ dixit, quam quælibet trium illarum comprehenderet, sed ad eam, quæ vna omnia vinceret sese conformare, illam que ceteras ratione maximè anteire, quam aliquis Saturni vitam, vel auream ætatem, vel genus proximè ad Deos accedès appellare possit, quam fabulè inuolucro poetæ in tripode Musarum sedentes de prædicant. Hic cum è simplicitate tantum veritatem dilexit, ut supra modum verax esse, nec fictum aliquid in se continere videretur. Pecuniæ acquirendæ non studebat, sed rei domesticæ

Seuerus Aug.

Isidorus somniator.

Isidori forma.

Isidori oculi.

Sensus Memoria. Ex Platonicorum sententia.

368

b. Amplius hinc Suidæ descripte in distans 20. vbi dicitur hinc quæ quibus adfertur, quænam & vna legitur pag. 159. c. Suidæ & hæc laudat in dist. a Phidias, & mox quædam in distans, id est, diuinitatis, & quædam

ZZ

à natura

à natura gubernandæ peritus erat, quin etiam in aliis omnibus gnauus, domus curâ ge- rebat, magnamq; dici partē in eo studio ponebat, partim ipse agendo, partim ordinâdo. Cùm aurora surgeret, etiam surgebat, animo adhuc oraculis intento, & narrabat som- nium. Ego autem nō in somnium loco somnij, loco veritatis veritatem, vigilantem loco dormientis exaggerâ, vt audiui sic scribens: Cùm incidisset in eam calamitatem vt bona profciberentur, prius quàm depositum fraudasset, illud depositum, bonaque sua, quæ- que; poterat, ante capiens, apud ciuem fide dignissimum deposuit, quæ cum Epidau- rius cum aliis admisisset, quod fraudauit, depositum intellexit, erant quidem qui suade- bant res domesticas inuaderet, & nihil daret ei, qui initio fraudasset: hic verò in iis quæ illi credita erant, non putauit decere infidelem esse, nec fidem omnium virtutum uti- lissimam hac infelicitate, quæ rationi consentanea videretur, contaminare. Nolebat verò iustus videri, sed re ipsa esse, veritate ipsâ copiosum prudentiæ fructum colligens. atque ostendet, quantum sciuerit singularum rerum explicatio. Pauca quidem locutus est, multa verò è sermonibus seniorum audiuit. Magnus vir non paruum discrimen adibat, quin vbi fugaces alij per ignauiam fugiunt, illic periculum subibat iuxta poetam:

Virtus ubi clara virorum. Cernitur

Et sanè verè videbatur reprehendere accuratè expendenti: familiaritate verò & hu- manitate modum excedere visus est: & propterea eum mirabantur accusati, & erga eum vt litium amantem malè affecti erant. Verùm ille exemplar veræ concordiæ in se- ipso circumferens, ex illo ceteros aestimabat.

449 Tria esse omnes asserunt principia primâ & maxima eius cognitionis, quæ res cõ- templari solet, amorem honesti & boni peritissimum indagatorem, acutam solertemq; ingenij facultatē, quæ breui ad multa ferri possit, promptissimam ad intelligendum & cognoscendum vestigia rerum quærendarum, quæ vera, quæ falsa ad adipiscendum sint: E tribus his laboris amor indefessus oritur, non permittens animum quiescere, donec ad inuestigandi finem venerit, qui est veritatis inuentio: Solertiam & acrimoniam Isidorus dixit esse imaginationem non facile mobilem, neq; ingenium facile opiniones comminiscens, neq; solam, vt aliquis putarit, intelligentiam volubile, & gignentem veritatem. Neq; enim has esse causas, sed ad intelligendum causæ seruire: diuinum verò esse instinctū, sed atē aperientem & repurgantem animæ oculos, & intelligibili lumine illustrantem, ad verum falsumq; & videndum & cognoscendum. Bonam constitutio- nem ipse appellauit, nullumque sine ea esse emolumentum, neque oculorum sanorum commodum sine cœlesti lumine asseruit. Speculationi aptum animū habebat simul & rebus gerendis, non ad hæc inferiora inclinatum, sed statim se eleuantem etiam parua occasione ad præstantissimas illas contemplationes. Ipsisq; Platonis perfectis notio- nibus non secundum consuetos aliorum philosophorum conatus, in hæsit. post Plato- nem verò etiam Iamblichii mirabilibus cõmentis. Videmus multos philosophorum & audimus, hos quidem putantes Iamblichū intellectu difficilem esse, illos verò hunc su- perba grandiloquentia verborū magis, quàm rerum veritate se efferentem. Rhetoricās, poeticasq; artes parū attigit: sed ad sanctiorem Aristotelis philosophiam se conuertit, vidensq; illam necessariis ratiocinationibus magis quàm proprio sensui credere, & vt via ac ratione procedat, diuinis aut imaginationibus non aded vt, parum etiam de hac sollicitus fuit: vbi autem Platonis sententias gustauit, non iam aspicere, vt ait Pinda- rus, dignatus est vlterius. Sed finem consecuturum sperauit, si in Platonis sententia- rum adyta penetrare potuisset. & eo omne suum studium, impetumque conuertit. Antiquissimos Philosophos Pythagoram & Platonem vt Deos coluit, & eorum animas alatas, quas in locum supercœlestem, inque campum veritatis, & pratum ele- uatas diuinis putauit ideis pasci. De recentioribus verò Porphyrium, Iamblichum, Syrianum, Proclum, & alios mediæ ætatis, magnum thesaurum collegisse diuinæ scientiæ dicit, Eos autem qui in caducis, & humanis studiis libenter occupantur, vel qui in- telligere acutè, ac scire multa volunt, non magnopere conferre ad sublimem ac diui- nam sapientiam. Antiquorum enim Aristotelem & Chryppum ingeniosissimos, & discendi cupidissimos, quin etiam laboriosos, nec ramen omnino ad summum ascendisse. Recentium verò Hieroclem, & similes, scientiis humanis nulli quidem fuisse inferiores, sed in diuinis notionibus non admodū fuisse versatos tradit. Librorum copiam reprehendit, quæ potius multarum opinionum, quàm cognitionum causa est.

Vno verò

Vno verò solo præceptore acquiescens, ad hunc vnum seipsum effingebat, illius di- ctata exscribendo. Præsentia, vt apparet, hæc non amauit, nec statuas adorare volebat: sed iam ad ipsos accessit Deos intus latentes, non in adyto, sed in arcano sui, quod ali- quando summæ est ignorantia. Qua ratione igitur ad eos, cùm sic essent, adit? ve hē- menti amore, eoque latente. Et quis alius amor nisi occultus? & quemnam hunc dicit- mus, sciunt qui experti sunt: dicere autem non possumus, ac ne cogitare quidem. Di- xerit quispiam illum non verba, sed rerum dicere substantias. Promptissimè inuenie- bat de quibus ipse dubitabat apud alios, & de quibus alij apud ipsum discerebant, non multarum quidem rerum cognitionē, & alienarū doctrinarum scientia obtruendo ve- ritatem, dubitantes autem confutando, sed excellētis ingenij vi, ac planè diuina; & im- penso desiderio diuina peruestigandi veritatem compertam, vaticinanti similis erat. Poterat perspicere quid reconditum tegebat oratio, quidve sanum inest. Marinus, qui Procli successor, & Isidori cum ceteris in Aristoteleis doctor, cùm librum mul- torum versum scripisset in Philebum Platonis, eumque legere iubere Isidorum, & iudicium ferre an euulgari posset, ille libro lecto, sententiam suam liberè patefecit, nullam tamen inconcinnam vocem emisit, hanc tantum: Videri magistro digna. Ma- rinus hoc intelligens, librum igni tradidit. Hoc etiam à ceteris Philosophis distabat Isidorus, quod non sola Syllogismorum vi se aut suos vellet adherere veritati: cumque veritas non vna videatur via, nolebat eos ratione, veluti cæca in rectam viam ductri- ce, impelli. Sed persuadere semper admissus est, & oculos ad animam referre: aut si in- essent, repurgare. Cum Imperatorum res gestas scribere iussus, obsecutus est: de quo opere dicam, quod scio, cum eo perducta erit oratio: non dico modo, quasi ne audire quidem debuim. Neque Leontius, qui optimè sibi consultum putabat, cum dicen- di libertate infelici ac infortunata domum reuertit, neque diues factus, nec seruatus, vt putabat, sed diuina priuatus pietate, animo corruptissimo ac perdiditissimo fuit. Sic quidem omnem vitam in infortuniis transegit. Nemo aded immiti sui animo, & barbaro, qui sacro Isidori ab ore verbis manantibus non persuasus fuit, & mitiga- tus, talis in labris viri insidebat suadela, non humanum opus, sed diuinum, natura sua admiratione dignus erat. Ingenij quidem e corpore & spectabili proceritate, visu pul- cher & facilis, ad maturam ætatem cùm peruenisset, comis & suauis, commodus, & colloquentibus vilis: mediocri nec delicato vsus est cibo, neque propter paupertate- rem noxiò, neque propter diuitias opipato: sed & musicam adhibuit temperatam, & Dorico modo reuera accomodatam. Solus ipse inter homines, quos audiui- mus, à antiquum prouerbium re ipsa coarguit, non iuuenibus, sed senibus ac senum congressu delectabatur. Dixeris, & solus inter homines quos audiuit, vel cognouit: vel etiam sic, qui ad famam venerunt: vel quorum fama innotuit: vel, quos fama noui- mus, quos memoria seruauit: vel quos obliuio non deleuit, aliaque similia. Alexan- drini pannos sordium multiebrum nominabant & Phylacea. Non erant legitime nu- ptia, nisi sacerdos Dei matrimonia manu sua notasset. Hierocles, qui scholas Alexan- driæ instituit, constans & magnificus excellenti ingenio & facundia pulcherrimo- rum nominum, & verborum facilitate & copia, in sui admirationem auditores rapie- bat; eum Platonis oratione venusta & docta semper contendens. Hic aliquando Pla- tonis Gorgiam sociis explicabat. Vnus verò auditorum Theosebiius explanationem descripsit. Iterum verò, vt verisimile est, secundam explanationem Hieroclis Gor- giam explicantis post aliquod tempus similiter descripsit, & collatis prioribus cum secundis, nihil, vt sic dicam, eorundem inuenit. Vtraq; tamen, quod sanè auditu nouum est, Platonis, quoad eius fieri poterat, institutū continebat. Hinc colligitur quanta viri illius in sententiis copia. Vxorē quoq; ex qua liberos susciperet, ducit, cuius postquā demoniū mansuetio tribus verbis egredi recularēt, iuramentis illud Theosebiius, quamuis nec magis esset peritus, nec miracula patrasset, exire cõpulsit. Iurauit Solis radios præ- tendens, per f. Deum Hebræorum. Dæmon verò expulsus est clamans, se quidem Deos colere, sed etiam hunc reuereri. Omnem igitur rudentem mouit, & omnia fecit, & di- xit, suadendo & hortando, prout ei animus fuit. Nihil infestum cupiens relinquere, quod susceperat. Theosebiius multa dixit de scholis Epicteti: has verò morales Musæ sitiones ipse confinxit. Omnium verò temperantissimus Theosebiius, & congressus est cum muliere prolis causâ. Cùm verò liberos non produxissent, fecit annulum tem- perantia

ZZ 2

a. d. dicitur 3 di- xit, dicitur eivus
Hic. Verba
Eschylus de Am-
phitruo.

b. Suidas dicitio-
ne dicitur, &
Henr. Steph. rhe-
tauricus in tra-
ctatibus.

Plato.

Iamblichus.

a. Oda 1. Olymp.
poetis ad præ-
teritum. Ne am-
plius circumspi-
ce legimus. Virtus
Oda 3. extre-
ma, & in Py-
thius Oda 3. O-
dis dicitur &c.
Et prouerbis spe-
ciem obtinere vi-
deatur.
Philosophi Ga-
yii.

a. Cuius & Si-
tam Marinus
Neapolites, qua
existit, conscri-
psit. Sup. Cod.
CLXXXI. pag.
23. Vnde Sui-
dam in Marinus.

b. Suidas in
dicitur.

c. Suidas in
Dorico.
d. Arist. lib. r.
Rhetor. cap. de
Soluptate dicit.
Hic dicitur.

e. Suidas in
Phylacea.
Hierocles.

f. Hierocles in
Theosebiius.
g. Christum in-
telligit Indus
enim & Hebraei
initio sunt ap-
pellati Chri-
stiani.

551

552

perantia Theosebii; [muller, inquit, olim dedi annulum] procreatrici conuentionis conciliatorem, hunc verò iam tibi do temperantia magistrum, adiutorem tibi semper futurum temperantis officij. Si igitur poteris, & cupieris mecum viuere easte: sin minus, licet tibi bona cum venia alij nubere, dum te amicus amicam reliquam. Ipsa autem conditionem lubens accepit. Ammonius in poetarum narratione ac correptione Græcarum vocum occupatam artem dilexit. Hic fuit Ammonius, qui habuit asinum, quem aiunt poeticas audiendo disciplinas sæpe pabulum neglexisse, licet etiam appositum esset, & esurire cogereretur: sic poetico studio asinus capsi visus est. Mediocriter, inquit, Isidorus poetica artigit, parum de eis sollicitus, quod non instruant animum, sed imaginatione linguaq; tenus maneant, & illa cum omnibus exploratis notionibus pugnant, ideoq; in his infirmior fuit, vnde etiã Hymnos quos scripsit, aliquis videat sublime quid & diuinũ continere, versusum tamen speciem non habere. Theon non admodum ingeniosus fuit nec acutus, sed studiosus ac laboriosus, si quis alius: ideoque poetas & oratores callebat, memoriaque tenebat, & ad summam vtrotumque artis accuratorem venire sibi videbatur, versus tamen & orationes, licet plurimum amaret, scribere non valuit. Commissa pugna contra Scythas ante conspectum vrbs Romæ, quos Attila contra Valentinianum, qui post Honorium Romæ imperabat, duxit, tanta vtrinq; facta est cædes, vt nemo pugnantium ab vtraque parte seruetur, præterquam duces, paucique satellites eorum. Hoc verò omnium narratum maxime incredibile: cum cecidissent pugnantes, corpore defatigati, animo adhuc erecti, pugnant tres integras noctes & dies, nihil viuentibus pugnando inferiores, neq; manibus, neque animo. Vix igitur, & audita animarum formæ pugnantes, & armis strepentes, & antiquas, similesq; bellorum facies in hunc vsque diem videri aiunt, nisi quod omnia illa faciendo, quæ viui homines bellando solent, ne paruum quidem edere vocem possint, & vnum spectrũ quidem videri in campo iuxta Sudam, qui olim palus fuit: videri autem mane visionem, aurora iam terrã illustrante. Secundo in Cubis campo Carie. Ibi enim non quotidie, sed interdum aliquibus diebus, nec illis certis, circa crepusculum matutinũ aurora oriente, in aere frequentia animarum spectra vmbraarum figura inter se pugnantia videri. Et nostra tempestate multi narratũ homines bonæ fidei, iuxta Sicillam in capõ nominato Tetrapyrgio, & in aliis nõ paucis locis videri equitum pugnantium simulacra, idq; maxime ætatis tempore, cum ardentissimus est meridies.

Equus Seueri. Seueri equus (qui Romanus erat, spem faciente Anthemio, Romam euerfam iterum per ipsum erigendam Romam, hac spe cum prius discessisset, reuerfus consulatum adeptus) huius igitur equus, quo multum vsus est, tractatus scintillas è corpore multas, & magnas eiecit, donec illi portentum hoc ad consularẽ dignitatem Romæ illum euexit. Sed & Tiberio asinus, vt refert Plutarchus Chæronensis, adhuc iuueni, & in Rhodo operam danti eloquentiæ, imperium eodem euentu præsignificauit. Sed & Balemerin vnum ex Attilæ auicis de suo corpore icisse scintillas. Hic Balemeris pater fuit Theodorici eius, qui nunc summum totius Italiæ imperium tenet. Dicit autẽ etiam de seipso auctor, vt etiam mihi cum & induor, & exuor, etsi id tardè admodũ accidit, accidit tamen, vt scintillæ ingentes exsiliant, aliquando cum sonitu, interdum etiam flammæ integræ vestem illustrent, nihil tamen exurant. & se ignorare quo hoc portenti tenderet. Vidisse se ait & hominem quendam è capite scintillas euibrantem, & flammam, cum vellet, è capite veste asperiore attrito excitantem. Impulit equum quàm potuit celeritẽ, indignit & aliis rebus. Reip administratione excidens, ad quietam otiosam que vitam se contulit, odio eorum qui in Rep. molesti erant. Venerunt ad Seuerum Brachmanni iuxta Alexandriã, & proprio hospicio illos, & debito cultu suscepit. Hi de gentis more domi admodum graniter vixerunt, neq; balnea publica, neq; conspectum vllum vrbatum querentes, sed externum omne fugerunt. Comedeant palmas & oryzam, aquam bibebant. Erant illi non è Brachmannis, qui in montibus degunt, neque ex Indis, qui vrbes incolunt: sed vtrorũque vitam prorsus sectabantur, Brachmannorum apud populum negotia, si quibus indigerent, & populi apud Brachmannos peragentes. Dixerunt illi de Brachmannis montanis, quæcunque de iis scriptores diuulgant: imbreres precibus illos petere, & etiam eisdem auertere, famem, pestemque, aliaque mala, quæ curari non possunt, precibus posse depellere. Dixerunt iidem vnipedes homines apud se esse, & dracones ingentis magnitudinis septicipites, & alia valde inusitata.

Ammonius, & eius asinus. Tales inducuntur asinus etiam aurei à Luciano & Apuleio.

a. Theon. Vitandus Suidas: existant & Theonũ progenies, & in extremo Declarationes, quæ ferè Libani sunt. Valentinianus Imp.

b. al. Suedam.

Equus Seueri.

Tiberii asinus. c. Quem Tiberii Imp. vnum sed quæ intercudit, conscripsisse refert in castalogo Lamprius.

Dixit

Dixit Seuerus videri Gorgoniam herbam, eiusque radicem omnino similem esse puellæ, caput crinibus tectum serpentinis habenti. Diuinationem è nubibus, antiquis ne auditu quidem notam, quandam mulierem Anthusam temporibus Leonis Imp. Rom. refert inuenisse. Quæ in Aegis Cilicijs nata dicebatur, originem primam à Cappadocibus habitantibus ad Comanum montem Orestiadum trahens, referens genus suum ad Pelopem. Hæc sollicita de viro, cui militare aliquod munus demandatum, quiq; ad bellum Siculi cum alijs missus erat, orauit in somno, vt futura cognosceret, & orauit ad Solem orientẽ versã: Pater vero eius in somnis iussit illam ad Solem etiam occidentem orare, & illa orante, per serenum subito nubes circa Solem orta est, & deinde aucta in hominem formata est: alia vero nubes orta, & in æqualem factens magnitudinem, in leonem ferum mutata est. Leo vero ingenti biatu oris factõ hominem deglutit. Species illa hominis è nube facta Gotho fuit similis. Nam post paulo Leo rex ducentem Gothorum Asperem, & filios fraudulenter necauit. Ex illo tempore in hunc vsque diem Anthusa assidue meditata est, qua ratione è nubibus prædicere diuinando posset. Aegyptij Sothin Isin esse asserunt, Græci hanc ad Sirium stellam referunt, & Sirium tanquam canem Orionis venatoris comitem pingunt: quin potius in cælo depictũ ostendunt. Aliqui per imprudentiam status frægerunt & perdiderunt, & sacro auxilio destituti ciues, humana opera, & arte portum vix sibi seruant Aegyptij. hi persequebantur, vxoris, inquam, ministri, canem ex Africa fugientem struthionem diripientem: carnes: fodientibus vero apparet, prominẽtque antiquissimi templi pinaculum.

Hermias natione Alexandrinus pater Ammonij, & Heliodori. Hic fuit natura bonus & simplex, auditor Syriani cum Proclo. laboris studio nulli inferior: solers tamen non admodum fuit, nec firma ad rem argumenta inuenire poterat, neque magnus veritatis inuestigator. Quare non poterat contra dubitantes fortiter dimicare, quamuis ea memoria valeret, vt recitaret quæcunque à præceptore docente audiisset, quæque scriptis mandata essent. Sed mentis celeritas cum discendi studio non viuebat. Virtuti egregiam operã nauauit, vt nihil in eo Momus ipse reprehendere, nec liuor odisse posset. Cum imperitus ei librum venderet, & pretium minus quam valeret exigeret, hominis errorem correxit, & plus emit. Nec semel hanc iustitiam, cuius nullam alij rationem habent, verum etiam sæpius, quoties venditorem debitum pretium ignorare contigisset, ostendit: non aliorum more fortuito lucro deditus, ratus aliquam se iniuriam facturum, si volens à volente etiam quouis modo emeret. Nam dolum quandam esse in contractu & fraudem, non indicare errorem, sed veritatem occultare, & cum sit iniuria non violenta sed fortuita, plerosque latere, nec furari aliquid, instar latronum, cum periculo, sed à lege quidem absolui, iustitiam autem corrumpere. Habuit fratrem Gregorium omnino dissimilem, plus nimio acutum, & ad quæstiones & disciplinas expeditum; cæteroquin iniquitũ, nec placidis moribus, sed non nihil emota mentis. Post autem crebro morbo correptus est, vt rationis vsũ parum valeret, & organum valde mutaretur. Natus est Hermias ex Aedesia filius, cæteros philosophorũ filios superans: & Aedesia cum filio iam septem nato menses, vt fieri amat, iocabatur, & Babium & puellulum voce diminutiua appellabat. Pater audiens conquectus est, & increpuit hanc puerilem diminutionem, & articulatam increpando vocem protulit: aliaq; multa de illo puero mira dicuntur, eum scilicet vitã in corpore nõ tolerasse, sed septimo anno viuere desisse, nec eius animam tetrefrẽ aliquẽ locũ excepisse. Syri & maxime qui in Damasco habitant, pueros recens natos Babia vocãt: iam vero & adolescentes à Dea Babia, quæ apud illos putatur esse, sic vocant. Iam enim nonnulli eorum, qui aures fractas habent, & sensum deprauatum, in Comædiam, & in risum Philosophorum atreana conuerterunt. Panicum quoddam animal videri ait Hieracem Alexandrinum Ammonio æqualem, cum ex Aethiopia Byzantium proficisceretur, quod depictis & delineatis admodum simile, & audisse illum vocem animalis huius circa Alexandriam, veluti si strideret. Ammonius fuit diligentissimus, & multos explicatores, qui olim florissent, iuuit, maxime autem Aristotelem sectabatur. Quin etiam non solum æqualibus suis, verum etiam alijs Proclo antiquioribus præstitit, propè dixerim qui vquam extiterunt, in Geometria & Astronomia. Proclus os Isidori, tanquam diuinum, & plenum intus philosophicæ vitæ, admiratus est: oculi celeritatem mentis dem-

Anthusa. Leo Imp.

Isi. Dea. Canticula. Plutarch. lib. de Iside & Osiride. Herapollo lib. i. Hieroglyph. cap. 5

Hermias. Ammonij pater. Suidas in Hermia legendus.

Babia.

Panicum animal.

Z Z 3

monstran-

Eunoius Orator. Superianus. De hoc & Lachare Suidam consulo.

monstrantes, & iucunda grauitas emicans, syncerusque pudor Philosophum ad ipsam conuertebat.

Eunoius tardæ mentis fuit, modo iuuenili insolentia tumens, & in orationibus turgidus. Superianus iam triginta annorum Rhetorica auspicatus est, quamquam ingenio tardior esset, tamen nimio studio tandem Athenis clara & celebri vrbe designatus sophista, non multum gloria Lachare inferior.

Lachares studio magis, quam ingenio claruit Orator: ingenij eius tarditatem scripta latis arguunt, sacrum fuisse virum, & sacro diuinarum rerum flagrasse amore.

Metrophanes sophista natus ex Lachare:

Refert auctor vidisse se simulacrum Veneris, quod in templo Herodes sophista dedicarat. Hoc, inquit, contemplans, sudauit præ stupore & admiratione, adeoque gaudio perfulsus sum, vt domum redire non possem; & sapius abitudiens ad videndum redire. Tantam illi pulchritudinem artifex immiscuerat, non blandum quid aut molle, sed toruum & masculum, armatam quidem, sed velut quæ à victoria lætabunda reuertitur.

Hierium Plutarchi F. sub Proclo philosophantem in domo Quirini vidisse refert adeo, paruum caput humanum, vt cicer adæquaret magnitudine & forma, vnde & nomen capiti ex cicere inditum esse: cæteroquin humanum caput esse, oculos & vultum habere, & superius crines, & integrum os, & ore tantam vocem emittete, quantum mille homines.

Hierium Plutarchi F. sub Proclo philosophantem in domo Quirini vidisse refert adeo, paruum caput humanum, vt cicer adæquaret magnitudine & forma, vnde & nomen capiti ex cicere inditum esse: cæteroquin humanum caput esse, oculos & vultum habere, & superius crines, & integrum os, & ore tantam vocem emittete, quantum mille homines.

Hæc de ciceris hoc capite prodigiosè refert auctor, aliæque innumerabilia, digna impij Damascij & scriptione, & fide.

Salustius Cynicus non tritam philosophiæ viam tenuit, sed quæ aduersus reprehensiones, & risiones * tuta est, firmaque, & ad laborem pro virtute suscipiendum. Rarius induebat, vel † iphicratidas, vel vtitata sandalia. Vilius est corpore nunquam diu infirmus, nec animo æger. Sed, vt dici solet, erecta ceruice laborem subibat, honesta item & laudabilia studia, & id genus alia homine digna.

Salustium. De hoc calciamenti generosus ex Iulio Polluce, ulysse, ad Procli Chrestianiam.

Carthaginensium Rex Gezerichus, audito, Romanos dolo & præter iuramentum Marcellinum, qui contra se cum eis belligeraret, interemisse, magno gaudio elatus est, spe victoriæ, & locutus est verba non Carthaginensem, sed Rom. Imperat. decencia. Romani, inquit, sinistra manu dexteram ampuarunt. Marcellinus vero Dalmatiæ, cui cum imperio præerat, dux erat, sed gentilis.

Salustius inspiciens obuiorum oculos, prædixit frequenter singulis mortem violentam. Causam vero, qua ante prænosceret, ne ipse quidem dicere poterat, quamquam interrogatus prænderet oculorum obscuritatem, & tenebras, & humore plenos esse, qui in luctu pupillis ipsis oculorum contineretur. Er ait quendam Vranium nomine, Apamenum ciuem in Syria, & dominantem Cæsariæ in Palæstina, ex oculis nosse se eodem modo plurimos præstigiatores admodum execrandos, & quendam Nomum ciuem suum auctor ait, ex visu oculorum occurrentium, latentes homicidas agnouisse: Isidorus & ipse Asclepiades, cum traicissent mare Aegæum, aiunt se vidisse in flumine Nilo cæsariem, mira magnitudine & forma. Statim vero comedente vtroque iuxta Nilum (aderat & tertius noister Philosophus) accenrit à Nilo cæsaries, vt videbatur, quinque cubitorum: & alia monstra narrat. Iuxta Heliopolin Syriæ, ait Asclepiadè in montem Libani ascendisse, & vidisse multa Betulia vel bætula, de quibus multa prodigiosè, dignaque impio ore profequitur, dicitque se & Isidorum hæc postea vidisse. Sacra progenies per se vixit vitam felicem & piam, philosophicam, diuinarumque rerum inuestigatricem. sancto igne aras accenderunt.

Pardalis semper fuit, accipiter nunquam, ideoque rarius videtur bibere. Hippopotamus iniusta bellua, vnde & in Hieroglyphicis litteris crudelitatem significat, patrem necat, matrem violat. Suchus vero iustus est, quod nomen crocodilli & species est: nullum enim animal lædit. Duodecim tempora felis distinguit, singulas noctes & dies vrinam singulis horis emittens, semper instar instrumenti cuiusdam horas dirigens: quin etiam lunæ dies, ait, numerare proprio fœtu. Quin etiam selem septem primo, sex secundo partu, tertio quinque, quarto quatuor, quinto tres, sexto duos, septimo vnum edere

Hippopotamus. De hoc stuatili equo, eadem Plinius Solinus, & Ammianus Marcellinus, & Plutarcho vnum Iside & Osiride, Aegyptij impudenti significare ait. & Clemens lib. 1. Stromat. b. Herapello lib. 1. cap. 56. quem etiam consulo de Crocodillo, deluro &c.

DAMASCIVS. * Plutarcho. de Tolleria animal. & Aelianus lib. 7. cap. 8. Orygem sternutandum canicula ortum deluti & venari, auctores & Plinius lib. 2. cap. 40. & lib. 8. cap. 53. Aristoteli uocis equos est. lib. 3. de part. animal. cap. 2. & lib. 2. hist. animal. cap. 1. Vide Florapollinem lib. 1. cap. 49. in tria equum

edere, & tot esse fœtus felis, quot habet Luna dies, Cebus est simiæ species & semen circa Solis, & Lunæ congressum emittit. * Oryx animal sternutans ostendit Sothin oriri. Ne duces eorum perniciosi ciuitati contentionibus distraherentur, prædicebat ex secreta quadam visione. In pariete lumen densum apparet, transformatur tanquam cœretus in faciem reuera diuinam & supernaturalem, non dulci venustate, sed seuera efformatam, visu pulcherimam, tamen in seueritate illa blandum quid ostendit, hunc Alexandri loco Osiridis & Adonidis in Deorum mysterijs coluerunt. Erat in Heraicis philosophi natura aliquid quod inquinamenta generationis aboleret. Si quam impuram loquentem mulierem de quacunque tandem re audisset, statim ei caput doluit: atque ita viuenti semper quædam diuinitas aderat; mortuo vero, cum lege vstitata sacerdotibus Asclepiades tradere pareret, cum cetera, tum Osiridis vestes, quibus tegebatur corpus, statim cum lumine è sudonibus vndique arcanæ descriptiones elucebant, & circum has species quædam diuinorum simulacrorum videbantur. Fuit & primus eius ortus sacer & mysticus. Fertur enim ex vtero matris prodijisse, indice silentij digito labijs adhærente, quo modo & Aegyptij fabulantur Orum, & ante Orum Solem natum esse. Itaque cum digitus labijs adhæreret, sectione illi fuit opus, & labrum temper leuiter incisum permansit, conspicuum omnibus signum inenarrabilis illius natiuitatis. Dicitur Proclus Heraicum se doctiorem confessus esse. Quæ enim ille sciuit, & Heraicus norat; sed quæ Heraicus, non item Proclus.

Dicit Anthemium Rom. Imperatorem gentilem, & cum Seuero, qui idola adoraret, sensisse, quem ipse Consullem designat, & inter se occulta consilia agitasse de execrabili idolorum cultu redintegrando. Illum & Leontium, quem ipse elegit cum Zenone Imp. eadem & sensisse & voluisse in impietate, ad eam ducente Pamprepio alferit. * Pamprepij nugæ & infidilitatem erga amicos, violentamque mortem, eodem quo alij modo & idem scribit: fuit genere Aegyptius, arte grammaticus.

Anthemius Imp.

Non sum promptus ad rem nartandam, cuius incerta est veritas, & apta ad inimicitias concitandas. Relinquens igitur Pythlum, ad Heraicum reuerti volo Eubœum, cui promissæ capitis comæ in humeros demittuntur.

* Suidam Videndum.

Phœnices & Syri Saturnum El, & Bel, & Bolathen nominant. Ipse & Asclepiodorus olim eius magister ad narandū in Mæandrum descenderant. Mæander vtroque; medijs vorticibus hauriens sub aquam traxit, donec Asclepiodorus paulum eleuatus, vt possit solem intueri: Morimur, inquit, & aliquid infandum addere potuit. Tum vero repente, nulla aperta adhibita ope, in ripa fluminis iacebant semimortui: deinde animis receptis è mortis fluctibus liberati sunt. Adeo diuinam virtutem in se Asclepiodorus, & quidem in corpore adhuc existens, continebat. Cares illam regionem Apollinis Aulas [id est, tibias] appellabant. Asclepiodorus igitur Aulis domum ad Veneris vrbem, Sole occidente, reuersus est. Statim vero Lunam orientem iam plenam vidit, quamquam non esset in signo, quod è diametro Soli oppositâ erat. Sed profecto & hanc imaginem aboleuit, quæ omnia abolet necessitas.

Saturnus. Mæander.

Alexandrinus erat ratione: quo ad Fortunæ bona obscuris natus parentibus, aliquin probis & pijs. De Iacobo medico (qui propius quidem genere Alexandrinus erat, longius Damascenus, filius medici, qui quadraginta annos in experientia posuerat, & pene orbem terrarum exercitatione, artisque iudicio peruasit, qui & Iacobum filium medicam artem totidem annos docuit.) De Iacobo igitur, quemadmodum & alij, mirabilia dicit, quod audiens mulierem sternutantem frequentius, omnes amiserit dentes, hocque, sola accidente, omnia quæ ad mulierem spectant, & formam, coloremque corporis, & magnitudinem, & in anima quicunque naturæ mores magis conuenirent, enunciarit. Iacobi, inquit, pater post multos per orbem errores Byzantium venit, & medicos ibi repperit, qui nihil in arte sua perfecte scirent, nec ipsi experientia, sed ex aliorum doctrina cognouissent: non sanantes, sed nugantes: ambo vero pater, & filius impij erant. Vtebantur illi aduersus morbos purgationibus multis, & balneis. Ad chirurgicam ferro, igneque non admodum erant prompti. Sed & pessima vlcera diæta pellebant, venarum sectiones repudiabant. Diuites sanans hortatus est, vt pauperibus a grotantibus opem ferrent, & ille nulla mercede sanauit, publico contentus frumento. Ait auctor, vidisse se Athenis statuam Iacobi, & visam fuisse sibi admodum ingeniosum hominis, seueri,

Iacobus Medicus

560

Asclepiodotus ex Musica Medicus.

seueri, & grauis. Hic Iacobus celebris Proclum Athenis ægrotum curans, iussit illurri à crambe abstinere, holera plurima comedere. Hic, more Pythagoræ, maluam comedere noluit. Asclepiodotus non omnino ingeniosus, vt multis hominibus visum est, sed in dubitationib⁹ acutissimus, ad intelligendū non adeo follers, neq; ipse sui similis, alioquin & res diuinas, obscuras, & sub intelligentiā cadentes, & eximios illos sensus Platonis intelligebat. ad Orphicam, Chaldaicamq; altiorē cognitionē, quæ cōmunem Philosophorum captum excederet, longe etat inferior. In Physicis omnium sui sæculi erat doctissimus: similiter & in Mathesi, vnde & præter alia magnam ingenij gloriam cōsecutus est. In Morali Philosophia, & quæ de virtutibus est, semper nouum quid inuenire, & contemplationem ad inferiora, visibiliaque trahere conabatur: nihil quidem, vt ita loquar, ex antiquis intelligentijs seruans, omnia condensans & colligens in naturam mundi. Natus ad musicam Asclepiodotus, deperditum tamen harmonicum non potuit reuocare, quamquam alia duo cantus genera rescinderet & reprimeret, alterum Chromaticum appellatum, alterum Diatonicum; harmoniam tamen non inuenit, quamuis magades, vt dixit, mutarit, & transposuerit, non minus quam viginti & duas. Causa cur non inueniret, hæc est: minimam moderationem harmonicarum dimensionum, quam diesin, (hoc est, primum sonum, qui in cantibus percipitur) vocant, è nostro sensu perdidit, & etiam aliud genus Euarmonicum simul corripuit. Asclepiodotus à Iacobo medicinam discens ad vestigium illum sequitur, in multis etiam superat.

E Neborum.

Nam amissum olim vsum albi Ellebori, nec etiam à Iacobo obseruatum, ipse renouauit, & illo insanabiles morbos inusitato modo sanauit. Asclepiodotus nullum è nouis medicis, præter Iacobum, probauit, ex antiquis post Hippocratem, Soranum Cilicem, Maleotem. Quocirca uxorem suam Damianem Asclepiodotus pudicissimam, & quod ratum est, magnanimam, virilisque mentis in administratione familiæ, quem admodum in consuetudine castam nec voluptariam reddidit. Hierapoli in Phrygia templum erat Apollinis; subtus spiraculum erat letiferi spiritus. Spelunca hæc superne nec auius præteruolantibus sine periculo est, sed quæcunque illac volat, moriuntur. At ijs, qui sacrificijs sunt initiati, facile fuit ingredi, & in illa spelunca sine vlla noxa degere. Refert auctor se & Dorum Philosophum, cupiditate captos intrasse, & illas egresfos esse. Dicit scriptor cum tunc Hierapoli dormiter in fomnis sibi visum esse Arin, sibi que à matre Deorum festum, quod dicitur Hilariorum, mandatum, quod indicabat nostram conseruationem ab inferis. Reuersus itaque in Veneris urbem narrati Asclepiodoto visionem: Ille rei miraculo obstupuit, & mihi pro hoc somnio non somnum narrauit, & minoris rei narrationem rependit maiore. Dixit se etiam non iuuenem in hanc regionem venisse, se naturam eius expertum. Bis itaque & ter vestem naribus applicans, ne, licet respiraret læpius, corruptum noxiumque aërem attraheret, sed aërem bonum & salutarem, quem aliunde adduxerat in veste concludens, ingressus est in speluncam scaterentem calidis aquis, sequens semper inuiam voraginem, & ad finē descensus pertuenit. Via enim circa profunditatem abrupta est: at tunc ob multitudinem aquarum etiam homini inuia erat. Sed descensor fatidico furore correptus ad finem accessit. Asclepiodotus igitur sapientia sua incolumis hinc euasit, sed & postea spiritum letali similem è varijs speciebus miscendum excogitauit, negligens & philosophorum, sacerdotumque rationes, nihil secus atque * Mylorum, Phrygumque dicta: sed tamen Patricius ausus fuit eodem contra Philosophorum decreta pergere. Quædam dixit: ego agrestis, & rustica sum. Sed surgens è somno, & innitens, inquit, scabello, cinilis & comis fuit, non solum in seruo, sed etiam in puerili aliquando colloquio, vt & iucundissimum cum quibus versaretur, cum vtilitate esset. Deum inuocauit in graui periculo, vt caratadas aquarum quæ adhuc restarent, amoueret. Vxorem vicinam paritri vna adduxit. Adhuc in sponda iacenti contigit illi è vestigio Dicon videre, egrègiam puellam, expeditam, tunicam sine manicis, lutei coloris, & purpureis clauis exstantibus decoratam: caput vitta ligatū, sine amiculo, vultu nonnihil seueri, & fronte cōtracta. Non aliquid ad illum, sed & ad introitum. Asclepiodotus Procli discipulus, in summis tenebris sine lumine legit, astansque homines dignouit. Aliquando itaque in Cariæ ait se caput draconis in agrum Pythæ Catis cadens, & allatum à Pythæ ipso magnitudine maximi taurini capitis vidiisse. Refert etiam Asclepiodotum vidiisse & viuū draconem sublimem in aëre concretum, à vento conceptum, nubibus condensatis im-

Apollinis sanium Hierapoli.

* Strabo: *Præuerbium.*

mobilem

mobilem stare, & instar magni conti extensum. Hunc itaque & vidiisse, astantibusque monstrasse, cumque nubes magis magisque constiparentur, seram euasit. * Marinus, inquit, Procli successor, genus ducebat Neapoli in Palaestina, iuxta montem, cui nomen è Hargarizus. Deinde blasphemans, impius inquit ille scriptor addit: In quo monte Iouis summi sacratissimum templum est, ibi & Abraham primus antiquorum Iudæorum sacrus fuit, vt idem dixit Marinus. Samaritanus initio factus cum esset Marinus, eorum opinionem repudiavit, quasi ab Abrahami sacrificijs recens in nouā degenerasset opinionem: & ad gentilissimū se conuertit. Veruntamen labori & assiduis curis incumbens, multorum etiam ingeniosissimorum, & antiquissimorum gloriæ suo nomine Marinus obscurauit. Noluit vero illum Isidorus interrogare infirmitate corporis labdramentem, metuens, ne homo turbaretur. E dictis tamen & scriptis eius (quæ non admodum multa sunt) facile erat colligere Marinum non fœcundum & probè subactum Noëmatum agrum fuisse, qui segetem sapientis rerum naturalium contemplationis proferret.

Marinus Procli successor cuius exstat de Vita Procli illius uolens libellus. b Mons in sacris litteris Gazizim. Dem. 11. 29. In die. 9. 7. & 2. Machab. 6. 2. e Abrahamus Patriarcha.

Ex Aeschyle.

[Ptolemæus astronomicae scientiæ princeps scripsit, vt loquitur Plato, placita interpretum ad senectutis obliuionem, relinquens sibi, & condens monumenta.] Proclus videns istum defluxum corporis, adolescenti moriuit. Hic igitur mortuus, tunc beatus, anima, inquam, animæque imago apertè mihi in hoc scabello sedenti altitit: credere autem oportet sermoni, quem visio philosophi principis confirmat, & recens alterius fama verè secundi post illum, & insuper tertius suggestus, & qui hæc scripsit propter eorum quæ nunciavimus, pompam veritatis studiosam. Proclus ea spe, detroncata in hac ipsa Vita, e Proclus.
 365 crescebat instituti magnitudo in dicendo, tanto minus persuadere sibi patiebatur Isidorus, quod maius esset onus, quam ferre posset. Sollicitus vero erat Proclus de aurea reuera Platonis catena, ne nobis urbem Atheniensem relinqueret. Sollicitus etiam de Martino propter corporis infirmitatem. Verus Philosophiæ amor inseruit, & omni terreno vinculo disrupto, Athenas odio omnium honorum, diuitiarumque contemtu venit. Talis etiam Philosophus Zenodotus fuisse dicitur, qui solus dignus fuit deliciae Procli vocari, de quo maximam etiam spem concepit, nec erga illum superbe se gerebat, neque sinister erat, nec colloquio tumidus, licet præditus esset nobilitate imperio patra, & generositate morum, apertoque studio, curaque verborum. Alios ad graue consilium conuocatos, non modo superabat Theogenes, sed iam etiam aliquis erat Philosophus. Diuitia b successioni [in ludo] non, vt nonnulli putant, temporibus Platonis fuere. Plato enim pauper fuit, & vnum horum in Academia habit, cuius prouentus trium erat nummorum. Prouentus vero omnium diuitiarum sub Proclo mille nummū, aut etiam plurimū fuit, quod multi morientes opes suæ scholæ relinquerent. Iam enim ad extremum sermonis, quem reliquimus, deuenimus. Asclepiodotus omnibus vitæ splendoribus ornatus fuit. Nulli eorum conuulium obijciunt, sed solite ipsa philosophi ad summū peruenerunt. Asclepiodotus ingenij dextri, gener magni Asclepiodoti per filiam, sponsus iam erat, vir magnæ diligentia. Fons erat aquam sacram & potabilem effundens, vt quod poetarum more dixit auctor, os eius, & reliqua facies domiiciliū sit Grariarum. Si quando enim & illi re aliqua indigniscent, omnes ad illum tanq̃ amici ad amicum accesserunt. Isidorus multum præstabat Hypatiæ, nō solum vt vir mulieri, sed ut geometriæ deditæ: re ipsa Philosophus.

d Ptolemæus Astrologus.

Tres hic versus aliunde inculcatos docti obseruauerunt, & iuxta multa, ac detroncata in hac ipsa Vita, e Proclus.

f. Præuerb. & Homer.

g Zenodotus.

h Reine dyade. xiv. i Plato. Suidas & Laert.

k Asclepiodotus.

l Hypatia in Isidoro vii.

Seuerianus constanti animo fuit, & quæ cum animo cogitasset, re exequi paratū, a-gendo consiliū anteuertebat. Itaq; sæpe vita eius impedit: non enim facile erat crescere, & ad amissum proficere, vt m Theodorus Aginæus, profectus sub Porphyrio, qui statim initio sola necessaria corpori conferrent, & omnē vitam castè tradereere. m Pamprepius breuissimo tempore eloquentissimus, & doctissimus fuisse visus est, sic incubuit primis doctrinæ rudimentis, quas Grammatica & Poëtica docent. Erat natione Aegyptius, & poëticam in patria cum didicisset, Athenas profectus est: sed Athenienses Grammaticū eum fecerunt, pueroꝝque scholæ eum præesse voluerunt. Zeno natura timidus erat, & videns illum iudicibus charum, & maximæ auctoritatis, sibi de eo cauit, & quod illi minus fideret, quiescere non poterat, sed omnibus modis tentauit, omnesque machinas adhibuit Zeno, vt illum amoueret. Sed princeps inter

m Theodorus Aginæus, n Pamprepius.

366

eos qui terum porlebantur Petrus nomine, vir impudens & improbus: cuius erat forte opinionem examinare, sed forsitan & hic euicerunt Pamprepij lenta semper respōtia & longius bellum protrahentia. Pamprepius in Aegypto agens, Isidoro verbis significauit, quod non faueret Illo; sed iam proditorem molienti similis esset, & Romano imperio inihiaret. Hæc rupes superius in latitudinem extensa, inferius angustior quidē, sed quæ suffulciat suspensam latitudinem valde sublimē, superantem ei subiectam, & sustentem montis crepidinem, Similem dixeris illam magno collo sustinenti caput ingens, dignumq; visu. Rursum ad Isidorum orationem reuocemus. Non inflatus erat

* *επιπροσηγοριαι.*

Isidorus, nec in colloquio difficilis, nec Stoicam * affectationē ignorauit: nuncq; videbatur hilaris, & lætus, & corpore venusto, & animo sursum erecto, ad hæc alienus à mortis curâ. Improbum hominē, & vita infami, contra Athanasium sectantem fortio rem sententiam. Hæc Iuliani vasculis immiserunt. Isidorus arculam, aliaque vascula disposuit, vt parata, & in promptu essent, tanq̃ in mercatum missurus, turbam hominum collectâ ad profectiōnē. Imperauit etiam seruis, vt iam strigiles pararent, & philosophos in carcerem denuo coniecit, eo quod secundo conuicti essent. Iulianus silentio excepit, tulitq; in tergo multas plagas tympanis illatas. Nam multis fastibus cæsus est, nihil omnino locutus, videns suppellectilia ad nauigationem parata: Cur hoc, inquit, facis? custodes portuum te capiunt: decellit igitur non multo post, & domi meæ diuersabatur. Iuit igitur Athenas, Proclo sepulcralia cum thure allaturus. Extrema malitia, & incurabilis, meretur statim suppliciu, quæ vero paulatim deflexerit, venia statim digna est. Plurimis vero media peccata admittentibus, iustitia differt malorum remedia: siue q̃ subsidium habeant à virtute, si forte effugerint magis sectiōnes, & vtiones: siue quod ob facinoris magnitudinē festinato sint remedio indigni: siue q̃ quibusdã, anteq̃ peccata puniuntur, pro bonis gratia debeatur. Philosophorū fastus in monendo potest etiã virū barbarū exasperare: etsi philosophi purant tolerare oportere, & casum æquo animo ferre. In mulierem sacram, cui miro modo diuinæ auræ particula insita erat. Aquã enim puram cum infudisset vitreo poculo, videbat in aqua poculi rerū futurarū species, & illa prædicebat ex visione, quæ omnino futura essent: huius experimentum nos quoque cepimus. Anatolius Ioannem flagris cæsum bonis cum exuisset, statim vitam sinijt.

* *malum vitæ. Aqua stygia. Boltra ciuitas.*

Ad Homerii locū respexit Iliad. 6. Ver. 37. Et ibid. Eustath. Et Met. la de Alpheo. Ouid. Metam. Horat. Lamb. & Girald.

Conueni necessitatio Emesionem. Non enim ego animo tulisse eius * stultitiam, sed legatio adire me compulit. Arabiæ aqua stygia lubet labens exonerat se in * Boltra Arabia, quæ sub Seucro Imperatore in ciuitatem redacta est, cum olim præsidium fuisset, in gratiam vicinorum Dionysiorum à Regibus Arabicis muris cinctum. Cum intellexisset Io toties decantatam, & nomen ciuitati ab æstro bouis inditum esse, amauit illam propter originem fabulosam quæ est * de Io vagante. Hic vero cognouit esse Theandritem Deum specie virili animiq; vitam castam inspirare. Dicitur in eo loco aqua Stygia esse, in quo Arabiæ campus est, qui ab ortu Solis Diam vsq; deserta vrbē extenditur. Deinde repente hiatus aperitur in immensam voraginem, faxis vndiq; impendentibus, & aliquibus plantis siluestribus, horridis, & incultis è petris nascentibus opacatur. Descensus à sinistris ingredi angustus & scabrosus, longus stadijs quindecim, nisi q̃ nõ solum viri, sed etiam femine valde expeditæ illã ingrediuntur. Descendenti hortii & agri plurimi in sequenti valle occurrunt. Summa pars & angustissima, habet receptaculū, quo omnis vndique aqua stygia influit, quæ quod ab altissimo loco fertur, in aère spargitur, & deinde iterum inferius concurrit. Spectaculum hoc, & naturę opus religione plenū, & terribile est. Nemo est, qui viderit, quin timore sancto repleatur. Quædam è donarijs quæ aquæ injiciuntur, deferuntur in profundum, tamen est leuia, quibus ipse Deus propitius est: quib⁹ vero minus, ea licet grauissima, supernatant, & expuitur foras admirando quodã modo. * Iurare per campum illum & aquas, incolæ experimento edocti horrent, quare minimi iurant. Si quis aliquando peierauerit, intra annum corpore hydrope tumefactomoritur, nemoq; vniquam pœnam euasit.

* *Virgilium Vl. Aeneid. 6. 323. Coccyi stagna alta vides, Srygiãq; paludē, Dii cuius iurare timent, & fallere nuntien. At Iuppiter lege veluti solus iurat. Srygi per flumina fratris, Per piæ torrentes, atraque vitiagine ripas.*

Fertur & Bacchus Lycurgum & ceteros Arabes comites eius vino domuisse, cum ex vtre exercitum irrorasset hostilem, vnde & vrbem Damascum appellauit. Quidam vrbis nomen à quodam gigante tribuunt, cui nomen Ascus, quem Iupiter illic domuit; alij alias huius nominis rationes reddunt. Auctor ex hac vrbē originem duxit. Vt stadium aptum ad Rhetoricam, omnemque curam ad os, & linguam conuerteret, ab anima autem

Per piæ torrentes, atraque vitiagine ripas. lib. 9. & 10. & 12. Aeneid.

sem rerum sanctarum, ac diuinarum cogitationem auertere. Hæc, inquit auctor, intelligens, aliquando oratorias exercitationes reliquit, & sic nouemanni elapsi sunt, viximus simul omnibus & noctibus & diebus, menses octo. Videram, inquit, Bætulam in aëre motum, vestibus interdum tectum, aliquando vero etiam manibus medici portatum. Nomen medici, qui Bætulam gestabat, erat Eusebius, qui etiam dixit accidisse sibi aliquando ne opinanti subito impetu errandi ab Emesa vrbē, pæne media nocte, quam longissimè ad montem illum, in quo Palladis templum veteri magnificentia conditum est, & iussit se se celeriter ad cacumen montis, & ibidem tanquam è via festum descendisse, & vidisse globum ignis celeriter decidentem, & Leonem ingentem in globo constiturum, & illum statim euanuisse: seque, igne iam extincto, ad globum cucurrisse, & illum tanquam Bætulam accepisse, & rogasse cuius Dei esset, & respondisse illum esse Gennæi. Gennæum Heliopolitæ colunt, erecta quadam Leonis forma in templo Iouis. Iussit eadem nocte via non minus quam decem & ducentorum stadiorum, vt aiebat, continuo. Eusebius non erat dominus * Bætulæ in orum, vt alij aliorū, sed hic petebat, & orabat: ille vero locū dabat oraculis. Hæc, & multa similia nugatur dignus profecto Bætulij lapidibus: quin etiam formam eius describit: Globus quidem, inquit, egregius, colore subcandido, diametro longus palmo, sed interdum maior apparēbat, interdum minor, interdum purpureus, & literas ostendit nobis in lapide descriptas, idque colore Tingabarino, vt vocant, & in muro fixit. Vnde sciscitanti oraculum dedit, & vocē emisit è tenui fistula, quã interpretatus est Eusebius. Vanæ mentis ille alia multa miranda de Bætulo narat. Equidē putaram diuinus esse oraculum Bætulæ, Isidorus demonium potius esse dixit. Esse enim aliquem dæmonem mouentem illum, non vnū ex admodum materiali, nec omnino immaterialis, nec omnino puris: Bætulorum alium alij incumbere, vt ille criminans dicit, Deo Saturno, Ioui, Soli, & alijs.

567

Emesa vrbis.

* *Hesych. Gyr. vald.*

Maximinus inquit, religione erat gentilis, oculis adeo terribilibus, vt intuentium auerfaretur oculos. Cuius sibi conscius, vt plurimū terram, non ipsos homines obuios respiciebat, & etiam multa vidit visa, quæ alij nõ videbant. Poterat & dæmones noxios immittere, & aliunde immisos coercere. Cum impiè quid ageret Byzantij, gladij pœna affectus est, nec philosophicã vitam intelligens, si quis è multitudine iniuriame inferret. Ignorabat ciuilia, & grauiã negotia. Cunctatio longior ei fuit, quã spes festinandi in Cariane vel Athenas ferret. Venio ad precationes, quas ad Deum habuit, & Cyllenio tardante, & negotia differente, nihil Isidorus perfecit, parcens preciosissimæ rei, * iuxta sententiam sapientis, tempori. Videns me ipsum diuino lumine illustratū, quantã putas animi contentiōnē fuisse: Inanus factus cum esset, arrepta securi, sibi virilia amputat. Et ego hæc Isidoro nunciaui, qui semper sapienter, & diuinitus sacris sermonib⁹ attendit, cū putaret se de corpore periclitari. Hoc vero exemplū proprię voluntatis est, hæc grati animi ergo, pauca pro multis reddenti. Nauigabamus Samum, corpus vero tumebar à pedibus infra incipiens, vsq; ad inguina & verenda: consopitus sum in naui: deinde in somnis polluo, vittam, sacra vestem, stolam, faciei simulacrū, fasciam. Tantum philosophiam audimus contemni nunquã Athenis, quantum vidimus vituperari ab Hegia. * Archiadas patrem & alios multos superabat, non parū virtute. Philosophicã minus curabat, tanquam adeo ineptus, propter patrimonium blandiens, vita pius si quis alius.

568

Maximinus, apud hic Imperator? Vide exitum.

* *Vide Monof. Et Strobaam, πολυκαταστροφον ἀνάλαμνον χρονοσ.*

* *Al. Archiades Hegia. Vide Suidam.*

* *Marini successores Isidorum.*

Eupichius ingeniosior erat, moribus tamen idiota: imo etiam idiota & simplicior: imbecillum illius erat corpus, & non multum à morte seiunctum. Hic quidem statim ægre audiuit defensionem, quasi spei illius consilium speciosum non satisfaceret. Talia multa dicens & occinens, persuasit * Marinus Isidoro, vt reciperet decreturn de successione, & successor creatus est, nomine magis quam re ipsa, Platonice doctriinæ. Quod si diuinior res est, vt tu ais, Hegia, (dicebat illi Isidorus) sacerdotalis administratio, idē ego affirmo: sed primum homines esse Deos fururos necesse est. Ideoque & Plato dixit, magis bonum homini accidere non posse, quam philosophiam. Sed hoc contigit nunc stare in acie, non nouacula, sed vltimæ reuera senectutis. Ignorabat se aggredi ad corrigendas res incurabiles & nequissimas, nihil amplius vero profecit. Vere in eunte, mortuo Marino, voluit Isidorus Athenas deserere: monebat autem Syrianum & Hegiam Isidorus, quam necessarium sit; Philosophiam I abentem restitueret.

* *Vide ap. Platon. & Prenerb.*

[Qua verbis ornata prætermissa sunt, ea necesse est cum excerptis coniungi.]

Per artem quandam dubiam, & extra humanam spem constitutam, in secretis arcana pro

Seuerus Rom.

pro se ipsi diuinæ spei quærentes, & pro alijs Aegyptijs, totius ordinis. Sed hinc alicui de à tertio ortu, qui circa mundum est ligare funem reuocatæ seruationis. Seuerus Patricius Rom. & alia narrabat multa Alexandria agens, & lapidem se vidisse, in quo Luna erant mutantes variè formam secundum Solem, quandoque crescentes, interdù decrecentes; lapidi ipsè etiam Sol inerat. Vnde dicuntur hi lapides Synoditæ vocari. & dixit etiam Solarem lapidem vidisse, non qualem multi vidimus, radios ex sese aureos effundentem, sed discum Solis forma in medio lapide esse, & inde ignis globum videri, ab illo vero radios exilire, vsque ad circumferentiam: esse enim globosum, & integrum lapidem. Vidisse & Lunarem non aqua maceratù, qui deinde exhibet Lunulam, & ideo aquilunarem vocatum: sed natura se vertentè secundum motus Lu-
569
næ. Mirabile est hoc opus naturæ, sed multa obscura & nō intelligibilia de eo narratur. Multi dicunt perijisse Aegyptium. fama tamè salutis nūcia vulgabatur, & forsitan res inuoluntaria sit, & idem fortasse etiam rebus immortalibus accidat: optima moriens, & oratione hortans eos, qui in opere torpescerent.

Animi species
tres. Plato Vellus
in Cebesii sa-
bulam.
aurea sacula.

Cum tres sint animæ species, triplex etiam politice ratio, quarum quælibet tres illas habet, sed vna præcipua forma est, à qua appellatur, ac prima quidem rationem secuta est ducè, cuiusmodi vita & Resp. sub Saturno fuit, quæ aurea ætas dicitur, vel genus proximum Dijs, vt fabulæ modo poetæ in tripode Musæ sedentes tradunt. Alia quæ iracundia inflammata, in bella & pugnas ruit, & vt summam dicam, principatus & gloria cupiditate ætuans: cuiusmodi fuisse audiuimus eam, de qua crebræ narrationes historiarum. Alia, quæ appetitu regitur, luxu & delicijs diffuens, corrupta, abiecto & muliebri animo ignauiæ dedita, incerta forte iactata, auaræ, vilis, seruilis, qualis nunc est hominum vita. Propendebat in peregrinationem non vanam, aut delictiosam, inhiante hominum substructionibus spectandis, aut vrribus magnis ac pulcris: sed sicubi quid mirandum audiret, vel augustum, siue occultum, siue apertum, ipsismet oculis videre volebat. Ipsam animam in sacris præcibus totum diuinitatis oceanum esse dixit, primo à corpore in se collectam: deinde à suis moribus recedentem, & à rationalibus notionibus deflecentem ad res, quæ menti cognatæ sunt. tertio diuinitus afflatam & mutatam in insolitam serenitatem, non humanam, sed Deo conuenientem. Hunc laudans Isidorus in ore habuit. Commodior enim persuasio, peæceptioq; præ alijs materijs, vulgo ab historia, & maxime à recentiore potius quam antiquiore, & audientibus aliquid notius afferens. At illi in disciplinis etiam Aegyptijs Isidorum socium, sodalemq; assumserunt inuestigandi veritatè sacram, quæ in profundo lateret, & illis sæpe in questionibus antiquæ sapientiæ lumen accendit. Omnis illi solertia non à libris & disciplinis alienis per memoriæ suppetebat, sed habitum quandam firmum, & sæcundissimum, qui omnia comprehenderet huius veritatis, ab initio habuit. Et occidit hominibus, vt
570
qui diuinum eius ortum ferre nequeant, coactus est curam filiorum gerere, vt bene instituerentur. Verborum in explicando parcius fuit, quam vt satis sensa animi explicaret: neq; enim natura, exercitatioq; eum hic destituebat, sed studium ipse ad perspicuitatem conuertebat. Nominum concinnitatem & ostentationem alijs relinquens, rem factatus est: non plura verba loquutus, quam sensa mentis essent, neq; plura sensa, quæ rerum natura pateretur, iustitiâ, quæ Deum veneratur, in lucem ferens. Gaudebat Isidorus viso Proclo, ratus in eo se venerandù, & grauem Philosophiæ vultû verè videre. Cum etiam Proclus Isidori faciem vt diuinam fuerit miratus, plenamq; intus Philosophiæ vitæ. Salustius nō amplius forensi, sed oratoricæ arti intendit animû. Publicatas etiâ Demosthenis orationes memoriæ mandauit omnes. Ad hæc satis erat diffusus, non recentiores sophistas imitans, sed cum veterè scriptiois splendore certans, orationesq; scripsit non multo illis inferiores. Nudis pedibus orbem terrarum, vt fertur, ambijt. Edidit, capit pro ipsis delubris, Ponitur eadem vox & pro statuis: item pro templi pavimento. Millies insomnia vidit, vt vno verbo dicam. Semel vero etiam verum visum apparuit hominem circumspiciens, pro acutitate contemplanis, præter consuetum morem loquendi. Liberi erant ab humanis impedimentis, quæ plerumq; sunt. Nemo, in diuinis rebus adeo hebes est, quin sentiat omnè Dei vim maxime autem in puniendis improbis. Non aberraret à vera Musâ, vel à sacra veritate. Socij alius opinionis, & scætores, & ad Philosophiam roborabantur, quanquam initio philosophandi dexteritatem non assequerentur. Voto vsus, ad familiarem humanumq; sensum à portentosa spectris

spectris redditi, & elocauit ad tempus matrimonio aptum. Sed etiam Philosophiæ Inducto pallio, tanquã sponsa philosophica in diuinis rebus exercente religione, & quæcunq; efferri, & quæcunq; non efferri possunt. Ille Aphrodisiadem secessit, & cum vxore sine liberis vixit. Hilarius philosophus, amans voluptates venereas, Proclo non est vltus magistro. Dixit persuasum longiorem sibi fore in corpore vitam, ob dexteritatem vxoris: & hæc dixit, non gratum sibi esse confitens, vt alicui videri possit, sed agrè ferens moram in corpore, & ad vxorem referens, quantum homini licet, mortis dilationem, vxorisque laudauit facilitatem, & collatus est. Deus primam matrimonij spem miseratus, dedit illi signum futuræ stirpis, & tandem vxorem suam maritus grauidam vidit. Asclepiodoto tenebræ, quo minus legeret, impedimento non erant. Narravit & alia, quæ audiisset, & de eius visu multa digna admiratione. Vox cuiusdam esse incertus, nauem flitire iussit, & de hippocribion est, quod ipsi videmus & audimus. Et vsq; ad mortem castus vixit, nec quicquid est, etiam inter inimicos, qui eum reprehenderit. Maritus inepto ingenio, nec excellentem Parmenidis expositionem præceptoris sui rulit, ad ideas verè cõtemplationem demisit, à supernaturalibus vnitatibus: Firmi & Galeni notionibus vt plurimum motus, aut incorruptis conceptibus mentis beatorum vxorum. Iustitiam coluit, & quæ Philosophum decent, nō adulatorios mores, aut sordidos. Marinus propter seditionem Athenis Epidaurum secessit, subodoratus, infidias vitæ comparatas. Marinus & ipse Proclus non vna solùm, sed ambabus manibus Idorum amplexi sunt. Proclus videns illius animi in defensionem alacritatem, discendi ardorem insatiabilem, multas in illius animum deriuare doctrinas & sacras & philosophicas gaudens perrexit, sinus mentis illi pandentis, & audiendi cupidinem adferentis. Cessit metuens vtiusque reprehensionem, querelam, & indignationem. Concitauit incredibilem quandam motum, eumq; non à natura profectum. Fuit sanè Attica mulier, quæ multas norat artes persuadendi, vt ipse docuerat, non vna manu, vt loquimur, sed ambabus largiens. Talis fuit corpore & animo, vt ij, eum quibus colloqueretur, quando tempus erat, sequegitate & cõstantia morum verborumq; obstupuerint. Gratiolus erat apud gratiosos. Loco philosophiæ, ortiq; felicitis, ad tempus, seipsum, & ad magistratus contulit. Natura contentiosus erat, & insuperabilis in quavis re, cui animum applicuisset. Gloriæ amas si quis alius, obiurgatoris verbis, operibusq; vsus, & quæ virtutè animi foras producerent. Cui superioribus semper contendit. Solus voluit in pretio haberi, eum decessit illi comitas, quæ superioriore reuereret: plurimi verò respiciendo ad antiqua sperabant.

Pamprepius instrumentum idoneum fuit necessitatis restantis honestati. Procedente tempore dixit, pro eo quod instat.

Damascius enumeras eos qui sacram & indissolubilem fidem nostram insanè oppugnant, etiam vt apparet, inuitus & coactus veritatis vi hæc scribit. Conatus est Iulianus Imp. sed vltra quatuor annos non progressus est. Cogitavit & idem postea Lucius dux militiæ Byzantij sub Theodosio, qui conatus Imperatorem interficere, in palatium venit, & ter tentans gladiû educere, perterritus decessit. Vidit enim repente mulierem inuicem magnitudinis, & terribilem, à tergo Theodosium amplexantem. Post hæc magnus orientis ductor Zeno id conatus est, sed violenta morte præpeditus fuit. Nam cadens ex equo cruce comfringens expirauit. Deinde Seterianus noiter cuius nostro tempore, cum alijs nonnullis compluribus, parum absuit quin multaretur morte propter consciorum perfidiam, & aliorum fortasse, & Armorichi filij Asperis, qui coniurationem Zenoni detexit. Præter hos & Marsus & Illus, quorum Marsus in ipsa rebellione, morbo extinctus est. Illus verò comprehensus gladio necatus est. Caput in hostium exercitum iaculatur, supernè è rupe præcipitatur. Ammonius amans cultus lucrè, & omnia ad quamcunq; vtilitatem referens, paciscitur cum eo, qui tunc inspecturus venerat, quæ nam esset præualitura opinio. Supellectilia erant omnis generis librorum, cum liberis operâ dabat gratia reipub. Verbis primum, inquit auctor, specimen edidi, Rhetoricæ pallium induens: quare erat pallium etiâ oratorum, vt philosophicum. Natura homines otiosæ vitæ, virtutem tribuit, quam meo quidem iudicio sic se non habere. Virtus enim in media reipub. in ciuilibus officiis & sermionibus versans, animum ad fortitudinem exercet, & experientia magis confirmatur quid sanum sit, & integrum: quidque fictum & adulterinum latet in hominum vita. Hoc omne reprehenditur, & citius emendatur: Boni verò & vtilitatis quantum est in rebus pu-
AAA 3
blicis.

Hilarium. Sido
Suidam.Asclepiodoto
sup. pag. 361.

Marinum.

Proclus.

Pamprepius.

Damascius.

Iulianus Imp.
Theodosius Imp.

Zeno.

Ammonius.

publicis, quantum & cōfidentia, & fortitudinis. Quare orationes priuatim habentes, & multa optime & grauitate de iustitia & temperantia philosophantes, ad res coacti descendere, valde inepte se gerunt. Proclum Athenas ire adhuc in corpore existentem. 573

Proclum.

Agapius instar cubi, Sidae pro- uerbium.

Agapius grauis simul & facilis, antiquam linguam supra vulgarem imitatus, omnes in se Byzantinos conuertit. Admirationi fuit Alexandriae disertis hominibus: omnibus enim artibus instructus erat. Volebat Grammaticos, & Rhetores examinare & iudicare, & ut paucis dicam, in sapientia quadrangulus esse videbatur, & etiam erar.

Magnum honorem Gesium consecutus est, non solum quod arte medica valeret, & docendo & operando: sed etiam ob omnem aliam eruditionem, Dialecticis sese instruens.

Gesium.

Domna Isidori vxor.

Isidoro Domnam vxorem ducente, natus est filius, quem Proclum nominauit. Domna quinto post partum die mortua: maritum philosophum mala fera, amaroque coniugio liberauit.

Æsculapium.

Æsculapius Beryti non est Græcus, neque Ægyptius, sed aliquis Phœnix indigena. Nam Saduco nati sunt filij, quos Dioscurus Cabiros interpretantur. Octauus natus est Esmunus, quem Æsculapium interpretantur. Hic visu pulcherrimus, & iuuenis, qui visus admirationem excitaret, quem, ut ait fabula, Astronoe Dea Phœnissa mater Deum adamauit. Solitusque in saltibus venari, ut vidit Deam sibi insidiantem, & se dum fugeret insequentem, & iam iam comprehensuram, pudenda securi sibi amputat. Ipsa hoc casu dolens, & Præna vocans iuuenem, recreatum vitali calore in Deos retulit, à Phœnicibus Esmunum vocatum ob calorem vitæ. Alij dignantur Esmunum octauum interpretari.

Octauus filius Saduco erat, qui in densis tenebris magnam lucem accendit. Hanc iuuenis orationem exceperunt, & valde admirari sunt Mariniani. Nondum tamen difficultate argumenti rupta: me orationis vis attraxit, ut ad sequentia me ab illa reuocarem, & instante vita, eos successores imitaret, quos Proclum elegerat. Quodque nouum auditu, cum generosa, solidaque grauitate videbatur præsentibus gratis. Plurima conatus ad communem auditoribus utilitatem, interdum verò iocando de illa grauitate remittens, & peccantes ingeniosè carpens, ut risu increpationem tegetet. Altitudine & longitudine egregius, ut antiqua & fabulosa iam vera sint, & à me pe-tebar occultam admissionem.

Theosebium. hæc eadem suppr.

Theosebium castitatis anulum, quem accedens vilis quispiam dedit, adornans vxori dedit, dicens: Olim tibi anulum dedi coniunctionis filiorum procreandorum, nunc tibi de temperantia, qui tibi ad castam domus custodiam adiumento futurus est, illa verò libenter accepit, & reliquo tempore cum viro castè vixit. Hoc munimento non in vxore solum, sed etiam in se magnitudinem animi testari solebat. Etenim iuuenis cum esset, testatus est etiam ipse, eruditionis certamen subiisse se cum hostibus, qui generationem procurarent, tam extrinsecus imminentes, quam intus proditio-nem molientes. reclamans autem omnibus sensibus, maximè tactui reclamabat. Hunc enim esse reuera terrestrem, rebellem, trahentem animam ad perennem fontem generationis. 574

HIMERII SOPHISTÆ

Declamationes.

CCXLIII.

LEGE quasdam Declamationes Himerij Sophistæ.

Ex oratione Hyperidis pro Demosthene. Ex Theoria.

Suspecta & periculosa omnibus hæc deliberatio est, magnamque habet difficultatem, antequam auditori persuadeat. Ad populum hæc duæ habitæ, & quam optime elaboratæ: siquidem non simplicibus, & nudis nominibus vtuntur, sed iis, quæ emphasi quadam consilium clarius exhibent.

Huius Declamationis hoc præmium:

PHILIPPVS, Athenienses, non Demosthenem solum hoc vno edicto, sed & reliquos vestros Oratores, qui cum illo se totos reipub. dederant, existimauit se ablatum. Hactenus quidem Philippum Attica prohibuimus, vrbique ad hæc vsque tempora libertatem integram cōseruauimus. Nunc enim sponte calamitatibus premi- velle

velle videbitur, nec Philippi imperium detrectare, qui ad barbaros primum conuersus, & totam illic regionem depopulans, deinde ad vicina vrbis nostræ, totique Græciæ loca vndeunque nos infestans descendit, venatores hac in re callidos imitatus, qui eo tempore tantum feris parcunt, quo se ad venandum magis comparant. Nihil tamen nobis vt victis eripuit, nec Peloponnesus perfossa, neque ruina Phocensium, neque Eubœa cum Medorum trophæis tyrannide oppressa, nec Arcadia in seruiturem redacta, nec Elea Fortuna, nec nostrum imperium coëgit immutare. Quin & tentatam Chersonesum cognoscimus, & Hellespontum inimicum habebimus. Quænam obsecro, pestis, aut terræ-motus tot ciuitates exinanivit, tot nationes euertit, ac perdidit, quot ipse Philippus, eiusque tempora? Probè enim sciuit fore, si quis Demostheni auscultauerit, nihil se vnquam hoc impediendo consequi, nec eorum, quæ habet, quidquam occupare posse. Nec dona solum dar ad vrbes corrupendas, proditorum consiliis excitatis, neque solum præmia pro patria nostra proponit, neque modò in populum improbos inducit, sed in oratores ac rhetores dolo machinatus est, quam rem omnes festi loco, ac veluti Panegyrum duxerunt, tum ille non verbis, sed more suo, tacitè coepit nocere. Imponebat etenim mari terræ, superque medios montes nauigabat, terræque vice mari, marisque loco terra vtebatur, & vrbs in tritremes pro Atticæ demigras, omnia quæcunq; in palatiis solent, super aquam exhibuit. Non Macedones finibus insistant, prius scilicet clementer exactis tributis à nobis cōseruari, sed exacta ciuitate nostra ex imperio, irrepererunt in eum locum, quem nobis maiores nostri reliquerunt.

Quænam Philippum lex ad mare duxit, & illud elementum contingere coëgit, cui non multum dissimilis est?

Quandoquidem enim lex, & rerum occasio idem postulant, vtilitate incitatus vtrique morem geram, quando aliud vsus seu occasio, aliud leges suadeat, Omittens legis verba, vtilitatem sequor.

Et quis vestrum ignorat, quomodo illi olim nostris legislatoribus valere iussis, & Solone, Dracone, aliisque omnibus neglectis, Macedonum Philippique amicitiam, legis loco, & patriæ, rei que precise duxerint.

Infamia notarum à Deo [pro in columna triumphantem] ob ea que ausus fuit. Spectum habeo Æschinem. Turbat enim me comœdia Phocensis, quam nobis non in scena adumbrate, sed re ipsa egregius ille histrio, tertias partes sortitus, exhibuit.

Veruntamen cum hæc cita se habent: hominem risu excipiunt, & Pifistratum sepe numero appellant, neque erubescunt, ut ignaum, & mollem scommatibus petere, nunc etiam mercentes ne tandem etiam vrbem tyrannide opprimat, quæ maximè à se cautud differunt.

Qui integris classibus ad reges à Pyrræo delatus est.

Hæc corrumpunt rempub. Philippo verò viam sternunt.

Ex oratione in qua Demosthenem inducit de reuocando Æschine consultan- tem: vulgato rumore Alexandrum exsules reuocaturum.

CVM vitrumque acribum sit, & edictum sponte soluere, & hæc sustinere præter voluntatem ex mandato, minus malum existimauit sponte soluere, quam inuitè tolerare. Nam fieri quidem potest, ut hoc aliquando humanitatis gloriam consequatur: qui verò aliis obediunt, sibi ipsis infamiam, imperantibus verò honorem conciliant. 576

Æschines confert cum regibus sermones pro suggestu, & post exilium propret Ctesiphontem amplius sollicitat reges.

Homo vniuersam Asiam armis peragrans, & ingenio id demum adnitens, ne habeam cum quibus contendam.

Per eos tantum elatus est Philippus, per quos Græcorum animi deciderunt: à quibus commilitones, loci opportunitates, omnis fortiter gerendarum rerum occasio data erat.

Thebanorum quidem calamitas aduocabat Græcos: Alexander verò hanc vrbem post Thebas reuerebarur, quanquam & tunc aliquid habuerit, quod vrbis huic oblitteret. Non enim Thebanorum viciorum sacra exclusimus, ne ad eorum lamenta Bacchum hymno inuocaremus. Quemadmodum enim vrbs, si vir sincerus compareat, qui gratiam queat referre, gloriæ particeps futura est, sic & malo referent gratiam, infamia notatur. Neque

Neque alio scribente, & contra leges agente, ego obmutuerim, sed consensu rostris Solonem inuocans, & rempub. compellans, dixerim: Leges non abrogas, neque exsules recipio ex mandato, ac ne iubente quidem Phocensium percussore, neque fœdus in eo, sed quamdiu portus habuero, quamdiu robustam atatem, quamdiu trophæa numerauero, quamdiu adhuc vna è Pytæo triremis adducetur, non deseram leges, neque rempub. relicto sum, nec patiar huius ciuitatis gloriam diripi, nec veritus Fortunæ casus, ego ipse mihi manus inferam, antequam seruitutem videam. Redeat igitur Demosthene, non Alexandro iubente, Æschines, præter legem agente oratore, non imperante rege, redeat quasi exsul misericordiam consecutus, non tanquam ex præcepto nobis metuendus. Hæ Atheniensium voces è quibus urbem agnosco. Vos enim estis, qui pro institutis maiorum, & pro libertate, terra mariq; trophæa fixistis. Tanto exercitu aduenit Xerxes, terram & mare permutans, vt petentes glebam & cyathum loco conlonis in barathrum consererit. At ipsa ciuitas elementis his fortior permansit. Quoniam licet aliis, vt sic dixerim, singula eorum, quæ gesta sunt, eadem natura esse videantur, specie tamen distinguuntur: verbi gratia aliquis proximum percussit: in certamine si vicerit, coronam habebit, extra certamen pœnas dabit.

Athenarum laudatio.

Deplorauimus urbem hanc olim à tyrannis euersam, tamen vltro quàm defendere debuimus, eam Medis ingendam tradidimus. Ille cum Philippo, etiam post calamitatem Charonensem, societatem non iniit.

Fuit nobis aliquando illa consuetudo, vt Græciæ præcessimus, & pro libertate contra Tyrannos depugnaremus.

Ortum à Miltiade hæc lex habuit, floruit sub Themistocle, peruenit vsque Cimonem, seruata est sub Pericle, culta sub Alcibiade, & ego eam seruata voluissim, sed libidine assentationeque proditorum abrogata est. Imperio alios exuimus, non contradixisti, à patrio more discessimus, non conquestus es.

Non cessit vrbis nostra Lacedæmoniorum vrbis ad Siciliam. Verùm tota insula vnâ atatem extra patriam transegit: vrbis verò hæc etiam ad Occidentem prudentia in expugnabilis permansit.

* negroclivus

Fac, si liber, improbū esse Æschinem, perniciem Phocensium, proditorem Thraciæ, interitum * Cerfoclepti, & si quibus aliis nominibus iniuriosè populum tractans, appellatus est. Athenis enim semper vnâ cum fertilitate contra Græcos, ô Athenienses, succreuit & vitium. Multos quidem degeneres sæpenuero vrbis cõseruauit, non eorum factionem ptobans, sed calamitatem miserata. Nemini vnquam contra leges, quamdiu prudentiam retinuit, subiecta fuit. Quin igitur non iam ante denuncio, quin vita prius decedo, quàm videam hanc urbem seruitute oppressam. Ego idem ipse sanè non talem esse rumorem existimo, qualem nonnulli fingunt; primùm Alexandri mores considerans, & quisnam ille sit, qui simul & aggreditur & perficit: imò verò rebus, quas aggreditur, famam, & eos qui nuntiant, anteuerit. Cum alia multa, magnaque opera sua, quæ adulatorès constringunt, celeritatè potius, quàm virtute eos, quos adoritur, antequam adesse diceretur, & visus fuisse audiret, superans, confecerit instar fulminis, & tonitru, quod sæpe antequam expectetur, præcedit. Sic Sardes occupauit, sic Cariam euertit, sic Lyciam distraxit, sic Pamphyliam inuasit, sic viderunt eum Cilices, sic incubuit Persis, sic Darium perterruit. Et, proh dolor, quàm vicina etiam calamitas! Sic & Thebas diripuit. Sic cecidit vrbis illa in vmbilico Græciæ, antequam audissem, cumq; ego adhuc calamitatem eius ignorarem, sepulchrum suorum facta est. Hoc autem impedit, quo minus primùm prosequar. Secundò verò sciuit Alexandrum, quamuis eum quis admodum rebus secundis ebrium putarit &c. Cur ergo ï non tollo trophæa? cur columnas non euerto? cur inscriptiones non expungo? Nam hæc omnia virtutis memoriam existimo continere, vt iustis in honorem, deterioribus in opprobrium cedant.

Alexandri Magni laus.

Theba.

* xadapm emendo.

Pacile porticum Athenis. Vide Emiliu Probu. Vide inf. in orat. proxima. Seneca pœtor in Suisoria.

Merito Salaminij Variam post pericula porticum admirabantur. Nam quæ in terra superferant reliquæ, eas in mari pro hac consumpserunt. Parnassus contorsit in mare montis vertices, & partibus suis loco telorum pro hac gente pugnavit. Diuiserunt Græci inter se pugnas, & distribuuerunt cum elementis & officia, Lacedæmonij terra, nos mari pugnaturo, illi trecentis hominibus Tharmopylas, nos totidem triremibus omnes Græciæ aditus oclusimus. Nemo verò erat, qui posset resistere adolescenti illi Ma-

illi Macedonio, totum qua patet orbem peruadenti, & penè contristanti ipsam fortunam iisdem rebus secundis quibus ille nos infestat.

Hic regi promissiones explens, re infecta rediit, sed id commodi accepit, vt seruarietur.

Semper quidem vos faciles tyrannis præbuitis, vt illi quidem ditescant: ciuitas verò bonis spoliatur. Necessarius quidem metus, tandem serò, lenteque admodum Æschines consuetudinem retinere, vrbis triremes incendit, non per Antiphonem, aut alios occultos, vt prius, sed per se ficta improbitate. Populus Atheniensis licet famam Indorum vt arma & bella metuat, Æschinem reuocat. Negligit reuocare Aristidem, qui non propter delictum, sed virtutis nomine exsulauit. Si enim Solonis legibus parerent, iustum certè non proscriberent.

Plutarchus in decem Græciæ oratoribus. Vide Plutarch. & Corn. Nepotem seu Præbium.

Iacet Babylon, cæsus est Darius, Indos euertit, Persas subegit, soli Athenienses virtute sua reliqui sunt, quorum robur toties Persæ experti sunt, quoties pugna contenderunt.

Ex Declamatione cui titulus est: Epicurus prouidentiam negans, impietatis accusatur.

EX THEORIA.

SCIVIT Rhetorica sibi philosophiam materiam dicendi parare: sublimior enim dicendi vis, instar tyranni est.

Exordium orationis.

DISCET nunc apertè Epicurus, si antea ignorabat, non doctus, sed conuictus, prouidentia regi vniuersum. Quod enim mali condemnentur, puniantur, & pœnas luant, manifestum est iudicium non naturæ temerè ac frustra reuentis, sed legis atq; instituti, & rationis administrandi, & hoc amplius, ipsius prouidentia est argumentum. Iam itaque aliquid, Athenienses, commemoratione dignum accidit. Venit in iudicium Epicurus vultu subtristi, & suam, quam de voluptate habet, opinionem terrore vultu corripit. Duplici de causa odio dignissimus, cum quod aliter doceat priuatum, tum quod aliter publicè exhibeat. Ibi enim voluptatem quidem iactat, vt iucunditatem ex omnibus rebus colligat: hic verò grauitatem mentitur, vt iudices conciliando surripiat. Nouum sanè iudicium, homo propter naturam mundi iudicatur, & peruersus sophista, propter prouidentiam pœnam subit. Perit omnis virtus per doctrinam Epicuri, & sermones. Pereunt concilia, & iudicia, honestatis præmia, improbitatis supplicium, quin & supra cœlum euadit impietas, nullusq; est locus qui impudentiæ & audaciæ Epicuri sit pers. Et hac de causa, antiquis philosophiæ vestigiis insistere erubuit, & eandem quam priores ï ire viam neglexit. Eorum porro animi angustiam potissimum inculcat, qui à nobis propter doctrinas impias puniti sunt, quare omnes adhuc impietate longo intervallo superare parat. Cur nõ accusetur, qui tale ac tantum nomen ausus est sibi assignere? at vbi hæc profiteretur? Vbi nam conuenit & commiscetur voluntas laboribus, fortitudo delictis? Academia lupanaribus, philosophia potationibus, temperantiam vita cum impudicis adolescentibus? & quid prædixit, quid ausus est? bellum & arma vniuersæ naturæ legibus iudicet, contra omnem atatem demerentiam effundit, & de impiis scdat oribus eos plurimū colit, qui voluptatem ante alios demirantur.

579

* Sic Lucretius & ipse Epicurus: Auiam Picridum peragro loca, nullius ante Trita solo.

Prius verò defensionem eius consideremus, an doctrinæ eius pœnam exigit: minime, sed impietatis. Licet enim docere quod liber, impio esse non licet. Si probare potes non esse eos impios in verbis, verba non damno: at si verbis inest impietas, non propter illa pœnam dabis, sed eo magis puniere, quia ad impietatem conuincendam his verbis vsus es. Non enim pœnam in iudicio dabit, si quis, etsi liceat vti ad ea quæ oportet, ad tem non conuenientem verbis vti velit: contra verò, si rem honestam inhonestis verbis inquinat, ob verba pœnam luet. Vocamus huc in iudicium oratores, & si quis lentus accesserit, frequenter communi ciuitatis suffragio vel iniuriam ad dicendum cogitur. Venit aliquis iuuenis vel iuuenula (nam ob hanc atatem præclarus ille conuentus ordinatus est) in venerandam Epicuri scholam, audacia superat ille Ixionem, ferocia Salmeonem, temeritate Tantalum: sed hæc in fabulis, & per

BBB vrbem

vmbra[m] vix credimus. Sed non in fabulis Epicurus, verum in doctrinis actionibusque hos superare conuincitur. Quibus in locis hæc illi ausi superatius in montibus, alter in saltribus, ille in barbaris quibusdam & abiectis regionibus, vt etiam locus veniam peccatis dare videatur. Verum Epicurus hæc docet Athenis, Athenas cum dico, pietatis caput intelligo. Num tibi videtur Socrates, quem imiteris, dignus? Et quid dignum, inquit, cur reus sim commissi? Hoccine mihi ais, Epicure? maius iam crimen est, non impietatis modo, sed quia nunc etiam nouum adiungis. Vnde iam duplici de causa reus factus es. Aras non eueristi? at eas frustra esse ostendisti, cum prouidentiam e rerum natura tollis, ob quam aras extruximus, sacrificia noua non introduxisti? at omnia sustulisti. Non absoluatur Epicurus, quia non eadem quæ priores de Diis sensit. Fieri enim non potest, vt vnus in vrbe ciuis omnibus modis sit impius, si verò vnusquisque pro his quæ fecit adducens ea quæ non fecit, suppliciu euadet, quis impietatis pœnas dabit? Cum nulli sint omnino impij, & liceat reis pro malefactis benefacta proferre. Non sunt à sapientibus hæc frustrationes ¶ admittendæ. Non enim adhibeda defensio est eorum, de quibus quis non accusatur. Verum de quibus coram iudicibus accusatur, & ob quæ disceptatores sedent. Illi verò, æquissimis omissis, ad facillima dilabuntur. Æquissimum enim est obiectum diluere: facillimum ea defendere, de quibus non accusatur. Si igitur quia pœnas nondum dedisti, ideò prouidentiam negas: rectè indicasti: sin propter naturam vnuerſi, stultè. Sed vnde hanc de atomis * & Chao aded trito opinionem inuenisti? inordinata quædam volutio, & motus hoc vnuerſum turbat, & antiquum chaos est, & tuis verbis antiquius, neque definitis naturæ legibus obtemperat. Porrò autè omnia ordine procedunt, quod maximum prouidentiam argumentum puto, omnia scilicet conseruari: nam inordinatio corruptione: ordo verò conseruatione inducit.

Quid adimis Delphis, sicut & cælo, prouidentiam? veruntamen mouebatur Parnassus, & contra Persas iaciebatur: montium verò vertices pro telis torquebantur. Cedere autem Persæ, in perris sepulti. Verum cum Epicurus hæc in Deos dicere audeat, montes non concutiuntur, non Hymerus euibratur? non fulmina, non conitrua hunc vnà cum Academia hominum oculis eripiunt. Callidum Deorum inuentum intelligo, hunc vestris iudiciis reseruarunt, vt Atheniensis Senatus eadem quæ Pythius vates Apollo decernat. Si vel tantummodò scribere ausus fuisset, quantum satis esset ad tollenda prouidentia signa, puniendus fuisset vt impius. Si autem in eam ipsam prouidentiam impius sit, cuius simulacra sunt cælum, terra, elementorumq; naturæ: an parcemus tanquam modicum facinus patrarit? Bene enim est, inquit, improbis: at quænam tamen maior improbitate infelicitas: malè verò est sapientibus. An aliam felicitatem putas virtute meliorem? ita non vnà est cuiusq; hominis vitæ ratio à natura & voluntate: sed diuiduntur quidem hominum intentiones: tribuunt verò vnicique proprium sibi finem. Nullus imperium omnium ambit sapiens, cuius possessores plurimi beatos prædicant, nec, si minus consequatur, damnum putat. Quid ergo spectat, quid intendit, cur laborat, cur noctu vigilat, & interdum studet? Vt virtutem consequatur. Hanc quomodo obtinebit? & qua ratione diuinæ illius prædæ compos fiet? Opibus & diuitiis non acquiritur virtus, neq; corporis robore. Omnem enim oleagineam coronam excedit. Virtute bellica? Et quænam trophæa clariora quàm q̄ de vicio statuuntur? Non igitur sapienti pauperi paupertatem obiciat: non enim spectat diuitias. Neque ægrota[n]ti in dalerudinem exprobrat, siquidem melior pars illius salua sit, neq; improperes, si à ciuitate imperatibus vincatur, quandoquidem etiam fortioribus superior est. Tantum enim abest, vt vit sapiens horum possessionem sectetur, vel se infelicem, si careat, existimet, vt etiam aliqui maxime eorum, qui sapientia & virtute claruerunt, iis se sponte priuatint, quo liberi ab omni externo impedimèto, immortalis virtutis diuitias emerent. Anaxagoras omnia patriæ pascua dimisit, reipta declarans quænam agricultura sapientibus conueniat. Vtrò Democritus morbum conciuuit, vt pars melior sana esset. Quid ergo prouidentiam inculas, tanquam non rectè quid sitiuſtum distribuentem? Si enim omnia externa bona despiciunt, quomodo non habentes molestè ferant? vel vt assequantur laborent? Quis enim diues nõ existimet opes maximo impedimento esse. Diuinarum autè & humanarum rerum cognitio, & talis ac tantæ sapientia magnitudo, sibi ne videatur superuacaneum quid mercaturæ facientis, & sarcinâ sollicitè genenti, & onus ei, qui honores ac magistratus in ciuitate sectatur? Non ergo eos infelices appellato

Orig. lib. 2. cõtra Celsum. Lucian. lib. 3. de falsa sap. c. 23. Plus in vita Periclit.

* ἀπεριστόν H. Steph.

* ἡμῶν ἐμμεν- de γένους.

appellato, qui omnium sunt felicissimi, neque fortunatos, qui ditissimi sunt, neq; patres quorum thesaurus * immortalis est: neque ignobiles & abiectos, quos pro Diis habemus. Sæpe enim multi improbi sunt voluntate, ab aliquibus tamè vilitati potius quàm veritati seruientibus laudantur. Libenter sanè eos interrogarem, qui sapientibus infelicitatem exprobrant student, an tales fuerint antequam sapientes fierent, an verò postea felicitatem amiserint. Si prius non est, non est virtutis culpa: sin verò ex quo sapientiam acquiserunt, non ea quæ desiderabant, sed ea quæ non desiderabant, amiserunt. Hic verò calamitatem illam deridet, & in iudicio hanc consuetudinem exhibat. Nam quibus nihil eorum, vt puto, quæ antea solitus erat, obiecit, his quia neque imperium obiecerat, sperarat fore, vt idcirco non maiori pœna & supplicio dignus existeret, quoniam tanta, & talia fecisset, quorum exempla non possunt reperiri.

582 Sin hi qui maiora ausi sunt, quia maiora commiserunt, pœnam non luent, quænam ratio est eum puniri qui minora commisit? Quid autem? Si eos dimittamus, qui præter solitum nihil fecerunt, nonne fiet omnibus potestas volentibus committere quæ non consueverunt, quandoquidem & primo eadem ausis impune cessit. Non enim oportet magis criminum exsuperantias iudicia tollere, quin potius eorum causas existere æquum est: quod opera simul & voluntas odio habeantur. Velle enim nouum flagitij genus addere iis quæ commisit, duplici nomine reprehendendus sit, cum quod nefas patraſset, tum quod ea committere, quæ antea nemo ausus sit: at nihil te eorum quæ antea commiseris, fecisse inquires. * Ipsum acceptorum infortuniorum * excessum narras. Qui verò in recentioribus malis non habent quos imitentur, in- * tolerabilem miseriam suam existimant, eo quod locis iis in rebus, quæ illis aduersè fuerunt, prospere cesserit. * * * * *

* Al. aduersum infortuniorum obiciat.

De patre diuite, adoptatum filium pauperis, mæchum cum matre deprehensum, occidente.

ALIOVIS NE inuiriã à filio accepit? non & mulier violata est? an ab utroque Adamum illatum est? nunquid & stupri causa cædes facta? quis necis auctor existit? mitigatur dolor quia ignoro. Audet adulterium committere, & occultis dolis honestam familiam euertit. Non tamen tantum malum maiori quodam malo grauius reddit, filium adiciens matri, & illis mæchantium corporibus leue reddens adulterij crimen, Fortunæ bona sortitus est? at non & intactam eius domum relinquemus. Non ego frustra minatus sum, o diues. Capti, prostrati sumus, obmutescimus, & Resp. memoria excidit. Cædibus nobis vocem eripuisti, & tragicis illis actionibus facundum hoc obstrasti. Vix quæ dicenda sunt profero: in posterum non amplius ciuitatis orator futurus, sed mæchus solius calamitatis. Cuius sunt hæc facinora? nonne omnia tua? nonne mea illa quidem dextera, sed tuo consilio omnes perierunt? Nondum id, quod caput est malorum, commemoravi: spectacula, inquam, claræ illæ tuæ scenæ, quæ suo tempore acta sunt. Quam lætum finem tragicis addis infortunij, & iis calamitatem auges, quibus in comædiis luctus leniri solet. Sic igitur omnia quæ contra nos adornauit vndique colligens profertens profert. Quid de paupertate dices? an, quod nullus prohibet, lex accuset, ac condemnat? Dein me interrogat, num liceat puerum necare, num liceat proli, quam suscepisti, iniuriã facere? Si autem vtrumque lex permittat, & quod licitum est, assumpsisti, & quod non licet coniunxisti, non per vtrumque absolueris potius, quàm pœnam subibis eorum, quæ huic adiungis, & quæ non licent, licet mihi, inquit. Diuitis hæc verba, & tyrannicæ superbia responsum. Ego verò tibi benignè atque humaniter respondeo. Dabis enim pœnas dum hi iudices sedebunt. Nosti quid hominem absoluat? facere licuisse. At si licentia abusus es, hanc punio, quod hac occasione omnem licentiæ naturam exuerit. Pulchrum est commiseri, sed tum demum, id suspitione vacat. Sin autem domum quis perfodiat, insidietur vxori, cognationem violet, familiam corruptam pat, fictam humanitatem simul et omni odio plenam, quæ adiunctam interim iustitiam non habentia, permissu quodam sunt. Hæc quod eam assumpserint quo videntur minus reprehendenda, eo sunt iniustiora. Sed adoptandi forte gratia quærebis filium, cur non ante partum vo-

luntatem tuam indicasti? aut cur adhuc puerum post partum non postulasti? an fortasse neutrum horum volebas? Sed defectu hæredis apprehensum non indicasti? nonne secundum leges adoptionem fecisti? Hæc nobis quis respondebit, contra leges factam non esse? Impudens meretrix per fraudem ausa est, & infelix puer in miseram matrem execrabili amoris scypho miserè inebriatus est, & patris dextra malis artibus in carissimorum suorum cædem conuersa est. Lugeo igitur eos quos non ut hostes necavi, & lactymans victimis afflicto, quas legitimè factas putabam, quemq; ante cædem adulterum existimaui, hunc post cædem filium agnouit. Nunc omnino vulneratus es, nunc & fascias sepulcrales accipis, fili. Extremum te inuocabo non nominibus, quæ per adulterum sortitus es, sed quæ per generationem nostram. Non enim tu meorum calamitatum causa, sed alius. Libenter autem hoc primum quæsierim à diuite, bonisq; moribus, an contra improbus iuuenis fuisse ei videatur? Si enim bonus, non obscurum est, cuius hæc sint factiones: sin improbus erat, patri reddi oportebat. Deinde num sciisti hæc eum patrare solitum: an sciens prudens non prohibuisti? Si enim ignorabas, ad patrem custodiam pertinere dicis: si verò sciebas, ut verisimile est, futura adhuc nec facta prohibere debebas. Hoc enim curæ, illud nequitia: indicium est: hoc beneuolentiâ, illud simulationem declarat. Adulescens est, omnem culpam sustinet. Si enim emittere vocem voluisset, si aliquis Deus (qualia multa apud poëtas audimus) illum tam diu reliquisset, dum iudicio sisteretur, nonne in mediis vulneribus & plagis clamaret? ego adulter, ego præuaricator improbe diues. Serò enim me appellationes eas, quæ tibi conueniant, docuisti, sed miserum, inquit, te cladis satis indicasti, cupiens à te adolescetem paternis sepulcris dignum reddi, opportunè sanè. Non enim foedus seruasti, & tunc in mentem tibi venit coniungere cognatos, quando implacabile bellum in gladio & adulterio collocasti. Sic dicat, & scribat, & vitæ paternæ seriem inueniat, plura signa non petam è vestigiis totam naturam deprehensam. Fac morbo & peste extinctum efferri, plorabo vel tunc agnatum, cum mihi nomen patris solo sepulchro seruaueris. Erit mihi solatio filium morbo extinctum non in tragœdia ad Manes mittere. Nunc verò, ô tragicam, ô immaturam, & crudelem signorum declamationem! Iam agnoscere filium coactus sum, quando ignorare præstitisset: & tum demum patris nomen ascisco, cum filij * percussor deprehendar. Sine me solum adulterium deplorare, des in vno dramate infortunis meis locum? Quid autem me diuersis poëtis tradis? Quid ad singulas meas calamitates scenam, & spectacula adornas? nunc verò numerum calamitatis meæ vidisti, & tum adimplere sepulcrum meum cupis, cum familiam exhauseris. Sepelire meum vis filium? Honestè quidem: non enim mihi contentione cessisti. Permite me fortunam meam deplorare: at tu interfectum si lubet terræ manda, atque illi pro sepultura da fascias. Tuæ enim manus hoc sepulchro dignæ sunt. Vnde autem funus efferam? E domo? Et quodnam sepulcrum hac infelici domo dirius? Hic infelicia corpora, & sacer sanguis ab omni parte effusus est, multaque cædes (triste spectaculum) in medio iacet: hanc domum dirarum, demonum, ac furiarum ambit cohors. Nunc verò (pro malorum ingentem cumulum) in filium armatus est pater, mater in nefario cum filio congressu per vim occisa. Sed, ô hostem, bello, peste, tyrannide grauiorem, & magis patriæ, quam familiæ nostræ proditorem, quam pro quibus meritis ciuitati gratiam refers? pro imperio, pro honoribus, pro his quibus te talibus ac tantis indignum sapissimè dignum existimauit, illam in theatrum produxisti, & ciuitatem fecisti tanquam tragædorum argumentum. Calamitas quidem mea vitæ meæ terminis definitur: at tua flagitia, tuique mores cum ciuitatis vita interibunt. Tu verò dic, & scribe, decerne, & constitue: & hanc primo, si lubet, legem seruo. In posterum in iudicio pauper non loquatur, loquenti pœna itrogetur, inter plebeios referatur. A 585

verò (quid enim tibi amplius verbis & syllabis opus est?) manifestior ob eam calamitatem lex scripta est, splendide tibi exstructus est suggestus, hoc exemplo omnis pauperibus præcisa est lingua. Tu dic solus, impera solus, nemo contradicet, forsitan neque humilia deinceps tractabis, neque vno tribunali tuam potentiam defines. Sed statim sublimiore quàm his tibi opus fuerit scena, & dramatibus infandam tragœdiam representantibus. Ut verò magis omnes terras finge, & pingere iniuriam meam, & imagine meam calamitatem exhibe. Difficile est artem, quæ rei naturam aded atrocem effingat, reperire: nihil tamen horum malorum non

* περὶ τούτου.

audet

audet diues. Adeste quidem ex præto alicuius Furia, ac Erynnidis pigmenta atq; colores; supponatur autem tabula dira & nefanda composita materia: seruiat picturæ ignis, qualem vitores huiusmodi cædium demones solent excitare: quære pictorem tragicum quidem arte, & manu, animo vero magis tragicum. Iube vero seriem fortunarum mearum in tabula depingat, nihil ante narrationem pingat, neq; dicentem, neq; concionantem, neq; coronatum, nec quidquæ eorum quæ fortunatis solent accidere. Plena sit tota meis calamitatibus tabula. Primo pingatur infelix pater, suis manibus infantem in solitudinem ferens, deplorans, lugens infortunium, exiens, rediens, deponens, artollens, cedens natura, & rursum necessitate victus; imitetur pictor, quoad eius fieri potest, sermonem gemebundo vultu, ut omnes per picturam verba intelligant. Dein pingere infigens illos amores: potissimum vero nihil in depingendo filio temere fingas, fac illum rardum, mox rem aggredientem, respicientem, animo perturbatum, metu autem coactum, refugientem adulterium, nondum intelligentem, quia à matre cogitur, Stet & alibi infelix anus, & eam, si lubet, amore correptam describe iam rugosam, & crinibus canam, ut rei nouitatem magis obtupefcas. Venias demum ad picture caput, arma infelicem pauperem in carissimos, & talia excogita, quæ licet ficta, crudelitatem tuam valeant explere. Impone denique dramati finem, te ipsum scilicet in cæde signis quibusdam eminentem, ridentem, hilarem, & quasi te bene gesta exultantem. Serua & mihi per Deos aliquam partem tabulæ, ne quis quæsierit ubi infelix pauper? quomodo vixit, qua ratione post tot casus vitam egerit. Verum non hæc tibi perpetua fuerit felicitas, ô diues, & te oportet dramatis partem esse. Nemo unquam 586 infirmum aliquam spectauit tragœdiam, in qua * Tyranni non è pristina fortuna exciderint.

b ἡλικία H. ST.
c Venissa tabula
la pictura.

d eis τῶν ἡλικίων

* Iuuenalis
Sat. x. v. 112.
Ad generum Cæ
terij sine cæde Cæ
suleris pauci,
Descendant re
ges, & sicca mor
ta Tyranni.

Ex Declamatione cuius hæc inscriptio: Athenienses post Medicum bellum, contra Barbaros bellum decreuere. Quo cognito, Rex accepta damna, se bello abstineant, resarturum sese promissit.

Assentientibus Atheniensibus contradicit Themistocles.

P R O O E M I V M.

NVnquam adducar, ut credam, Athenienses, regem in nobis tentandis finem facerentur, etsi inueniret ciues nostros arte militari superiores. Equidem nihil admirandum puro, si Rex eadem rursus attentet. Qui enim in timore ac * paupertate versantur, quid mirum si ad artes confugiant, quo suæ medeantur calamitati? Quare non hoc omnino absurdum est. Iustus vero quis Oratores nostros admiretur, si nos prodeudi occasionem sibi adhuc esse putarent, quando ne Rex quidem iple potentia sua nos fortiores esse negat. Decet autem nihilo nos inferiores existimare illius de nobis viti existimatione. Absurdum enim est nos Barbaros armis superare, consilio autem ipsorum inferiores esse. Quin & has de nobis omnibus voces Dijs significauit, & Pythium Apollinem de terribilibus consului. Quid freta propter me turbas? Quid montes secas, ut instar maris seruiant? Quid terra regis vndas? sine stet Athos, nec montibus, sed mari innatet classis. Quod licet horum exiguum habuisti rationem, minimeque curasti, celestia vero & superna caue ne attingas. Non iaculis mihi pro die noctem inducas, neque è sagittis exercitus tui nubes densa Solem cooperiat. Sed nihil intentatum relinquis, ut nimirum Athenarum ciuitas Medorum historiae partem aliquam obtineat. Vitisus fama ipsa terribilior, quod experientia didicimus, nunc in continentem terram miranda illa facinora, nunc in mare grandium rerum conatus tuos transferens, & nunc quidem in flumina copias, nunc in Solem iacula, in fluctus flagra mittis. Mons procellis agitato nauigatur, fretum integrum ponte commisso pedibus traicitur. Per medium Athon nauigant triremes, in fluctibus currentem Medorum vidit equitatum Hellepontus. Trecenti Spartani erant milites, auxiliares copiarum, reliqui vero diuersarum erant gentium. Sciuimus bellum periculosus priori te conflasse, non mille & trecentas ad urbem triemes adducis, nec fluctus terra regis continente, neque terram militi-

* Persius: Ma
gister artis, in
genij largitor
vencit.

BBB 3 bus

bus angustam tuis reddis, & elementa tuo vsui loco moueri cogis. Nouisti enim me his omnibus fortiorem existisse. Babylonē copias adducens urbem oppugnans, & per praecones nos machinis tuis adoriris, & gloriam, praecipuum Reip. nostrae ornamentum legationibus perfringis, non autem trophaeis terra marique erectis, haecque beneficij & gratiae nomine appellas. Si illa scribenda existimeris, quae manibus facienda sunt, at quae scripta sunt non facienda, ut illustres vestris appareatis decretis, factis autem dissimiles; Bene habet. Hic consilio egegius, gestis non ita excellens, nunquam perfectam laudem reportauit, sed semper * cum exceptione laudatus est. Nam sine omnibus, ut consilium admittentur, expectant. Hic autem a rebus experimentum capiens ob haec utraque, quae optime tenet, suspicatur: ob sententiam cum iudicauit: dein ob factum cum decreta factis non coarguit. Libenter autem eos, qui contradicunt; interrogarim, utrum, cum bellum confirmaueramus, contradixerint, an quietem amantes consentire cum consultantibus dignati sint. Si non contradixerint; non modo nobis, verum etiam sibi ipsis repugnantia facere videntur, his eos accusare nitentes, quos in iudicium vocare statuentes, dum res prosperae essent, silentium indixerunt. Neque enim e prauid ingenio libentes se utilitatem occultasse dicent. Verum si contradicentes causa ceciderint, quomodo non ignaviae rei haec iterum aggredientes dicere, quae pritis qui ausi sunt, minores esse contradicentibus conuicti sunt? Si vero dissoluimus, quae decreuimus, non erit utique obscurum, nos & nimiae facilitatis simul & temeritatis crimini subituros: temeritatis quidem, quod initio cum oporteret inuestigare vtile tunc non potuimus: nimiae facilitatis cum ea quae decreuimus statim, & extempore commutauimus. Non dum maximum crimen dico, quia videbimur necessitate victi nobis ipsis velle aduersari, quod sane inexcusabile nos reddit. Cum igitur non sit ferendum eis qui peccarunt, etiam sublato tali crimine, quomodo non simul venia indigni videantur; turpitudinem mutare lucro. Si quis vero commilitonum huius urbis donis a rege acceptis, ciuitatis decretum soluere aggredieretur, vel societatem frangere auderet, nunquid irasceremini, & poenam a soluere volentibus quae decreuistis sumeretis? Equidem omnino sentio. An vero cum alijs vestra decreta frangere non permisistis, hoc vos fecisse videbitur? Et in quibus alio faciente supplicium non ommitteretis, in ijs vos vltro delinquere cognoscetis? Porro autem cauendum est, ne omnia, & reuera mala, & quae mala putantur agamus, ea autem cauenda sunt magis de quibus alium antea accusauit. Nam de quibus quis semel ut malis conquestus fuisse deprehenditur, & iterum eadem facere conuincitur, & inimicus, & sceleratus est: sceleratus quidem ea faciendo, quae facere non oportebat: inimicus vero, cum ijs illos prohibere nititur, quae, licet verbo odisse appareat, operibus tamen diligere videatur. Dic, si lubet, legislatorum verba; numera deinde, si cupias, ciuitatis trophaea. Nam omnia ciuitatis facinora beneficia militares leges appello. Quid iam omnibus his effectum est? non pacisci scilicet cum Barbaris, gentem alienam exectari, implacabile bellum cum hostibus existimare: & sane merito. Quos enim naturales hostes arbitrabantur, ab his aliquid detrimenti semper expectantes, lege cohibuerunt, ne quid mali paterentur, maximum urbis praesidium eorum infidelitatem existimantes. Solent enim scelerati homines, & lucro dediti specie amicitiae luctari plura, quam tunc cum aperte bellum denuntiant. Atheniensium statuta Pythia oracula nuntupo. Persa non vno tempore aut vno momento, neque hoc modo belli tempore hostis nosset, sed omni urbis nostrae vita, non Plataeas modo diruit, & populum vltro ad bellum pro libertate susceptum exterminauit. Non enim haec animo volentes, quae Rex aduersa habuit, illum crimine liberare debemus, sed ea reputantes, quae victor fecisset, eandem illi poenam irrogare oportet. Neque iustum est eadem nos victores perpeti, quae ab iisdem victi subiissemus. Hic vero statim antequam hostes inducerent, a quibus circumuenti erant, irruissemus, & vindictam exigens, neque tempus defendendi sui illis dedit, & magnam sibi, ne quid pateretur, securitatem attulit, & quibus semel irrupit, his in posterum a victis omnem accessionem circumscriptis. Dona, inquit, populo misit Rex. Cyrilli mihi verba dicis, & mali nuntij successores. Et haec ausus es Athenis dicere, vbi & alterum id prius dicentem sepeliuimus. Cum vero ignoremus quo modo naualis pugna iudicanda sit, non sane honestum est, ob quae studia laudati videmur, & in quibus huius sumus, iam ea hoc consilio obliterare. Nam quibus initio exigua virtutis cura est, non magna his per-

* τὸς ἐπιπέδους ἀμφὶ βῆλον

1587

1588

entibus lactura sit: quibus vero virtutis tanta acralia statuta sunt exempla, si priorem gloriam posterioribus actionibus repudiasse arguantur. Omnes enim mihi Xerxi propinquiores ob munera & beneficia. Atque etiam si gratis donum dedisset, esset forsitan iusta quaedam causa ijs qui Regi patrocinantur, quanquam hoc neque Atheniensibus dignum sit. Si remunerationem ab urbe petat, manifestum sane est, nihil vtrique gratis dedisse, quando pro ijs rependi sibi murum cupiat. Si vero ab eo simpliciter donante non est aequum accipere; quanto minus par est, quando non gratuito donat, sed remunerationis eiusmodi gratia, qua satis testatur, suum velle pensari beneficium. Agedum promissa haec videamus. Ea, inquit, reponam, quae bello deiici. Huncine mihi bellandi praetextum dicis, & pugnae potius, quam foederis tesseram profers, nec vides ijs verbis, quibus regi urbem conciliare nitentis, nos ad bellum magis excitari? O quam diuersa sunt haec verba: perditorem eundem vocas & amicum, interfectorem & socium, eandem legis epistolam plenam iniurijs, & donis, permiscens mere mala & dona, beneficia, & damna: Barbaros, & Graecos. Hoc studes urbis commodum videri quaerere, sed verius illud, cum urbis nostrae ruinam regi honoris initium facias. Quid ergo ad irremes non vadimus, sed sustinemus regem patriae ruinam afferentem? Sed & historiam nostram curiose Xerxes quaesuit, quasi & cum urbis praeconijs belli suscepturus. Quare si ab altero iniuriam, ab altero beneficium accepimus, illum quidem ut hostem tractare, hunc vero ut beneficium remunerari oportuit. Quod si vtrumque idem praestitit, vtrum decet beneficium attendere pro ijs quae promittit, vel poenam exigere, cuius accusatur iniuria? Quae sunt, quae ille laesa dicit? per has litteras beneficium * dicis gratia pollicetur, Athenas omnino restauraturum se significat; hoc scilicet obscure dicitur, licet aperte verbo nominare non audeat: *Athenas*, inquit, *restaurabo*. Tu urbem Palladis: Tu ciuitatem Thefei, & Cecropis: deinde Erichthonij & Cecropis, & Thefei, & Codri obscurabuntur? Haec omnia ciuitatis Xerxi debebunt: conditor, dux, laudum, praecursor materiae: Hei mihi his malis! Victus a me Xerxes capit urbem. Quid vero & nosmet contra Graecos iubet pugnare? Non enim aequum nos illi, qui circum hanc urbem mira edit facinora, non venite auxilio: & merito. Non enim tum aciem dignam erectis trophaeis instruemus. Xerxe duce vicinis nostris bellum inferentes, propter quos visus est Persis non victor, sed tanquam exsul & fugitiuus, his urbem cedere, & his benefacere cupiet? Quod si putaret acceptam cladem armis instaurare posse, exercitum adduceret, non autem legatos mitteret. At cum viribus diffidat suis, fraudem pro armis adhibet. Cum autem copias receuississet, tum demum fraudem armorum loco produxit. Quin etiam urbem hanc apud caeteros Graecos infamem reddere contendit, ut nos eorum auxilio deferros redderet, & nobis solis bellum postea inferret. Et ex his verbis patet donum * dicis gratia offerre. Illius erat manifeste litteris inscribere hanc velle se urbem instaurare. Hoc autem non declarans, simpliciter se damna bello illata restaturum dicit, aduerbij amphibolia, quae mala cogitauit, epistola significauit. Quod autem erat urbis nostrae insigne? magnificentia aedificiorum, anti- quae vbiunque virtutis testimonia, naturae ornatus, maius urbi addit ornamentum quam artificium. Quis cernitur hic? arx, vbi tale, caelo excepto, hospitium est Deorum? Quale templum Poliadi Mineruae? & huic vicinum delabrum Neptuni. Coniunximus enim post contentionem Deos per reges in templis cum alijs. Non recipio * formulam sacrorum ab homine, qualem per praeconeum arcere solemus. Quis reparabit homines quos bello perdidit? quis reddet mortuorum corpora, quae bello abstrahit? Vici enim, ut aiunt, vrbes sunt, non domus ipsae; si damna se instauraturum pollicetur, ex his quaedam non integre restituere potest, quaedam non paria prioribus reddere potest. quomodo illius in his promisso ut impossibilis non redarguatur ab omnibus! Illi Lacedaemonij non contra trecentos decerantur, sed in oculis regis tot myriades ceciderunt aduersus vnum agmen, quasi flagris ordinatae. Ipse Rex in Asiam nos vocat, ostendens de mpris pugnis tutum secum bellum fore. Vna acies contra totam Asiam instructa, & trecenti Spartani prius armis Thermopylas, deinde morte occultentes, honorabilis sepulcrum, quam sint trophaea excitantur. Ego quoque de Thebanis supplicium sumendum putavi. Accusati sunt Graeci a Persis proditoris gentis suae, & urbs mea Persicum contra Graecos assumpsit exercitum. Cum Persae victi sunt, non modo Atheniensis, sed & omnes Graeci lucrum reportarunt. Vtinam etiam ad Pylas

* ἀποδοῦναι ἅ ἐλευθέρων ὄντων

* ἀποδοῦναι ἅ

† Virg. Pallas quae condidit arcis Ipsa oclat.

* τὸν ἀνελ. τὸν ἄνελ. locum sanctorum.

ad Pylas occurrissimus, Lacedæmonij pro sepultura trophæum ostendant. In Xerxem hæc dico, in Xerxem, inquam, ô Apollo, qui vique * ad aras tuas bellum gessit, & ignem sacro tripodi tuo subijcere conatus est, per quem edis oracula. Volo regionibus de meis rectè factis nomen imponi, & maria, ac flumina potius à meis trophæis, quam antiquis nominibus denominari. Obijcet aliquis, quando urbem vel vnde reficiemus? Quam amplius urbem quaeris, cum habeas triremes pro noua urbe, & auctorem Apollinem: Obijcet autem pro mœnibus mare, & pro turribus insulas, & pro ornatu trophæa. Si & terminos studes cognoscere, obiuit fama totum terrarum orbem, terram quâ itur, mare qua nauigatur. Hos Athenienses duce Themistocle consecuti sunt terminos. Postulabo à Xerxe non oleaginum ramum Palladis, sed platanum; vt duo Palladis trophæa iuxta arcem videantur, contra Neptunum olea, contra Barbaros Platanus.

Ex Oratione militari.

PROOEMIVM.

NON astipulabor ijs, qui eorum, qui memoriter solent dicere, legem reprehendunt, verum laudatoribus assentiar. Absurdum enim est cum à memoria dicendi subfidium petant Oratores, contra eandem dicere. Legislator enim metum mortis orationis dignitate eximens, audaciam strenuam in periculis omnibus iniecit. Laudis causam, mea quidem sententia, omnes communem habent: at horum vitiorum præcæteris eximia est. Quidam enim dum alios laudare conantur, vt genus ac stirpem prædicent, ad maiorum encomia orationem conuertunt, aut patriam vnde maiores exstiterunt. Omnes enim qui laudantur, exteri fere fuerunt. Sed aduersus hos hæc lex non vicit, sed simul Athenienses nominauerat, & hac appellatione offensis * indigenas esse. Viuebant sine armis, tela non producebant, equis vti non didicerant. Vt tamen esse docuit equos in certaminibus, ac prælijs. In certaminibus ramo & germine oleagino victoriam denunciabant. Cum ramo oleæ dico, deam indico. Hoc enim Palladis insigne existimo. Nec vero id quod huiusmodi quis dixerit, difficile est ad inueniendum: saltem vt hæc non imitans procul ab ijs rebus sit, quas quidem partim pro ciuitate maiores illic iacentium, partim vero pro vniuersa Græcia filij parentes suos imitati, per omnem ætatem & successionem gentis fortitudinem proferentes susceperunt. Heraclidarum vero potentiam admittentes, alterius quidem iniurias compescuerunt, sibi vero fortitudinem mutant, totius Peloponesi reges pro exsilijs fecerunt. Inuidia autem tunc temporis in hanc urbem tria bella Doricum simul, & Bæoticum, & insuper Chalcidense concitarunt. Quæ igitur ratione his omnibus vrbs restitit? Ceciderunt Bæotici; Dores seruati quieuerunt: Chalcidenses omnes abducti sunt. Tria vero tunc fixit trophæa, sed illustrior est quam victoria celeritas. Vno die Eubœis & Bæotis trophæa erecta sunt. Etenim cum cupiam omnibus gloriæ aliquam partem ijs tribuere, qui superioribus illis temporibus pro patria, omnique populo, pugnando primas ferebant, visus sum ne his quidem satis dignam contulisse, rerum gestarum magnitudinem verborum exilitate deterendum, neque attingendo ea quorum laudem auditores pridè expectantes indignari videntur, quod eorum fiat minime desiderio satis. Hæc igitur iam oratione tractanda. Necessitate vero parem dicendo non esse, non unis proprium timem, sed commune omnium fuerit. Persæ totum terrarum orbem vno regno volentes includere, spe sua frustrati sunt, cum vna parte Occidentalis regni cupiditate implere non potuerint. Classis enim ex Ionis soluens, iterumque multitudine nauium æquor tegens, insulasque Aegæi maris, dissipata est. Naxiorum quidem ciuitatem ad mare statim inuadit, vbi eam urbem funditus vna cum nomine diruerunt, & gentem in triremes imposuerunt. Operæ pretium non duxerunt cum Eretrienibus armis decertare, quod eorum fortunam Persico bello inferiorem putarent, inter se manibus confertis ita inuasertunt Eretrienfes, ac si in sagena concluderent. Cum Marathonè attigissent, spes labefactata est. Probe enim experimento docti didicerant, quantum inter nos, & Eretrienfes interesset. Tum naualis quidam miles aduersus integram triremem ausus est depugnare. Vrgens fugientes ad mare Phœnicia, nâui manus iniecit, fortiorem existimans tota naui dextram. Veriti autem Barbari, ne nauis eorum Atricæ

dextræ

dextra in prædam cederet, securi manum amputant: Ipse vero saucius sine manu iacebat, triremem tamen mordicus tenens. O vos primi, qui Persarum fortunam illustristis! O vos qui maiora vincitis quam natura humana permittat! O qui occumbitis cum eorum gestarum historia, quam neque ante vos, nec post tempus tulit! O qui illustriorem nocti estis trophæo sepulturam, qui nomen Marathonis Solis cursibus extenditis! Marathon tenet vestra corpora, animas ipsi dii, qui vobiscum pugnarunt, gloriam terræ continet ac mare. Xerxes autem huic vrbi infestus nihil intactum reliquit, sed omnia mouebat & concutiebat, quasi Neptunus terram & simul mare concuteret. terra & mare suam inuicem naturam permutabant. Imposuit terram fretis, & Phœnicum naues per continentem misit. Tunc omni spe maiora miracula vidimus, per Hellepontum equitatus Medorum, per Athonem triremium classis iter fecit. Quin & ad cœlum vsque audaciam suam Xerxes extendit, & suis prodigijs factis transiuit à mari in terram, à terra in cœlum, inde in solem. Nam iaculans Solis lumen obtexit, nauigans maris naturam mutauit, iter faciens cum exercitu terræ angustiam inculsit. Prætereo maria triremibus cooperta: tæce exercitum naturæ numerum excedentem: omitto gentes alimentis præbendis impares, & regem vbique metum incutientē, vbi nam vero esset propter copiam exercitus, ignoratum. Huiusmodi itaque tumultu, ac tanto errore terra vniuersa fremente, & omnibus Græciæ interitū augurantibus, hi quidem tantum commodi in calamitatibus sperabant, quantum ab ipsorum ciuitatibus Persæ abessent: ciuitas vero nostra regi omnia turbanti non cessit, nec metu rumoris, turpe quid anteq̃ sentisceret decreuit, sed statim post primam legationē rege superior fuit. Ipse quidem seruituris poposcit conditiones: illi libertatis remiserunt. Capitale erat si quis legatis * muneræ daret. Nihil vero omnino illos terrebat. nihil, cur virtutis obliuiscerentur, efficiebat. Non Lacedæmonij iam victi, qui Græcis adeo profuerunt, vt fortiter dimicando occuberent, non verberati fluctus, non puniti venti, & mollis contra naturam Barbarus terrebat. O maiora ausos Xerxe [contra naturam.] O animos elementis fortiores ostendentes. O Persarum telis animo concidentes. O duobus trophæis classem decē annorum illudentes. Vos enim qui per totum orbē & mare iuit, cœgissit furtim & clementer salutem suam querere: qui soli ostendistis omnibus hominibus omnes copias virtute posse coerceri. Sed hæc etiam silentio prætereamus, & factæ cum rege pacis recordemur, quæ hanc urbem omni trophæo illustriorem reddit, & merito. Hoc sæpe fortuna sit, sed illud, regem libenter vrbi cedere spatio itineris equi vnus diei, superiori mari abstinerere, intra Chelidoneas, & Cyaneas nauem non mittere, quomodo non sineram vnde cumque vrbi gloriam parat? Etenim Atheniensium varia trophæa, & nauales. & pedestres pugnas, & qua ratione tyrannidi omnique potentie resisterint, alias diuersis temporibus pro hac gente varia certamina recipientes, nec mihi facile est recensere, nec si quis id prius aggressus sit. Quare existimo vnum & idem monumentum coniungi oportere, quemadmodum qui renunciant in stadio victores, sic & huic vrbi secundum legem consecrandum esse. O qui omnem terram & mare quâ iter est [victoria &] trophæis, & quâ iter non est, gloria & splendore compleuistis, qui soli maximis rebus gestis tempus & inuidiam superastis, qui omnem terram non columnis, sed trophæis dimensistis. Dixi forsitan minus quam causa exigebat, non tamen minus quam alij plurimi. Reliquum est, vt postquam omnes acclamarint memoriæ, sic omnes discendant.

Ex Aœopagitica, seu qua Rufinum filium suum liberali causa manu asserit.

PROOEMIVM.

Viri, qui olim de victorijs cum Dijs decertabatis, & nunc cum Atheniensibus de libertate. Igitur legibus obtemperans ea solum dico, quæ necessaria. Ego & pater apud vos Sophistæ fuimus, & num argutus fuerim, vos nouistis (hoc enim frequenter vlturpo, & meam institutionem theatra loquuntur) num Atticus pater fuerit, hæc declarat oratio. Nolo enim Atheniensium sobolem liberam non appellare. Libertatem etiam ante pubertatem filio committo. Meus est, Atheniensis est, donum est publicum ciuitati plus cæteris honoratæ. Hic enim est Plutarchi, quo vos omnes magistro vramini, hic Minuciani, qui sua voce plurimos persæpe liberos fecit, hunc Nicagoræ filium

CCC

vobis

Marathonia pugnata.

* Aristoteles.

* dicitur deus
Strabo lib. 8.

vobis adduximus, & hanc meam prolem. Sophistarū vobis, Philosophorūq; recenseo feriem, decus sanè Atticæ. Omisi sæpe Sophistarū nomina, nunc patris omisso. Deditis filium mihi, quoniam Atheniensis est, accipite iam eundem vestra sententia liberum redditi. Quare dimitte mihi vestro decreto filium, & dein vocem illam liberale, seu vindicias secundū libertatem acclamate, vt tanquam Atheniensis (quod est ac si diceret liber) apud vos & dicat, & scribat, & si Dij velint, etiam in Repub. honores assequatur.

E funebri laudatione, quam in filium eundem Rufinum habuit.

PRO O E M I V M.

Quod iam mortuo Rufino verba facere incipiam, facio inique, nisi à numine quodam ad Monodiam dramatis seruatus sim: loquar tamen. Non enim mihi fas est oratione illum non deplorare horum Eloquentiæ studiorum alumnum. Nesciebam itaq; infelix pro balneis me tibi sepulchrum, pro domibus bustum, & tumulū pro diuitijs, & voluptate funerals, quæ hominibus omnī tristissima sunt, erigere. Dixisti, primo nuper ad populū perorans: omnē quæ sub Sole est terrā indecoris meis verbis implebo.

Persuasit aliquando Pericles, sed postquam ab Anaxagora factus esset orator, tu orator è cunabulis exstitisti. Alcibiades totum suggestum occupauit, sed in flore iuuentutis, & ætate adolescentiæ. [at tu etiam num vberibus & lacte nutritus.]

O dolor Aeschylī dignus cothurno. Herculem terras peruagari, & duodecim adeo labores subire, vt tertiarum orbem veluti virtutis suæ testem relinqueret. Tu vero intra tuos commoratus terminos, egregie factis Herculis columnas nobis superasti. Quod, quæso, numen auream cæsariem familiæ detondit meæ? quis gloria meæ splendorem extinxit? quænam furia genarum ruborem, blandum iucundūque vultus tui risum eripuit? Quia ratione, heu me, passus es, ô Liber, & delubris tuis sacrum diripi iuuenet Commune hoc caduerum te meamque familiam Erinnyes tropheum fixerunt. Curei thalamum nuptialem inferiorem non apparauit, quandoquidem superiori eum ei Parcæ inuiderunt. Item, quibus quam tristibus seruatus sum luctuosus sermonibus? Omnia cum orationum argumenta tractarim, vnum luctus semper declinaui: nesciebam enim me meis lamentis seruari. Iam pridem cogirabas tuum hinc discessum, iam pridem alijs, qui poterant, conijciendum reliquisti, quod hac sorte melior esses. O qui antea ætatis terminos virtutum dotibus transisti, iam vero morte commutasti! qui fraterno amore etiam Diocuros superasti. Illi quidem pro Helena bellum gesserunt, raptum tamen prohibuerunt. Tu vero fratris tui germani custos omni muro eras fortior, tu omnibus morbis solo animi robore semper restitisti. Improbis fortasse dæmon, & crudelis ideo tecum cõtendit, & multis prælijs superatus tandem aliquando clandestinis & fallacibus machinis te prostrauit. Neque vero cessisti ad extrema vsque dæmoni, vt possimus audire, sed corpore licet cesseris, animo non cessisti. Verum strangulauit ille, perq; vim abstulit; tu vero in ipso laqueo animam agebas, amabilem tibi nutriticem voce inclamans, donec te omni ope destitutum, sic laqueo conclusit. Nouerat enim quod sæpe victus, patre præseste & iuuante, discesserat. Vicerat & obstinatus, immobilesq; iudicium animos: & tum primum seuerum illum confessum risisse apparuit. Desiderio tui mentes illas flexisti, quas Dij ipsi iudicio disceptantes flectere nequiverunt. Oclusisti iam mihi morte portas vrbs, oclusisti Eleusina. Quia ratione Mineruæ sacrificabo, quæ pro te Furiam contra dæmonem illum non excitauit? Quomodo Deum patrium colam pater ob filium contristatus? O audaces sermones! læcet Rufinus, & vos adhuc floretis? O infelix lingua, Musarum prius instrumentum! nunc vero torpis dæmonis!

O qui clari Lucifero splendisti! qui lætissimum mihi tum diem ostendisti, cum te primum Sol conspexit! iam vero rursum tristissimum, quo acerbum illum, & Tragicum nuncium percepi! O qualem casum pro hac spe, ô dæmon mihi destinaisti! Desceo iam quem Minuciano vehementiorè, Nicagora grauiorè, Plutarcho eloquentiorè, Musonio sapientiorè, Sexto fortiorè, & omnibus deniq; superioribus illustriorè meliorèq; speraueram Oratorem. Ego ipse victoriam tibi adhuc iuueni concedebam, tuamque orationem mea splendidior longe arbitrabar, & balbutiente te de studiorum ratione præiudicauit, sed hæc omnia tibi dæmon auferens effugit, & mihi dolorem lacrymasque pro te reliquit. Ornabo te ludis funebribus, & posteritati nomen tradā tuum, & hac salutem parte dæmonē vincam, vt ille quidē corpus habeat, animā astra, omnes homines famam.

Ex

* Pal. Max. lib. 5. extremo.

Aeschylus. Cirrillus pro uerb.

* Virg. IV. Aeneid. Nondū ille Troesperina crine V. 689. ex Euripidis Alceste. Bacchus an balneis praerat.

* Cassius & Polluc.

Plutarchus.

Ex Epithalamio ad Seuerum.

Ex Prefatione.

Operæ pretium forsitan visum non fuerit, antè Epithalamia artificiosa dicere. Nam ubi Hymeneus, Chori, Poëticaque libertatis licentia est, quis ibi arti locus? Cum autem in his ipsis sine arte nihil peritum facere oporteat, breuiter de his loqui visum. Sit igitur hæc optima Epithalamiorum norma, considerare verba, vt in Poëticis solent, rem vt in Chria, modulatum, pro argumenti ratione. Quibus omnibus si accesserit oratio, apertiorum contextum reddet.

Epithalamij Proœmium.

Ferunt Apollinem post clarissimas victorias, quas feriendo lyram adamauit; ad thalamos coniugale cecinisse melos. Venerem etiam in cutru Gratiarum & Amorum chororum colludentem ducit, & crines flore hyacintho constingens, præter eos qui fronte diuiduntur, reliquos vento spargi permittit, forte in Lyra illidantur. Horum vero alas & cæsariem auro vestiens, ante currum mittit minitrantes, & alas quatientes

597 faces. Cum vero Pelopi persuasisset amor Hippodamiæ, vt Cupidini & Veneri seruiret, tum etiam Apollo collecto Nereidum choro, in summo litore illi thalamum statuit, cuius vicem vnda densè agitata, & sublimis in lecti morem flexa, ita vt thorum imitaretur, implebat. Erant illic Deus & natura: ille quidem scætu indigebat, hæc vero quæ pareret. Vt autem hæc inchoarentur, omnia omnibus pro thalamo erant. Ex his vtique nuptijs cælum, & Sol generata sunt, astrorum cœtus, Luna splendor, vterque polus, circum quos primarum nuptiarum Dei ortus voluitur. Secundum deinde conubium Oceani, & Tethyos natura [monstrauit] à quibus nati fluuij & lacus, scaturigines, & fontes, putei, omniumque aquarum caput mare; hinc autem natæ plantæ, & animalia; hinc terra incolitur, hinc pisces assumit mare, hinc alis penetrabilis aër. Postremo vero conubium ipsum hominem contemplatorem diuinarum, terrenarum vero opificem rerum produxit (hominem enim terræ esse filium, & Atticam partus dolore quasi disruptam tale germen produxisse, ludicra Atticæ venustatis fabula confinxit) Quin etiam Venerem ipsam in mari latitantem, fractis partu fluctibus, Soli spendentem eadem nuptiæ exhibuerunt. Si & fluuiorum amores dicere inciperem, magnus se dicendi campus offerret. Nam diligere omnes ipsum mare videntur, ideoque in illud citato cursu è fontibus deferri [quasi inter se mutuo vt amicam conantur, amplecti.]

Hoc vero feruet, ac delectatur in more lecti sinuatū; quasi contra alios fluuios exultans, q̄ solo Neptuni amore teneatur: Sic flumina æqualiter orientia, & æqualiter à simili origine deducta, cõmunionē dilexerunt. Fertur olim Olympias Alexandri partu felix, Cabiron mysteria in Samothracia, peragendo, vidisse rem diuinā agens Philippū etiam num iuuenem, & videndo amore captam, & quasi nuptiarum vota in sacris fecisse. Sponsa autem generis stirpem referebat ad Thraciæ quidem indigenas, sed qui à regibus ortum trahebant. Florent perinde vt verni calices, vt vna eiusque agri, quæ vno tempore, & florent, & atuelluntur, temperantes ambo, faciles moribus, solis operibus naturalibus à se inuicem leiuuncti. Hæc artem Mineruæ lanificium, ille laboribus Mercurij venustatem consecutus est; hæc de radio, ille de sermone sollicitus. Ille quidem adhuc adolescens, primam ætatis lanuginem producit, hæc vero nubilis reddidit. Cupidines è rosis corollas nectentes, quas è Veneris decerpunt, cum libet, hortis, thalamo suspendunt. Suada, Desiderium, & Cupido, omnem tibi ornatum addiderunt. Cupido infidet oculis, inde mirabiliter resplendens. Desiderium genas rubicundiores reddit, quam rosati calices natura, quando verno tempore sub initu aperta summis folijs rubescunt. Suada in labijs, tuis habitans, gratiam suam cum verbis instillat. In capite pluri-ma efflorescit flaua coma, & in fronte diuisa. Etenim si ego natus poeta essem, vt libere de sponsa loquerer iuxta thalamum consistens, Fortunæ & Cupidinibus, & Generalibus Dijs vota facerem, his vt ad extremum vsq; sagittas vibrarent, illi vt vitam daret: certijs denique, vt legitima proles generationem largirentur, vt vna cum scypho nuptiali & curam de natalijs adhiberemus.

Philos. Icones.

Quam iocus circumuolens & cupido. Horat. Od. 2. & Lamb.

Pindarus Od. 1 Olymp.

Hesiod. in Theogon.

Eccl. 1. 7.

Olympias Alexandri mater.

Hesiodus de Pan dora.

E Dialogo in scripto Diogenes, vel Propempticon.

Ex Prefatione.

* *ἡμετέριον δὲ λόγον. Vide Siderum Apoll. Scholasticum.*

Faciendum semel est initium in nouo genere argumentorū, quod * præmissæ orationes etsi nouæ sint, nō possint artificio vetustate induere, ut nunc fecimus. Hoc enim argumentū more Dialogi concinnantes, nec vsum nec grauitatē dialogos docentē corrupimus. More Platonis nos id aggredimur, licet moralis sit oratio, tamen Physica ac Theologica moralibus commiscetas, & videndum est vtrum hoc genus dicendi Platonis qui fabulis res diuinas inuoluit, allecuti simus, & cæteras dialogorum virtutes, respiraciones, inquam, ordines, & epifodia; dein & lepores, & actio in genere meliorem ostendit compositionem, si recte successerit. Cum autem dialogi initio humiles sint, vt ipse dicendi character simplicitatem adiciat, in sequentibus simul & rem auferant. An hoc præstiterimus, aliorum esto iudicium, quibus hæc audire contigerit.

Sigenium de Dialogis.

Huius Dialogi præmium.

Silentij iam tempus est, non loquendi, cum oratio proprios alumnos à grege suo demittens deploret. Veruntamen (nam in omniuentu dicendum est) age & ipse, sustine orationem, quam incidens sollicitudo conflauit, si vobis gratum est, etiam ad vos pronuntiabo. Vtreq; tantis interuallis à capite ab inuicem distantes, quando media Europæ ab extremis Asiæ locis separantur, in huius amorē concurrerunt, vterq; præcipere primos partus huius linguæ conatus, non imitatus sacram legem, qui * inspectori, & sacris initiato tempus attribuit, sed eundem, & sacerdotem simul, & inspectorē sacræ hostiæ in hac tua oratione esse declarans, dedisti his aquis sine satietate impleri. An non audiisti quomodo homines illi antè cicadæ fuerint; deinde Musarum amore ob perpetuū cantum in melos soluti, ex hominibus in aues, ex vna cantione in aliam transformati sunt? Audi fabulam: Cum Iuppiter homines condidisset, omnia alia eo ornamento fuerunt, quo nunc sunt. Cupido autem nondum animis hominum insidebat, sed habens Deus ille ingentes alas in cælo habitabat, & in solos Deos tela vibravit. Metuens autem ne pulcerrima omnium creatura pessum iret, Cupidinem ad homines custodiendos misit. Ille datam à Ioue potestatem arripiens, omnibus scilicet mentibus insidere, vel in omnibus cælestibus ac * profanis, æque habitare loco templi noluit. Sed multas & gregales mentes amore vulgari sponсарum occupari dedit. Ipse vero Deorum celestiumq; mentes incoluit, & illas in libidinofam auentiam furore incitans, infinitis bonis humanum genus affecit. Quando igitur videris tardam quandam naturam, & ad amorē lentam, cogita hunc donis illius Cupidinis indignum fuisse: cum vero incitatum & feruidam mentem, & flammæ instar ad amabilem amicitiam ducentem, puta illam à dono Cupidinis venire. Vnum mihi, ð amice Socrates, dicis, amatorum optime, partem virtutis Clinie, fortitudinem scilicet in periculis, quam exercitatione sæpe exhibet, interpretem orationem non expectans. Dat eidem hanc licentiam, quam primo Pericli cū pro vrbe bellum gereret. Hęc est sincera ratio. Si vero hunc videas iudiciaria sede expulsum, implora cum gemitu legem, quia auro victus est. Nam simul florens cum vrbe regia, circum quam ingentia maria separantur, & idem cum ea gloriæ suæ fundamenta iaciens, quam diu in cunabulis adhuc corpus vrbis fingebatur, alia imperia è regia potestate decreuit. Cum vero indigeret sedula opera tanquam statua perfecta, quam adumbratam prius viderant, eandem potestatem assumpsit, vt idem initium & finem omni ornamento vrbis fecerit. vrbes excitatas, populum crescentem, Tartessi vitam, cornu Amaltheæ, caput omnis felicitatis. Sed quæ est erga hunc iuuenem studij causa? tota mens nuper à supernis sepibus digrediens, infixam adhuc fert speciem simulacrorum illorum, quæ tum vidit, cum hilarem choream cum varijs Dijs saltauit. Cum igitur viderit illic pulcritudinem, quam tunc vere descripsit, intra mentem diuinam absconditam, desiderat & gaudet hoc spectaculo, & seipsum splendore scientiæque eleuans, cum hoc loco coniungere festinat. Tale quid mihi in adolescente accidit. Nam veluti in speculo huius in. animo speciem animi mei apparentem videns, ea sum delectatus, & ideo amaui, & quasi alterum me huius animum quæsiui. Probè potest omnia memoria custodire, quæcunque sub duce gesserit animo Philosophus, orationibus non his modo, sed & omnibus, quæ è Musarum, & Apollinis pratis pullulant. Vnde

* *ἡμετέριον δὲ λόγον.*

Fabula. Confer que infra pag. 607. 9. et.

* *ἡμετέριον δὲ λόγον.*

Plato in Phædro, vel Sympos. Alciat. Emblem.

Argentum.

Vnde omnis doctrina fructus discerpens tanquam veris corollam; his animum suum ornauit. Si dicere necesse fuerit, ne amplius quæras cuius sit filius, & ad quem pertineat. Sic primam imaginem accuratius quam quilibet pictor expressit: bonus quidem socius, si cum duce pugnandum sit, bonus etiam sua sponte. * Iustè igitur poetæ, & cum iis pictores & sutores Cupidini senectutem demunt, iuuenem hunc Deum, & pubescentem fingunt, fraudem illius ætate iuuenili demonstrantes. O qui tantum lingua vales, quantum audio † Cineas Theffalum, qui cum rege Pyrrho omnem terram & mare emensus non machinis, sed oratione vrbes euicit. Non enim ille huius magister per vestros, ð sermones, amores, propter quos ego beatas paternas abiiciens opes, iuxta secreta Ilissi ripas habitauit.

* *Philostratus, & Cyralius.*

† *Cineas Theffalus, Demosthenis auditor, Plutarch. in Pyrrho.*

Alexander totius mundi partium trophæis potitus. Tum enim è meridie confluit ætas, aurora mitigat Solem, & elatos in proram fluctus diuidit Zephyro.

Alexander.

Ex oratione ad Socios dum irret Corinthum.

PROE MIUM.

VETERES lyram fabricantes, si quando in aliam terram properarent, peregrinationem non vacantem, Musica faciebant, sed cantu, & carmine chorum suum retinuerunt.

601

Ex orationibus reliquis diuersis diuersorum argumentorum.

O Aulam regiam, & fortunam aurialatam! Non vi è regno electus es, sed libenter excidisti, non secus quam si superbus quis in puerilibus voluptatem capere contenderet. Auream cæsarium permittasti iubente corona rosarum. Sed quam horum gratia rependitur? fuga & cursus, & tantæ amicitie renuntiatio. Vici, te iudice, ætatis tempore cicadam, minatus etiam sum philomelis Atticis, si quando mihi etiam Atticum Theatrum statueris, me omnino hac voce effecturum penes te, vt eorum linguæ instar fabulæ sint. O tui stemmatis lumen clarissimum, idque sæpe generi tuo exstitisti, quod sæpius auus tibi Sol. Etenim ex hac pulchra coniunctione, hic quidem altiores sedes illustranti, quasi matutinus aliquis lucifer confurtegit, suis repercussionibus radios suos imitatus. Ille verò iuuenem cæctum illum illustrans, vt taurus aliquis ductor, armenti petulcus, lasciuissimè in Musarum pratis, vt pullus Lunaticus, & numine plenus, & Homericum iuuenem Thetidis † filium, & hæc verba, *Bonus orator, actorq; rerum,* imitatus est. Si ad me poetarum licentia pertineret, ostendissem tibi & Ilisium hunc lacrymantem, depinxissem tristi colore pulchram Callirhoës vndam. * Triualis Pan te euocotorem animarum, dulce fistula carmen personans deduceret. Venus verò, & huius filij Cupidines, desiderij tibi miscetas potum, viam tuam honorificè comitarentur.

† *Arctifiles.*

* *vid. G. Girald.*

Ex oratione propemptica.

PROE MIUM.

ALEXANDER filius Iouis (comparat enim illum cælo & Ioui rerum gestarum contra Græcos gloria)cum Europam nominis sui fama impleisset, in Asiam se conuertit, continentem suis propriis adnitens gestis coniungere, Timothei prouocans tibiam (nam aded magnum, & tali rege dignum canebat) vt illo canente soluerit nauium rudentes. Fer tabulam, & ego orationes pingam. Nam habet etiam oratio, vt putō, non ineptos ad imitandum colores. Erat in pictura nauis, & mare, & vt existimo, *Ægæum* fuit. Multæ enim insulæ hinc, & illinc sparæ in mari erant, vt *Ægæum* ante alia in primis mare esse videretur, pictum erat non volentem, aut terribile, neque vsq; eleuans fluctus, qualia contra nautas illic audet sapius *Ægæum*, sed tranquille strati erant fluctus, omnis aqua in littoribus voluebatur, in luteum colorem mutata erant vnda. Primi Phryges tibiam inflare inuenerunt, & sacrificiis adhibere cymbala. Hoc verò contra vtramque nauis partem in proram iam attritum, tanquam auream materiam reddebat. Hic verò & artem admirari æquum est. Aqua enim marina diuisa circa proram, auri repercussionibus splenduit, & in similem colorem mutasse mare videbatur.

Alexander Magnus, Timotheus.

Ægæum mare.

Phrygæ.

HIMERICVS
Delphi.
* Proclus sup. in
Chrestomathia.
† an Alpheum
fi.

debat. Proinde date mihi artificium Zeuxidis, & Parrhasij scientiam. Delphi igitur vrbs dicata Apollini, colit semper hunc Deum, & tripudiant adhibito * Pæane circum Tripodem. Quin etiam Elei lacrymantur, amnem † Pifæum ad Siculum vsque fontem comitantes, quasi metuentes, ne amnis decessum meditans, aliis hominibus aquam largiatur. Celeriter & philomela & cygni, omnisque cantus simul volabunt. Nostræ enim Muse iam nauiculam audent compingere, & fugam minantur & mare, licet fluctibus sæuiat. Abiciens è manibus Iyram, silentium cantionum suadebit. Nautis prætoriam in portubus, velum supremum sublime, quale radiis claris & maritimis extendi solet. Parua in gratiam Hesperidum prata, parua ad magnitudinem pyramides Egyptiæ, & si quid Persarum & Assyriorum manus construentes posteris inspectandum tradiderunt. Sed ad amicas Athenas hæc classis, quæ suis adeo te amoribus incenderunt, vt amorem erga hanc linguam semper circumferas. Quid autem responsum communis omnium statua apud alias habitaturæ denegas. Fabula Cimmeriis populis occidentalibus Solem eripuit, sed metuens, ne redargueretur, obscuris verbis tegere rumorem adnixa est. Nos verò nullus poeta mentiri putauerit, post tuam peregrinationem auferre Solem cupiens, ðamica patria. Nunc tibi iniuriam intulisse me sentio, tuos amotes despiciens, infido amatori omnia cupiens largiri. Sed parum horum legem secutus, ad in honestatem orationem conuerti, licet mihi desiderium Dijs impleuerint. Iterum enim sceptrum, iterum iudicij sedes. Hoc Ephyra attulit, vrbs non solum admirationi fabulis illustrata, vt pleræque omnes Græciæ, sed etiam iudicanti oculo felicitatem adferens. Sic huius gens infinitis orationibus, operibus & similibus exsultat. Recordandum est huius iam gentis, non tamen totius: (nam omnia narrare, magno mihi oneri esset) vnum ex his qui ab illis nuptiis progeniti sunt, assimulabo sapientiam animæ statuis. † Sinus Ionicus alluens mitigat litus fluctu, iuxta hanc oram tripudiat Nereidum chorus, omnes albæ, lac quale fieret arte pastorum, oculis glaucis, ornata musco, præterea albam spumam è mari summis stillantes crinibus. Illa vicissim

Ephyra vrbs.

† Horat. Od.

603
sponsum amabat, & arthabone nuptias cõfirmat. Producit enim medio mari fontem, Hæc verò sciens hoc beneficium à sponsa profectum esse, aliis nautis vndam eripit, solis verò his reseruat amabilem potum, vt hauriant qui è sponsa sunt, quod etiam contra virtutem factum est. Proimptus ad discendū illi est animus, celet ad intelligendum, memoriâ innata, prompta est ad dicendum, ad regendum idonea, ad latendum paratior. Hoc sapientius, simulque Dijs gratius: Aptior verò ad obuium deprehendum, voluptate fortior, amicitia inferior, per sapientiam summa, apta ad dicendum, inexpugnabilis amicitia, strenuus in timore, cum priuatus est summus, cum in magistratu æquus. Priuatum honestans consilio, eloquentia imperij seueritatem mitigans, Quin etiam fortunam videas, quasi huius vitæ rationem propter felicitatem auersantem. Legatus fuit in animaduertendo serius, vita, vt etiam in oratione, grandis: ad dicendum sapiens, ad audiendum instructior, in omnibus egrègius. Plenus laude iam, & omnem in se Græciam conuertens, suis facinoribus ad regiam dignitatem ascendit, priusquam pullularet barba, primaque lanugo tonderetur. Hæc poetarum instar fecit oratio, rosis necere coronam, ducere circum vrbs hanc ex Helicone Musas, quam Europa extrema exiguo freto à Gadibus vsque Asiam extendit. Ad Istrum se conuertit, nec veritus est flumen barbarum glacie in morem campi contratum. Cum verò Deus omnem illam virtutem explorare voluisset, & aduersæ aliquando fortunæ ventum constituit, vt qualis esset, talis opinione, & in rerum fluctibus vitæque tempestare omnibus videretur, & hac etiam parte celebraretur. Quis poeta, vel orandi peritus voce digna explicet ea, quæ ille fecit? Nec Siciliæ aliquam Scyllam & Charybdin strauit, sed virorem etiam Cyclope illo pastore Siculo crudeliorum, mille contra se mortas acies, non consertis manibus, nec telis, aut hastis, sed prudentia & oratione vbi que terrarum subegit. Hic verò Telchinum dux, & Coryphæus nuncupatus, lethali accepto vulnere, bellum gemens deplorat. Vniuersa Asia non quàm nunc sic appellamus, attribuentes huic soli parti totius continentis nomen, incipit ab Indis superioribus, ad Orientem verò & Septentrionem, rubro mari & Phaside, ad Meridiem & Occasum Egypto & mari Ionio, ad alias terras diuisa & terminata: extenditur verò deducto latere à Propontide in Pamphyliam, quam Egæum ex vno initio etiam hoc latere oriens, toram alluit. At homines vrbes incolentes non cicada aut tunica maiores, vnde

Gades ad columnas Herculis.

Asia maior & minor.

604
eos

eos olim genitos puto, sed virtute & sapientia manifestè ostendunt. Meles enim iste (non enim par est huius linguæ auctorem silentio præterire) ortus est in suburbii Smyrniæ, produxerunt eundem varij fontes, non procul à se inuicem scaturientes, vnde statim flumen profluens exarsuat, & è fontibus oneratis remisque enauigabile redditur. Pertransiens verò vtraque ripas, cypresso, & arundinibus verum, & iuxta mare fluctus communicat. Si fluxus illos fas est nominare. Non enim sonantem audieris, neque aquam ferri putaris. Verum vt amasius quispiam cupiens amatæ concubitum occultare, furrim mari miscetur, fluctum fluxu mitigans. Nunc etenim more poetarum ventum cupiens dicere, deinde verbum poeticum proferre nequius, è propria arte appellare volo ventum. Factus verò ob fluctus mollior, diuidens aquas circum proram assurgit. Non enim diros optans amores, tuum per nauigare mare nititur, sed cupit omnes Iones venerandis temperantiæ mysteriis initiare. Sermo est apud Rhodios aurum pluuisse, Ioue aperiente illis auream nubem: fortunam verò vestram, quam per illum consequimini, non narrat ambigua quædam fabula, sed ad oculum res gesta patebunt. Reducet nobis pulchrum ver, non lascinias, non cygnos, vel cicadas, sed Solem eundem aureis radiis Ioniam illustraturum. Ante alios autem omnes pulorum nostrorum sacer ille & insolens pullus equinus dux est, quales Deo soli Nisæ donant. Hunc ego pullum frenis Musarum adornans, & totum Chariclem mitris vinciens, quasi Deo cuidam genis meæ primitias ferens dicaui. Caruleæ stellæ oriuntur incunda claritate resplendentes. Hæc oratio mea parum curat futura ante eetera, cantuque sensum procedenti concionem festinantem coniungere studet. Tum quidam, puto, intelligent reuertentem aspicientes, iterum Musarum carminibus illi applaudent.

Rhod fabula.

Nisæ.
Girald.

Ex alia suaforia.

PRO O E M I V M.

605
L Y S I P P V S itaque non manibus solum, sed etiam ingenio insignis. Qualia enim ille ab ingenio ausus est? Depinxit Dijs occasionem, & imagine adumbrans, naturam eius per colores exposuit. Sic autem artificium, quantum licet meminisse, se habet. Pingit quendam figuram, ætate venustum, ephubum, comatum è temporibus ad frontem vsque: hinc ad terga vsque nudum, dextram armatam ferro, & tenentem sinistra bilancem, alatis plantis, non vt sublimis super terram in altum efferatur, sed vt terram attingere videatur, ignoretur verò occultè terræ insistere. Glaucus autem, vt arbitror, occultans hanc certaminis occasionem, solus ad coronatorem venit, & primus coronam accepit. Omnia enim bona in occasione, & diligens iaculator est, qui nouit opportuna tela mittere. Lasciniae sanè è terra in cælum volitant. Fabula enim audet in cælum cantu aues tollere. Veniunt igitur ad olorem, qui mansit in campo quodam verno, donec Zephyro ad cantum explicaret alas.

Lysippus. For. 1.
& Apul.
Occasio Dian.

Ex oratione in crudelem Egyptium.

A G Y P T I I incrementum Nilii per cubitos denunciant, & mensura metiuntur aquas, & cubitus illis materia laudis est. Dulcesque strenuos videbit trophæis minoribus mille victorias predicare. Paruus fuit in Artemisio Themistocles (etenim * supra regis maiores præclare rem gessit) maior in Psytalia, magnus in Salaminc. Illic enim totam Asiam pugnando demersit.

Plinius.

* supra, Themistocles
& in.
Vide Probum,
scu Nepotem.

E propemptica.

E T hoc forsitan rectè facis. Nam necesse utique est, eum qui laudari desiderat, etiam res illas desiderare vnde laus procedit. Non enim filius Periclis præclare gesta susceperunt, sed indigni paterna virtute existentes, ad maioris reprehensionis materiam paternam celebritatem adepti sunt. Aliorumque filij multorum fortium virorum fuere, quibus omnibus parentum gloria non ad pleniorum laudem, sed ad improbitatis accusationem fuit. Forsitan dixeris, quis igitur erit mentis cultus? Virtus & eloquentia. Illa quidem impetans & dominans eloquentiæ: hæc verò tanquam fidelis bonæ reginæ ministra, illius præcepta omni contentione perficiens. Est & multiplex virtutum cho-

Periclis filij.

Valer. Max.

tum chorus, quem totum inuenies in disciplinarum gymnasio versans, has vt nutrices & matres earum tibi concilians. Et sane dico per has illarum fruitionem aduenturam. Filij verò à præceptoribus abdicati, in urbem illam ducebantur. Midas Phryx cupiens Satyrum comprehendere, vino aquam miscet, & somno captum & sopore, Satyrum venatorum more comprehendit.

Midas Phryx. De quo Max. Tyr. serm. 30.

Ex oratione extemporanea in seditionem pone ludum concitatum.

EXORDIVM.

QVOD ergo in nostris orationibus, ó amici, medicamentum est ad discordiam sedandam conueniens? & quid nostra ars tantum efflorescere cupit, quantum Homerus de cratere Helenæ, quem Iouis proles hospitibus portigebar, in lacrymis Menelai confingit? vel Helenæ poculum non herba aliqua fuit, non ars quædam Ægyptia hylarem potum præparare edocta: sed dulcis quidam sermo & sapiens, potens inftar medicamenti iracundiam in medio pectore æstuantem extinguere. In Ægyptum pœsis fabulam trahit, vt eam matrem argutiarum insinuet. Parumne rex aliquando sapuit non permisit id Timotheus, sed cantu in cælum vsque regis animum abduxit. Immoderate ne æstuat animus? præfens ille elatum animum pulsando citharam domabat. Mœstusne erat? statim ridentem ostendebat: an voluptatibus tenebatur? post canrum statim castissimum videbas Alexandrum, & vt omnia dicam, talem videre eum licebat, qualem tibi eum Timotheus reddidisset. Mitigataura fluctus ipse Zephyrus. Orator Atticus, & oratio Græca non tollet seditionem si solum perorarit? Cum Xenophon militaret (nam & post Socratis disciplinam etiam hastam tulit), Ingenium quippe commodum & congruum. Delicatus fuit Alcibiades cum Athenis habitaret, sobrius cum Lacedæmonæ. Persas propter delicias solus reprehendit. Si verò aliquando necesse esset eum operam dare eloquentiæ, & in philosophicis exerceri, totum Lyceum & Academiam conuocabat. Textentes hanc de illis historiam.

Timotheus Musicus apud Alexandrum regem.

Xenophon Socraticus. Plutarch. in X. oratoribus. Alcibiades Plutarchus.

Ex oratione in aduentum Cypriorum.

EXORDIVM.

POETÆ Veneri Deæ Cyprium, vt Delon Apollini assignant. Cyprus enim vrbs vasta, ciues accuratè Græcè loquuntur. Mare Venerem è cælo peperit. Partus verò hos, quales aliquando sunt, sacra verba regere iubent. Opus enim erat Venerem deum concipi. Sittitur tum mare, & statim serenitatem inducit, mollibus fluctibus propter partum illum exultans. Vulgari Veneri nihil cum cælesti illa commune est. Prodnicit illa impuros, & natura impudicos amores: hæc aureos habet filios, & aurea sunt horum tela. Scopus autem eorum sunt iuuenes, & immortales animæ.

Cyprus. Versus poetæ vet.

Cirald. Plato. Es sup. pag 122.

Ex oratione in quendam Cappadocem.

NON venit Scythia telo vectus per Istrum vel Tanain, sed in vniuersam terram & mare. Eloquentia tela est Apollinis, & flumen fabulam habens dignam, quæ à Græcis audiatur. Venit ad Indos Bacchus, ad gentem, quæ Bacchi beneficium negat. Bacchæ, & Satyrus exercitus fuit, Thyrsi & Nebrides arma. Illi verò simul ac viderunt Deum, eum exceperunt, armisque deiectis, cum Baccho pugnare cæperunt. Cum autem in Cappadociæ fines pulsati sunt, in ripa fluminis tentoria figunt, cui nomen in dituri erant. Oportebat verò eos aquis lauari: mutatur fluuius, argenteaque aqua cum Indis versata nigra fit. Illi verò id quod ipsi erant, hoc & esse, & loqui fluuium voluerunt. Hinc fama iuuenem trahit: vestræ verò diuitiæ non aurum Gygis, vel Lydiæ, sed filij quidam vigore ætatis pubescentes & florescentes, visu quidem tumidi & superbi, tanquam si è medio Iouis pectore nati essent.

Bacchus. Poluentus de Bacchis.

Ex oratione, cum rogatus specimen disulit, ac postea dixit.

PERSÆ iaculandi studium fouent, omnisque vira illis in pharetra & iaculis. Legem probo, magnum indicium laboriosi pectoris. Rara enim præmia esse decet. Ante Persas

Persarum mu.

608 Persas hanc legem etiam natura sciuit, cum nemo Oceanum viderit, nisi media relicta terra extremis eius sinibus circumuagatus foret. Quis de Pyramidibus esset sermo, nisi procul hinc spectarentur, vel quis de lapide Memnonis apud Æthiopes, nisi illum mater extra omnem conspectum posuisset. Hæc vera esse, & non fabulosè dici credimus, quia lapis loquitur cum Sole humana voce, vix etiam rosam natura hominibus largitur, nec illa simul nascitur, & in aërem expanditur, sed magnam partem vigoris in calice retinet, sed autem erumpit, & aperitur. Sed neque fructus autumnales colligere licet, quando homines cupiunt, sed etsi ficus legere velis, expectas tamen tempus autumnum nominatum. Æs Dodonæum quia semper tinnit, artificium ipsum in fabulam dies inuidiosa conuertit, consuetudo enim satietatem facillè parit, & licentiam ferociâ corrumpit. Terram incolentes, mare quærimus, & rursus nauigantes mentem conuicimus in segetem. Nauta felicem prædicat agricolam, & nautam contra arator fortunatum putat. Hæc omnia pueriles lusus. Satietatem gignit consuetudo. Fugiamus fatietatem pueri. Sæpe hæc ferociâ tanquam sagitta ferit, & ipsis iam amoribus. Hoc enim aliquando prouerbio didici.

Pyramidet.

Horat. lib. 1. serm. Satyræ 1.

ἔργος τοῦτοῦτοῦ Xenoph.

Ex oratione in Musonium Proconsulem Græciæ.

EXORDIVM.

COEGISTI me theatra negligentem, & de publicis concionibus orationem auertere conantem, legem soluere. Rumpit & silentium cygnus cum audierit Apollinem lyram ferientem, & Zephyrus lyricum quid sonans ex antris ad Solem prouocat Aëdonem. Audent nautæ se mari committere, & vir Bachicus securus excitat lasciuiam. Illi cum ver mare mulcet, hic cum Bachum thyrsum sensit vibrasse. Te quidem vt puto, poetæ quidam audaculus non neglexit cum Apolline ipso componere. In tantum tibi iacula & sagittæ grata, in quantum Apollinem imitantur, incruenta perpetuò manent. Non licet cuspidi tuæ hominem interimere, sed aliquis effugit iudicium tuum, & sciuit te publicum gladium contra cædem extendere. Sic pulus benè domatur, & catulus scitè informatur, cum sine calcari domitor equum, cum sine flagello magister canem manu demulcens enutrire cupiet. Quid Cyrum Persis commendauit? lenes mores & placidi. Felix semper hæc vrbs aduersus Barbaros fuit. Nuntiat modo victoriam populo quidam è nobilibus, qui sic strenuitatem eius admirati sunt, vt apud Athenienses hac oratione statuum posuerint.

Ogym.

Cyru rex. de quo Xenophon in Cypria.

Ex oratione in Severum aduenam.

EXORDIVM.

ACHILLES etiam inter prælia lyre memor fuit, & qui campos armorum fulgore illustrabat, hic in tentorio suam citharam aptauit. Cantus argumentum, amabat viuentem Achilles, virorumque gloriam nunc bellando, nunc cantando imitabatur. De deliciis suis Dij inter se certabant. Neque Pallas armis instructa armis contendit, neque Neptunus, quo armatur, tridentem protulit. Verum illa oleam excitauit, hic fluctibus contra sonuit. Et decreto soluitur lis, & Minerva vicit iudicio, hæc tibia modulata est, altera citharam pulsauit, tertia fistulam inflauit.

609

Ex oratione ad voluptatem captandam comparata.

EXORDIVM.

CVM Musæ in Helicone ducunt choreas, omnia circum mihi cantu replentur. Cantat cicada, & fabulam cantu suo refricat in memoriam. Quia, inquit, ego olim homo cum essem semper cecini, & cum natura mutata est, non vna cum vita desiderium amisi. Philomelarum & hirundinum genus, & cygnorum copia circum Deas canunt.

Ex oratione in Vrsicum Comitem.

QVÆCUNQUE pictores, etiam poterunt oratores, omnis potius imitatio ad orationem comparata minor est. Narrant Abarim philosophum genere hyperboreum,

Abaris philosophus.

DDD

seum, lingua quidem Græcum, veste habituque Scytham fuisse. Sin alibi locutus fuerit, hoc è media Academia, & Lyceo existimari. Dicitur Triptolemus sublatus esse à Cerere, vt pastoralem mensam suam tritico commutaret. Venit Athenas Abaris instructus sagittis, humeris portans pharetram, astricta chlamyde, circa lumbos aurea erat zona, femorale ab imis pedibus in nates vsque extensum. Hanc vbi que orationem repetimus, vt in harmonia lyrica cum animo consonantem. Comis fuit in conueniendis, in rebus magnis tacite peragendis industrius, in re præfenti videnda peracutus, in futura præcauenda circumspectus, sapientiæ cupidus, amicitie cultor, pauca committens fortunæ, omnibus tamen ob prudentiam commissus.

Ex oratione in Severum collegam.

Quis magis illo, vel cum celeritate iustitiam sectatus est, vel cum ratione sectatus, magis eam publicè demonstravit? quis sic in agendo subtilis, quis in puniendis fontibus ita tardus? Quis aded auri victor, quis ita cupidus humanitatis, & tantæ erga miseris clementiæ? Maturus quidem in verbis, in rebus & operibus maturior. 610

Ex oratione in Cylaceum Graciæ Procos.

CLYPEVS auro coruscat, & Vulcaniam refert artificio dextram, quæ sola ob sapientiam artificio naturam valet adumbrare. Mæander Cariæ fluuius, quantum magnitudine à Nilo superatur, tantum natura superat terra, quam Ægyptiis largitur, de hoc fabulam fingit. Ille verò nautis mare eripiens, agricolis dedit aratris pro aquis sulcos scindere. Videas campum, vbi prius fuit mare, videas lasciuientes hinnulos loco delphinorum, loco nauæ hortantis, pastoris sonantem fistulam audias.

Ex oratione in aduenas Ephesios.

EXORDIUM.

CVM Apollo diuinatorium tripodem collocans omnibus oracula redderet, omnes gentes omnesque vrbes fama hac ad Deum attrahebantur.

Ex oratione in populares suos.

EXORDIUM.

ETENIM iam demum tempus est, iuuenes, etiam ciuibus lyram nostram adaptandi. Quid urbem proferre dicemus? sed cum non in curribus nos vehamus, neque studia poetarum amplectamur, age, viris & oratione urbem muniamus. Quid ex omnibus magnam Homeri famam in furorem egit? num virorum gloria? Ego virtutem quero, & ob hanc viros celebrare cupio. Principum virtutis duplicia sunt indicia, cum regis decreta, tum subditorum amor. Cum subditis amorem, cum operibus natura par est considerari, & aliquis reperiet opera æqualia cum natura, à qua dirigitur. Quænam principum naturæ signa? acerrimo esse iudicio, sublimi animo, in beneficiendo promptum, moribus esse popularibus, eloquentia si dicendum esset, Periclem vincere, si quid agendum, Alcibiadem imitari, urbem potius amare, pecuniasque potius contemnere, quemadmodum Periclem fecisse diximus, in agendo vehementiorem multò esse Clinia, ad agendum vel sine arte lyra quavis aptiorem esse. Talem aliquem Proteum esse Ægyptiæ fabulæ ostendunt, cum eundem nunc in aquam, nunc in arborem, & flammam mutant. Promptitudinem naturæ per hoc significare volunt.

Ex oratione in Priuatum Romanum.

AMOR ignis Eleusini traxit etiam Anacharsim Scytham ad mysteria.

Ex oratione cum Corintho reuersus esset.

SI casus aliquis corpora separatet, animo tunc prospiciendum, & amore amor amicorum non est disiungendus: agnosco affectum, animum meum explicat poetis.

E pro-

E propemptica in Ampelium.

EXORDIUM.

SOLVS è Græcis, è adolescentibus, huius fugæ laqueos reperiam. Heri fugam minatus est currus, hodie visus est meis retribus constrictus esse. Fertur Alexander ventis materiam artificibus dedisse, ita vt Lyppus & Apelles formam ipsius partiti, ille quidem coloribus, hic vero ære naturam regis explicuerint. Cum verò oratio corpus transcendens, cum animi venustate & decore coniungatur. Sit & hæc vera delineatrix, nullum gubernatorem peritum omni habens navigatione. Infinitum cum inopia confunditur. Exercitatio præsumit artem quam didicit. E carceribus ad calcem cursum dirigit. Facilis es? communis hæc est virtus. malum odisti? cum malo etiam bellum gessit. Iniuistorum naturam donorum fugisti? ipsæ etiam animæ suæ ianuam damnoso auro, iustitiamque coarguenti oclulsi. Nouerat enim iustitiam non esse cum tennibus opibus infamiam, sed cum improbitate diuitias, virtuti inimicas & gloriæ. Hæc initium laudum est, quia & initium rerum. Hoc verò deinde, quid quis dixerit? quid obseruauerit? Dicere enim infinitum est, non dicere ingratum. Quemadmodum illi qui pulchras statuas intuentur, conuiciunt oculos in eam quæ primo occurrit, deinde aliam post aliam spectantes dubitant quam prius conspiciant. Potius verò (quid enim mihi opus antiqua similitudine?) vt ij qui aliquam è multis nouis statuis nouam vident, 612 aspicere summam omnes è pulchritudine quæ est, in toto circumfusâ coguntur, particulatim verò alia alio ducente cupiditatem, admiratione spectaculum abrumpunt: sic & facta tua vndique conuenientia aliam historiam postulant, nec his orationis terminis includi volunt. Quis facta tua, vel iustitiam, vel priuatam operam, vel reipublicæ curas, inopia prouidentiam, vel principum temperantiam cum clementia, dicere posset? Propter te Sparta sordidum crinem in venustam cæsariem commutans, in delictis agit. Quis infinitam edificiorum copiam pro dignitate recenseat? Sufficit Pericli ad commendationem Propylææ, & Parthenon, & Dario domus regalis, aureaque vitis Artaxerxi Theodori Samij opus, cum Medus ille inuile hoc opus aduersa natura in delictis haberet. Tu autem à Thermopylis incipiens, ad vsque extimum Peloponnesi recessum, omnem locum medium vrbes esse declarasti. Fuit quidam vicus Colyttas in vrbe meditullio vocitatus, populi quidem habens nomen, sed fori vsu celeberris, antiquus gloria, venit ille huc fama ductus. Videns verò naturâ loci admiratus est: ornatu verò vrbis magis confusus est, non tamen desit in re gerenda propter urbem pudore suffundi. Tu verò fabulas credibiles esse ostendisti. Cum lapides tui amantes ingemiscant, & lacrymas libent velut ab amata separatus furtim amasus, vt ego vereor, ne tui desiderium damnum aliquod excitet, & aliqui naturam commutantes, in florem aut arborem conuersi fabula absurda fiant.

Ex oratione in Anatolium Præfectum.

IVTTER per Mercurium è cælo tesseram mittens, apud Homerum, iussit Achillem socij casum deplorantem arma sumere. Agedum ergo etiam nos tanquam cælesti aliquo impulsu in festiuitate dolorem soluentes, Apollini cantemus. Nos nostris artibus magnum illum principem cepimus. Non hæc sunt nugæ, aut Attici sales, Bacchum è Thebis peregrinum, Neptunum è fluctibus amantem, sicuti ad urbem Lacones ludunt, sed verum colloquium, sed institutio & sanctio, radix bonorum & initium. Ipse verò hoc germine animum suum plantat, Atticis irrigans aquis. Semper verò omnia pulchra rara, & immortalem gloriam intelligentibus conciliant. Primus sapiens Anacharsis è Scythia in Græciam venit: Primus Pelops è Lydia immortalibus in serenitate uictus equis, & mercedem nouæ diuisionis accipit, vt dederit regioni cognomen. Et laus illa quidem adhuc in littoribus: fluctuat verò oratio, non videns portum apparentem. Optimum igitur forsitan fuerit, hunc imagine eius naturam 613 experimentem, Phidiam in eo imitari. Non ignorabat Phidias, quis & in quibus Iupiter esset, scilicet animo sapientior quàm dextra. Cupiens igitur vna imagine Iouis ingenium exprimere, auro commiscens ebur, Eleis quidem Olympium, aliis hominibus Iouem vna imagine sculpsit, vt est, effingens. Volo tibi è diuinis coloribus tabulam pingere:

DDD 2

gerc:

CLVS
ALEXANDER.

ALEXANDER.
DELUS.

HOMERI FAMAM.
PRINCIPIS DOTES.

PROTEUS.

ALEXANDER.

ΔΕΙ Ξ ΚΑΛΩ ΣΤΑΔ.
110.
ANACHARSIS.
PELOPS.

PHIDIAS.

gere: terreni enim colores tempore eluuntur: sententiam verò & opinionem, si cui placet nominare tabulam, non contendam. Quandoquidem & mihi hoc ingens corpus improbitatis morbo (quod terram quidem pios centrum diuini illius mundi putamus) tunc Lacheseos fufus cælum tela penetrans, è Iouis penetrabilibus animam sinceram trahit, diuinatum Imaginationum substantiam ad nos transferentem. Hæc parit iustitiam, hæc fortitudinem, ex illa propriam sententiam purè ipsa anima habet: hanc verò sequitur magna virtutum similitum societas, sublimitas mentis, excellentia animi, libera vox, manus beneficiis non allidendæ, amicitia studium, veritatis amor, incommutabilis sententia ex amicitia virtutem non diiudicans, sed virtute amicitiam ponderans.

Ex oratione in Phæbum proconsulis filium.

EXORDIUM.

Iocratione. SAPIENTIAE initiis humilior lingua responsuri, verisimile puto fore, vt sophisticis etiã rationibus occurrant. Iocrates sophista: notum omnibus hoc nomen cum orationibus puto, quia ob illum Sophista poetica negligentes, propriam legem amplexi sunt, oratione quidem semper eloquentia amatoribus regalia scholarum suarum patefecit.

Ex oratione in Arcadium medicum & principem.

Democides Medicus. DESCRIPSIT pueros circum thalamum ludentes, & suis eos fistulis facit specimen exhibere. Nunc verò aliud certamen, aliud stadium, Musarumque delubrum sacris sacerdotibus apertum ab amicissimis aleatoribus. Aiunt Democidem illum Crotomatam, primum Græcam [medicinam] apud Barbaros coluisse.

Epropemptica in socios aduenientes.

Animus species. ANIMOSVS, orationi miscens affectum, & fortis audiuit: vita mollis, mensuram ponens naturæ, temperantiam assumpsit. Mare mutat naturam in multas formas. Purpurascit quidem cum in tranquillitatem sedarit fluctus, obscuram verò speciem habet cum fluctibus turbatum efferatur.

Epropemptica in Flavianum.

Seuæ indidiorum Dii Viales. CONIECISTI me, meliorem parantem lyram, ô amice, vt te scilicet post Africam salutarem, repente fugiens in in amœnam Musam. Visum nondum est ver, & tempestas Hellepontica irrumpens animam suffocauit. Nondum Solem vidimus, & radios auersus mutauit, Græcisque noctem inducere minarus est. Prius ingemiscimus, quàm riserimus, prius diis viarum præsidibus vota dedimus, quàm sacrificia te reduce fecerimus. orationem timidiorẽ quàm dextram coargui, ea præstare negligentem, quæ cera & ferrum audent. semper enim gloria ex Africa in Græciam profecta est, venturum quidem fecit iocantem & ludentem, quales pictores in tabulis artificio suo ebrias Lydas faciunt. Parum igitur orationem è medio trahemus, & deinde de Africa liberè fluere permittemus. Nemo vincit, quia omnia admiratur, sed oratio amorè secuta tanquam violentum fluxum, parum ad aliam viam delata deflexit. Reducenda igitur oratio ad Africam. Pericles accusatus est vt eloquentia nemini præsecundus, accusatus est Themistocles, vt mente tardior atque obrusior, Plato propter ingenium, ob leges Solon, & norit omnes, vnum quemq; vt solis, vt omnibus sic exsultare. Quid faciam? quid consilij capiam? mittam ducem Romanis? Lautus populus sobrium ignorat aurigam. Celeriter mihi Carthago indignatur, vrbs supra Africam ob virtutem Romanæ vrbs æmula, vrbs totam Italiam suis ornamentis depascens, vrbs propter id non prima, propter quod Romam veretur. Periclitatur mihi magna vrbs, & tota continens malè gubernatur. Mittamus ipsam magnum victoriæ aurigam. Nouit hæc rex, & aureq; statim tabellæ sententiam præcesserunt. Cùm huc in oratione venissem

Quid primum, quid deinde canam, quo sine silebo.

Mouentur enim vndiq; negotia, æquale est & dubium æquè & non dicere, & dicere: hoc multitudine, illud verò magnitudine prohibetur. Dicendum igitur non quod res est, sed quod licet. Videntes autem eundem per pratum vt per tranquillitatem classem instruere, & in fluctibus tanquam in portu ludentem, hi quidem tanquã aërem amato-

rem desiderant, hi metuunt tanquam omni metu superiorem, excellentiorem pompam duxit quam Vulcanus. Contra fluctus sonat populus, & contra impetũ applausus ex vrbe, & fremitũ maris Carthaginensis clamor cõpleuit. Veniam dent omnes, & senex & iuuenis, si adhuc loquar. Sciuit enim sciuit amor orationem propriam facere. Hic morbo laborauit maiore quam fortuna sua pateretur, iniquitate non minore. Et vero. Nemo miretur an hæc ille contra hunc virum ausus fuerit. Viri boni, qui ante nos fuerunt, à malis hominibus accusati sunt. Accusauit Periclem Cleon, fugit Hyperbolũ Nicias, in crimen vocauit Demades Demosthenem, Cleopha Alcibiadem proscrispit. Vir Seriphus conuiciatus est Themistocli. Nam qui excellentiori fortunæ inuidet, cogunt audaciæ adquare dignitatem minorem. Hic vero maxime ostendit, quod medium virtutis & calliditatis constituit.

Accusati.

E DIODORO SICULO CCXLIV.

Excerpta.

DIVERSO è Diodori Bibliotheca libros legimus, tricesimum secundum [tricesimum quartum] quadragesimum octauum, tricesimum primum, secundum, quartum, sextum, septimum, è quibus hæc descripsimus.

Inserta hæc m. per. L. Rhod. manus editioni.

Multi, ijque diuersi tradidere, multos è specie qua femine putabantur, in virilem & sexum & naturam transiisse. Cæterum Diodorus res Alexandri Cælo-Syriæ, & Antiochiæ regis prosequens, hæc ad prodigium addidit. Cum Alexander, inquit, victus è pugna in ciuitate Arabiæ Abas ad Dioclem regem, apud quem & filium Antiochum adhuc infantem deposuerat, cum quingentis aufugisset, ecce duces illi Heliadis, qui sese Alexandro coniunxerant, de proprio commodo legationem clam adornant, & dolo sese Alexandrum necaturos promittunt. Annuente vero postulatis Demetrio, non modo regem suum prodiderunt, verum etiam interfecerunt.

Non est prætereundum prodigium illud, quod mortem Alexandri præcessit; licet fortasse propter nouitatem fidem excedere videatur.

Paucis ante diebus, cum iuxta Ciliciam Alexander rex oraculum consulere, quod Apollinis Sarpedonij templum ibidem diceretur, respondisse fertur illi Deus, eum vt locum caueret, qui geminum Deum protulisset. Ambiguum tunc temporis, & obscurum visum est; post regis autem mortem, verum oraculum fuisse ceptum est intelligi, his de causis. Diophantus quidam è Macedonia in ciuitate Abis in Arabia habitabat, qui ducta vxore Arabissa, filium genuit eiusdem nominis Diophantum, & filiam nomine Heraidem. Filium, antequam iuuenesceret amisit, sed filiam nubilem cuidam Samiadi doratam dedit: qui exacto vno cum vxore anno, procul à domo peregrinatus est. Herais autem, vt dicitur, interea in nouum omnino morbum, & sane incredibilem incidit. Nam ingens circa aluum natum est tuber, quod cum indies excreceret, & locus intus condensaretur, consuluntur medici. hi vlcus circa ostium vuluæ esse afferunt, quocirca adhibent medicamenta, quibus tuber hoc possint suppressere. Septimo autem die disrupta summa cute, excidit ex pudendo inguen adiunctis testibus, & hæc ruptio hicq; affectus nec medico, nec quoquã externo præter matrè duasq; ancillas præferate accidit. Itaque rei nouitate percussa, omnem curam Heraidis gerunt, & id quod accidisset occultant. Mulier vero liberata morbo, sumpta veste feminea, domestica exercitia, & uxoria exequitur. Qui prodigium cognoscebant, iudicant eam Hermaphroditum esse, & ideo virile quoddam gestasse, quia coiens cum viro contrario naturæ modo coiuit. Latuit hoc externos. Reuersus autem Samiades, vt par est, super vxore rogitat, quæ præ pudore non fuit ausa comparere. quod acerbe ferens Samiades, insistit amplius, & consortium cum vxore sua postulauit: patre vero renuente, & causam dicere erubescente, magna orta est contentio. Itaque pro vxore sua socero diem dicit, & vt fit in dramatis, prodigium fortuna in crimen conuertit. Cum iam iudices confedisissent, & causæ essent allatæ, adesse iubetur persona de qua contendatur: iam vero dubitant iudices, vtrum viro coniugem, aut filiam patri adiudicent; censent tandem id veritatem indicare, vxorem viro esse adiungendam. Ipsa mox audacter vestem fictam sol-

DDD ; uen,

uens, ostendit palam virum sese esse, lamentabilem tollens vocem, ad quid cogere virum cohabitare viro? Obstupefcere omnes, & admirabili voce se percussos testari. Tunc Heras remoto pudore, virilem habitum reiecto femineo memoratur assumisse. Medici autem his visis sic dixerunt: Eodem loco & femineam & virilem sexum regi, & pelliculam quæ testes tegetet, nouo more pertuam factam esse, quo retrimenta naturæ transirent; quate patentem illum locum obducere, & claudere, virilemque naturam promptam reddere coacti sunt, omnibus adhibitis medicamentis. Heras vero induto nomine Diophanti conscripta est inter equites, & militans vna cum rege Abas fecerit. Tunc vero oraculum quod antea occultum fuit, verum fuisse apparuit. Nam Abas cum rex confugisset, ibidem etiam biformis Diophantus fuit. At Samiades quod amoti primoque matrimonio seruisset, pudore, & contra naturam nuptijs initis afflatus, Diophantum heredem bonorum suorum scripsit, & sibi ipsi vitam eripuit. Vide quomodo femina virilem animum & audaciam assumat, & vir femina fiat imbecillior. Simile priori triginta post annos in Epidaurio prodigium contigit. Kallo quædam fuit Epidauria parentibus orbata, quæ puella esse videbatur. Habebat enim ea quæ feminis natura concessit, verum non peruia iuxta hunc locum, alia via à natiuitate excrementa naturæ transmittent. Ad ætatem nubilem ubi peruenisset, nupsit cuidam ciui, duosque annos in matrimonio cum viro exegit. Sed coniunctionem feminis vitæ non admittens, inqersam, & contra naturam sustinere debuit. Post autem multis doloribus circa vterum ingens oritur tuber, quod è multis medicis, qui eo confluerant, nemo sanare potuit. Phæarmacopola vero quidam se curaturum promissit. Hic tumentem illum locum aperiens, virilia membra & testes, & virgulum non peruiam inde eduxit. Rei nouitate omnes obstupescunt. Phæarmacopola nunc reliquis partibus læsis medicatus est. Primo quidem summitatem pudendorum parum secans, perduxit vsque ad initium vesicæ, & fistulam inseruit argenteam, qua excrementa pertransirent, locum vero ante patentem sanauit, & clausit; quare hoc loco sanato, duplicem mercedem poposcit; primo quia mulierem liberasset à morbo, & virum ex ea perfectum perfecisset. Kallo vero virili veste sumpta, & viri moribus, reiectis radio textorio, & mulierum opificio, vna littera nomini adiuncta, scilicet. N. Kalon votitata est. Narrant quidam illam antequam in virilem formam mutaretur, Cereis sacra vitis ipsis non aduenda, vidisse, & ideo impietatis accusatam fuisse. Similia Neapoli, & alijs in locis plurima facta dicuntur prodigia, non quod masculinus & femininus sexus in geminum locum collocatus sit, quod fieri non potest, verum quia natura aliqua membra corporis in hominum stuporem, & fraudem falso describat. Quare nos hæc digna censuimus quæ litteris non oblectationis causa legentium, sed utilitatis mandarentur. Multi enim superstitiose purant hæc prodigia esse, nec solum rudes, sed etiam integræ gentes & vrbes. Fama est iuptio belli Marfici, iuxta Romanam Italum quendam Androgynum vxore ducta prioribus non abfimilem, reum factum apud Senatum fuisse, qui superstitiosus nimium, & à Tyrrenis aruspiciibus persuasus, hominem viuum iussit exuri. Verum senatus ignorans morbum, iniuste hunc similis participantem quidem naturæ, non reuera autem monstrum, damnauit. Non multo post Athenienses eadem de causa morbum ignorantem, quendam viuum ait exulisse. Nugantur etiam quidam Hyænas vtriusque naturæ esse, & intra annum sibi inuicem coire: sed res tota falsa. Nam vtramque naturam simplicem, & non permixtam habent, & male tradiderunt ij, qui temere obseruauerunt. Muliebri sexui adiacet quiddam simile secundum naturam parti virili, & virili contratio modo quod referat speciem muliebris. Hæc quidem de omnibus animalibus non crescentibus, & ad perfectum incrementum pertingere non valentibus, quamuis multa & varia teuera accidant prodigia, dicta sint ad superstitutionem tollendam. Hæc Diodorus circa finem libri tricesimi secundi Historiarum profequitur, licet etiam * alij, & plurimi de prodigijs scripserint.

Ex libro tricesimo quarto.

Indai, Obidenti, inquit, Antiocho regi Hierosolyma, eo vsque Iudæi testiterunt, donec necessaria omnia defecissent. Tunc de componenda re legatos miserunt, & eos plerosque regios amicos. Iraque suaseri regi, vt violentet vrbem dirueret, & gentem Iudæorum funditus euertret. Solos enim eos esse qui cum alijs gentibus nihil habeant commune,

Androgynus.

Palladius de Hyænis in Sita Macarij & fortasse Busbequii in legatione Byzantina.

* Iulius obsequens T. Linius. Plutarcho. Dion & alij.

619 **C**omune, & omnes in hostium numero ponant, & clarum esse quomodo maiores eorum, vt impij & execrabiles à Dijs ex omni Aegypto expulsi, & quomodo leprosi confertim loco mandationis velut desertandi profugi eiekti sunt, & mox Hierosolymis loca contermina arripientes hanc gentem ordinauerint, & odium erga omnes homines induerint. Quare & aliam omnino vitæ institutionem complecti, nec cum alia gente omnino velle comedere, nec etiam velle benefacere. Ad hæc ei maiorum odium suorum erga hunc populum in memoriam reuocarunt. Antiochus enim dictus Epiphaneus deus Iudæis intravit Sancta Sanctorum, adijt solis sacerdotibus adeunda, & inuenit ibidem lapideam statuam viri barba promissa, tenentis manibus librum insidentisque asino, quam putabat Mosis esse, qui vrbem & condiderit, & gentem fundarit, & odiosas illas omnibus gentibus leges tulerit. Ipse vero cupiens obducere odium omnium gentium leges dissoluere conatus est. Quare statuæ conditoris, & altari Dei subdiali porcæ ingentem sacrificauit, & sanguine illos perfudit, & carnem coquens, iussit sacros eorum libros, qui leges continerent, iure illo corrumpi, & obliterari: ignem nunquam deficientem, & semper, vt aiunt, ardentem, in templo extingui, & carnem suillam summum sacerdotem, aliosque Iudæos comedere cõegit. Hæc narrantes illi amici, Antiochum vehementer ad totam gentem perdendam, aut saltem ad euertendas leges, & vitæ institutionem mutare cogendum incitarunt. Verum Rex magnanimus, moribusque mansuetus, impositisque tolerandis tributis, & muro priuans ciuitatem Hierosolymorum, acceptis obsequijs Iudæos crimine liberauit. Hæc Diodorus de Mosâica institutis & legibus de conditore Hierosolymorum, de exitu ex Aegypto mentitur. Et in reprehensione Iudæorum in mendacio perseverans, ne sibi ipsi contradicere videatur, tanquam alios narrantes inducit, quibus Antiochi amicitiam adiungit. Hæc quoque de Iudæis libro quadragesimo Bibliothecæ habet.

Ex Quadragesimo circa medium.

620 **S**cripturus bellum contra Iudæos par esse existimauit principium prius & ortum huius gentis & instituta recensere. Multi apud Aegyptios olim perniciosæ huius calamitatis causam ad Deum referant. Cum multi & varij peregrini Aegyptum incolerent, diuersis sacrificandi ritibus, factum est, vt patrij erga Deos cultus deficerent, quod incolæ, nisi alienigenas dimitterent, malorum indicium fore suspicati sunt. Statim itaque ex eiektis profugis præstantissimi efficacissimi que (vt quidam nugantur) in Græciam, locaque vicina illapsi sunt, præstantes habentes doctores, quorum principes Danaus & Cadmus exstiterunt. Reliqua vero turba eam regionem, quæ nunc Iudæa dicitur, non procul ab Aegypto distantem, & in illa vsque tempora penitus deserant occupauit. Hanc porro coloniam Moses prudentia & robore cæteros excellens deduxit, qui hanc regionem inuadens, multas vrbes condidit, & vnam quæ nunc celeberrima est appellatur Hierosolyma; maximè autem religionem & cultum eis colendum dedit, venerationes & sacrificia edocuit, & de ijs quæ ad temp. pertinent leges tulit & decreta. In duodecim tribus populum diuisit, existimans hunc numerum esse perfectissimum, & anno duodecim mensibus completo perfimilem. Imagines Deorum omnino non sculpsit, quod putaret humana Deum non videri forma, sed cœlum terram ambiens esse Deum, & omnia suo imperio gubernare. sacrificia vitæque rationes diuersas prorsus ab alijs gentibus ordinauit. Nam quia externos vrbe sua interdicerent, odiosam sanè vitam, & alijs inuisam induxit. Iussit insuper vt qui genti præellent, grati essent populo, & maxime auctoritate potentiores, quos sacerdotes esse voluit, & eos præcepit circa altaria Dei que cultum & sacrificia exerceri, & ex his optimos iudicio viros iudices constituit, quibus & legum instituti que custodiam attribuit. Non ordinauit Iudæis Regem, sed imperium populi ei censuit committendum, qui prudentia & virtute inter sacerdotes alijs præstare videretur; hunc summum Pontificem appellant, quem velut nuntium sibi diuinorum præceptorum esse ducunt, hunc edicta in populi congregationibus & concilijs, ait proferre, cui Iudæi ita obtemperant, vt statim Pontifice loquente cadentes in terram adorent. Additum est in fine legis, Hæc Moses loquitur Iudæis obediens Deo. Magnam etiam bellicarum institutionum curam adhibuit, iuuenesque ad tolerantiam & fortitudinem, & ad omnem malorum patientiam exerceri voluit. Multa quoque contra varios populos bella gessit,

Moses. Vide Strab. & Iustin.

magnam.

magnamque subgens regionem forte eam diuisit; æquales populo portiones, sacerdotibus maiores assignauit: vt latiores terminos possidentes, continenter sine vlla molestia Dei sacrificijs occuparentur. Nec etiam licitum erat pauperibus portiones proprias diuendere, ne aliqui per auariciam cõmentes inopes excludant, & in causa sint vt populus minuatur. In regione pueros alii voluit, qui exiguo sumptu alebantur, & ideo copiosa & fecunda semper Iudæorum natio exiit. Diuersi quoque ab alijs in nuptijs & sepulchris fuerant. Sed propter accessiones quæ postea è multis victorijs acciderunt, monarchia quarta scilicet Persarum, & deinde Macedonum, multa patrijs Iudæorum institutis decesserunt. Ita hic de moribus & legibus maiorum, & discessu eorum ex Aegypto, de quæ sacro Mose, in multis mentitur, plurima etiam non attingens. In accusationibus quas contra veritatem profert, desleat, ad alium dictorum narrationem referens, Subdit enim statim. Hæc de Iudæjs Hecataeus Milesius tradidit.

Vide Iosephum
lib. I. aduersus
Appionem.

E libro quadragesimo octauo.

Quæ Iouiano Imp. ab aliquibus mortis causa fuisse traditur, vt scilicet dormiens in domo recens in albat, & igne propter humorem excitato, vaporibus è madida calce prodeuntibus extinctus sit, hanc sponte Catulum subijisse longo ante tempore narrat Diodorus; nam in libro quadragesimo octauo initio hæc habet. Cinnani & Mariani consilium inierunt cum præstantissimis ducibus, vt firma in pace viuerent, & tandem ita concluderunt, vt inimicorum clarissimos quosque, & de imperio contendere valentes interficerent, vt scilicet pura factione eorum reddita, reliquo tempore, vt vellet sine timore cum amicis suis remp. administrarent. Quare statim pactas conditiones & fidem neglexerunt, & cædes condemnatorum impune & vbique factæ sunt. Quo vero Lutatus Catulus, qui clarissimum de Cimbris triumphum egerat, populo prius carissimum à quodam tribuno plebis apud populum reus mortis factus est, quare metuens periculum ex accusatione, speransque auxilium aliquod ad Marium se contulit: ipse autem antea amicus eius, tunc elatus superbia, secius erga eum affectus est, nullumque aliud responsum dedit nisi, *Morendum est.* Catulus vero desperata salute properans sine iniuria vitam terminare, seipsum vita priuauit, idque nouo & inusitato more, nam includens seipsum in domo recens dealbata, & vaporem è calce igne & fumo excitans, respirandi facultate impeditus extinctus est.

Ex tricesimo primo.

Hæc dum geruntur, Romam venere legati Rhodiorum, ad diluenda quibus impediti fuerant crimina. Videbantur enim in bello, quod aduersus Perseum gestum est, animis ad regem inclinasse, & quam cum Romanis habebant amicitiam, prodidisse. Cumque nihil legatione sua proficerent, despondebant animos, & cum lacrymis colloquia habebant. Cum autem eos in senatum introduxisset vnus tribunorum, nomine Anronius; primus orationem de legatione habuit Philoptron: & secundum eum Astymedes. Hi cum multa suppliciter & deprecatorie dixissent, & ad extremum (vt est in prouerbio) cygneam cantionem cecinissent, ægrè responsa acceperunt, per quæ ab extremo quidem metu liberati sunt, sed de criminibus acerbè obiurgati. Quare licet apud Romanos videre præstantissimos quosque de gloria contententes, per quos omne æne maxima à populo perficiuntur. Sed in alijs vrbibus sibi ipsis omnes inuident, Romani vero inuicem laudant. vnde euenit optimè & fortissimè rem vt gerant, temp. amplificare studentes, & alij iniuste sentientes, & seipsos circumuenientes patriam perdant.

Perseum vltimum regem Macedonia, postquam is sæpe cum Romanis amicitiam iniit, sæpe item nouo contemnendo exercitu bellum gessit, tandem Aemilius debellatum cepit, & præclarum ob eam victoriam triumphum egit. Perseus vero tantis agitata calamitatibus, vt similes esse videantur eius casus fabulis rerum nunquam gestarum, ne discedere quidem è vita volebat. Priusquam enim senatus de eo pronunciaisset, quid faciendum esset Urbano Prætori, coniecit eum in carcerem, qui est Albæ, cum natis. Est autem carcer ille, antrum subterraneum profundum, magnitudine maximè, quantum est cenaculum octo lectorum. Estque tenebrarum plenum ac fætoris, propter multitudinem

multitudinem hominum rei capitalis damnatorum, qui in eum locum traduntur, quorum maxima pars illis temporibus hic claudabatur. Concluis enim in tam angusto loco tot hominibus, efferebantur miserorum corpora, & confusis inter sese omnibus, quæ vel ad victum, vel ad alios vsus pertinent, tantus fætor existeret, vt nullus accidentium facile durare posset. Igitur ille per dies septem loco hoc miseriam pertulit, vt etiam extremæ conditionis hominum & statutum cibum accipientium ope indigeret. Hi enim eius vicem propter infortuniorum magnitudinem dolentes, quæ ipsi accipiebant, hæc ei benignè lacrymantes impercebant. Igitur ei gladius ad occasionem, & restis ad strangulationem proiectus est, data vtriusvis optione. Verum nihil tam dulce miseris videtur quam vivere, etiam si mortè dignam miseriam patiantur. Actandem in his necessitatibus vitam finiuisset, nisi M. Aemilius curiæ præsidens, & suam dignitatem & patriæ æquitatem retinens, Senatorem cum graui reprehensione commoneficisset, vt si humano metu non terrentur, at Nemesim vlticem certe vererentur, quæ in eos animaduertere solet, qui potestatis superibè vruntur. Itaque ille in mitiorem datus custodiam, & vanas spes fouens, similem superioribus casibus exitum vitæ sortitus est. Postquam enim biennium vitæ cupidus durauit, cum custodes barbaros offendisset, prohibitus est ab illis somno frui, atque ita vitam finiuit.

Dicunt sese (inquit) Cappadociæ reges ad Cyrum Persam referre genus suum, contenduntque prognatos esse se vno septem Persarum, qui Magum occiderunt, & ductam quidem à Cyro cognationem sic enumerant. Cambyse Cyri patris sororem fuisse germanam Atosiam. Ex hac & Pharnace Cappadociæ rege natum fuisse Pædagagum, & huius filium fuisse Smerdim: cuius porro Artamnam: & huius Anapham, qui fortitudine & audacia excelluerit, & vnus septem Persarum fuerit. Igitur suam ad Cyrum cognationem sic enumerant, & ad Anapham, cui perhibent propter virtutem sic concessum fuisse Cappadociæ principatum, vt Persis tributa non penderet. Eo vita defuncto imperauit eiusdem nominis filius. Post cuius obitum superstitibus duobus

624 filijs, Datama, & Arimnæo, successisse imperio Datamam, virum & bello & alijs regni partibus laudatum, qui cum Persis prælio congressus & strenue præliatus, in eo occubuerit. Regnum accepit filius Ariamnes, cuius fuere filii Ariarathes & Olofernes. Is Ariamnes cum annos quinquaginta imperasset, nec vllum opus dignum memoria fecisset, obiit. Eius in imperium successit natu grandior filius Ariarathes, qui supra modum amasse fratrem dicitur, & ad clarissimos ordines euexisse, atque idem cum Persis aduersus Aegyptios missus, belli socius fuisse, & cum magnis honoribus reuenuisse, quos Persarum rex Ochus propter virtutem in eum conferebat, vitamque in patria reliquisset, superstitibus filijs Ariaratha & Arysa: frater autem & Cappadociæ impetium habens (nec enim germanam prolem habebat) grandior fratris filium Ariarathem adopravit. Per ea tempora Alexander Macedo Persas debellauit, deinde obiit.

Alexander Magnus. Et Perdiccas omnium tunc rerum gubernator, Eumenum misit duce Cappadociæ, ac debellato Ariaratha & in pugna interfecto, tam ipsa Cappadocia quam finitimæ regiones, in Macedonum potestatem venerunt. Ariarathes vero postremi regis filius in præsentia desperans, concessit cum paucis in Armeniam. Haud multo post tempore, Eumene & Perdicca mortuis, & Antigono ac Seleuco subsecutis, ille acceptis ab Armeniorum rege Ardoata copijs, & Macedonum duce Amyntam interfecit, & Macedones celeriter è finibus eiecit, domesticumque imperium recuperavit. Habuit hic tres filios, quorum natu maximus Ariamnes regnum accepit, qui affinitatem contraxit cum Antiocho cognomine Deo, eius filiam Stratonicam Ariarathæ filiorum suorum natu maximo collocauit. Cumque esset filiorum supra modum amans, puero diademam imposuit, eum totius in regno imperij atque iuris ex æquo secum socium fecit. Mortuo patre Ariarathes solus regnauit, & è vita discedens regnum filio suo admodum puero reliquit. Hic duxit in vxorem filiam Antiochi magni, nomine Antiochidem versutam admodum. Hanc, cum liberos non gigneret, supposuisse ferunt sibi duos filios ignorante viro, videlicet Ariarathem & Olofernem. Aliquanto post tempore cum semen suscepisset, ipsam præter spem peperisse duas filias, & vnum filium, nomine Mithridatem. Actunc virum ex subditis consuluisse, & fecisse vt grandior cum mediocribus facultatibus Romam mitteretur, & iunior in Ionia, ne

de regno cum germano filio contenderent. Hunc aduultum Ariarathem adunt cognominatum, & litteris Græcis imbutum, atque ob cæteras virtutes laudatum fuisse. Et 625 pater quidem filio patris amanti studebat se vicissim amantem filij operare: atque eosque processit eorum mutua benevolentia, vt pater toto imperio cedere filio certaret, ille contra demonstraret fieri non posse, vt à parentibus adhuc viuentibus eiusmodi beneficium admitteret. Hic, postquam parentem fata vocarunt, regnum accepit, tum in reliquis vitæ moribus eximium se præbens, tum Philosophiæ operam nauans. Quo factum est, vt Cappadocia olim Græcis ignota, tunc eruditis fuerit receptaculum. Idem cum Romanis amicitiam societatemque renouauit. Aliaque plurima de relatione regum Cappadociæ præsentium vsque ad Cyrum.

Vide Cicer. epistolæ.

Ex eodem.

Imagines Rom. in funere. Vide Facium & Eruenat.

DE L. Aemilij, qui Persem debellauit, sepultura hæc habet, quæ propter ista maxime dicit illustrè. Solent enim Romani qui nobilitate & maiorum suorum gloria præstarent, mortuorum imagines ad similitudinem vitæ, totiusque corporis delineationem effingere, vt vitæ seriem seruantes, & iuxta imaginis cuiusque propriam virtutem haberent quos imitarentur. Eodè modo vnusquisque è parentibus eiusmodi statuas, & ornamenta habuit & præcessit, vt ex eorum picturis quisque intelligat, quantas in repub. dignitates singuli & honores gesserint. Nominat Hispanos & Lusitanos. addit enim quomodo Memmius Prætor ad urbem in bello in Hispaniam cum copijs sit missus, & vt Lusitani cum eo congregantes, exscendentem imparatum occupant, pugnaque eum superant, magnamque exercitus partem cædunt, facta autem Hispanorū victoria iam celebri, Aruaci existimantes se Iberis fortiores adhuc esse, hostem contemserunt, & in concione populus, hac præsertim de causa, contra Romanos bellum mouit.

L. Memmius. Enripius lib. 4.

Ex tricesimo secundo.

Vide Ortelij Theatrum in partibus.

Licet Carthaginensium mœnia quadraginta cubitos altitudine, & latitudine viginti duos excederent, Romanorum tamen machinæ, & virtus fortior, quam murus fuit, sic vt urbem cepert, & solo æquauerint.

Mallinilla rex Africanorum, qui amicitiam cum Romanis tenuit, annos nonaginta in vigore vixit: filios decem moriens reliquit, quos Romanis in tutelam commisit. Erat & corporis firmitate præstant, & duritie ac laboribus à pueritia affluens. Erat enim stans in vestigijs totum diem manebat immotus, & sedens non surgebat vsque ad noctem, toto die labores meditans, & in equo continenter toto die & nocte sedens, & equitationibus vtens non defatigabatur. Est eius valetudinis vigorisque signum hoc maximum, quod fere iam nonagenarius, filium haberet quadrimulum, corporis robore præstantem. In agrorum cultura vsque adeo excelluit, vt singulis filijs reliquerit agrum decem millium iugerum omnistrumento ornatum. Regnauit præclare annos sexaginta.

Nicomedes.

Nicomedes patrem Prusiam persequens, ad aram Iouis confugientem interfecit, & nefanda eadè imperium inuadens, Bithyniæ regnum adeptus est.

Virriatus Dux. Scripser de Viris illustribus cap. 71.

Lusitani primo parem ducem non habentes facile, superabantur, bellum cum Romanis gerentes. Postea Viriatum adepti multum Roman. incommoदारunt. Erat is ex ea gente Lusitanorum, qui Oceanum accolunt. Pastor fuit à teneris montanæ vitæ affluens, adiuuante etiam corporis natura. Nam & robore & celeritate reliquarumque partium agilitate Hispanos longè antecellebat, cum cibo exiguo, & multis exercitationibus vti consuefecisset, & somno dumtaxat quantum esset necesse. In summa ferrum continenter gestans, & cum belluis & latronibus manus confrens, vulgo celebris euasit, & ab illis dux electus, breui latronum cateruam se circum congregauit. Atq; in bellis proficiens, non solum admirationi fuit propter robur corporis, verum etiam dux excellens visus est. Erat autè in disperienda præda iustus, & eos qui egregie pugnauerant, pro dignitate donis extollebat. Tandem cum iam non latronem, sed principem sese exhibuisset, bellum gessit cum Romanis, multisque prælijs.

Cicero in 1. Offic.

627 prælijs superior euasit, adeo vt etiam ducem Rom. Vitellium cum ipso exercitu profligauerit, captiuumque ceperit, & gladio necauerit, & alia multa in bello feliciter gesserit, donec Fabius belli aduersus illum dux creatus est. Inde non paulo inferior esse cepit. Deinde creatus, & Fabio superior factus, eum in pacta descendere indigna Romanis coegit. Verum Scipio aduersus Viriatham dux electus, quæ acta fecit irrita, & superatum saepe Viriatham, ad extremam deinde cladem compulsum, adeo vt pacem spectaret, per domesticos dolo interfecit, & eius imperij successorem Taitum eiusque focios percudit, & vt pax arbitrio suo fieret, effecit, atque illis agrum & urbem dedit ad habitandum.

Ex libro tricesimo quarto.

Cum post deletos Carthaginenses, Siculo rum res annis sexaginta in florentissima fortuna permanissent, tandem seruire bellum apud eos hac de causa exortum est. Vitæ commoditatibus magno opere aucti, ac diuitias ingentes adepti, magnam seruorum multitudinem emere soliti erant: quorum veluti græges quosdam, simulatque è locis in quibus nutriebantur eduxerant, cæcis illos notis compungebant: & eos, quidem qui iuniores erant, pastores constituebant: aliorum autem opera ad alia ministeria, prout cuiusque vsus postulabat, vtiebantur. Verum præterquam quod erga eos se asperos ac rigidos in imperandis ministerijs exhibebant, etiam eorum victus ac vestitus vix vllam gerere curam dignabantur. Vnde fiebat, vt eorum bona pars vitam rapto sustentaret, omniaque sanguine redundarent: vt potè prædonibus, tanquam militum exercitibus, longe lateque grassantibus. Prouinciarum autem præfecti prohibere quidem conabantur, sed cum supplicium de ijs sumere non auderent, propter magnam dominorum potentiam atque auctoritatem, suam quisque prouinciam sinere impune diripi cogebatur. Nam cum plerique è dominis equites Rom. essent, & iudices constituerentur accusationum, quæ aduersus præfectos è prouincijs afferebantur, formidolosi ipsi præfectis erant. Jam vero cum ærumnis premerentur serui, & cum alijs modis pessime acciperentur, tum veto plagis subinde præter rationem & iniuriosè contunderentur, patientiam abrupte ceperant. Itaque opportunum tempus nacti, in vnum conuenientes, de defectione sermones inter se confertè solebant, donec tandem verba ad rem contulerunt. Erat enim seruus quidam Syrus in urbe Apamea natus (cuius dominus Antigenes vocabatur, eratque Etna ortus) vir magicis incantationibus & circulatorijs captionibus ac prestigijs deditus. Hic se futura prædicere in statu afflarique diuino ipsi in somnis apparentium simulabat: multisque per eam qua vtiebatur hac in parte solertiam ad dexterritatem imponebat. Ab his autem primordijs longius progressus, non solum ex somniorum visis futura pronunciabat, sed & vigil cernerè se Deos, & ex ijs res futuras audire sorgebat. Cum autem in multis vaticinationibus mendax comperiretur, interim tamen casu euentus quarundam rerum vetè prædictionibus eius responderent, & falsa quidem eius vaticinia nemo contargueret, vera autem cum applausu diligenter notarentur, hominū opinio de eo indies augebatur. Postremo artificij excogitauit, quo flammam ex ore eiq; quodam fanatico furore emittebat, & cū flamma simul vaticinia verba Phœbadum in motem fundebat: Ignem enim in nucè, aut aliquid huiusmodi vtrinque perforatum, simulque materiam, quæ illi alere posset, imponebat, deinde ori indens & afflans, modo scintillas, modo flammam accendebat. Hic ante defectiōnem lactare consueuerat, apparentem sibi in somnis Syriam deam dignitatè regiā polliceri. Et hoc non alijs solum, sed & suo ipso domino assidue dicebat. Cum autem risu res hæc exciperetur, Antigenes ex hisce prodigijs mendacis voluptatem capiens, in conuiuijs ad quæ inuitatus erat, Eunum (ita enim hic prestigiator vocabatur) asseclam habebat, eumque super regno interrogabat, & quomodo erga vnumquemque eorum, qui in eoru illo erant, gerere se decreuisset. Cum autem ille ita ijs responderet, vt in suis sermonibus minime vacillaret, pollicereturque fore, vt dominos suos leniter elementerque acciperet, merā denique monstra illis super alijs varijs rebus narrare pergeret, omnibus conuiuijs risum mouebat. ex quibus nonnulli ferculorum non penitendas portiones ablatas è mensa ei porrigebant, atque inter porrigendum hortabantur, vt regnum adeptus accepti ab ipsis beneficij memor esset. Sed enim quæ prodigiola esse videba.

Seruire bellum in Sicilia.

Vide Flori Epitomen.

Vide Lucianum & Athenagorā in Apologia.

videbatur vaniloquentia, minimè vanum nacta est tandem exitum, regni adeptio-
nem. Principium autem totius defectionis fuit huiusmodi. Ennensis quidam nomine
Damophilus, vir elato ingenio præditus, indignis modis supra quam credi possit ser-
uos suos acceperat: eiusque vxore Megallide certatim eos supplicij varijs afflicente,
& omnem erga eos sensum humanitatis exuente, exactionem & dominorum cadem
inter se coniurant, Eunumque adeuntes interrogant, an suum ipsorum conceptum à
dijs concederetur. Hic autem illis assentiens à dijs cœcedi respondit, verba cum solitis
præstigijs fundens: simulque illis, vt primo quoque tempore illud aggrediantur, per-
suadet. Statim igitur coacta quadringentorum conseruorum manu, & in eum quem
pro tempore poterant armati modum, in urbem Ennam irrumpunt, ducem habentes
Eunum, suis in emittenda ex ore flamma præstigijs vrentem. Domos autem ingressi,
stragem magnam edunt, ne lactentibus quidem infantibus parcentes: sed eos ab
vberibus matris raptos solo affligentes. In mulieres autem quæ contumeliæ & petulantij
genera exercuerint, (idque in ipsorum maritorum conspectu) verbis exprimi nullis præ-
dignitate potest. Illis enim se magna seruorum urbis multitudo adiunxerat. Cæte-
rum cum in dominos omnia exempla cruciatuque edidissent, ad cadem aliorum se
conuerterunt. Eunus autem cum Damophilum in suburbanis hortis vna cum vxore
rusticari audisset, illuc quosdam è suis misit, qui ambos inde in urbem victos pro-
traxerunt, varijs in via contumelijs affectos. Soli autem eius filix serui profusus peper-
cerunt, & ne minima quidem eam iniuria vel contumelia affecerunt, ob humanos eius
mores, & animum ad commiserationem erga seruos propensum, atque adeo ijs auxi-
liandi cupidum. Quod quidem argumento erat seruos non crudelitate naturæ talia
perpetrare in alios, sed illatas sibi iniurias vlciscentes. Cæterum Damophilum cum
sua Megallide cum in urbem protraxissent ij, quibus datum erat negorium, vt dixi-
mus, in theatrum eos producerunt, vbi defeكتورum vniuersa congregata erat mul-
tudo. Cumque Damophilus arte aliqua salutis suæ consulere conans, multorum ex
illis voluntates ad se oratione sua inclinaret, Hermæas & Zeuxis acerbo eum odio pro-
fectus, impostorem vocitabant: minimèque expectantes dum populus certum de
eo iudicium pronunciasset, alter enses per latera eius adigit, alter securi ceruicem eius
abscindit. Hic vero Eunus rex creatur: non quod vir fortis esset ille quidem, vel bo-
nus imperator, sed ob suam præstigiatoriam artem, quodque defectionis auctor fuis-
set. Quin etiam nominis eius fuit habita aliqua ratio, vt potè quod velut augurium es-
set futuræ illius erga subditos beneuolentiæ. Itaque defeكتورes cum rerum summam
ad eum derulissent, aduocata concione, ex Ennensibus qui vini capti erant, omnes
eos interfecit, qui fabricationis armorum imperiti erant: peritos autem victos ope-
ri faciundo addixit. Megallidem præterea in seruarum potestate tradidit, vt pro suo
arbitrio in eam animaduenerent. Illæ autem eam primum cruciatibus affecerunt, de-
inde præcipitem dederunt. Ipse quoque proprios occidit dominos, Antigenem &
Pythonem. Tandem vero imposito capiti diademate, rebusque suis omnibus regali splen-
dore adornatis, sua item vxore (quæ & ipsa Syra erat, eiusque cuius) declarata regina,
ex eorum numero qui prudentia cæteris antecellere videbantur, aliquot sibi consilia-
rios delegit. Ex quibus erat Achæus, non tantum nomine, sed & natione Achæus,
vir & consilio præstans & manu mirum in modum promptus. Hic trium dierum spatio,
cum sex hominum armasset millia, vt tempus dabat, cum his vero & alios haberet
ascijs & securibus, aut fundis, aut falcibus, aut sudibus præuulsis, aut coquorum ver-
bus instructos, tota regione prædas agens peragrabat: Simul vero multitudinem in-
finitam seruorum asciscens, Romanos etiam Imperatores bello ausus est laceßere,
conferentisque manibus cum eis, militum numero potentior, victoria sæpe potius est,
vtpote plusquam decem hominum millia ducens. Dum hæc aguntur, Cilix quidam
cui Cleon nomen erat, auctor defectionis aliorum seruorum fuit, & cum ad eam spem
erecti omnium animi essent, fore vt orta seditione hi aduersus illos arma caperent, atque
ita sibi mutuum exitum afferentes, Siciliam tumultu liberarent, præter omnium ex-
pectationem coitione inter se fecerunt, quippe cum Cleon nudo Euni mandato se sub-
mitteret, vt sub illo, vt rege, imperatoris munia obiret, militumque priorum quinque millia
habes. Hoc autem factum fuit triginta fere à defectione diebus. Non multo post commissæ
pugna cum Imp. L. Hypsæo Romayeniente cum octo millibus Siculorum militum,
victoria

victoria potiti sunt, vtpote qui viginti millia essent. Aliquanto post autem eorum nu-
merus vique ad centum millia creuit, cumque aduersus Romanos prælia subinde ge-
rerent, sæpe ex iis gloriam reportabant, raro autem clade accepta redibant. Cuius rei
cum dissipatus esset rumor, iam serui centum quinquaginta Romæ conspiratione inter
se facta ad defectionem incensi erant, in Attica autem plusquam mille: itidem verò
Deli, multisque alijs in locis. Sed vnoquoque in loco ij quorum curæ negotia publica
demandata erant, subito rebus in discrimen adductis opitulati, cum graui de illis sup-
plicia lumpsissent, ceteros quibus iam & ipsis spes accensa defectionis erat, metu re-
presserunt, & ad sanctorem mentem reuocarunt. At verò in Sicilia malum indies in-
grauescerebat, cum & vrbes vnà cum ipsis ciuibus caperentur, & multi exercitus à defe-
كتورibus deleterentur. Sed tandem Rutilius Rom. Imperator Tauromenium ipsis re-
cuperavit, postquam vehementissimè illud oppugnasset, & defeكتورes qui in eo erant
ad summam angustiam redegit, atque ad tam acrem famem compulser, vt cum primò
liberorum suorum corporibus vesci cœpissent, mox ad vxorum corpora se conuertis-
sent, postremò ne sibi quidem inuicem parcerent, sed alij alios vorarent. Eodem tem-
pore Comanum Cleonis fratrem ex vrbe dum obsideretur, fugientem cepit, & ad ex-
tremum arce à Sarapione Syro prodita, quotquot in vrbe fugitiui erant, in potestatem
imperatoris venerunt, quos etiam cruciatibus affectos præcipitavit. Inde Ennam pro-
fectus similem eius obfidionem aggreditur, defeكتورes ad summam desperationem
adigens. Cumque Cleonem Imp. vrbe egressum, ac heroica quadam fortitudine præ-
liatum vulneribus mox confodisset, hanc quoque urbem cepit, idque proditione. Ita
enim eam situs ipse munitam reddebat, vt vi expugnari nullo modo posset. Eunus
autem assumptis sexcentis, ad loca quædam prærupta, vt erat ignauus, fuga se recepit.
Sed qui cum eo erant, exitium sibi inuitabile impendere scientes (iam enim Rutilius
imperator ad eos cursu contendebat) vt manus hostium præuenirent, sibi mutuo cer-
uicibus abscedebant. At Eunus præstigiator pariter & rex, cum præ timiditate in quas-
dam speluncas cõfugisset, vnà cum quatuor ex suis inde extractus est, coquo, pistore, &
eo cuius manu in balneo fricabatur, quarto autem eo, qui inter epulas oblectamenta
ei affererat. Is extractus inde, & in carcerem coniectus, in magnam pediculorum vim
resoluto corpore, apud Morgantinam dignum suis temerarijs ausibus nactus est vitæ exitum.
Postea verò Rutilius, tota Sicilia cum parua eaque selecta manu celerius
omnium spe peragrata, à prædonibus eam omnino liberauit.

Eunus defeكتورum rex seipsum Antiochum, socios verò suos deficientes Syros
nominauit.

Ex libro XXXVI.

EODEM tempore quo Marius Africæ reges Bocchum & Iugurtham magno præ-
lio debellauerat, & Afrorum infinita prope millia occiderat, ipsum deinde Iugur-
tham (à Boccho comprehensum, sibi susceptum aduersus bellum condonari cupiente)
captiuum abduxerat, quo item Romani graues apud Galliam in Cimbrico bello clades
non sine magno dolore acceperant: eodem, inquam, tempore Romam aduenerunt
quidam è Sicilia, plurima seruorum millia defecisse nunciantes. Quo accepto nuncio,
summis in angustijs totus populus Romanus versari cœpit, vtpote cui militum dele-
كتورum 60000. in bello aduersus Cimbro apud Galliam occubissent, nec de integro
patem exercitum in expeditionem educere posset. Ceterum ante hunc in Sicilia re-
bellantium seruorum tumultum tales & in Italia excitati fuerant, sed parui ac minimè
diuturni: velut numine, quam atrox futura esset in Sicilia rebellio, præsignificante.
Primus autem apud Nuceriam exstitit, cum triginta serui coniurationem fecissent,
& quamprimum pœnas dedissent. Secundus Capuæ, cum ducenti serui rebellassent,
ac sine mora deleti fuissent. Tertius autem miro quodam exortus est modo. Erat qui-
dam Titus Minutius eques Romanus, & prædiuite natus patre, qui alienæ famulæ
formosissimæ amore captus, vt in eius amplexum veniret effectit. Tandem verò ita
eam deperire cœpit, vt à domino illius septem talentis Atticis emeret, cum ad hanc
emptionem eum amoris infania compelleret, quam ægrè alloqui à domino illius im-
petrabat. Sed illa vbi aduenit, isque soluendo non esset, vt sibi dies triginta proroga-

Diodorus
Siculus.

renitur obtinuit. Rursum & hoc spatio exacto, cum ille pactum pretium exigeret, hic nullam soluendi nominis rationem inire posset, interea verò amor inualefceret, notum & inauditum facinus aggressus est. Iis enim qui debitum exigebant, in sidias struere, & monarchicam quandam potentiam sibi assumere instituit. Nam còmpitis quingentis panopliis tempus pretij per solutionem præfixit, si de quæ impetrata, eas clanculum in agrum quendam deferendas curauit. Deinde cum suos seruos ad defectionem sollicitasset, numero quadringentos, sibi quæ diadema imposuisset, purpuram quoque cum aliis insignibus regis assumpisset, tandem quæ seruorum auxilium se constituisset, primum quidem eos, qui pactum pretium exigebant, virgis caesos securi percussit: postea verò cum sua illa seruitia armasset, vicinas villas peragrare placuit: in quibus eos qui se prompto & alacri animo socios defectionis adiungebant, armabat: quotquot autem repugnabant, eos interfecit. Quum igitur plures septingentis milites cõgisset, eos quæ in centurias distribuisset, ac locum in quo erat vallo circumiecto clausisset, ad se eos qui deficiebant, recipiebat. Quæ defectione Romam nuntiata, Senatus de ea consilium prudens iniiit, felicem quæ eius exitum habuit. Siquidem ex iis qui in vrbe erant imperatoribus vni L. Lucullo subigendorum fugitiuorum negotium dedit. Hic autem eo ipso die quum Romæ sexcentos milites lectos conscripisset, Capuam contendit, peditum millia quatuor, equites quadringentos collecturus. Minatius vbi Lucullum concitato cursu aduentare intellexit, collem natura loci munitum occupauit cum vniuersis suis copiis, quæ tria hominum millia & quingentos efficiebant, atque amplius. Et primo quidem conspectu stetit: ad fugitiuis victoria, quippe qui è superiore loco prælium inirent: Postea cum Apollonium imperatorem exercitus Vetti Lucullus largitionibus corripisset, fidem quæ publicam dedisset pœnam illi remissum iri, eum ad prodendos socios impulit. Quare illo Romanis operam suam nauante, atque adeo ipsi Vetti manus inferente, hic supplicium sibi capto impendens veritus, mortem sibi consciiuit. Simul verò defectionis participes caesi fuerunt, præter eum qui illos prodiderat Apollonium. Et hæc quidem anteuertentur maximam quæ in Sicilia contigit defectionem, quasi quæ eius quoddam prælium essent. Ea autem hinc orta est. In Marij aduersus Cimbro expeditione senatus auxilia ex transmarinis nationibus accerendi potestatem Mario dederat. Marius igitur ad Nicomedem Bithyniæ regem demittendis ad se auxiliariis copiis scribit. Is responsum dat, bonam Bithynorum partem à vestigalium publicorum redemptoribus discreptam seruire seruitutem per prouincias. Cum autem S. C. esset, ne quis ex populi Rom. sociis, qui quidem liber esset, in prouincia vlla seruiret, & vt imperatores curam eorum manumittendorum gererent, accidit vt imperator Licinius Nerua, qui tum forte in Sicilia erat, decretum senatus obseruans, inultos ex seruis iudicis constitutis manumitteret, ad eum vt intra paucos dies plures octingentis in libertatem assererentur. Iam quæ erant animi omnium illius insula seruorum in spem libertatis erecti, cum graues auctoritate viri ad ipsum Imperatorem conueniunt, eum quæ vno omnes ore, vt ab incepto desistat, rogant. Atque hic siue pecuniis expugnatus, siue gratiam aucupatus, iudicium hac de re accuratius exercere desit: & ad se venientibus vt libertate donarentur, vt ad suum quisque dominum reuerteretur, imperate cœpit. Tum verò serui coitione facta Syracusas relinquere, & ad Palicorum delubrum confugere, ibique inter se de defectione sermones conferre. Facta autem huiusce tam audacis seruorum facinoris per Ancyliorum loca iam vulgata, primi se in libertatem vindicarunt triginta duorum distissimorum fratrum serui: quorum dux erat quidam nomine Oarius. Hi primum suos heros noctu dormientes inuolauerunt, deinde ad vicinas etiam progressi villas seruorum animos ad libertatis studium accenderunt, ad eum vt illa ipsa nocte concursus ad eos factus sit aliorum centum & viginti, atque amplius. Hi occupato loco natura munito, arte hatid paulò munitiorem reddiderunt, assumptis & aliis octoginta seruis, qui armati essent. Prouinciæ autem Imperator Licinius Nerua cum repente superueniens eos obsidere cœpisset, nihil vllis conatibus promouere poterat. Quamobrem nullis viribus in expugnabile præsidium illud esse cernens, ad prodicionem animum contexit. Eius autem ministrum habuit quendam C. Titinium cognomento Gadæum, spe salutis adductum, fuerat enim hic Titinius ante duos annos [Romæ] capitis condamnatus, sed pœnam effugerat, multos quæ ex hominibus liberis eius regionis præda-

bundus

Diodorus
Siculus.

bundus interficere solebat, seruis contra ne minimum quidem negotij facessens. Vnde cum multos ibi seruos sibi fidos haberet, ad castellum, tanquam & ipse pro virili parte aduersus Romanos præliaturus, accedit. Beneuolè autem comiterque receptus, etiam Imperator fortitudinis ergo creatus fuit. Quam dignitatem adeptus, castellum prodidit. Tum verò ex defectoibus alij quidem in prælio concisi fuerunt, alij verò pœnæ metu, quam se captos manere sciebant, se præcipites dederunt. Prima igitur fugitiuorum seditio repressa hoc modo fuit. Verumenimuerò militibus ad sedes suas dimissis, assertur à quibusdam nuntius, seruos 80. coniuratione facta P. Clonium qui equitris ordinis fuit, interfecisse, magnam quæ sibi manum adiungere. Quinetiam ipse Imperator consiliis aliorum deceptus, iam bona suorum militum parte dimissa, defectoibus ad se melius muniendos tempus dabat. Tandem tamen cum qualicumque potuit manu ad eos contendit, traiecit quæ fluuio Alba, defectores in monte Capriano stationem agentes prætergressus est, & ad urbem Heracleam perrexit. Cum igitur de ignauia Imperatoris rumor em sparsissent, vt pote illos prælio lacessere non ausi, multos ex seruis ad defectionem animabant. Ad eum multis vndique circumfluentibus, se quæ iis, quorum facultatem tempus locus quæ dabant, armis instruendis, vt intra primos septem dies octingentis plures armati fuerint, postea verò vsque ad duorum millium numerum creuerint. Postquam autem Imperator apud Heracleam de auctis eorum viribus certior factus fuit, ducem aduersus eos M. Titinium creauit, eum quæ sexcentis ex Enna præsidariis militibus misit. Hic verò defectores ad ortus prælio (cum illi & numero superiores essent, & in eo quoque meliori conditione forent, quod locis difficilem aditum præsentibus defenderentur) vna cum iis qui illi astabant terga dedit, multisque interfecit, reliqui abiectis armis vix sibi fuga salutem quæ suserunt. Defectores igitur armaturis, simul etiam victoria subitò potiti, in suo incepto audacius pergebant, & omnium seruorum animi ad spem libertatis erigebantur. Cum quæ multi indies deficerent, breui tempore supra quam credi possit auctus eorum numerus fuit. Siquidem intra paucos dies plures sex millibus numerati fuerunt. Tum verò coacto concilio, & deliberatione de summa rerum proposita, ante omnia creatur regem Saluum quendam, qui aruspiciæ peritus habebatur, & in mulierum corona cantu tibiarum, ad insaniam vsque pestrepere solitus erat. Hic regnum adeptus, cum vrbes desidia mollietiam fouere existimaret, eas sibi vitandas iudicauit. Quare defectoibus tres in partes diuisis, totidemque ducibus vnicuique parti attributis, effusus populationibus peragrare regionem totam, omnesque certum ad locum, certo quæ tempore remeare imperauit. Illi cum aliorum animalium, tum verò equorum copiam suis excursionibus adepti, breui peditum viginti millia, equitum duo effecerunt: id quæ hominum qui iam tirocinium non sine summa laude posuerant. Repente igitur ad urbem munitam Morgantinam magno impetu contendunt: eam quæ tum validis tum assiduis impressionibus oppugnare occipiunt. Imp. autem cum eodem nocturnis itineribus peruenisset, tanquam ad ferendas vrbi suppetias, ducens militum circiter decem millia, partim Italiorum, partim ex Sicilia, defectores circa obsidionem occupatos inuenit. Cum ergo in eorum castra irruptionem fecisset, & exiguum illic præsidium reperisset, magnam autem captiuarum multitudinem, magnam item alius prædæ, omnis generis, nullo negotio castra eorum submouit, iisque direptis ad urbem Morgantinam iter conuertit. At defectores repente in illum irruentes vicissim, cum è loco superiore pugnant, violenta irruptione facta, secundam fortunam experiri, Romani irruptoris copiam terga vertere cœperunt. Ceterum quia rex defectorum imperauerat edicto, vt omnibus arma abiicientibus parceretur, bona pars iis abiectis in fugam se dabat. Quo quidem stratagemate Saluius aduersus hostes vsus, castra sua recuperauit, victoria quæ simul & magna multitudine armorum potitus est. Cæsi autem hoc in prælio fuerunt ex Italiis & Siculis non plures sexcentis, propter edicti illius clementiam, sed capta fuerunt circiter quatuor millia. Porro quum ad Saluium, rebus ab illo bene gestis, multi confluerent, duplicato exercitu, atque aperto potius campo, Morgantinæ obsidionem redintegrait, iussit quæ proclamari se iis libertatem, qui ibi essent, seruis donaturum. Sed enim eorum dominis vicissim eam illis proponentibus, dummodo secum aduersus hostes dimicarent: eam ab ipsis accipere maluerunt, tanta quæ animi pugnantur alacritate, vt obsidionem submouerent. Verum enimuerò Imperator postea denegans promissam

missam illis libertatem, in causa fuit cur ad defectores plurimi transfugerent. Iam verò & apud Ægestæos, pariterque Lilybæenses, ac finitimos illis populos, eadem defectio- nis cupiditas, ceu morbus quidam per seruorum greges serpebat. Eorum autem dux conlultatur Athenio quidam vir fortitudine præstans, ortus autem è Cilicia. Hic cum res domesticas duorum opulentissimorum fratrum dispensaret, & eius, quæ sit ex astris scientiæ peritissimus esset, seruos in suam sententiam pertraxit, primum quidem eos, quos sub potestate habebat, numero circiter ducentos: postea verò & vicinos, ad eò vt quinque dierum spatio mille & amplius congregarentur. Ab his autem rex creatus, impositoque capiti diademate, secus quàm cæteri defectores suas rationes instituebat. Neque enim omnes quotquot desiciebant, recipiebat, sed ex iis strenuissimos quosq; in suorum militum numerum allegens, reliquos cogebat, repetitis pristinis opificiis, vnumquemq; eundem quem antea locum tenere, & quartum rerum dispensatio esset eius officij, eam studiosè suscipere. Qua ex re largum etiam comparabat suis commeatum. Porro fingebat deos per astra futurum se vniuersæ Sicilia regem præsignificare, ideoque oportere tam ipsi regioni, quàm animalibus & fructibus, qui in ea essent tanquam propriis parcere. Tandem verò cum supra decem millia hominum cogesset, Lilybæum inexpugnabilem urbem obsidere est ausus. Sed se operam perdere animaduertens, obsidionem tanquam Deorum imperio soluit, vt potè aliqua non mediocri impendente calamitate obsidione non assistentibus. Cum igitur ab vrbe recedere pararet, appulerunt naues quædam delectam Maurorum aduehentes manum, auxilio Lilybæensibus missam: cui præerat quidam nomine Gomon. Hic cum suis noctu & improvisè Athenionem suas copias ducentem adortus, cum multos iter facientes prostrasset, non paucos autem vulnerasset, ad urbem pedem retulit. Quare illa Athenionis ex astris vaticinatio in pretio & admittatione erat. Inter ea autem valde confusus perturbatusque erat rerum Sicilia status, vereque malorum Ilias eam occupauerat. Neque enim serui dumtaxat, sed etiam ex liberis hominibus ij qui egestate premebantur, omne latrocinij flagitijque genus exercebant. Ac ne quis hanc perditam nequitiam nunciare posset, obuium quemlibet, seruum pariter & ingenuos trucidabant. Vnde fiebat, vt qui in oppidis erant, ea quæ intra muros essent, vix propria existimarent: quæ autem extra, aliena & dominio ex legis violentæque potentia subdita. Multa denique alia contra fas & æquum perpetrare audebant in Sicilia. Saluius autem qui Morgantinam obsidebat, factis in totam illam regionem incurfionibus, ad Leontinum vsque campum, totum exercitum ibi recollegit, in quo numerabant triginta millia, & quidem selectorum. Tum verò Italis heroibus sacra fecit, vnamque ex purpureis vestibus dicitur, gratas, ac memor beneficij, quo illum victoriam dantes afferant. Tandem verò cum regis nomen sibi ascuisset, pro Saluio Trypho à defecto- ribus appellari cepit. Habens autem in animo Triocala occupare, ibiq; regiam suam statuere, euocat etiam Athenionem, & quidem eum vt rex imperatorem accersens. Hic verò cum omnes arbitrarentur fore, vt Athenio primum & altissimum dignitatis gradum obtinere vellent, atque hinc orto inter defectorum principes dissidio, facile huic bello finem impositum iri, fortuna tanquam de industria copias fugitiuorum augens, duces eorum in concordiam adduxit. Trypho enim magnis itineribus ad urbem Triocala cum vniuerso suo exercitu peruenit. Eodem & Athenio magna celeritate contendit, ex suis tria dumtaxat adducens millia: & Tryphoni vt Imperator Regi dicto audiens. Reliquum autem exercitum ad depopulandos longè lateque agros, seruitiaque ad defectorem sollicitanda miserat. Verum postea Trypho suspicatus fore vt Athenio prima quoque occasione, aduersus ipsum arma caperet, eum in carcerem coniecit. Cæterum præsidium illud alioqui munitissimum indices magis ac magis munebat, & magnificis struendis adornabat. Aiunt autem Triocala fuisse nominatam quod *rela* *rela* (id est tria pulchra) ei inessent. Primum quod scaturigines plurimæ aquarum in ea existerent, quæ dulcedine magnopere commendarentur. Deinde quod adiacentes agri vineta simul & oliueta haberent, essent verò & culturæ mirum in modum idonei. Postremò quod natura locus ita munitus foret, vt nihil supra posset, quippe qui magnam quandam & inexpugnabilem haberet rupem: quam vrbs ambitu, qui mille passus amplectitur, cum cinxisset, fossaque in summam altitudinem producta circumdedisset, pro regia sua habuit, omnium quæ humanæ vitæ vsus postulat, abundantia re- fertum.

fertam. Construxit insuper basilicam: forum item numerosæ hominum turbæ capax. Præterea ex præditis insigni prudentia viris delegit quot satis erant, eosque sibi consiliarios statuit, atque assessores in iuris disceptationibus habere instituit. Iam verò & toga prætexa tunicaque lati clauī amictus ius reddebat, lictoresque illi cum securibus præbant: quæ denique regiam dignitatem efficiunt, & quæ ornant, ea omnia confectabatur. Ceterum Imperatorem aduersus defectores Senatus Rom. delegit L. Licinium Lucullum, habentem Rom. quidem & Italorum militum quatuordecim millia, Bithynos autem Thessalos, Acarnanes 800. ex Lucania verò 600. quibus præerat Cleptius Imperator, rei militaris scientia & fortitudine celeberrimus. Alios præterea 600. ad eò vt vniuersi numerum septendecim milliū efficerent. Cum his copiis Siciliam occupat, Tryphon igitur culpam Athenioni condonans, ad deliberationem de bello in Rom. gerendo eum adhibuit. & Tryphonis quidem consilium erat, vt Triocalis manentes, inde pugnam committerent: Athenio autem auctor erat, ne se ipsos obsidione intercludi paterentur, sed potius in aperto campo dimicarent. Cum igitur potior visus esset hæc cœntentia iuxta Scythiam castrametati sunt, quadraginta millia non pauciores. Abierant verò ab iis Romanorum castra passibus 1250. Primò igitur velitates pugnae subinde mittebantur: sed cum tandem vtrinque aciem instruxissent, diuque ancipiti Marte pugnatum esset, ac multi ab vtraque parte cecidissent, Athenio stipatus 200. selectis equitibus, strage omnia circumquaque impleuit, verum genu vtroque vulneratus, postea & tertio vulnere in alia corporis parte accepto, pugnae vitilis esse desit. Quam obrem fugitiui animum despondentes, fugæ se dederunt. Athenio autem cum mortuus crederetur latitauit, & simulata aliquantisper morte, eum primum nox aduenit, fuga sibi salutem peperit. Præclaram verò adepti sunt Rom. victoriam, Tryphonis comitibus & illo ipso in fugam conuersis, multisque in fuga cæsis, tandem viginti millia cæsum compererunt esse. At reliqui commoditate noctis vsi, ad Triocala confugerant, quamquam & hos interficere facile erat Imperatori, si persecutus eos fuisset. Ad eum autem abiecerant animos serui, vt etiam de redeundo ad dominos, seque eorum potestati committendo, deliberatio ab iis proposta fuerit. Eorum tamen vicit sententia, qui auctores erant vt ad extremum vsque spiritum dimicarent, nec ipsi se ipsos prodentes in manus hostium se traderent. Sexto post die imperator ad obsidenda Triocala venit, qui cum hostes cæderet, vicissimque ab illis cæderetur, tandem inferior discessit. Qua ex re multum fiducia ac spiritus defecto- ribus rediit. Nec verò ipse Imperator vlla in parte (sive præ desidia, sive quod muneribus corruptus esset) officio suo satisfaciebat. Vnde etiã postea in iudicium à Rom. vocatus, multatusque fuit. At C. Seruilius missus Imperatori Lucullo successor, ipse quoque nihil quidquam memorabile gessit: quare eodem quo Lucullus modo multatus exilio fuit. Dum hæc gereretur, moritur rex Trypho. Regno succedit Athenio, hic vrbes obsidendo, totamque regionem incurfionibus pro libidine infestando, præda ingenti, nõ obstitente Seruilio, positus est. Porro exacto annuo spacio, Romæ quintum consul cum C. Acylio creatus fuit C. Marius. Missus autè Acylius aduersus defectores Imperator, ira se fortiter gessit, vt defectores illustri prælio superauerit. Quin etiam cum ipsorum rege Athenions conferta manu heroicum prælium commisit: tandemque eum interfecit, accepto solo vulnere in capite, ex quo sanatus aliquanto post fuit. Moxque defectorum reliquias bello persecutus decem millia hominum. Verum hi cum impetum eius non sustinissent, sed ad loca munita confugissent, non tamen Acylius omnia tentare prius desit, quam eos expugnatos in potestatem redegit. Quum autem superessent adhuc mille, quorum dux erat Satyrus, primum quidem conatus est armis eos subigere, postea verò cum legatis missis se dedissent, in præfens quidem pœnam remisit, sed Romam abductos cum bestis commisit, vbi proditum est à quibusdam, eos maxima cum laude vitam finiuisset. Nam certamen cum bestiis detrectasse, & ad publicas aras mutuis vulneribus occubuisse, cumque vltimum ex iis ipse Satyrus interfecisset, eum post reliquos omnes, cum magno ac planè heroico animi robore, sibi manus intulisse. Bellum igitur serulle in Sicilia, cum annos durasset propemodum quatuor, hunc ferè tragicum exitum habuit.

Venit, inquit, è Pessinunte Phrygiæ sacerdos quidam magnæ Deorum matris nomine Battacis, qui se iussu Deæ afferens adesse, in Senatu coram magistratibus dixit: Sacra Deæ polluta esse, atque ideo Romæ publicè expiari debere. ferebat ad id vestem, FFF aliaque

Gladiorum.

DIODORVS
Siculus.

aliaque corporis ornamenta noua & nunquam Romanis uisa, coronamque auream magnitudine inusitata, & stolam floribus intextis & inauratam, regio sanè splendore. Itaque è rostris ad populum uerba faciens, ad supersticiosum cultum eos incitauit, & hospitium publicis & diuersis exceptus, à tribuno plebis A. Pompeio coronam ferre prohibitus est. Ab altero autem tribunos deductus in rostra, & de tèpli expiatione interrogatus, supersticiosum sanè responsum reddidit. Itaque à Pompeio seditiosè tractatus, & cum iniuria ad hospitium deductus, non amplius prodiit, non se modò, uerùm etiam Deam iniuriòsè habitam esse dicens. Pompeius uerò ex tempore febrivementi corripì cœpit, vnde paulò post mutus factus est, anginaque doloribus supra modum vexatus, post diem tertium exspirauit, multiq; eò quod sacerdotem ipsamq; Deam offendisset, diuina quadam prouidentia extinctum suspicabantur. Superstitiõibus enim mirum in modum dediti Romani sunt. Quare Battacis sacræ stolæ indutus ornamento, amplioribus à uiris multis & fœminis hospitii exceptus, Romaque discedens cum pompa dimissus est.

Solent Romani milites duces, quando aduersus hostes cum illis pugna contendens, supra sex mille hostium profligasset, Imperatorem hoc est regem renunciare.

Ex libro XXXVII. & VIII. & aliis sequentibus.

Vide P. Valerium in initio lib. 5. de militia Romanorum.

Marsicum bellum.

At Diodorus bellum quod dicitur Marsicum, sua ætate cæteris antecedentibus maius esse, & idè ab auctoribus rebellionis Marsicum denominatum esse. Siquidem Itali omnes Romanis bellum hoc intulerunt. Belli causa prima fuit, quia Romani compositis sobriisq; & continentibus moribus, per quos tantopere creuerant, ad perniciosum deliciarum & intemperantiæ studium desciverunt. Nam ob hanc corruptelam orta plebis aduersus Senatum seditione, cum deinde Senatus Italorum opera implorasset, & eis optatum illud Romane ciuitatis ius pollicitus fuisset, idque se lege sanciturum promississet, cum promissorum nihil Italici præstaretur, exarsit ex illis bellum aduersus Romanos, Romæ consulatum gerentibus L. Marcio Philippo, & Sex. Iulio, Olympiade supra centesimam septuagesima secunda. In hoc bello diuersi uariique casus & urbium expugnationes utriusque bellantium parti contigerunt, nuntante quasi data opera in utramque partem uictoria, & neutris stabili permanente. tamen postquam utrinque cecidit immensa hominũ multitudo, serò & ægrè Romani uictoriam adepti, firmas vires obtinuerunt. Oppugnabãt autem Romanos Samnites, Alculani, Lucani, Picentini, Nolani, & aliæ urbes arque gentes, in quibus erat illustrissima & maxima, & communis urbs nuper ab Italici perfacta Corsinium, in qua cum cætera quæ magnam urbem & imperium confirmant, constituerunt, rum forum permagnum, & curiam, & cætera omnia ad bellum necessaria copiosè, & pecunie multitudinem, & cibariorum largum comæatum. Constituerunt & Senatum nouum quingentorum virorum, ex quibus qui patrie imperio digni essent, producerentur, & qui de communi salute consultare possent, iisq; belli curam mandarunt, summa potestate confessoribus permissa. Hi leges tulerunt, ut duo cõsules quotannis crearentur, & xii duces. Consules creati sunt Q. Pompædus Silo, natione Marsus, & suæ gentis primarius. Alter ex Samnitum genere C. Aponius Motulus, ipse quoque gloria rebusq; gestis suæ gentis clarissimus. Et tota Italia in partes duas diuisa, eas consulares præfecturas atq; partes constituerunt. Et Pompædio quidem regionem assignarunt ab eo loco qui Cercola appellatur, usque ad Adriaticum mare, eos tractus qui ad Occasum & Septentriones uergunt, & duces ei sex attribuerunt. Reliquum Italiæ, uidelicet eam partem, quæ spectat ad Orientem & Meridiem, assignarunt C. Motulo, adiunctis ei iidem sex ducibus. Itaque postquam suum imperium, & omnia scitè, & (ut summam dicam) ad imitationem Romani & antiqui ordinis composuerunt, deinceps uehementius futuro bello incumbabant, cum quidem Italiam communem urbem nuncupassent, & ita bellum gessere cum Romanis, ut maxima ex parte fuerint superiores, donec Cn. Pompeius cõsul & belli dux electus, & Sulla dux sub altero cõsule Catone, nobilissimis præliis Italos non semel, sed sæpius vincendo, illorum res eo redegerunt, ut profligatæ fuerint. Igitur non amplius bellarunt, sed C. Corsinio in Iapygiam duce misso, sæpe uicti sunt, atque ira superati, & ex multis pauci relicti, communi sententia* nouam deserunt urbem Corsinium, quoniam Marsi & omnes finitimæ

* Vide an Pompædium.

74137

timæ gentes desciverant ad Romanos. Confederunt autem in Æfèrnia Samnitum, creatis sibi quinque ducibus, quorum vni maxime Q. Popædio Siloni omnium imperium crediderunt, propter eius imperandi virtutem atque gloriam. Is de communi ducum sententia magnum exercitum comparauit, ad eò ut in uniuersum, cum iis qui iam erant, fuerint circiter triginta millia. Præter hos congregauit etiam seruos, à se libertate donatos, & ut tempus ferebat armatos, non multò pauciores decem millibus, & equites mille. Ac prælio cum Romanis congressus, quorum dux erat Mamercus, Romanos paucos interfecit, & suorum supra sex millia amittit. Per idem tempus Metellus in Apulia Venusiam, urbem satis magnam, & milites multos habentem, expugnauit, & plusquam tria millia captiuorum cepit. Iamque superantibus indies magis magisque Romanis, mittunt Itali ad Mithridatem regem Ponti, pollentem tunc bellica manu atque apparatu, petentes ut in Italiam aduersus Romanos adduceret copias, ita enim facile coniunctis copiis posse Romanorum vires deturbari. Mithridates responsum dat, ducturum se copias in Italiam, postquam Asiam subegerit, id enim agebat. Hanc ob rem prorsus reiecit rebellatores despondentes animos. Erant enim reliqui Samnitum pauci, & Sabelli Nolæ degentes, & præter hos Lamponius & Cleptius, habentes Lucanorum reliquias. Itaque Marsico bello iam ferè exolescente, superioris temporis seditiones ciuiles Romæ nouos motus faciebant, multis illustribus uiris belli imperium aduersus Mithridatem ambientibus, propter prætorum magnitudinem. Nam & C. Iulius & C. Marius, is qui sexies consulatum gesserat, inter se contendebant & plebis pars altera alteri suffragabatur. Extiterunt & aliæ turbæ. Iam Sulla cõsul Roma profectus, ad congregatas apud Nolam copias uenit, & multos finitimorum perterritos coëgit, & seiplos & urbes dedere. Cùm autem Sulla in Asiam aduersus Mithridatem profectus fuisset, & Roma magnis tumultibus, & ciuilibus cædibus dilingeretur, M. Aponius & Tib. Cleptius, præterea Pompeius, reliquorum Italorum duces in ÷ Bretia degentes, Asiam urbem validam cùm diu obsedissent, nõ potuerunt capere, sed relicta in obsidione parte exercitus, reliqua parte Rhegiis acriter obidentes, sperantes, si hac potiti fuerint, facile in Siciliam transportaturos copias, & insula portuorum omnium que sub sole essent beatissima. Verùm eius dux C. Orbanus magno exercitu & apparatu atq; alacritate usus, percussit Italos apparatus magnitudine, atque ita Rhegienses ex periculo eripuit. Deinde cùm exarsisset apud Romanos Sulla & Marij ciuili seditiõ, alij Sullæ alij Marij partes secuti sunt: & eorum pars maior bellis cecidit: reliqua ad uictorem Sullam desciauit, atque ita tandem vnà cum seditione ciuili extinctum est bellum illud Marsicum appellatum, cùm fuisset maximum.

Extitit autem, exolescente iam bello Marsico, ingens seditiõ ciuilis, cuius duces erant Sulla & C. Marius, iuuenis adhuc C. Marij filius, eius qui toties (septies enim) cõsulatum gessit. In ea seditione interfecta sunt hominum multa millia, ac superior factus Sulla, & dictator creatus* Felicem seipsum nominauit, quæ eum arrogantia non fefellit. Armis enim superior propria morte occubuit. Marius uerò prælio cum Sulla congressus, quamuis generosè præliatus, tamen uictus Præneste cõfugit, vnà cum mille quingentis militibus, & in ea urbe conclusus, nec parum diu obsessus, coactus est (ab omnibus derelictus, nec ullam salutis uiam uidentis) vnus fidelis famuli manum finentis miseris inuocare. Er ille obsecutus, vno icu herum uita priuauit, & seipsum insuper iugulauit. Et sedata est quidem seditiõ: uerùm reliquæ belli reliquæ factionis Marianæ Sullæ aliquandiu repugnauerunt, donec ipsæ quoque cum aliis profligatæ sint. Verumtamen post horum finem, inter Pompeium (cui propter rerum gestarum magnitudinem, quas Romanis partim Sullam iuuando, partim ipse suo Marte gessit, Magno cognomen fuit) inter hunc, inquam, & Iulium Cæsarem accensa discordia ad ciuiles cædes Romanos iterum sese conuerrere coëgit. Pompeio deinde egregiè omni ex parte superato, & ad Alexandriam interfecto, imminuta est cõsulatus potestas, & sub vnus Iulij Cæsaris dominatum redacta, tandemque seditiõ sedata. Illo deinde interfecto, aduersus Brutum & Cassium eius interfectores ciuile bellum motum est, auctoribus Lepido & Antonio & Octauiano Augusto, Consulatum gerentibus. Quod bellum cùm finem armis non tardè accepisset, & Cassius atque Brutus uicti occisique fuissent, non multò post erupit in apertum occultata Antonij & Augusti de primatu contentio, ac post sulum utrinque multum cognati sanguinis, stabilitæ sunt vires Augusti, & ei

FFF 1 summa

summa potestas per omnem vitam permanfit, postquam consulare imperium, ordinem, potentiamque suam in posterum amisit.

Illustrium ait dignitatem tertium à patriciis ordinem sustinere.

Magistratus Rom. Hac quoniam posterioris sunt aetatis cum Illustris dicitur, Diodori esse non videntur. * Fori. Consulibus.

Ante Augusti monarchiam, hæc magistratuum nomina habebant Romani. Patricios, qui Consilium & Senatus vocabantur. Tribunos plebis, qui populo præfunt, Censores, Consules, quorum potestas omnes excedebat, [Dictatorem, qui & potestatem, sed maiorem, quæque rationem reddere non cogeret, habebat,] duces, tribunos, imperatores militares, proconsules, aliæque similia. * Proconsulis quidem insignia hæc sunt, secures duodecim, toga prætexta. Dictatoris quidem secures, & cætera.

E PLVTARCHI PARALLELIS EXCERPTA. 642

CCXLV. LEGIMYS è Plutarchi parallelis diuersos libros, quorum compendiosa descriptio hæc selecta magnam vtilitatem discipulis continet.

E Dionis vita.

TIMÆVS Philisti in tyrannos studium atque fidem, occasionem sanè reprehendendi non iniustam arripiens, ad satietatem vsque conuiciis hominem proscindit. Sanè qui tum ab eo viuentis iniuria affecti fuissent, ignosci eis poterat, quod iræ impotentis essent. Eos autem qui posteriores tempore historias scripserunt, nihil eius factis læsos, oratione autem etiam adiutos, commune hominum iudicium dehortari debuit, ne contumeliosè aut scurriliter calamitates eis exprobrarentur, quibus quo minus iniuria fortunæ etiam optimis quisque feratur, nihil obstat. Neque verò sanus Ephorus, qui Philistum prædicans, quamuis fuerat callidissimus, malos mores & iniusta facta honestis in speciem præscriptionibus tegere atque excusare crederetur, id tamen omni conatu atque opera crimen diluere non potuit, hominem fuisse eum tyrannorum studiosissimum, & qui maxime omnium luxum, potentiam, diuitias nuptiasque tyrannorum suspiceret atque admiraretur. Tutissimum est neque laudare Philisti facta, neque fortunas exprobrare.

Ex Bruto.

HVIUSMODI in primis Epistolis fuit Brutus. Iam verò aliis ad Cæsarem, aliis ad Antonium discedentibus, & exercitibus velut sub præcone prostantibus, atque ei qui plus dedisset se adiungentibus, desperatis planè rebus Italia excedere statuit, pedestrique itinere per Lucaniam ad mare Eleam venit. Inde Romam Porcia reuersura, cum conaretur occultare dolorem quem animo ob digressum mariti summum capiebat, vidæta est contemplatione picturæ cuiusdam, generosa aliàs, fortisque mulier. Erat autem picturæ Græcum argumentum, Andromacha Hectorem comitans, puerum ab eo redditum accipiens, inque maritum respiciens. Hanc picturam intuenti Porciæ, affectuum suorum obiecta effugies lacrymas excussit, interdumque sæpè eo accedens plorauit.

Ex Paulo Æmylio.

IN quo passionum variarum morborumque internorum principatum duxit avaritia. De Perseo Macedonum rege ait Plutarchus.

Ex Demosthenis vita.

OMNIBVS auditis legatis Atheniensium qui ad se venerant Philippus, accuratissimè Demostheni respondit. Honore autem & humanitate eum, qua cæteros, non eadem est profecutus, Æschinem & Philocratè magis amplexus. Quam obrem iis Philippum laudantibus, quod & facundissimus esset & formosissimus, & optimus potator, inuidiæ succumbens ad irridendas eas laudes se contulit. Nullam regiam laudem hic esse dicens, sed primum rhetori, alterum mulieri, tertium spongiæ convenire. Mortua filia Demosthenes, cum de obitu occultè Philippi cognouisset, ut animos Atheniensium bona futurorum spe iniecta præoccuparet, læto vultu in senatum prodijt, somnium se vidisse ferens, quod magnà aliquam populo felicitatè portenderet. Paulò post adfuere, qui Philippum vita excessisse enunciant. Progressus est etiam in publicum Demosthenes splendè vestitus ac coronatus, septimo à morte filie suæ die, quod Æschines exprobrandi

* Sic emendandum. Malè enim ἐπιπορευομένην, pro Ποσειδωνία.

brandi causa refert, Inhumanitatem ei erga liberos obijciens: mollis ipse & degeneris animi, si luctu & eiulatum mansueti animi & suorum amantis signa censuit, sine doloris autem sensu & molliter casus huiusmodi ferre, in vitio posuit. Equidem Atheniensibus decorum fuisse, ob mortem regis, qui tam clementem victis se eis pberat coronas ferre, adde etiam sacrificare, nequaquam affirmo: nam præterquam quod inuidiosum hoc est, indignum etiam ingenuis hominibus erat, quem viuentem honoribus affectissent, ac ciuitate donassent, ob eius mortem exultare gaudio, defunctoque insultare. Quod autem domesticam calamitatem defendendam mulieribus reliquit Demosthenes, ipse ea, quæ è repub. esse crederet agenda suscipiens, id laudo, profectumque à forti animo, ciuilique iudicio, cuius officium est semper reipub. intentum esse, eique res casusque domesticos postponere, semperque dignitatem suam tueti, multo magis quam in scenis histiones faciunt regis aut tyranni personam agentes: quos ipsos videmus non ut ipsi libicum est vel ridere vel plorare, sed ut ratio propositi ad agendum argumenti requirit. Iam si contra officium est, ictum aliquem infortunio negligere, patique ut is omnis expers consolationis mæore se suo conficiat, sed & leuandus verbis eius dolor est, & abducendus ad rerum lætorum cogitationem animus, quomodo ex oculis laborantes à contuitu rerum splendidatum, suoque fulgore eos ferientium, deflectere aspectum in virides & molles colores iubemus, quod tandem patriæ lugenti melius consolandi genus adhibeat aliquis, quam si domesticas calamitates cum publicis temperarit, melioribus deteriora obscurer!

644 Vitus munere, inquit, Harpali Demosthenes, perculsusque perinde ac si præsidium sibi esset impostum, eius partibus se adiunxit. & conuocata multitudo, quæ de Harpali rebus animaduersura, contradixerat enim ijs qui seruare cuperent & eum suscipere, antequam auto manum impleffet: rectè, & benè collo lana & fascijs accuratè inuoluto in concionem prodijt: iustusque ad dicendum surgere, vocem sibi interdixit. vrbanoque autem homines cauillabantur, non angina, sed argentangina nocte correptum oratorem dicentes. Postquam in exilium propter accepta ab Harpalo munera pulsus esset Demosthenes, adolecentes qui ad se conuigebant, & consuetudine ipsius utebantur, à repub. dehortabatur dicens, se, si ab initio duæ propositæ fuissent viæ, altera ad suggestum & concionem, altera ad certum exitum ducens, ac si præciuisset mala quæ in rep. versantibus incumbunt, terrores, inuidias, calumnias, contentiones utique eam ingressurum fuisse qua recta ad interitum iisset.

Vide an hæc non confundat Plutarch. Aliter enim Agellius lib. 1. cap. 9. de Miletorum legatione, non de Harpalo.

E Cicerone.

Sane actio, inquit, Ciceroni haud leue momentum ad persuadendum contulit: idèque magna vociferatione vrentes oratores irridens, ob imbecillitatem ad clamorem, veluti claudos ad equos confugere dicebat. Conuitijs acerbioribus inimicos vel aduersarios diciters insecrari videtur oratorium, proximum vero risus caprandi causa offendere, multorum in se odia concitauit. Ex hac dicacitate multos parauit inimicos, Clodiusque cum alijs hanc occasionem nactus conspirauit. Omnium minimum apud Romanos numisma æreum, est quadrans. fertur, inquit, Cæsar cum primis diebus pro Ciceronis salute certasset, tertia die concessisse, ut amicis proscriberetur. fuit autem permutatio ita instituta, ut Cæsar Ciceronem, Lepidus Paulum fratrem, L. Cæsarem auunculum Antonius proscribi permitterent. Adeo ita eis & rabies omnes humanas cogitationes excusserant: imo autem illi demonstrarunt, nullam esse bellam homine, potestate ad exequendum, quod perturbato animo decreuit armato, ferociorum.

Ex Phocione.

645 Fuit Phocion seuerus & tetricus. Cum exercitus conscribendi causa pro tribunali sedens Aristogitonem sycophantam, qui in concionibus ad bellum excitare populum solitus fuerat, procul cum baculo & crure obligato adire videret, exclamauit: Scribe Aristogitonem etiam claudum & nequam. Ac mirari quidem possit non nemo, quomodo ita seuerus & durus nomen Boni inuenerit. Sed arbitror ut difficile esse, ita tamen fieri posse, vii idem homo (sicut & vinum) dulcis simul, & austerus sit: quem admodum

admodum contra nonnulli cum suaves videantur, acerbissimi sunt ventibus & plurimum nocent. ferunt sane Hyperidem etiam aliquando ad populum ita locutum: Cogitate, Athenienses, non modo an sim acerbus, sed etiam iniuriarum talis sum. Equidem Phocion inimicitiarum causa nemini civium malefecit, ac ne inimicum quidem vllum putavit: quantum res ipsa postulabat, ut aduersariis suorum, quæ ob utilitatem patriæ iniisset, consiliorum resisteret, asperum se peruicacemque præbuit. Privatim communè omnibusque benignum & mitem sese exhibuit, ita ut inimicis quoque infortunium passis auxilium tulerit, & in iudicio periclitantium salutem defendere. Ipsum Antipatrum Macedonum ducem dixisse perhibent, se de duobus amicis, quos Athenis haberet, Phocione & Demade, alteri ut acciperet persuadere, alterum dando saturare nequiuisset.

E Catone.

CVM se ad descendendum Cato contulisset, tardus fuit ad percipiendum: quæ autem percepisset, ea firmiter memoria retinebat. quomodo videmus qui bono sunt ingenio præditi, cito eos memoriarum mandare, qui autem non nisi cum magno labore discunt, eos memoriter quæ apprehenderunt tenere, eo quod singula quæ didicerunt, quasi inuruntur eorum animis.

Ex Alexandro.

ALbum ait Alexandrum fuisse, ruboremque in pectore præsertim & facie albedini admittum habuisse. Suauissimum odorem ab ore & vniuersa eius carne exhalasse, ita ut & tunicae fragrantia repletæ inde sint, ut multi tradiderunt. Causa fortasse fuit calidum & igneum corporis temperamentum. Bonus enim odor, Theophrasto si credimus, existit cum humores à calore coquantur: itaque sicca & torrida orbis terrarum partes plurima & optima gignunt aromata, quod sol humorem, qui in fumis corporibus veluti materia putredinis innatat, attrahit. Et consentaneum est Alexandrum ob calorem corporis bibacem iracundumque fuisse. Cum Bucephalum tredecim talentis venalem, adductum à Philonico Thessalo Philippus dimitteret, quod neque sellorem admitteret, neque vocem vllius eorum qui cum Philippo erant auscultaret, id ægrè ferens Alexander, petiit à patre ut equum acciperet, & accipiens ab omnibus professo & indomito iudicatum, fræno correptum aduersus solem obuertit: nimirum animaduertens equum umbræ, quæ agitata & tremens ei appropinquaret aliàs, conspectu perturbari: deinde cum paululum palpasset, manuque leuiter ducta demulisset, ut ita repletum vidit, sensim abiecta chlamyde sese in eum extulit, turoque confedit, & violentè equum impulit, & aliqui ex ijs qui aderant, anxie taciteque spectabant, ne quod incommodum adolescenti accideret, aliqui manibus plaudentes iucunde, omnes vero similiter stupecebant, postquam exultans gaudio saluus retro acto equo redijt, omnium acclamatione sublata, Philippus præ læticia etiam illacrymasse commemoratur, caputque filij, cum ab equo descendisset, osculatus dixisse: O nate regnum tibi par quære, Macedonia enim te non capit. Alexander, inquit, seipsum vincere quam hostes magis regnum existimans esse, nec vllam filiarum Darij alioqui pulcherrimarum, neque vllam aliam antè nuptias attigit mulierem, Barsina excepta, quæ vidua fuit. Cum autem vnus agnum peperisset, qui in capite figuram & colorem tiaræ, & ex vtraque eius parte testiculos haberet, abominatus id prodigium, à Babylonijs, quos eius rei causa ex more quodam secum ducebat, expiatus, ad amicos etiam dixit, se non sui, verum ipsorum causam perturbatum esse, ne ipso defuncto summam rerum ad ignobilem & imbellem aliquem hominem fatum deuolueret. Sed hunc eius mærorem aliud lactus ostentum sustulit. Etenim Proxenus stratoribus regijs præfectus, cum tentorio regis locum foderet iuxta Oxum fluuium, fontem liquoris pinguis aperuit, cuius cum limum esset haustum, purum deinde & perlucidum oleum scaturijt, neque odore quidquam, neque gustu ab oleo, neque nitore etiam & pinguedine differens, & vero nullæ sunt in ista regione oleæ: Oxum autem molliissimam habet aquam, adeo ut lauantibus eorum pinguedine quadam inungat. Mirifice eo prodigio Alexander delectatus est. Fuit & Philippo filius Aridæus, ex ignobili scorto Philinna prognatus, mentis non plane compos.

pos, quod corporis morbo ei eueniebat. Verum is morbus non naturæ vitio, quinimo in puero eo satis bona arque ingenua indoles apparuisse dicitur, sed postmodo venenis ab Olympiade corruptus, sanæ mentis iacturam fecisse.

Ex Cæsaris vita.

FERUNT proximo, quam Ariminum peruenisset (vrbs ea est magna in Cæltica, quam subito impetu inuadens occupauit) nocte obscænum Cæsari insomnium visum, nempe se cum matre sua corpus miscere.

647

Ex Eumenis vita.

ENIMvero secundæ res etiam ingenio modico & submisso præditos attollunt, ut magni sibi videantur, cristasque erigant, cum excelsio loco collocatos se vident: vera animi magnitudo & constantia, rebus aduersis ferendis, emendandisque, casibus elucefcit: Cuius rei exemplum Eumenes præbuit. Magis enim illius nobilitas animæ apparuit & paruit, & alacritas ingenij omnibus calamitatibus longe superioris. Ea propter sentiens eos sese mutuo contemnere, ipsum metuere, & in hoc esse, ut capta occasione occidant: pecunia sibi opus esse simulauit, eoque sub prætextu, ab ijs quibus maxime odio erat, multa talenta mutuo accepit, ut ijs fidem ipsi haberent, & metu amittendi crediti ab insidijs desisterent. Ita euenit, ut alienam ille pecuniam corporis sui custodem habuerit, & alijs salutem suam data pecunia redimentibus, solus ipse accipiendo tutum sese præstitit. Philopolemus, [id est, militiæ amans] est, qui utilitatem securitati præfert; Polemicus [id est, militaris] bello possidens securitatem.

E Sertorij vita.

AGENTI Sertorio in Hispania nauæ quidam ei occurrunt, qui nuper ex Atlanticis insulis redierant. Duæ sunt insulæ, stricto admodum freto distinctæ, decem stadiorum millibus ab Africa remotæ: eademque insulæ Beatorum Fortunarum dicuntur. Imbribus modicis idque raro rigantur, plerumque lenibus ac rosicidis ventis perflant, non arationibus modo & plantationi fertilem terram præbent, sed & vltro fruges effundunt, quæ sua & copia & dulcedine sufficiant ad alendum ociofum, & nullis negotijs deditum populum. Aer innoxius est, anni que tempestates mediocri mutatione ijs in insulis variantur. Etenim qui versus eas partes à terra feruntur boreæ & subsolani, cum in vastum ob longitudinem distantie incidunt locum, dissipantur, & antequam eo perferantur, concidunt: Cauri autem & Zephyri qui ab alto circumstant, pluuias à mari modicas rarasque infundunt, plerumque humectis serenitatibus refrigerant, incolasque placide alunt. Ita vsque ad barbaros etiam, constans & probata percrebuit opinio, esse illis in insulis Elyfios istos campos, & beatorum, quam descripsit Homerus, habitationem. His de rebus ut auditu percepit Sertorius, mirabilis eum inuasit amor eas insulas incolendi, tyrannideque & bellis euitatis in pace & quiete viuendi. Verum turbauit & dissipauit hunc amorem Cilicum aduentus, & nouorum bellorum administratio. Sertorium memoriæ proditum est, neque voluptati, neque merui obnoxio ingenio fuisse: natura & imperterritum rebus aduersis, & qui res secundas moderatè ferret: neminem eo tempore ducem magis aperta prælia vitasse: callidissimum vero furtiuus belli operibus, in occupandis locis natura munitis, & fluminibus traiciendis; aliisque id genus rebus quæ celeritate, astutia, & mendacio conficiuntur: perliberalem in præmij virtutum conferendis, in supplicijs moderatum. Quamquam extremo vitæ cursu videtur id quod in obfides statuit, ostendisse animum eius non verè mansuetum fuisse, sed crudelitatem eius arte quadam necessitatis causa fuisse celatam. Mihi autem vltimam virtutem rationeque recta stabilitam, nunquam videtur fortunæ vis in contrarium posse conuertere, ita consilia tamen aliàs recta bonasque naturas indigne grauibus calamitatibus afflictas, non absurdum puto credere vna cum fortuna mutari: id quod ego cum Sertorio accidisse puto, iam fortuna eum desitente, rebusque ipsi exasperatum iniurias malorum atrocius vltum arbitror.

Demetrius statura patre fuit inferior, tamen magnus: figura autem & pulchritudine facie ita insigni & eximia, ut eam fingendo pingendoque assequi nemo potuerit. Nam una cum venustate & elegantia grauitas terrorque in vultu inerat, & heroica quadam ac regia maiestas iuuenili alacritati admixta. Sic ingenium quoque erat, & ad perterrendos homines, & ad conciliandam sibi eorum gratiam aptum.

Insolentissimum fuit Stratoclis (is enim scitarum istarum fuit & subrilium auctor blanditiarum) commentum, qui legem promulgauit, ut si qui publico edicto ad Antigonum vel Demetrium mitterentur, ij non legati, sed Theori, id est consultores nominarentur: quod nomen eorum est, qui Pythiae aut Olympiae a maioribus tradita sacrificia pro ciuitatibus in solenni Graecorum conuentu peragebant. His illi adulationibus Demetrium alloqui sana mente praeditum demulcentes corruerunt. Athenienses obfessi a Philippo tabellarios intercipientes, lectis reliquis epistolis, missam ab Olympiade non aperuerunt, sed obfignatam adhuc Philippo miserant. Neque vero vlla regi conuenientior actio est, quam iustitiae executio. Mars enim (ut Timotheus ait) tyrannus est, legem vero omnium Regem Pindarus appellat. Vique ad Demetrium Antigoni, qui poliorcetes appellabatur, nemo hominum viderat ante quindecimem aut sedecimem. Postea quidem temporis Ptolemæus Philopator quadragintarem construxit, longam CCLXXX altam ab imo fundo vsque ad summum puppis XLVIII cubitos, remigibus quater mille, & nautis praeterea quadringentis instruebatur, recipiebaturque classiariorum in foris & tabulato prope tria millia, [sed nautae quingenti, remiges quatuor, milites minimum septingenti.] Verum haec naus spectaculo magis & ostentationi quam vsui fuit, quod difficulter neque sine periculo commoueri posset, parumque ab aedificijs fixis differret.

Ex Antonii vita.

Multa Antonius ignorauit, non tam ob socordiam, quam simplicitatem, qua dum eius facile suis credebat. Erat enim simplici ingenio, & tarde sentiebat: cum autem sensisset se peccasse, graui mouebatur penitentia, & apud eos ipsos quos offendisset, confitebatur. magna & supplicia & praemia irrogabat, modi tamen in gratificando, quam puniendo erat negligentior. Iocis autem eius nimisque dicacitati hoc aderat remedium, quod se vicissim morderi patiebatur, neque minori cum voluptate ridebatur, quam ridebat. Quae res illi maximo fuit malo. Qui enim libere secum iocantur, ab eis serio loquentibus nequaquam putabat sibi adulari: itaque laudando facile decipiebatur, non enim intelligebat esse, qui adulationi libertatem veluti subausterum condimentum admiscerent, quo proterua inter pocula loquacitati quies & fatiataem dimoueant, idque consequantur, ut assentantes & concedentes, quoties de re graui sermo incidere, non gratiam captare, sed prudentia inferiores videantur.

Ex Pyrrhi vita.

Fuit Pyrrhus vultu regio quidem, sed terribiliore quam venerabiliore. Non habuit multos dentes, sed supra erat vnum os continuuum, in quo dentium interualla tenuibus veluti sulcis detinebantur, & liene laborantibus salutem adferre credebatur, si gallum album macans; supinatis illis dextro pede leuiter viscera peremeret, neque fuit quisquam ita vel pauper vel vilis, cui rogatus eam medicinam facere dignaretur: gallum ipse Pyrrhus accipiebat, atque immolabat, isque ei erat honor gratissimus. Et ferunt pedis eius pollicem vim diuinam habuisse, atque etiam cremato post mortem corpore, hunc illa sum intactumque ab igne fuisse repperum.

Ex Marii vita.

Mario & temperantiae ac tolerantiae testimonia perhibentur: & huius quidem indicium exstat. Varijs enim magnis cum vitumque eius crus laboraret, deformitatem aegre ferens, medicum accersuit, eique non ligatus crus alterum praebuit, ac nihil ipse motus, nullo edito gemitu, constanti vultu tacitus incredibiles secluræ dolores pertulit: ad alterum transeunte medico, non sustinuit, remedium hoc non dignum esse inquit,

Herodot. Thalia. & Orig. lib. contra Celsum, p. 263. edit. August. Vind.

649

inquit, cuius causa tanti cruciatus tolerarentur. Marius ex Africa cum exercitu transuectus & consulatum accepit, & triumphum duxit, Iugurtham captiuum incredibile Romanis spectaculum exhibens, quo viuo victoriam de hostibus nemo ne sperasset quidem: adeo ad omnem fortunam se accommodare callidus, astutiae magnae admixtam ferociam habebat. In triumpho praeterea illata narrati auri ter mille ac septem pondo, argenti non signati quinquies milia DCCXXV. signati CCLXXXVII. millia denarium. Solent milites laboriosos, quique taciti prompte imperata faciunt, multos Marianus appellare (erat enim Marius indefatigabilis) quod sua ipsi facerent, & cum hac in re imitarentur. Quidam quia Marius olim sub Scipione militans curiose arma & carros inspicienti, adduxit bellicosum equum optime enutritum, & malum caeteris habitioris & cicuritate & robore praestantem multo: cumque Imperator Marii iumentis oblectaretur, & saepe eorum recordaretur: inde ortum ut qui per cauillum ob laborum assiduitatem & tolerantiam laudaretur, *Marianus mulus* appellaretur. Deuictis centum millibus Teutonum a Mario, Massilienses ferunt ossibus vineas sepiisse: tellure vero consumtis in ea cadaueribus, ac per hiemem imbribus delapsis, ita pinguem redditam, putredine in profundum penetrante repletam, ut legitimo tempore abunde fructuum protulerit, & quod Archilochus dixit, *hoc modo agros pinguescere*, id tum fuisse confirmatum. Neque abs re est, quod post magna praelia immodice pluuiae decidant: siue Deus aliquis terram puris & caelestibus aquis lustrat atque proluit: siue cadaueribus & pinguedine humidam granemque emittentibus exhalationem, ita aut coit, alioquin facile etiam leuissimis de causis mutatio ni obnoxius. Dignitasque admiratione Cornuti serui, multis enim bello civili morte sine causa condemnatis, varijsque caedibus perpetratis, cum herum suum occulassent, aliud quoddam cadauer de mortuorum aceruo arreptum collo trahentes, aureum annulum digito accommodantes, Marianis ita satellitibus ostenderunt, & ornato funere, quasi herile esset sepeliuerunt: neque id quisquam sensit, eoque modo Cornutus clam operata seruorum Galliam euasit.

Ex Arati vita.

Arato cum Aristippo & militibus acri pugna congreidente, & tyranno a Crete quodam nomine Tragisco necato, & amissis ipsorum plusquam MD viris, & nemine suorum amisso, Argos tamen neque cepit neque liberauit. Agis enim & Aristomachus minor, cum exercitu regio irruerant eo, & rerum potestatem occupauerant. Magnam quidem partem cauillorum, disteriorumque & scurrilium insectationum, quibus cum adulatoribus tyrannorum tradebant, refutaui: qui in gratiam dominorum discutare solebant, duci Achaorum tempore praellii aluum conturbati, vertiginem & grauem soporem oboriri simul atque tuba sonitum exaudiuisset. Itaque ut primum aciem instruxisset, & reserandam dedisset, percontari solitum centuriones, & quid sua praesentia opus foret, tacta iam alea, atque sua digredientem quam longissime, euentum pugnae expectare. Haec quidem ita obtinuit opinio, ut Philosophi etiam in scholis disputent, tremorue cordis & mutatio coloris, & alui solutio praesente periculo timidorum sit, an cuiusque intemperiei in corpore & frigiditatis: Aratum enim bonum semper ducem habitum, cui tamen ea semper in obeundis periculis acciderint. Quia antiqua lex erat, ne quis intra muros sepeliretur, eamque legem magna comitabatur superstitione, Delphos miserunt ea de resciscitatu Pythiam, quae permisit. & tum caeteri Achaei, tum vero Sicyonij gauisi sunt: mutatioque in festiuitatem luctu, coronati albisque induti vestibus corpus eius statim in urbem deportarunt; praeanes choreis accinentes: ac loco delecto qui omnium conspectui pareret, tanquam conditorem seruatoremq; vrbis sepeliuerunt. Loco etiam nomen Aratum. mortuus est specie familiaritatis veneno & dolis, caede a Taurione perpetrata, Philippo Peloponnesio tyranno edicente, ut impune illi quae fecisset cederent.

Ex Artaxerxis.

Mater Artaxerxis fuit Parysatis, solers sane femina, & taxillos iacere non indocta. Metus tyranno stimulus ad caedem acerrimus.

Ex Agide Plutarchi nihil excerptit Photius.

Antigonus Macedoniam rex vocatus ad auxilium ab Achaeis contra Cleonem, pu-

GGG

Ex Cleonem, gna

651

gna superavit & fugavit Cleomenem; & cum esset Lacedaemone positus, humaniter ciues tractavit, dignitatemque Sparte nullo modo conculcavit, aut ludibrio habuit, sed leges remque publicam Spartanis reddidit, & in Macedoniam tertio die discessit, quod eam bello ardere, atque à barbaris vastari inaudiuisset. Iam & morbus ipsum occupaverat, in phthisim vehementem vergens, defluxumque ex capite continentem. Non tamen ei succubuit, sed ita in certamine pro regno suo perduravit, ut maxima parta victoria, ingentique barbarorum caede peracta, maiori cum gloria mortem obiret. Philarchus scribit, eum in ipso praelio vociferatione corpus rupisse: quod vero non est dissimile. In confabulationibus hominum ferebatur, eum post praelium clamantem praegaudio, *Ophlebrum diem*, multum sanguinis expuisse, acutaque febris decessisse. Cum Cleomenes ab Antigono superatus in Aegyptum profugisset, initio à rege magno honore affectus est. Deinde haud longo post tempore sine iniuria, propter iniquam inspectionem & malevolentiam accusatorum, deficiente erga eum affectu, coniectus est à rege in carcerem, ad mortem quaesitus. Ille vero cum alijs xvi. socijs cum gladijs domo exsilium, per vicus currit, & ad libertatem populum vocat. Laudant miranturque ciues Cleomenis audaciam & animam, sequi & opem ferre ausus est nemo metu tyranni. Illi autem obuios quosque trucidarunt, & inter eos duos inimicissimos, cumque magnam ad se confluentem hominum multitudinem interfecissent, tandem etiam interfecisti sunt, & in crucem acti. Post dies haud multos, ij qui in crucem actum corpus Cleomenis custodiebant, iustae magnitudinis draconem viderunt caput eius circumplexisse, faciemque operuisse, ita ut nulla carniore auis aduolaret. Id superstitionem regi iniecit & metum, quod vir dijs carus & praestantioris humanae naturae interfectus videbatur. Alexandrini etiam frequentes ad eum locum commeantes, heroem Cleomenem, & Deorum filium appellare tantisper, dum eum errorem doctiores minuerunt: docentes putrefacto bonis caduere apes, equi vespas, asini scarabeos generari: in humano autem corpore confluyente sanie, quae est circa medullam, & in vnum coalescente angues nasci, id quod intelligentes antiqui, ex omnibus animantibus draconem potissimum heroibus consecrauerunt.

Vide Horapollinē lib. 2. c. 44. & Origenem contra Celsum, lib. IV.

Ex Titi Flamini.

653 Cvm Isthmia celebrarentur, ac multitudo hominum in stadio consedisset spectandi gymnici certaminis causa, eo magis, quod illo tempore Graecia à bellis vacabat, spemque libertatis propositam cernens, manifesta in pace diem festum agebat: postquam tuba silentium vndique est factum, progressus in medium praeco ita pronunciauit: Senatus Romanus & Titus Quinctius Imperator Consul, deuictio Philippo & Macedonibus, absque praesidijs esse, liberos, immunes, suis legibus viuere iuber, Corinthios, Locros, Phocenses, Eubœenses, Achæos, Phthiotas, Magnetas, Thessalos, Perihæbos. Primum neque omnes plane, neque perfecte vocem praeconis exaudierunt: Eratque promiscua & tumultuaria in stadio commotio admirantium, sciscitantium, repetique edictum poscentium. Ut vero iterum factio silentio, altiori voce eadem praeco proclamauit, exauditumque est ab omnibus edictum: tantus, quantum credibile vix sit, clamor praerantia omnium exortus, ad mare usque peruasit. Quotquot in theatro erant, assurrexere omnes, neque iam quisquam certantium spectaculo tenebatur, prosilire omnes, amplecti & alloqui Graeciae seruatorem atque propugnatores properabant. Atque eo tempore id te ipsa apparuit, quod de immenso immodicoque clamore dici solet. Corui enim qui tum forte praerueolabant, in stadium deciderunt: Cuius rei quidem causa est aeris perturbatio. Nam vox cum magna atque multa effertur, ea diuulsus aer, volantes non sustinet, facitque ut aues ita atque si in vacuo sint loco, delabantur. nisi potius ictum quodam aeris aues veluti sagitta transfixae, deturbentur atque decidant. Potest & ad aeris vorticem seu procellam transferri, cum maris ille instar, ob clamoris magnitudinem inuoluatur, rursumque cum impetu sese explicet. Caeterum Quinctius, nisi celementer dimissis ludis impetum & concursum populi declinasset, haut profecto saluum potuisset euadere crediderunt, tam multis simul vndique ei se circumfundentibus.

Plutarchus sicut in hac Quinctij, & in alijs vitis compositis ait, *Neronis erat temporibus.

*TITIANI

EX

653 EX ARISTIDIS ORATIONE PANATHENAIKA, quae est Athenarum laudatio,

Excerpta.

Ex Gal. Canteri
Vtriusque in
interpretatione.

654 L E G I Aristidis Panathenaiacam orationem, verborum ac nominum explanationem comprehendentem, & periodorum: etiam sensus potestate, & ornatu praeparato. Terra quidem ad omne factus genus fuit instructa. Hac autem beneficia cum à Dijs accepissent, ita ceperunt eorum auctores imitari, ut alijs ipsi loco Deorum fuerint, & hac primum ratione dignos se donis istis esse comprobauerint, quod ijs recte fuerint. Nec enim vel sub terram existimauerunt defodienda, vel alios sibi aequales euasuros esse timuerunt: sed ita demum se, quantum reliquis praestarent, posse ostendere putarunt, si essent erga omnes beneficii. Sed me oratio fluctus instar transuersum rapuit, itaque ad id, vnde digressus fueram, redeo. Diuina igitur pompa commeatum in omnes regiones, tanquam pecuniam theatralem dimitunt. Maximum autem beneficium est illud, quod omnes vndique afflictos susceperunt, ac fouerunt. Nulla namque Graeciae gens est, ut ita dicam, quae hac ciuitate non sit vsa. Quorum omnium meminisse primo factu sit difficile, & pares memoriae sermones accommodare, quae prima sunt, & antiquissima exponam. Cum Hercules è viuis excessisset, vrbs ei primum templum & aras consecrauit.

Athenarum
laus.
Hercules.

655 Subiecta perasis per eclipsim, aliquid blandi habens, qua saepe vititur. Et nunc ciuitatis stant beneficio Messenij. Etenim sola cum omnium fortuna perpetuo contendit vrbs, omniumque clades in melius conata est conuertere, vetusque dictum immutauit. Ostendit enim se amicos infelices nequaquam fugere, cum permultos etiam, à quibus antea dissidebat, post acceptas clades in amicitiam receperit. Nec quos felices admiserat, infelices factos dimiserit, quasi fortunae humanitatem accommodaret, sed infortunijs ad beneficiorum occasionem sit vsa, de suo plerisque impertiens, quae prius nunquam vel sperauerant. Et iam ad vtrumque terrae terminum vestri habitant liberi, partim ad Gades usque à Massilia pertinentes, partim per Tanaim; ac paludem diffusam. Sequitur ea nunc orationis pars, à multis, ut opinor, expectata, quae res bellis summo discrimine gestas complectitur, quas equidem metuo maiorem narrandi difficultatem dicenti, quam ciuitati olim gerendi, exhibituras esse, non tamen necesse eas iam est attingere. Atqui hoc ipsum primum, quod omnes, qui sunt in necessitate constituti, ad hanc urbem, vtroque, ut aiunt, pede confugiunt; nec ad aliud vllum oppidum respiciunt, id euidenter, omni quae columna clarus ostendit, eam ab initio statim Graeciae principem, non modo non ignobilem fuisse, ac de rebus duabus pulcherrimis, fortitudine & humanitate [aut potius iustitia, testimonium illi perhibet.] Etenim isti omnes instar praecorum ipsius fuerunt, qui experientia docti praedicarent, Athenienses & iustissimos esse, & iniuriam optime coercere, aliasque ciuitates huius indigas, pro se singulas Graeciae numerum explere, hanc autem vere tanquam urbem inter pagos eminere, apparatu & prudentia aequali instructam, ut iustis fortiosem, ita potentibus aequiore, aut potius & iustis exacte iustiosem, & violentis potentiosem, ita ut vtroque vtroque superet. Atque haec quidem communia sunt exempla.

Hoc orationis schema varijs nominibus appellatur. Etenim dicitur streptolytium, diallelon, enagonium, diagonium, chiasmum, implicatum, solutum, subiecti mali amolitiu. Streptolytium quidem, quia ex aequalentibus soluit dicta, enagonium vero, quia videtur habere certamen in inductione sensuum. chiasmum, quia duarum propositionum, iustis scilicet & potentis, quod quidem oportebat dare iusto, dat potenti, quodque potenti, iterum dat iusto, sensum permutans. Dicitur autem subiecti mali amolitiu, cum subiicit ut iustus, facile pati iniuriam, ut fortibus vero iniuriam facere, sustulit vtriusque malitiam. quale est, iustus est & non patiens, & fortis est & iniuriam faciens haudquaquam. Si enim in sine posuit nominis comparatiuum, sed non est schema comparatiuum, sed ut dictum est, subiecti mali machinatur amolitionem.

SCHOL.

Nam cum Amazonibus, quarum facta superarunt naturam, equestri praelio commissis, Amazonum totam

GGG 2

totam gentem deleuerunt, cum eis nullus ad Atticam usque restitisset, verum omnia solo adæquassent, à Thermodonte quasi centro [profectæ.]

Vnde tunc omnia quasi fune rupto retrocesserunt, dissoluto Amazonum & imperio, & excursu, & vrbe, & sic communi subuenit naturæ effecitque, vt iam dubium sit, an vnquam existerint. At nunc cum par labor in quæstione omittendorum, & digna eorum, quæ clarissima videantur explanatione sit ponendus, nec quisquam adhuc vel nuda narratione sit omnia complexus, quamuis aliqui plurima ciuitate, atque adeo plura quam de reliquis omnibus, dixerint, non licet nobis accuratius tractare singula, & plurima sunt omittenda, vt maxima quæ sunt referamus, quandoquidem certe nemo sit, quin libenter ista in medium proferat. Nam cum Græci de summa rerum cum Barbaris decertarent, parua terræ parte cum ingenti commissa, & pro virtute ac salute certamen esset, tum ciuitas vtramque gentem præter omnem spem vicit, & alteram esse paruum sui appendicem, alteram tanto deteriorem, quanto videbatur maior, declarauit. Tum vero facta sunt a verbis, aliena videlicet à nostris, superata, cum plebiscitum omni trophæo præclarior, verbis pariter & re vicit, quandoquidem manibus statim fuit comprobatum, non modo sublaris, vt fieri solet, sed etiam præcones perdentibus. De eo autem, qui litterarum fuerat interpres, populum quidem in suffragium miserunt, vt iudicij formam, quoniam Græcus erat, præter ceteros haberet; nihilominus tamen & ipsum interemerunt, quasi ne voce quidem sola Barbaris esset inferendum. Itaque id quo ille maxime nitebatur, eum sefellit, cum illi censebatur hominè municipalem interpretis officio contra vrbe[m], & Græcos pro hostibus fungi non debere. Tum in barathrum proiecti sunt, sic vt alij responsa regi retulerint.

Sublatu interpres Samius erat genere, nomine vero Mys.

Ciuitas autem pompam potius ducere, quam ad certamen se comparere videbatur. Tempa namque omnia aperuerat, sacerdotibus conuocatis, ac Dijs antiquo more supplicationes faciebat. Ac primum quidem cursus eos omnes, qui ob coronæ præmiu[m] suscipi solent, longe superabant, æqualem præmiorum excellentiæ præstantes alacritatem; in fine vero sese ipsi vincebant. Tanta vero fuit huius apparatus & facti superbia, vt existimarent Barbari se, si modo visi essent, tantum effecturos, vt omnes velut in ludis mox cederent, vltroque se dederent. Atque hæc prima inter homines publica virtutis cum diuitijs, & prudentiæ Græcæ cum turba & apparatu barbarico existitit controuersia, quæ non sermonis eloquentia, sed factorum demonstratione, temporisque opportunitate fuit ditremta. Nec enim isto spectaculo in merum, sed alacritatem illi conuersi sunt, nec insolentiam eorum, quæ cernebant, obstupuerunt, sed cum viderent quot essent vincendi, lætati sunt, quoniam se istam occasionem à fortuna omnium fortiter superandorum nactos putabant, & hoc fore tanti exercitus commodum, quod abundantem sui usum esset præbiturus, ac se iamiam magnifico seque digno quasi conuiuio excipiendos putabant. Nam vt equi, & tela, & naues, tum phalæx, & torques, canes, omnesque opes, Fortunæ dona, proponuntur fortioribus, & hæc omnia largitur victoria. Quæ cum apud se duces, & inter se milites expendissent, tum à Dijs, & amico orsi Apolline, curriculo tanquam patente campo processerunt, nec Barbaris videndi, quid ageretur, spacium dederunt. Verum pariter & acies rumpebantur, & homines occidebantur, & capiebantur equi, naues, opes, instar Panicæ cuiusdam choreæ. Quid quod etiam mortuus quidam, cum Barbarorum telis confossus esset, stetit erectus, ac tanquam immortalis esset, reliquos perterruit.

Sed vt tum vere turbam se esse, maximeque seipsum impedire cognouerint, cum essent maiore numero, quam cui aliquis initio sustinuisset resistere.

Quo fit vt cum Iouem liberatorem ob res gestas vrbs colat, Græci vrbe[m] ac populum Atheniensem iure liberatoris loco debeant habere. Quo circa si inæqualitas inferiorum est, omnibus hi victoriam ademerunt.

Filius Darij Xerxes, qui omnium Regum cogitationes superauit, & nihil mirandum non tentauit, cum & patris conatus inopia fuisse impeditos crederet, ciuitatemque & Græcos nusquam compartituros contemneret, duplex instituit certamen, quo partim illi antecelleret, partim hanc egregiè puniret. Quin etiam cum effectis celestibus, omnique tum visu, tum rumore insolito, [non, cum patre dumtaxat] videretur certasse, quasi qui suam esse terram voluisset ostendere.

Floridius

Floridius hoc dixit Isocrates, sic rem enuntians, veluti cum Ioue creata diuidens, Ioui celum, sibi verò terram distribuens.

Quos terrores terra marique suis non incussit! cuius minas primum nemo poterat attentis auribus audire, cum ad vltimas terræ fines progredierentur, ea prædicentes, quæ ex ipsius tantum ingenio poterant prodire. Atlantici denique maris colonias viles redditurum, & extra eam, quæ habitatur terram, conditurum, iamque ipsos coacturum mutilatos in mare exaggerare, aqua exhausta, & lapidibus effossis, tantum habentes membrorum, quantum ad opus sufficeret. Nec verum cum ista tam insolita, omnique metu maiora minatus esset, substitit, verum factis verba longè superauit, præterquam quod vrbi nihil potuit nocere. Athos ad rei memoriam relictus est. Cameli verò tam aurei quam argentei collucebant, longissimum occupantes spacium. Sin vmbra[m] desiderabat, præsidio erat arbor aurea, quæ vmbra[m] faceret. Itaque & nocte auro atque argento diem, & interdiu, cum suos iaculari iuberet, noctem inducebat. Sed & Græcos ad commune certamen conuocabat, quod erubesceret, vt arbitror, sola se barbaris Græca opponere, vt apud Marathonem fecerat. Nec enim in alijs ipsa spem salutis suæ ponebat, verum alij, qui salute simul & libertate indigerent, in ipsa spem suam collocarant. Quæ autem vnquam vel alacritas præclarior, vel animi fortitudo euidentior in vllis hominibus exstitit? Cum hi terra cesserint, ne vel terra vel mari seruirent, quod rerum suarum & conseruationem in seruitutis occasionem, & amissionem in nouarum opum subsidium, vertendam existimarent, ita vt aliorum fortunas, suarum iactura tuerentur.

Proinde, vtrum malitis, eligite: hæc ergo cum dixissent, num alijs verbis, quam quæ cum æquitate congruerent, nec essent in tali necessitate cõtemnenda, vñ fuissent? Si tamen etiam communia fuissent omnia, nemine alterum superante, omnesque ex æquo contribuissent, ducibus insuper paribus, vt tanquam in collatione communi, pro rerum qualitate duces fuerint constituendi, nonne illi inter omnes vt sidera elucebant, omniumque consequebantur suffragia, idque non modò scientiæ iure, quod illi minus existimabant, quamquam tamen in talibus negotijs summum esse solet. Alij quidem nomine gaudebant, alij officio ducumungebantur, eoque maiorem obtinuerunt dignitatem, quod ipsis Imperatoribus imperabant. Nihil etenim, quod vni cuidam Atheniensium improbaretur, ratum habebatur. Quapropter vt Lacedæmoniorum dux singularum nauium imperabat ducibus, ita Atheniensis ducum duci. Et enim uerò demonstrandi studium, sermoque alius ab alio tractus, longius nos abduxit: quapropter quoniam de quibus volebam interim disserui, ad rem ipsam redeo.

Quos ergo pulchriores his virtutis, vel cultores, vel demonstratores reperias? qui nec auro, nec argento, nec ferro, nec re denique vlla vinci potuerunt, sic vt hæc omnia non maiorem Regi usum adferrent, quam si etiam tum sub terra delituisset, cum illi paupertatem diuitijs, securitati pericula, humanitati Regis tantæ, iustitiam præpõnerent. Sed ne quid aliunde adducam, huic vni inhæream, ad ceteram, ad continuam orationis partem me conuertam.

Sed in hunc sermonem penè inuitus incidi, narrationis serie magis quam voluntate ductus, cum nequaquam huc tenderem.

** [Narrationis serie] vel pro dignitate dicit, quemadmodum recta est via, vel, vt contigit in via esse, sapenumero enim à via aberrans, aliò vadit ducente amico.*

Contra totum imperium Persarum, discrimen in terra subirent, ac pro singulis hominibus gentes integras tum occiderent, tum caperent. Quid? quod eodem die duo parta sunt trophæa, cum nauale prælium terrestri fuisset adæquatam. Soli enim ex iis qui communem instituerunt Rempub. & suam regionem pro aliena habuerunt, & aliena quæ esset, non sibi alienam, sed iis qui eam cum scelere incolerent, custodum denique more vixerunt, non vt qui in præsidijs collocati sunt, aut vnum aliquem locum obeunt, sed vt Græcorum omnium per totam terram circitores nominatè oportebat. Donec tandem cognouit rex, perinde se contra vrbe[m] bellum cepisse, ac si igni latè grassanti oleum opposuisset. Nihil enim damni erat, quod non pateretur, sic vt ipse cõsumeretur à sese, ac regionis spatium salutis subsidium habere se intelligeret.

Propriam regionem contra se ipsam, ex hac enim Athenienses, scilicet Asia velus ex vrbe illum eiecerunt.

Dona militaria.

*Xerxes.
* al. demmans
patrem se qui
per ignauiam res
gessisset.*

** id est idem.*

** Sicut. matris
riam.*

* Pind. Pyth.
Ode VIII. &
XI. Eurip. Me-
dea. Platō lib. 4.
de Repub. Clem.
Alex. Protrept.
& alii.

Nam hæcenus quidem vsque ad Peneum imperabat, aut potius (magnam enim partem detraho, quamquam multum dicere videor) vsque ad Atticam, donec Atheniensibus in mari occurrit, tanto iam spatio Delphos, terræ totius, Græciæq; * vmbilicum, transferat. Ac per vrbes certamina, & marinas expeditiones vsque ad redactus est, vt polliceretur se nec terminos duos, Chelidoneas ad Meridiem, Cyaneas ad Septentriones, nauigio deinceps superaturum, & à mari ad quingenta vndique stadia recessurum, ad eò vt orbis ille pro corona capitis Græcis esset, & in ipso iam regio agro præsidia collocarent sua.

Quem autem pulchriorem vel pacis vel belli, tam contra Græcos quàm contra Barbaros, exitum quis reperiat, quàm quo res has vrbes conclusit? Quamquam nec hæc ipsa, quæ tot tantaque sunt, sine multis Græcorum obstaculis peregit, omnibus eam quasi diripientibus. Etenim quod cum Græci contentionem & bellum contra ipsam suscepissent, nihil tamen de Græcorum cura remisit: verùm pro communi salute bellum cum Rege terra, marique gessit, quantæ est animi magnitudinis, præter quod in tot partes se diuisit, atque omnia non secus atque singula curauit, & cum animi fortitudine, tum apparatus magnitudine admirandam se præbuit. Nam & contra barbaros ita se gessit, quasi ab omnibus negotiis vacaret, nec interim Græcis, si qui erant infestis, occasionem gerendi, quæ vellent, præbuit: verùm & his ita se obulam dedit, vt quas vel etiam plures simul res ab ea gestas, velut ea quæ numerantur coniunctim, commemorare liceat. Vicerunt enim Peloponesios nauali prælio ad Cecryphaliam, & Eginetas ad Eginam, & rursus Peloponesios. Deinde Megarensium mœnia ad mare vsque protenderunt, libertatem eorum simul cum regione defendentes. Tum Corinthios ante Megarenses primum superarunt, & iterum urbem vicerunt post dies duodecim, cum iniuste trophæum surripissent. Quæ tamen magni momenti non sunt, dicentur à me tamen, licet festinem, quandoquidem appendix rem totam absoluet. Cum enim abessent vrbes copiar, partim ad Ægyptiorum subsidium, nauas plures, quàm tunc erant in tota Græciâ, partim in Æginæ obsidione, aggressi sunt hostes Megara inuadere, quod existimabant Atheniensium ociū sibi in occasionem rei gerendæ cedere, aut saltem si vrbes rursus vinceret, Æginæ obsidionem solurum iri: siquidem illi aliunde opem ferre non possent. Illi autem ad eò hoc commentum riserunt, vt qui ad Æginam erant, non magis quàm qui in Ægypto rem omnem ignorabant, loco se mouerent. Quinimò sola priuato periculo communi utilitati studuit, & beneficiorum copia principatum sibi comparauit, more communi mutato. Non enim quod oppida subiugarat, sed quod libera fecerat, imperium est adepta: ita vt eodem tempore & Græcis libertas & vrbi fuerit imperium tributum. Huic enim soli vltro paruerunt reliqui, & hunc populum communi suffragio iusserunt imperare, ad eò vt cum armis Barbaros cœgisset, socios tamen nihil precatus fuerit, sed ipsorum precibus compulsus principatum acceperit, quo ad iustitiam, non ad iniuriæ notam vteretur. vt autem singularem rem totam explicem, sola hæc ciuitas, Barbaris inuitis, Græcis autem petentibus, imperium est adepta. Quis vnquam dignè vel expendat, vel admiretur? Vt autem insignis illa clades accepta fuit, (cur enim hoc taceam, cum & ipsum ad vrbes magnitudinem ostendendam pertineat?) quæ ita sit ad reliquas res progressa, quasi totam cepisset Siciliam, nec copias amisisse sed nouas comparasse videretur. Ac mœrum quidem facilitatem, ac temperantiam, vitæque rationem ad fugam turpitudinis susceptam, nemo facile pro dignitate dixerit. Verùm cum Græci omnes illos circumfisterent, & antiqui hostes tum primum ex fortuna spem cepissent, noui autem à Sicilia accederent, omnibus verò locis omnium tam insularum quàm regionum aliarum, re bellione in hostes mutatis, illud præterea flagitium præter opinionem commissum esset, vt regem contra urbem aduocarent ij, quos ab eo vrbes seruauerat: ille verò libens aduenisset, ac tum militibus, tum nauibus, tum etiam pecunia opem illis ferret, omnibus terræ marisque locis in belli subsidium præstitis: non erat quisquam, qui non crederet prima fronte urbem iam iam direptum iri, quam Græci simul & Barbari bello vexarent. At hi eam fecerunt rerum mutationem, quasi apparatus ille non damnum ipsis potius quàm auxilium attulisset, ipsique ad eò hostes belli duces se præbuisent. Trophæis Hellepontum distinxerunt, aliis alio fugatis, ac velitationes potius quàm prælia eum obuiis committentes, quemadmodum tum à nobis, tum ab aliis antea dictum fuit.

Denique

661 Denique ad Cyzicum simul cum Lacedæmonii, Græcis, Barbaris, & Pharnabazo congressi, naues omnes, præter eas quas deprefferant, ceperunt. Itaque quæ tanta laborat seditione ciuitas, hoc tempore ne mentionem quidem pacis fecit vllam, cum illi quibus tot initio suppeditarant commoda, clade accepta, mox ad pacem confugerent.

Cumque ipsa simul contra omnium impetus opponere se coacta sit, hostes plerique partem eius aliquam infestauerunt, vniuersas copias nunquam sunt aggressi. Quapropter & ciuitatem hanc, & multos sæpe vicisse, & perpetuò inuictam permanere merito dixerimus. Quid quod ipsa nemo vnquam potitus est, nec eius consilium mutauit, quandoquidem reliquæ clades ad exercitum referuntur, cum ipsa tam consilia hostium quàm facta subiugarit, partim Xerxe ex voto egregiè fugato, partim Lacedæmonii, & absentibus, & presentibus, atque victis repressis.

[Ad quid inclinavit, nisi ad cupiditatem pacis?]

Etenim Lacedæmonij cum nec pacem cum Thebanis facere dignarentur, solis Athenis honestè se cessuros rati, & cum aliis ex Peloponeso coniuncti, salutem non tam afferre quàm postulare possent, [erant verò paulò plures quàm quinquaginta] primi huius consilij auctores, pariter contra Lacedæmonios mari, terraque imperantes, & eos qui in vrbe erant, periculosè obiecerunt: quod existimarent sibi vel liberis viuendum, vel ignauis oppetendum esse, ne Solem conscium intuerentur. Vt enim iuxta communem hominum naturam ægrotauit, ita iuxta suam fuit sanata, laudemque ex eo maiorem, quàm cladem percepit. Quod cum fecissent, tum deinde hostibus fortitudine, & amicis æquitate superatis, partim bellicis viribus, partim maturo post res gestas consilio, patriam recuperarunt. Quapropter si quis omnia non studeat complecti, is acceptam in bello cladem potest dissimulare, quandoquidem sequentes res eodem, quo priores, consilio sunt & euentu peractæ.

Quæ exasperantia hanc euehendam esse urbem existimandum.

Iam illud nihilo secius quàm superiora, tum narrare tum admirari debemus, quod cum Lacedæmonij ea quæ xxx viris contra populum mutauerant, postquam inter eos conuenit, populus ex parte persoluit, quo firmitas fœderis maior accederet. Populus enim ibi collectus, aliis in aduersis bene sperandi exemplum præbebat, 662 simulque in manus, ac prope in sermonem conuenerat, quasi pro se inuicem dimicaturi, vt dici non possit, vtrum detestanda magis esset aduersariorum seditio, quàm verò ciuitati hoc modo liberatæ * optanda. Et cum pacis mentionem feci, partim quiddam de ea repetam.

Quapropter & sola Barbaros & prima vicit, cum aliisque coniuncta, ipsa non minus atque hostes superauit. Quemadmodum qui venari nesciunt, si quid insperantes ceperint, non dimittunt, nec nisi carissimè vendunt, imbecillitate sua rei pretium metientes. Hæc autem cum se toto genere præstare cognosceret, nunquam sordidius se gessit, quoniam de absentibus non leuius quàm de presentibus sperabat, ideoque citius omnia hostibus, quàm illi sua peterent, reddidit.

Comparisones istas ægrè fero, quamquàm & ipse quibusdam absurdè facere videbor, qui in eum sermonem, quem vituperabam, inciderim, cumque ea de causa, propter quàm fuerat omittendum, habuerim. Quinimò hinc vel maximè perspicietur, nec magnam illos ab vrbe gratiam inire, nec hæc esse de industria tractanda.

Sed per transennam quemadmodum nunc ego facio.

Quapropter si quis à nobis etiam hæc velit præteriri, hæcenus certè dicta sunt. Et Lacedæmonij qui pro Græcis, vt principes opponere se solebant, puerorum vicem vrbes comparatione subeunt. Quid? quod tam inuitus in hunc sermonem incidit, vt etiam trophæa quæ recensero, ab aliis esse vrbi parta cupiam, ne plerisque Laconicum nomen esset inferendum. Quoniam verò res ipsæ nos huc adigunt, hæc non tam contentionis gratia dicemus, quàm ne res omnes transeamus, vt in quibusdam fecimus, nec est leuiter progredendum. Nec tam vnum ediderunt beneficij genus, quàm nullum omiserunt. Multæ autem eorundem temporum res velut in historia mihi occurrunt, quas ad eò non possum facile cunctas explicare, vt ne duci quidem vlli queam sufficere. Earum verò quas, quibus omisis, recensero! Iam illud maximam meretur admirationem, omnemque superat humanam naturam, cum possent Lacedæmonii

terra

Schol.

Schol.

* forte pro vrbem legendis vrbem.

Comparatio.

Schol.

terra marique pro famulis vti, vel calamitati suae relinquere, quos & socij, & finitimi, & serui omnes oppugnabant; nihilominus æquo iure eos admiserunt, & cum Thebanum instar flammæ ad urbem Laonicam & reliquas Peloponesi partes ferrentur, soli ex Græcis & Barbaris resisterunt. Quas ob res eo loco sunt ab omnibus habitæ, vt vrbs totius societatis curia constitueretur. Præterea vtrum ciuitatem, an fœdera reprehendunt? Si enim ciuitatem accusant, nihil de rebus maximis, à quibus vrbs celebratur, videntur cognoscere: sin fœdera, vtique aliis ea dissimilia iudicant: itaque fit, vt quod in vituperium rei proferunt, eo laudent urbem. Nam & ciuitatis & hominis cuiusvis virtutum ita demum cognoscitur, si mala in eo vel sola, vel bonis plura, aut maiora (vt & hoc adiciamus) cernuntur. Qui autem omnibus examinatis, vnum aliquid, aut item alterum reprehendunt, ij reliquis omittendis tacite laudant, præsertim si non de homine, verum de ciuitate, eaque totius Græciæ antiquissima, plurimisque rebus præclare gestis celeberrima iudicium fiat. Omne enim imperium à potentioribus contra æquitatis legem exercetur. Quomodo alioqui aut æquum sit, aut iustum, vt quis alienæ terræ tributum imponat, aut leges præter necessitatem ferat, aut iura illis vel iusta det, aut belligeret, aut quæ sua non sunt occupet? quandoquidem ista præter æquitatem sunt. Quare si quis exactius iuris naturam velit perquirere, nec potius aliquid rerum naturæ concedere, quam sophisticam agere, is iam protinus omnia imperia, & magistratus abrogabit, cum ea potentioribus seruentur, atque etiam ad Deos ipsos prænimia sapientia procedet, eosque, quod non æquo iure cum hominibus agant, sed imperium sibi arrogant, calumniabitur. Sed hæc, vt arbitror, ab iis disputantur, qui in angulis educati, Solem nunquam viderunt, à quo solent aliæ stellæ lumine privari. Sin hæc necessariò cum omni imperio coherant, estque hoc imperij ius, vt princeps potiori sit iure quàm cæteri: ita demum cedam, si qua vel Græca, vel barbara potestas, minus imperij iure, quàm populus Atheniensis, via demonstratur. Quemadmodum enim in præclaris consiliis optimi alicuius viri morem secutus est, ita in iis quæ calumniantur nonnulli, non secundum communem hominum naturam, sed imperij necessitate ductus peccauit. Cumque potentia sua imperium esset ab initio adeptus, per humanitatem vltro dimisit, ac ipse penè sibi criminum est auctor factus. Nam cum maxima erga omnes familiaritate, atque moderatione usus esset, eosque magis in reipub. societatem quodammodo vocasset, quam principatus iure cohibuisset, idem ferè, quod solet benignis dominis accidere, passus est, vt non propter ceteram æquitatem gratiofus esset, sed cum quid postularet, apertè vim facere videretur. Quin siquidem in eos, qui pro ciuibus sese gerebant, hæc perpetravit, nihil veto quo minus incurreret: sin verò quia partim defecerant, eumque præter dignitatem contumeliosè acciperant, partim apertos hostes profitebantur, dubium non relinquitur, quin ij qui necessitatem attulerunt, crimem omne sustineant. Nam & illi eo quasi pignore videntur eaque fiducia elati peccasse, non quod vrbe perpetuò se potiri posse crederent, sed quod nec victos grauius quidquam esse passuros considerent, quum Atheniensis natura essent ad homines conseruandos propensi. Quod enim de Mitylenensibus decretum reuocarunt, quæ potest ciuitas primis consiliis vincere? Vt enim quæ pridie statuerant, iudicij erant, & iniuriæ acceptæ: ita quæ postredie mutarunt, solius erant vrbs, cum quidem tremeis vna est alteram affecuta. Iam cum hominis cuiusvis defensionem cum facto coniungam omnes recipiant, miror eos vrbs res gestas tot ac tantas, quibus illa se purgat, non considerare. An verò Solem quidem, ac Lunam, non ob damna, quæ nobis dant, accusabimus, sed propter commoda ab ipsis profecta mirabimur: de vrbe non ex vniuersa eius natura, & cum omnibus consuetudine ac familiaritate, sed ex offensionibus aliquot iudicabimus? non puto, nisi quis etiam fulmina Deorum, ac tonitrua, motusque terræ velit calumniari, neglectis communibus, atque vniuersis beneficiis. Quamuis autem multa quoque posteriorum temporum bella, inuisitata & inaudita constantia, narrationi meæ reliqua sint, tempus tamen me deficit. Quapropter vnum si addidero, totum hac de re sermonem concludam.

Natura quasi sciens fore, vt rebus gestis alios vrbs longè vinceret, orationes ei & litteras pro dignitate tribuit, quo & ipsa suis gauderet ornamentis, & aliis, si opus esset, vna cum reliquis impertiri posset. Cum ergo prius Græcos ad vos confugientes seruaueritis, nunc omnes homines, gentesque cunctas pulcherrimè excipitis, xenio sapientie &

Athena doctæ.

entia, & doctrinæ duces omnibus vos præbentes, cunctosque purgantes. Iam cum quinque memorentur regna (hæc verò plura nascantur) in eorum antiquissimum Assyrium, primæ vrbs res gestæ, & quæ iis propitiis acta sunt, incidunt: in secundo * creuit vrbs: tertio ipsa vicit: quarto cum sola restitit, tum optimè omnium liberauit: in hoc autem omnium optimo ac maximo, totius Græciæ primas tenet, ita vt non debeat ei quisquam antiquum statum loco præsentis exoptare. Quanta verò fuerit vrbs ab omni tempore præstantia, facile admodum cognosceremus, si eius ornamenta non quidem omnia (nam id omnino fieri non potest) sed aliquot in variis vrbes ac regiones distribuentes, earum deinde comparationem quasi poëtarum aut chorearū instituiamus: non enim mihi facile videtur, vincentem inuenire: vt aliæ, verbi gratia de prima hominis creatione glorientur, quædam de frugibus vel primùm inuentis, vel plurimum communicatis, nonnullæ de legibus aut feris solem nibus constitutis, aliæ de situ commo- distimo: quædam de sapientia, vel rebus bellicis, nonnullæ de Græcis exceptis, vel coloniis deductis: reliquæ denique de alia re quauis, quæ vrbi contigerit. Sic apertissimè quanto reliquas interuallo vrbs superet, ostendemus, cum ipsa, quacunque toti Græciæ separatiim sufficerent, sola complectatur. Quin & donum quod sit maximum, non facile discernetur, verum si hic ciuitatum quoque fiat contentio, vt alia Cereris fructus afferat, alia Bacchi, nec solius vitis, sed & aliorum, quæ seruntur: tertia verò Mineruæ donum, idque duplex, multis vtique ciuitatibus gloriandi materiam, ceu de præstantissimo munere singulis dabimus.

Atque hæc quidem hæcenus. Magnitudo autem vrbs & reliquus apparatus, omnino fortunæ Atheniensium, & nominis amplitudini responderet, siue ipsam ciuitatis ambitum, qui maximus est & pulcherrimus in tota Græcia, consideres, siue mentia ad mare quondam vsque pertinentia, & itineris diurni longitudinem complexa, aliosque ad mare circulos urbanis oppositos. Quid quod * vici quidam oppidis aliis splendidiores cernuntur, omnisque ornatus, tam qui à natura, quàm qui ab arte petitur, æqualiter, & vrbi tributus est, & regioni. Ad naturam quidem pertinet aer tam eximius, & portus, qui singuli multorum instar esse possint. Tum arcis ipsius situs, & velut auræ gratia afflans vndique. Iam illud in his notatu dignum, cum aliæ vrbes cæli bonitate regionis suæ cedant, vrbs tamen quem tota Attica bonum, eum habet optimum ac purissimum aërem, ad eò vt vel eminus è cælo superiore tanquam iubare cognoscatur. Atque hæc quidem è natura sunt, pauca de multis collecta. Quæ autem ad artem referuntur, eorum quid vel maximum vel primum ponam nescio. Sunt enim hic & templa maxima omnium atque pulcherrima, & simulacra, exceptis celestibus facile prima, tam vetusta, quàm noua, & bibliothecæ, qui proprius est Athenarum ornatus, & lauacra multum delicata, istique diætæ conuenientia, & curricula atque gymnasia. Quocirca si quis Erichthonios, Cecropes, fabulas, fruges, trophæa, terrenas res & marinas, litteras, vitos, reliqua omnia, quibus ætatem transegit, vrbi detrahat, eaque ratione, qua reliquas ciuitates, quæ sese nunc venditant, consideret, victoriam nihilominus iis, quæ adhuc in ipsa cernuntur, facile auferet.

Verum sola inter omnes vrbes, & vetera veteribus, & noua nouis, aut potius & vetera nouis, & noua veteribus superat. quibus addo & alia eiusdem.

Quia sepe figuratè loquitur. Sic est tu hunc locum illustrabis, sic disponens. Vetera quidem veteribus vincit, noua verò veteribus, aut potius pro hoc, si vis, & adhuc vetera veteribus superat, noua verò nouis. Deinde quomodo dicit: Sed & vetera nouis, & noua veteribus. Melius verò quis dixerit, aut explicarit quis magis proprie, aut non aberrauerit, & sepe alias.

Omnia denique, vt sic dicam, vel apud vos dumtaxat existant, vel à vobis orta sunt, & partim vni aliquid contigit, & partim à vobis coeperunt, vel partim apud vos vel optima vel plurima cernuntur. Multi quoque cum nihil rerum suarum, de quo iure gloriantur, proferre possint, ad Troiana confugiunt tempora, ac de gloria contendunt, quamquam nec sic aliquid, quod habeant commune, adferunt, cum ab vniuerso alicuius viti fama pendean. Quales agricolæ qui inopum more ad ditiores aliquem se referunt. Ac vrbs quamuis per fugio hoc non indigeat, nequaquam tamen caret illo condimento. Communis etenim Græcorum poëta, in vrbiū & nauium numero Atheniensium ducem ait peritissimum fuisse: *Scheatos ornare vitos, & corpora equorum.*

Monarchia quinquæ. * Vrbs, capta est.

Athenarum cum aliis vrbs. bna comparatio.

Athenarum magnitudo.

* Vrbs.

Portus Piræum.

Bibliotheca.

SCHOLION.

Origines à Troiano bello ductæ.

Homærii Iliad. 6.

H H H

Ad Me.

[Ad Menestheum Alexandrum Paridem pertinet.]

Vt enim reliquis omiſſis populi dumtaxat potentiam ſpectemus: quicumque eodem Reipubl. genere uſi ſunt, ij vt cupiditates ſuas ac libidines citius atque uolentius exercuerunt, ita dignitate & ſplendore Athenienſibus longè ceſſerunt. Quin & prima diuitias nec ſecuta eſt urbs, nec admirata, cum neque ditiores ynquam extulerit, illud ipſis modo deberi, vt nihil ob eam rem paterentur incommodi, rata: neque eos qui uirtute præſtarent, licet opibus inferiores eſſent, minoris ynquam fecerit. Exiſtimauit enim turpe fore, ſi ſeruorum non opulentiffimi, ſed fideliffimi, qui que cæteris meliores cenſerentur, liberorum hominum dignitas opibus, non qualitate cuiuſque æſtimaretur. Sin erat uiribus opus, nemo cum illis erat conferendus, qui pleniorẽ quouis pentathlo uictoriam referrent.

SCHOL.

Pentathlum.

Rem dicit pro perſona: Oportet enim dicere: Vincentes Pentathlos. Sed ipſe dicit, Pentathlon ſeu Pancration, luſta, curſu, iaculo, diſco, pugillatu, uel pro bis in quinque certantes, uel in quinque certaminibus uincentes. Non quod Pentathli omnia uincerent, ſufficiunt enim illis uia ad uictoriam. Dicitur uero Teles, quum eſſet cum Argonautis, primum certamen inſtituiſſe. Quinque uero certamina erant quæ prædiſta ſunt: quidam uero pro Pancratio numerant ſolum.

667

Quis populus hoc acutiſſe reperitur, & maſuetior, aut qui celebrior oratores. Quid? quod aequilam in nubibus uocat eam Deus, aliarum ciuitatum comparatione. Huic enim ſoli urbi duo contraria eueniunt. Quod cum plurima de ipſa & præclariffima homines dixerint, minimas tamen omnium laudes ſuit conſecuta. Vt enim præter ceteras admirationi ſuit, ita nihil de ſe pro dignitate dici audiuit. Itaque cum mirarer audire me ſapientiæ curiam, & Græciæ larem atque columnam, & ſimilia, quæ de urbe canebantur, nunc mihi ea minora uidentur omnia. Quin ſi ciuitas uilla Deorum miniſtra & cognata, uel humanæ naturæ ſimulacrum uocari debet, hæc id nominis iure obtinebit. Quas ob res, ô Græci, nec inuidere debetis urbi, nec uerecundè cedere potius, quàm eam certatim pro uiribus extollere. Nam ſi Athenienſes fuerint ſuperiores, erit ueſtra uictoria. Etenim cum omnes optimi eſſe nequeunt, tum ut ex ducis præſtantia laudem capit ciuitas, ita ſi princeps urbs honorem fortitur ſe dignum, iſ ornatus ad omnes pertinet. Quemadmodum igitur Athenienſes ipſi non ægrè tulerint, ſi quis ipſorum arcem celebret,

SCHOL.

Pro pulcherrimam & honoratiſſimam omnis Atticæ, ſi quis dicat arcem.

Ita uos quoque urbem pro arce quadam, uel ſatigio Græciæ ac ſociorum habentes, uerbis eam & factis ornare, itaque laudem communicare, nec ea uos priuari exiſtimare decet. Hæc igitur à nobis oratio pepſi inſtar ad ornatum pompæ Panathenæicæ conſecrata ſit, quæ ut gratiam mereatur, efficiet eadem Dea, & cui oratio eſt & urbs conſecrata.

CCXLVII. EX EIVSDEM ARISTIDIS IV. ORATIONIBVS pro Rhetorica aduerſus Platonis Gorgiam,

Excerpta.

LECTÆ ſunt eiſdem de Rhetorica orationes aduerſus Platonem, neceſſitatem eiſdem huius oſtendentes.

Exiſtimo equidem eum, qui uel rectè dicitur, uel æquum ſit ſuffragium laturus, non id ſpectare debere, nec inuidere, ſi quem priorum ac celebrium uirorum, aliter eadem de re dixiſſe contingat, ſed cuius ubique maximam oportet haberi rationem, heic quoque ab utraque parte conſtitit ueritas, inquirere, atque eo uictoriam deferre. Etenim foret abſurdum, ſi in concionibus & iudiciis non ei qui primum dixiſſet, fides haberetur, uerum probè ſciant omnes fore, ut, ſi hac ratione diſceptarentur iſta, reorum nullus uaderet, quandoquidem omnes poſt actorem dicunt, in ipſiſ autem litteris, & 668. quod de iſ exercetur, iudicio non ij, qui ſententiam ſuam cõprobarent, ſed eſſent tempore priores, uincerent. Eſt autem admodum iniquum eos qui corpus exercent & colunt, ad eam magnam & priorem habere honeſtatis ac iuſtitiz ſpeciem.

Scilicet

Scilicet bona ordinatione, cum omne bene ordinatum ſecundum rationem ſit, male uero ordinatum præter rationem.

Qui in litteris excellunt, & abſque earum ſtudio ne uitam quidem expetendam putent, eos tam ignauos,

Dixit ignauos propter non contradicentes: iniquos propter reprehendentes eos, qui contradicunt.

SCHOL.

aut potius iniquos eſſe, vt non ad omnia utantur argumento, ſi quis extiterit prior, ac pro ueritate nomina admirentur, quaſi non oportere quidquam reperiri melius exiſtiment: ac leges quidem ipſas, ſi ſit uile mutare: qui autem de iſ, quorum eſt natura perpetua, tractant ſermones, eos poſt primos non recipere, uerum priores quaſi terminos, aut columnas uenerari, nec ea, quemadmodum in legibus priores per contrarias abrogantur, ſoluere, uerum eodem loco etiam alios habere: & iuramentis quidem publicis hoc aſcribere licet, demere & addere, quidquid poſterius conſultantibus uilum fuerit: quas autem eadem ſemper, & ubique libertate decebat examinari literas, eas ſuperioribus dumtaxat temporibus tribui, ueluti ſi quis primos tantum homines ſanos eſſe dicat oportere, nec hanc ratiocinationem ipſis primam, quos honorant, inutilem eſſe animaduertere. Nam ſi tempori omnia ſunt tribuenda, eo que merenda dignitas, non amplius iſ, qui nunc illis habetur ab omnibus honor, locum habebit. Hac enim ratione laſus & Criſtus, atque Crotopus & Phoroneus, ac ſi quis eſt in fabulis Argus & Deucalio, qui nunc celebrantur, palmam obtinebunt. Atque ſi ita iudicemus, ne Codrus quidem, cur gloriatur, habebit, qui cum iſtis, quos dixi, comparatus, puer ſit nec antiquus: atque ita paulatim ſi quis ante Lunam exiſtiterit, inquiremus. Iam Homeri atque Heſiodi, atque eorum qui hætenus excelluerunt, Platonis ſi placet, & Demoſthenis, & qui paulò antè uixerunt, ne ad longiſſimum quidem tempus ſimilis eſt ſperanda gloria: Sed ſi id omnibus eſt manifeſtum, hos, cum natura & induſtria præſtitiffent, maiores ſuos ſuperaffe, neque poſteriores erant omnes omnibus modis arcendi, neque reſciendi, ſi quis hoc etiam tempore de re propoſita ſententiam queat ferre: uerum ex ipſis quos colimus, aliud eſſe præcedere, aliud præſtare, cognoscendum eſt. Et antiquos quidem omnes uenerari oportet, non horrere, niſi fortè literis inſignes, maiorẽ quam ipſas litteras, honore cenſeamus afficiendos: quod autem, ſi erga quempiam alium, erga Platonem certè ſic eſſe debemus affecti, non alium requiro teſtem, cum ſufficiat ipſe, non tantum quoniam ubique clamat, & edicit nihil eſſe ueritati præferendum, ſed & exemplo non magno. Etenim ſi ille cum Homerum, qui tanto ante ipſum tempore floruit, multis de cauſis incuſaret, ratione non caruit, qua contra indignantes ueretur, licebit nimirum ſecundum Platonem ipſum, & eos qui illum laudant, atque omni abſoluunt crimine, ſi quis aliquid contra illum dicere cõperit, audientiam ſuſtinere, nec prius id crimini uertere, quam ille rationibus ad propoſitum pertinentibus deficiatur. Indignum enim foret, cum ille, quam palam conſtituerat accuſare, deſenſione ſua quodammodo nõ priuarit, uerum duobus aut tribus deſenſionem forma dialogorum tribuerit, ſi nos, qui rem totam ſuſtinere poſſumus & uolumus, id non auderemus, quaſi non eſſet amplius Platoni reſpondendum, quæ ipſe ſibi uoluerit. Abſurdum deinde mihi uidebitur, ſi Plato Rhetoricam, cuius & ipſe partem fortæ conſecutus aliquam erat, uituperare non eſt ueritus, nos pro Rhetorica, ne quis illius cauſa indignetur, dicere pudebit. Præterea, ſi quidem nihil oporteret contradicere, ſed eam deſeri uadimonij uelut in curia damnari, id que dicendi magiſtram, alia quædam hæc eſſet ratio. Sin quemquam oporteat, nobis hoc propemodum conueniet, ut ex hac quoque re primum inſtituti noſtri ius declaremus. Nec enim æquum eſt, ut à qua id accepimus, quo ceteris patrocinari poſſemus, ea ſuis deſtituatur bonis, nec potius uel talis, qualem Plato uoluit, uideatur, uel ut uideri poſſit efficiatur. Nam quod uulgò dicitur, ſilentium conſirmare crimina; id vnum ac ſimplex non eſt. uerum ſimul & iure ſuo priuabitur, & dignitatem totam amittet. In his nulla prorfus in eſt demonſtratio, nec argumentum neceſſarium, ſed pro conceſſis ſumuntur, de quibus erat prius diſputandum, quaſi ab auditoribus ea ſibi dari petiſſet. Atqui ſi ea, de quibus queritur, ridiculũ eſt pro conceſſis ponere, quò modo uel æquum ſit ea, quæ ridiculum ſit querere, initio ponere, uel non ridiculum, utrum ars dicendi & coquendi eiſdem ſint natura, querere. At ipſe hoc tantum conceſſum ſumſit. Licebit autè id cognoscere, ſi quis ſublatò Rhe-

HH 2

toricæ

toricæ nomine, Philosophiam in eius locum substituat, atque ita isdem vtratur omnibus. Nec verò vel rusticum quisquam, vel frigidum hunc fore sermonem existimet. Primum enim cum duarum artium vel facultatum, eos qui alteram sectantur, si de alteris quippiam secus dixerint, nihil ineleganter agere dicturi sumus, alteris meritò eandem concedemus defendendi rationem. Deinde non offensæ gratia, sed demonstrationis, quæ in his nusquam apparet, proferetur.

Atque magis multò videmus, si rationem relinquamus. Quo fit, ut omnes prope modum Dij suffragio suo testentur, contemnendam esse orationem eam quæ vel artem quærit, vel id quod cum ea non sit coniunctum, vituperat. Ergo si quis carmen sine arte fecerit, hoc non difficile, sed diuinum sæpe iudicabitur [quemadmodum Rhetores] sin optimè sine arte dixerit, magnum erit? Equidem cur id fiat non video. Absurdum enim foret, cum poëta sine arte oratorem possit imitari & optimè dicere, si orator ipse sine arte optimè dicere non possit. Quod si ergo Iupiter ac Dij omnes, furor est aliquis sana mente melior, qui quæ diuinitus homini donetur, cur id omne, quod arte creatur, vituperemus, aut cur Rethoricam turpem temerè duxerimus? Sed alicubi præclarior esse ac Diis gratius esse arti non seruire. Apertè enim iam Plato proficitur, non esse in rebus maximis artem quærendam. Atqui si fide dignus est Plato, hic est ipse, qui victoriam arti non tribuat. Si nec hoc quisquam concedat, cur propter eius verba turpis habeatur Rethorica? Ego verò ut illum vbique fide dignum, si quemquam Græcorum alium, existimo, ita libenter ex eius sectatoribus quæsierim, num hæc illi magis quam illa, sint credenda. Quin ut maximè sit vir grauis, nobis dat testimonium, adeo quæ nostrò cominodo grauis est. Nam cum nos quidem & nobiscum, & cum illo consentimus, ille verò nec secum nec nobiscum, non tam contradicit hoc pacto nobis, quam non vera se dicere fatetur.

De hac certè parte, quod multi sint auxilio diuino sanati, non amplius ex verbis cum Platone disputabo, nec inuidebit mihi vel Æschines Lyfania F. vel alius quisquam, si me ipsum potius illorum dicta confirmare posse, quam illius indigere testimonio dixerò. Etenim reuera, quemadmodum vates rerum cognominibus initiati, ab ipsis Diis hoc didici, quorum opera ex iis, quæ medicorum nullus nec quomodo appellaret sciebat, nedum quomodo sanaret, nec in humana natura extitisse cognouerat, variis Dei consolationibus & consiliis elapsus, præter omnem fidem viuo. Cum autem nihil in his artis habeat quisquam, ac potius artis contemptus ad Deos fugere eos cogat, tamen nec Dij, quod ipsorum pace dixerim, hanc sententiam nostram reiiciunt, nec multos ex iis, qui diuinum auxilium arti prætulere, poenituit. Nec vetat quicquam quo minus horreant etiam medici, postquam intellexerunt pleraque. Vtrum ergo somnia res humanas Diis commendant, an quia Dij homines curant, eos etiam seruant per somnia? mihi quidem hoc placet. Quid erit ergo quod prohibeat?

Græcicarum lingua longè maxima. inquit Cratinus. [Etenim hæc Socratis ingenio tam propria & accõmoda sunt habita, ut huic etiam opinioni repertus sit locus.] Opinor autem Socratem quoque ipsum, quamuis nulla eius exister scriptio, non minus quam vel grauis Plato, vel festiuus Æschines, verum etiam pulchrius, ac verè palam nobis testimonium perhibere. Illud certè cõstat eum dixisse, nihil se scire: id quæ omnes, qui cum eo sunt versati, profitentur. Constat autem & hoc, sapientissimum à Pythia fuisse Socratè iudicatum. Quomodo igitur hæc se habent, cum eum qui ignoret omnia, sapientissimum esse iudicatum, non sit fas de Deo credere? Iam arti, ut apparet, negabat se studere, nec falso. Nam Anaxagoram quidem, cum quo versatus est, non magni videtur fecisse. Cum itaque nihil eorum, quæ erant cognitù necessaria ignorare possit is, cui præstò erat dæmonium, nihil tamen se scire dicebat ipse, nec id falso, quãdo quidem nec Deus eum sapientissimum esse falso dixerat. Quomodo ergo dicit se nihil scire? arte ni fallor. Iam si neutro modo sapientissimus fuisset, nec cum de se mentiretur, quoniam turpe est mentiri, nec cum vera diceret, nisi artis vsus reuera turpis esset, simul & Socrates vtroque pacto, tum iis quæ negabat, tum quæ facebatur, & per Socratem Deus, qui illum sapientissimum iudicauit, de vtroque testatus est, ac duplex Socratis testimonium suo tertio confirmauit.

Hæc argumentatio cornuta est, ita enim sensum ostendit: Dicit inquit Socrates, nihil se scire, si verum hunc concedimus dicere, Socrates non est sapiens: si falsum, iterum non

SCHOLION.

Cratini dictum in Pariclem torquet in Platone. Vide istud pag. 439. Socratis.

rum non sapiens est, & per vtraque, sapiens, quibus & se negat quid scire (nihil enim scivit arte, & verè dixit nihil se scire) & quibus conficitur, dæmonium sibi dicere. Duplíciter enim testatur. Primo quia dæmonium sibi insinuare dicit, secundo cum nihil se scire affirmat, & vtrumque testimonium obsignat ipse Apollo, sapientissimum hunc esse pronuncians, hoc est, neque falsum, neque turpe esse, nihil scire arte.

Quod si poetarum quoque sunt accessenda testimonia, quamquam vel omnium, vel præcipuorum colligere dicta sit difficile, tamè quæ de nobilissimis selecta proferri possunt, ignaui foret omittere. Et communiter quidem poëta omnes re ipsa testimonium præbent, siquidem ea ratione quæ artem superat poëta sunt effecti. Verum hoc testimonio iam non indigeo, quoniam supra relatum est, sed eo quod in verbis consistit. Nec hoc frustra, vel quasi appendicem superiorum adiungens, sed hoc demonstrans & indicans, ornatum istum & splendorem, non tam ex arte, quam diuino afflatu proficisci. Inuentioem igitur, ô Plato, disciplina meliorem censet Hesiodus, & artem posterioriorem natura: & merito quidem ita sentiens atque dicens, nec immemor laureæ, quam ut acceperat, mox è pastore poëta fuerat redditus. Nam & artes ipsas atque opificia, natura præstantes vtrique primum inuenerunt homines: nec enim artes naturas condiderunt, verum naturæ præstantissimæ inuenerunt artes. Quo fit, ut & ordinis & facultatis ratione priores naturæ debeantur. Quod si nec hominibus profus artium concedimus inuentioem, sed his deos eas demonstrasse dicimus, ad præstantem nimirum erant aliquem referendæ. Iam si hoc apud omnes erit manifestum, non deos ab hominibus, sed homines à dijs artes accepisse, atque illos præceptores, nos esse discipulos, tanto videbitur disciplina præstare inuentio, quanto melior est homine Deus. Vt enim illi inuenerunt omnia, ita nos inuentus vimur. Rectè igitur ac merito, & ut eum qui deorum afflatu hæc ipse loquebatur, decebat, Heliconis accola, eum quidē sibi qui cuncta inuenit ipse, primum ac præstantissimum, ceu deum ac dijs propinquum poluit, auditoriæ vero ac discitentem, secundum.

Etenim si disciplina esset optima, non esset prima. Nam ab alio discendum foret: itaque non esset prior doctor, si disciplina melior ac prima poneretur. Vnde enim is, qui tuo quoque testimonio Variam exornauit, quod sequeretur audiuisset, si discipulus inuentori præstaret: nec esset necessarius secundus, si quid vnquam discendum foret. Omnis enim discipulus, eo vtrique ipso quod indiget disciplina, deteriorem se profiteretur. Itaque nisi sibi primum ipse, se indigere persuadeat, quomodo vel discat, vel alteri docenti obtemperet? Quocirca est absurdum eum, qui semet ipse deteriorem fateatur, atque ob id ipsum laudetur, præstantiorem dicere. Alienum a ratione foret, si ne hoc quidem animaduertemus, non modo naturas initio artes constituisse, sed & in ipsis artibus eos, qui natura valeret, excelluisse. Nam artis quidem causa similes oportebat omnes esse, qui eadem didicissent, atque etiam posteriores prioribus semper deteriores, donec ad artis solutionem esset ventum (nec enim poterat quis ab alio accuratè percipere omnia, quin aliquid semper effugeret) naturæ autem vi & excellentia gloriam sibi viri præclarissimi pepererunt. Nec quisquam vel Dædalum vel superiores præ Phidiam miratur, verum contra artes ex paruis & vilibus initijs maiores ac perfectiores sunt redditæ. Quod si est manifestum, licet nunc primum dictum sit, maximi artifices non quatenus artes cognouerunt, maximi existere, sed quatenus eas superarunt. His igitur artibus, ut par est, non æquum videtur artem naturæ præponi, non ergo ante hanc fuit, neque eo quo nunc modo, neque gloriata est.

Verum, ut puto, non artes sustulisse viros magnos, sed qui potentia primi essent honorabiles, artes fecisse, non manentes à quibus accepissent, verum inspecta verborum, alij rerum natura, pueros præ se maiores fecerunt videri. Sed artes omnes, ut dixi, naturæ sunt inuentum. Etenim si artes essent artes producturæ, nullum extaret principium. Cum enim nondum essent artes, reperiri non potuerunt, quando quidem quæ non erat, inuenire nihil poterat. Quam obrem tum inuentorū ratione, tum sequentium victoriam reportat natura. Hac igitur quoque ratione apparet naturam quidem principis, artem vero disciplina constantem, ministri ac meliori parentis, obtinere locum.

Atque ea quidem, quæ pro Rethorica, etiam si artem non esse eam posuerimus, dici possent, multis omiſſis, hæc fere sunt ac talia.

His autem ita demonstratis, existimabit forsitan aliquis peiorem nos deinceps partem

Hesiodus.

Porticus Athenæ nomine Variæ, vovida.

672

671

673

partem sectari, si etiam artem esse voluerimus docere. Ego vero nec de iudicatis quicquam muto, nec Platoni concedo, nihil habere artis Rhetoricam, sed quantum in ea artis est, (ut ipsius vtar Platonis verbis) tantundem prosequar. An vero contraria non sunt, si & intendere eam veluti in scopum dixeris, & eadem de causa ratione, carere. Omnes enim qui collineant, ratione utique videntes, collineant: Nec enim licet ratione non videntem collineare, siquidem ratio iaculationem efficiat. Nam collineare est rem attingere, ut qui aberrant, non bene collineant. Itaque non qui collineat aberrat, sed qui aberravit non collineavit, & merito; siquidem nemo dum ratione vitur, errat, verum simulatque rationem amisit errat. [Id quod cuique profuturum est, diligentes.] Atque hæc quidem, Plato, adamantinis tuis demonstrantur necessitatibus. Cur Rhetoricam conijcere miraris? Eodem enim modo atque diuinatio videtur se habere, nisi quod cum diuinatio post coniecturam desinat, Rhetorica non tantum conijcit, sed & ea, quæ optima censerit, per ministros perficit. Itaque diuinationis occupat locum, & artis militaris, quam quidem ad ciuilem scientiam pertinere non negabit Plato. Quo igitur modo ciuilis scientiæ partis erat simulacrum Rhetorica, si non isto? arita simulacrum non erit, [hoc per Ironiam, nisi quatenus similis est arti militari, & reliqua, ex discretione, quia neque secundum hoc posset simulacrum esse.] Iam quod ait, Oratores ea quo populo placeant, suadere, atque id solum spectare, id omnino sophisticum esse, si non puer, vir certe prudens ostenderit. Nam mihi quidem contra videtur, nec Rhetorica quidquam habere magis proprium, quam vt ea, quæ populo videntur, non statim fieri permittat, nec oratores quidquam potius, quam optima quæque spectare, nec vel ipse populus diffiteri, quin in rebus considerandis, ac toto vitæ habitu & conditione, præsentent ipsi oratores, idque ex honoribus, quos eis tribuit, manifestum fieri obijcit. Sin eos populo dicis cedere, & facere imperata non imperare, famulam pro domina sumis, & cum plebicolas vituperes, putas tibi rem esse cum Oratoribus. Verum nec plebicolæ magni se faciunt, quod ciuitati seruiant, & Oratores hac ipsa de causa sibi placent, quod non quæ populo, sed quæ sibi videantur optima dicant. Quod si multitudinis obtemperarent libidini, & pro iudicium arbitrio concionarentur, ne libere loqui quidem possent vnquam, nedum alijs se preferre. At norunt se non volupratis seruire, sed cupiditates moderari, nec vulgus spectare, vel ei parere, sed ab eo spectari, ei que imperare, atque inde nomen acceperunt, in libertatis signum, vt demagogi vocarentur, nō quod à populo ducuntur, O qui sursum omnia ac deorsum inuertis, sed quod eum ducunt, quemadmodum & pædagogos, opinor, appellamus, non qui pueris seruiant, sed qui eos ducant. Quidquid enim horum dixeris, Princeps, Præfectus, Præceptor, id oratori conueniet, atque eius erit nomen. Et omnes quidem principes natura subiectis suis præstant, si quis autem in potestate etiam gratificatur, & persuadet, non cogit, atque vltra officium suum, etiam suorum cupiditatem spectat, hic est vere politicus ille Homeri.

Oratorum officium.

Δημογυγοί ὡν de dicti. Παιδαγογὶ qui.

Politico.

Ne igitur oratores per conuictum gratificari dicas, sed bene dicendo gratiam quoque captare, atque ita meritam laudem Rhetoricæ tribues, eamque similibus remuneraberis officijs. Quo modo ergo aliquis tam varijs populi sententijs seruiet, aut quomodo cupiditatibus aliorum obsequetur? Postquam enim multis seruiendum est, ij autem non consentiunt inter se, nec omnibus eadem ratione gratificari quisquam possit, quomodo poterit eorum libidini orator seruire? simul enim & his gratificabitur, & illos offendet. Itaque non tam iucunda, quam molesta erit eius oratio. Quocirca si persuasionis effectrix est Rhetorica, & persuadere debent oratores, non adulantur, quandoquidem multitudini non seruiunt, sed ei persuadent. Sin oratores populi sequuntur libidinem, non est persuasionis effectrix Rhetorica, quandoquidem eos à multitudine persuaderi, non ipsos persuadere docet. Proinde vbi sit mendacium considera. Etenim Plato nobis Platonem refutat, & quod est maximum, non procul, verum in his ipsis sermonibus permixtè. Nec inter alias artes, quas modo memorabam, sic recensenda: sed & plurimum rationis habeat, aut potius tota ratione constet, & maximum, primum, ac perfectissimum sit in rebus humanis, omnisque voti, vt ita dicam, finis. Existimo igitur omnes id, quicumque possunt, assensuros esse, non eadem natura homines esse natos, sed è duabus partibus alteram vim inferre, & aliena inuadere solere, quam præstantiorem quis dixerit, non quidem virtute sed viribus: alteram vero

675

vinci, & cum prohibere nequeat, inuitam concedere, quæ est imbecilliorum. Hæc ergo de causa homines, vel dij hominum gratia, tale quid inuenerunt, quod & vim cohiberet, & æquitatis omnibus ac iustitiæ pignus esset, idemque tam vulgo prodesset quam ijs qui vim exercebant. Nam nec hi suarum erant iniuriarum mercedem euasuri, quin imbecillioribus à se inuicem primum paulatim interfectis, atque ita reliquis semper sublati, se mutuo denique inuaderent, quemadmodum de * Spartis legitur, nisi forte hoc etiam indicat fabula.

* al. Sati.

676

Commune quoddam toti generi fuit inueniendum remedium, quod omnibus esset vile, fortibus, imbecillibus, iustis, ita vt illi vel iniuste agere vetarentur, vel cum iniuria punirentur, hi vero securè viuerent, postremi autem quotquot vltro iustitiam colebant, mercedem decentem consequerentur. Inuenta est igitur Rhetorica, proditi que iustitiæ custodia, & humanæ vitæ copula; ne vel manibus, vel armis, vel occupatione, vel multitudine ac magnitudine, vel alia re aliqua inæquali res discernerentur potius, quem ratio suam cuique tranquille tribueret. Hæc igitur est origo Rhetoricæ & natura, hoc eius propositum, vt omnes homines conseruet, & vim persuasionis repellat. Quapropter eandem Rhetorica quam ars legum ferendarum est naturam sortita, siquidem vtramque diligenter velimus inspicere, atque adeo pars est Rhetoricæ ars legum, atque in omnibus inferior. Quomodo? Primum enim ipsis etiam legibus oratione erat opus ad persuadendum. Etenim si leges ea de causa, vt suum cuique concederetur, erant ferendæ, id autem fortissimis quibusque placitum non erat, omnino fuit adhibere oratione necessarium. Nam vim quidè non licebat ijs inferre, qui liberi nati essent, nec hæc erat legum origo, quæ contra vim ferri debebant. Itaque per vim ferri non poterant, cum id primum contra leges futurum fuerit. Quapropter & hæc Rhetorica spectat idem quod iudicialis: hoc vero superat, quod vtramque [legisfactoriam & iudicalem] sola complectitur. Etenim cum vellet iudicialis arti legum ferendarum, quasi in prælio, opem ferre, idem ipsi, quod illi, contigit. Nam & illi Rhetorica primij, vt per eam legibus aditus pateret, opus fuit, & iudicialis cum auxiliantis habitum sumisset, ipsa prius Rhetoricæ desiderauit auxilium. Quoniam enim facultatem iuandæ requirebat, eam sine Rhetorica consequi non poterat.

Iuris prudentia Rhetorica pars.

Vtrum ergo Ciuilis partis simulacrum est Rhetorica, an partes scientiæ ciuilis, quas dicis, sub Rhetorica continentur? Nam mihi quidem vt [vere non Rhetoricam] in istis videtur suggillare, nec ciuilis partis eam simulacrum esse ostendere, verum quasi Rhetoricæ simulacrum aliquod sumisset, in eo studium omne ponere, nec ipsam attingere, velur Stefichori Troiani

Helena simulacra tenentes.

quasi ipsam habent. Tantum tamen erit discriminis, quod est Rhetoricæ dissimile simulacrum. Itaque cum neutrum se male dicit, acceptam quoque iniuriam in malo se ponere ostendit, sic vt præter quidem iniuriam pati quam facere, non tamen quam nec pati nec facere, ac rectè quidem, vt arbitror, & lentiens & dicens. Quapropter si Rhetorica pati quidem iniuriam prohiberet, verum inferre cogeret, ne sic quidem profusus esset mala, cum id quod est malum, iniuriam pati, prohiberet, peior tamen meliore, quandoquidem acciperet iniuriam quam inferre præstat. Sin & hoc prohibet, nec ad illud cogit, huius quidem ratione nec bona censetur nec mala, vt id nunc concedamus, illius vero profusus bona.

Præterea qui statuit iniuriam non inferre, non simul & ipse à malefaciendo abstinebit, & iniuriam à nemine patietur. Illud enim ipsum est iniuria facere, cum quis ei cui non oportebat, malefacit. Itaque donec erit inter homines malitia, iniuriam expectabit. Qui autem ne lædatur cauè, is etiam ne quis lædat prohibet. Etenim quemadmodum simul & læditur ipse, & læsit alios, ita qui ne lædatur, cauere potest, is etiam ne quis lædat, potest prohibere. Quamobrem si non affici iniuria, Rhetoricæ tribuit, non afficere; philosophiæ; tanto quam philosophia deterior Rhetorica est, quanto afficere iniuria, quam affici. Cum autem illi hoc, quando quis nec patitur iniuriam nec facit, præfert, rursus præfertur philosophiæ Rhetorica, quandoquidem simul cum iniuriæ acceptione etiam factionem tollit. Nam & leges vetant quemquam lædi, simul etiam lædere profecto vetant.

Rhetorices ab Philosophia como paratis.

677

Hæc apposite magis quam necessario dicit Aristides. quæ enim de non ferenda iniuria

Et Rhetorica arguatur, ut ostendit meliorem Philosophia esse Ratoricam: Hec de non faciendâ iniuria, & Philosophia indifferenter ponens Philosophiam meliorem Rhetorica quis demonstret.

Quod si Rhetoricam ad iustitiam omnino iuuandam probamus esse iuuentam, & eodem, quo leges esse loco, non tantum iniuriæ acceptionem euadet Orator, ut videtur, & factionem confirmabit, verum nihil magis quam factionem prohibebit. Nec enim suis tantum rebus consulit, sed ne alij damnum faciant prohibebit, siquidem eadem de causa Rhetoricam, qua & Leges, constabit inuentam esse. Iam qui alios ad rectè agendum cogit, ipse multo prius ad id se præparauit. Nec enim potest & iustitiæ opem ferre, & eam primus ipse violare. Verum tamen hoc nititur Plato, non magnū esse Rhetoricæ vsum, probare, quod non tam vitiosum sit iniuriam pati quam facere, cur non etiam leges omnes hac ratione abrogat? Sed quasi collegium esset condemnatum, vna cum legibus quæ idem sentiunt, expelleretur, ac tum Rhetoricam emittemus ac traducemus, cum leges simul honestè poterunt emitti.

Platonis Responsum qualis.

* in epistola ad Dionem

Direpta scribitur in ceteris. Propertius in Catullus: Quid faciant hostes capta crudelius vrbe?

O vir præclare, & omnium inuentor mirabilium rerum, si nullius est momenti iniuriæ acceptio, quæque eam prohibet facultas, nullius est ponderis, nec quidquam boni efficit, sed adeo ignobilis est & illiberalis, ut adulationis atque vmbra sit particula. Cur, obsecro, tu * librariam istam constituens vrbe, talem ei tribuis Rempub. quæ nihil illi noceat, ac militarem tribunal seorsum collocari iubes primo loco, ne quid patiat, nec ab hostibus iniuriam accipiat? Nam si hoc sufficiebat, iniuriam non facere, quid erat timendum, postquam ad id eam præparatas? Quod si etiam nocet iniuriam inferentibus, si pœnas non dederint, ac debet quisque secundum tuam sententiam, etiam seipsum, cum iniuriam fecit, accusare, & liberos & parentes ipsos, omissis inimicis, quin optas ut hostes vrbe aggressi capiant, ac viros quidem omnes ad aras trucident, mulieres autem cum liberis captiuas ultra Gades, si viderentur diuendant, templis vero spoliatis omnia diruant, nec vel sepulchra suæ petulantia relinquunt expertia, ut postquam maximas fecerint iniurias, in maximis sint malis, dum pœnas non luunt? Verum tamen tantum abest, ut ista studeas, ut prohibeas, & impediās, vitamque militarem, ne quid fieret tale, institueris: ac si quis existiterit proditor, eum non iubes coronari nec prædicari, sed idem de ipso quod alij status. Dic per Iouem prodigiosum, quid nobis d' hisce est existimandum. Iam age, o bone vir, Leges qua de causa tanto numero seorsum nobis fers, Etenim nisi magnum quiddam est pœnas sumere, & iniurias prohibere, cur ista narras, & ut nemo in vrbe lædatur, caues?

Atqui quæ nos dicimus, ea simul & alij & Platoni videntur: quæ hic ait, non rebus tantum, sed & ipsius Platonis verbis & consilijs repugnant. Ac si illa quidem recte se habere concedantur, aliorum quoque sententia & suffragium accedet, sin his assentiamur, deest aliorum omnium calculus. Est autem fortius, quod & omnibus & Platoni videretur, quam quod nec cuiquam nec Platoni. Quapropter non tam huius testimonium, propter aliorum suffragium fugiemus, quam aliorum testimonio huius adiciemus suffragium. Atque hæc quidem etiam facti testimonium continere credidimus. Nam qui verbis cum altero disceptans, verbis alijs aduersarium sibi serio testimonium dare confirmat, is facti producit testimonium. Verum tamen etiam vterius volo progredi, ut quoniam vnus & eiusdem, cum quo disputatur suffragium probat, & verbis eum & factis eum sentire ostendam. Tu quidem hospitis Syracusani communis patriæ hostis causa non semel, sed iterum ac ter mare senex nauigabas. Nec tyranni consuetudinem fugiebas, quasi moræ prætextu te consolaretur, quo videlicet Diiodomi maneret, ac rebus suis fruere. Si quis autem in sua patria ne ciues sui, parentes, ac fratres patiantur iniuriam, caueat, & sese atque illos seruet, atque adeo tyrannum, futurum & Dyonyfio similem possit reprimere, verbisque facta coercere, & legibus partam securitatem apud omnes confirmare, nihil eum facere magni dicemus, nec laudabimus talem, siue sit, siue non sit, ars dicenda? An quia sola iniuriæ factio magnum erat malum, nullum autem acceptio?

Plato in Sicilia ad Dionem nauigat.

Ego etenim nec ipse hoc Platoni crimini verito, si de causa quauis in Siciliam proficisci voluit, nec si quis id alius obiecerit, sanum crediderim, nec omnino quidquam præter ea, quæ ad rem pertinent, curiosè sēctor, quando quidem nullum tanti sit victoriæ præmium. Sed ea quæ fecit ipse, & qua de causa fecerit, clare dixit, pro Rhetorica facere assitmo. Quinimo

679

Quinimo quantum fortitudini prudentia, tantum Rhetorica bellicæ præstare alacritati. Ut enim summum dicimus, nihil est aliud Rhetorica, quam prudentia cum facultate dicendi coniuncta; Ut non ipse tantum quis optima quæque facere, sed etiam alijs persuadere possit. Atque hæc quidem etiam satis arbitror esse confirmata, vel etiam nimis fortasse. Nunc autem ad ipsum colophonem, ut quis dixerit, verborum Platonis contendo. Nec enim solum ex ijs per quæ refutatur, idem eum testari ostendam, sed & quasi coram voce sua testimonium daret. Quapropter cum vel lædere cogat, vel lædi permittat, & ut ex præcedentibus est effectum, nec lædere nec lædi quinquam permittat; siquidem eadem est etiam Philosophiæ definitio; Philosophiæ quoddam genus erit Rhetorica, sin Philosophia sufficit, ut neminem lædat, perfectior est Rhetorica. Quis enim nescit Rhetoricam à tyrannide tantum distare, quantum à vi persuasionem: at hæc nemo contraria dicere verebitur. Etenim Adulator qualis Tyrannus. Tyranni vero tantum ab adulatione absunt, ut omnes vi cogant, nec ab ijs vel æqui quidquam possit quisquam consequi, nedum præter officium cuiquam inferuiant, adeo ut tyrannus heri quoque mensuram propemodum transeat. Nam adulate quidem nihil est humilium, nec quod ad seruitutem sit propensius, tyranno autem nihil est ferocius, nec quod imperium amet magis. Quare si adulatio fuerit Rhetorica, nihil ad eam tyrannorum pertinent crimina: sin vna cum tyrannide magis adulationem terminis superauit, manifestum est in alteris mendaciam. Tantum enim à tyrannide distat Rhetorica, quantum à Dionysio Plato, si & hoc dicendum est. Etenim neque vbi valebit Rhetorica, tyrannis oriatur, donec ea valebit, neque vbi regnabit tyrannis, valebit Rhetorica, sed & orator nihil non agit nequis oriatur tyrannus, tam sibi quam Reip. prouidendo, ne quis ipsi verborum persuasionem intercepta, res ipse administraret, & tyranni nihil curant, nec metuunt magis, quam ne quis dicendi persuadendique peritus oriatur, qui collecta multitudine, eoque quod fieri debeat persuaso ac patefacto, imperio simul ipsos & potestate priuet. Itaque necessaria inter virosque onstat inimicitia: cum alterorum salus ac potestas in eo consistat, ut alteri omnino non sint. Cur ergo sibi inuicem contradicunt oratores? quamquam enim hoc à Platone dictum non est, tamen ut vndique decidatur controuersia, nec hoc non discussum relinquamus, cum præsertim sit omnium, quæ ille protulit, ut in mendacijs firmissimum. Nempe quia nobis ipsi quoque in sermone contradicimus, ut ego iam nunc feci. Neque tamen ideo priora non manent. Nam & qui philosophari dicuntur, non iisdem omnes profecto vtuntur rationibus, verum maxime contrarijs. Nihil tamen vetat, quo minus philosophia secundum eos qui veritatem assequuntur, præclara sit res, nec duplex, neque sibi ipsi contraria. Quid ergo dicemus? an utrosque philosophari cum dicunt contraria, aut Philosophiam ita, ut dixi, esse præclaram? Quia etiam gubernatores videas contra se inuicem ex nauibus decertare, cum tamen ars gubernandi nauē seruet. Similiter & oratores cum sibi inuicem contradicunt, ut aliquis dixerit, nō tollitur vltimum Rhetoricæ fundamentū, sed quid rationi sit consentaneum, spectare debemus, cuiusque rei causa sit inuenta, meminisse [inuenta est autem ars dicendi à iustis] quam obrem de Rhetorica hæc sit oratio. Prima hæc oratio solum de Rhetorica, cetera de Rhetorica & Rhetoribus.

680

Ex Aristidis contra Platonem pro Rhetorica.

PROOEMIUM SECVNDÆ ORATIONIS.

Quoniam vero Miltiadem quoque ac Themistoclem, & Cimoneum atque Periclem attigit, nec eos omnium optimè Rempub. ait administrasse, nihil fortasse nunc de ijs opus est contendere. Nam hi quidem, si verè eos accusauit Plato, merito mali censentur, nec tamen Rhetorica, etiam si pessimi fuerint, in quoquam refutatur. Itaque quamuis hoc concedamus, nihil tamen iniuriæ fiet Rhetoricæ. Verum tamen si de his quoque non satis candide locutus fuisse conuincatur, omnino contentiosus esse deprehendetur: quam obrem de his quoque dicere sit operæ pretium.

Exemplum ipsi alijs patientiæ in periculis & necessitatibus exhibendæ nosmet præbendo, nostramque, si dicere permittis, virtutem demonstrando fuimus. Cur ergo

Adulator qualis Tyrannus.

SCHOL.

Excerpta è secunda oratione Aristidis Platonica pro Rhetorica. Quamquam Phorissus duas hic orationes constituit, una tamen atque eadem est in Aristide.

ergo nobis adulationem & ministerium obijcis? Cur cum eos, qui priuatim nutrita-
 tus præmia non soluerent, improbos sis iudicaturus, ipse non magnam nobis commu-
 nis Græcorum salutis ac nutrimenti, quod opera nostra partim tu, partim alij in liber-
 tate sunt confecti, gratiam rependis? Hæc si dicerent illi quosnam euoluens sapi-
 entia labyrinthos, aut quid omnino dicens, respondere posset? Quinimo citius ad
 hæc quibus, quam Plato, responderet. Quid ita? quoniam in ijs ipsis, quæ ad Dionis
 amicos scripsit, & in quibus mortuus ab ipso Dio loquens, tanquam viuus introducitur,
 hæc continentur. Est autem omnium absurdissimum, quod cum his vtatur, quan-
 do Rhetoricam docet esse adulationem, quasi hi fuerint Oratores, rursus eos ipse adu-
 latione liberat, quando quidem hæc eos vfos non ait, cum de calamitatibus ipsorum lo-
 quitur. Quapropter & hic in alterutro cernitur mendacium. Nam si adulatio est Rhe-
 torica, adulator omnino hi fuerunt, quoniam oratores, vt ait. sin hi nihil habent ad-
 ulationis, quomodo propter eos adulatio dicitur Rhetorica, aut quid his erat opus ex-
 681
 emplis. Iam nec hoc æquum videtur, omisiss illorum consilijs, calamitates in quas in-
 ciderunt, præterere. Nec enim, si res ipsis è sententia nõ successit, improbi existit, ut
 verum si non optimis sunt vfi consilijs. Vt enim illud est fortunam accusare, ita hoc
 sententiam refutare. Quomodo vero ferri hoc queat, cum Alcibiadem quidem &
 Critiam Socratis sodales, qui tot ac tantis criminibus & apud populum & apud opti-
 mates obnoxij fuerunt, vt Critia quidem nihil potuerit vel fingi sceleratius, qui inter
 triginta Græcorum pessimos primus fuerit, cum hos, inquam, negant argumento esse,
 quod iuuentutem Socrates corrumperet, aut eorum peccata quidquam ad Socratem
 pertinere, qui nec ipse se cum iuuenibus colloqui negaret: verum si populus Athenien-
 sis, inter multas ac magnas res, quas tum pro se, tum pro Græcis gessit, quædam rectè
 ac decenter decreuit, nonnulla quoq; in præfectos peccauit, ea censent præfectis ipsis
 esse imputanda? Atqui Deos quoque eadem ratione liceret accusare, quorum tanta de-
 beat esse providentia, vt omnem iniustitiam & ingratum animum ex humanis tollerent,
 ne quid amplius homines vsquam delinquerent. Nunc autem quomodo vel providere
 nobis putentur, donec ij quibus imperant peccare non desinant, vel non merito à qui-
 busdam contemni? Et auriga quidem si calcitrosos habet equos, cicures ac mansuetos
 reddit, & denique tuto & cõmode, quocunque vult, vehitur, dij vero nondum ex homi-
 nibus iniustitiam sustulerunt, cum tamè ab omni æuo rerũ administrationi præfuerint,
 atque etiam quosdam eorum in sese peccare cognouerint. Cum autem hæc nemo sanus
 ferio dixerit, nisi ad refutandum, vt nos, liquido cernitur Platonis calumnia. Etenim si
 quæ nec dij vnq̃ fecerunt, nec ab ipsa vrbis præside Minerua iuste posset petere, hæc à
 Themistocle & Pericle requirer, quomodo calumnia crimen effugiat, quæro. Sed vt ar-
 bitror, populi quidem naturam nec mutare potuerunt, nec abolere, quæ quidem est
 ea, nunquam vt omnes probi & inculpati existant, cum autem vel providendum erat
 aliquid non sine periculo, qua quidem in re simul & vulgi, & optimatũ gratiam mere-
 bantur, vel cum potestate populus à rebus grauissimis auertendus, ac naturæ peccata vel
 tantillum corrigenda, his profecto nunquam sibi nec populo defuerunt. Quibus rebus
 682
 nobis testimonium perhibet eadè dextertate, qua & in superioribus, quotiescunq; fuit
 opus. Absurdum est autem, quorum facta prædicat, eorum gubernationem sugillare,
 quæque eorum qui paruerunt, virtutis ponit indicia, non ijs qui persuaferunt, primum
 tribuere. Hæc enim intra fabulã sunt alicubi coniecta non oscitanter, vt opinor, nec tem-
 mere, sed vt simul & laterent quã maximè, & si quis ea post inuenisset, ne ab ipso quidem
 viderentur esse præterita. Ita mediam quandã inuenit viam, atq; etiam ad finè totius ser-
 monis reiecit, quæ si posuisset in initio, non potuisset, credo, reliqua deducere. Nec enim
 id quærebatur, vtrũ facilius esset existere vel nõ existere verum oratorè. Nam hoc quidè
 & nos testamur, ac, si Stentoris haberemus vocè proclamarem, & Nilus si ostijs septè
 loqui posset, vt apud Homeri Scamander. Sed vtrum fieri per naturam posset, an minus,
 hoc erat in quæstione positũ. Nec enim simpliciter modo, neque vt nunc ostendimus,
 ipsum sibi contradixisse, sed & dum illos reprehendit, hunc Aristidè quem laudauit, lau-
 dare non posse, aut si hunc rectè laudat, illos eadem de causa reprehendere non posse
 declarabimus. Etenim hoc malè ipsorũ administrationis signũ ponit, q̃ ab Atheniensib⁹
 male sint tractati, quasi qui fuerant ab ipsis optimi redditi, nõ debuissent in eos peccare,
 per

Critiam, vnus è
triginta tyrann-
is Athenis.

Stentoris vox in
proverbij abijt.

ARISTIDES.
Aristides, cui iu-
si cognomen
fuit.

Ostracismo pul-
sus Aristides.
Vide Plutarchũ
& Probum, seu
Corn. Nepotem.

per quos etiam ab alijs lædendis abstinere didicerant. Quæ cum ita posuisset, & aurigas
 ac similia huc adduxisset, Aristidem tamen non modo non reprehendit, sed & inter cæ-
 teros eximium iudicauit. Atqui si ab Atheniensibus malè multati, malè ipsorum gu-
 bernationis erat signum, ne Aristides quidem rectè eos rexit, quando quidem nec ipse
 impune euasit, quin excideret. idque non in curia, sicut Pericles & Miltiades, nec per
 eos quos populi causa offenderat, verum ab ipso testularum suffragio condemnatus.
 Sed gubernator omnia nouit; & ipsum quidè plures vltra mille seruare, oratorem
 vero non Aegyptijs nauibus, nec etiam classe tota salutem definire, sed & portus ipsos
 & vrbes, non tantum decem hominum millium capaces, pro nauibus decem millium
 pondo, verum etiam non facile sub mensuram cadentes suo regere imperio. At guber-
 nator quidem postquam appulit, arte non amplius vtitur, oratori nullus est vacuus lo-
 cus. Verum ne sermo sermoni succedat, cum sufficiant ea quæ sunt potiora, omit-
 tam in præsentia longiorem hæc de re disputationem.
 Rhetoricam per omnes virtutum partes penetrare, cum per Prudentiam esset in-
 uenta pro Iustitia, Temperatiãque & Fortitudine conseruaretur. Item & in his licet
 683
 animaduerrere. Etenim cum sit hoc concionari, ea quibus opus est inuenire ac dispo-
 nere, ac decorum cum ornatu & potestate obseruare, inuenio quidem prudentia de-
 betur, cum nequeat is qui prudentia caret, vile quidquam inuenire, temperantia ve-
 ro administrationi præest, & imperantium ac parentium concordia. Nam pro iustitia
 decorum ponatur, quod in eo consistit, vt quanta & qualia singulis rebus conueniant,
 obseruetur. Fortitudinem autem nihil adeo requirit, vt oratio. Nihil enim exterminat
 longius, ac despicit æque humilitatem atque ignobilitatem quam oratio. Quæ cum
 ita se habeant, hæc admonendo proficit, & acculando fidem facit. Iam qui quid di-
 cendum sit nouit, quid faciendum sit non ignorat, siquidem nemo qui potest agenda
 præcipere, quid agendum sit ignorat.
 Nam quanto melius est imperare, quam ministrare, tanto præstat quæ oportet dicere
 quam facere. Vt enim ille multis consilium impertit, ita hic instar alterius est cuiusuis.
 Quære sicut Architecti fabris necessario præstant, quamuis in eodè versentur opere, sic
 eos qui in foro & dicendo præcellunt, horum ministris poëta meliores posuit, & illu-
 stres appellauit, idque admodum rectè.
 Quod si, fabula quoque narranda est, vereor equidem, ne quis aniculas nobis-
 cum * vnde vi posse agere dicat per iocum Comicus, proferam tamen fabulam, non
 temere in seipsa desinentem, sed & cum reum fide coniunctam. Et quoniam Pro-
 metheus singillatim omnibus sensus & alia corporis membra formarat, non ita Mer-
 curio præcepit Iuppiter, quasi theatralem pecuniam distribueret, vt omnes ex ordine
 Rhetoricam, quasi oculos, manus, aut pedes consequerentur, sed optimos quosque
 & nobilissimos, ac natura validissima præditos seligeret, quibus hoc donum impetier-
 ter, quo sese pariter & alios seruare possent. Iam cum ad homines à Dijs esset dela-
 ta Rhetorica, tum & belluarum terrorem potuerunt effugere, & inimicitias vndique
 deposuerunt, ac societatis inueniuntur initium. De montibus itaque descendentes,
 alij ad alia loca sibi inuicem appropinquarunt, ac primum quidem sub dio, postea ve-
 ro inualecentem sermone, vrbem construxerunt, ac diuisionem sui instituerunt
 non fortuitam, vt olim, sed in formam dignitatemque collegiorum paulatim reda-
 ctam. Atque hunc quidem habeat finem fabula, capite quoque, ni fallor, non ine-
 684
 pte prædita. Verum tamen non esse fabulam hanc, nec rem fictam sed veram, atque
 ipsarum rerum rationem, ex ipsis patet. Quapropter si etiam propius sermonem
 deduxero, mirum nisi delicias in demonstrationibus facere videbimur, nec vllum pote-
 rit argumentum fortius, à quoquam vel sperari, ne dum inueniri. Neque enim ipse
 tantum Plato, vt sæpe ante, sed & in his ipsis sermonibus, mirabili videlicet opere pal-
 lam faretur, Rhetoricam optima quæque agere. Hæc de oblectatione & vtilitate, vt
 sæpius, dicta sunt. Hæc duo vero maxime Rhetoricam ditant, & cum vtilitate, gratiam
 mirabilem habent, vt cum ad arma homines descendunt, vtrisque missos legatos sus-
 cipiant, animaduertentesque mittunt oratores, suscipientes orationis naturam, pu-
 dore affecti, quia non ab initio pro salute, vtilitateq; communi generis venerunt.
 Quod si quis obijciat, Platonem non eam quam nos defendimus Rhetoricam
 criminari, sed è duabus alteram, primum non ideo minus ea quæ sunt à nobis dicta
 III 2 con-

Dicere quam fa-
cere an præstet.

* ἰδὲν.

Prometheus
Hes. I. ἔργων.

constant, sed hac ipsa de causa recte omnia decenterque prolata vincitur. Nam quem admodum ille malam recte suggillat, ita nos cum contrariam laudamus, recte, nifallor, facimus. Deinde non tollit hæc excusatio nostram probationem potius, quam eum sic quoque sibi ipsi contradixisse declarat, qui, cum duplicem voluisset esse Rhetoricam, deinde tanquam vnus & simplicis accusationem instituit. Etenim si verum hoc est, alteram reprehendere, alteram seorsim laudare conueniebat, sicut in sermonibus de Amore habitis fecit, & honestum quidem maioribus laudibus quam alterum conuictis est profecutus.

Disiunctio in disputatione necessaria.

Idem porro de tota quoque Philosophia dici poterit, ac de virtutis partibus, si quis eas diuidens, primum duas ponat Prudentias, alteram qua optima quæque intelligimus, alteram qua dolose agimus: deinde Temperantiam duplicem, alteram expetendam & ciuilem, alteram supinorum & stupidorum, tum Iustitiam rectam & humilem alteram: denique Fortitudinem duplicem, vnam cum prudentia coniunctam, alteram insaniam & furorem. Verum hoc est, opinor, confundere nomina, ac separatæ sunt à se sapientia & astutia, temperantia, & stupiditas, iustitia & simplicitas, fortitudo & audacia. Neutrum vero vel honestum est, vel difficile, nec vitij virtutis titulo blandiri, nec virtutes additis vniciuique vitij suis, calumniari, in tantum hæc inter se distinguuntur. Si enim profus sic existimat Plato, vt equidem negare nolim, & veram excepit Rhetoricam, æquum est cauere, ne decipiantur, & hoc ipsum ignorant plerique, ac citius, quam conducatur de rebus tantis, quasi puro suffragio statuunt. Omnino autem & vbique nobis excidunt calculi, primusque suffragium fert ipse Plato, & medijs, vt aiunt, atque postremis. Ac videor, cum Platoni contradico, maximè cum ipso sentire, & vt hoc ioc causa addam, eum secundum comicos ad oratores quasi aufugientem retracturus, qui postquam didicerit, se iacet.

Proverbia.

ORATIO tertia Aristidis inscripta Platonica ad Capitonem.

PRO O E M I V M.

Plato.

Nunc te magis etiam amamus, cum Platonem tanto studio prosequeris, quem ego dixerim colere me, secundum Homerum.

Iliad. 5. 82.

Non secus atque meum caput.

Procybium: Snum cuique pulchrum.

Etenim quamuis omnes illius comparatione nihili sunt, sibi tamen quisque, vt aiunt, est charissimus. Sed quid aio? Equidem nescio an sis crediturus, dicam tamen quod est verum. Nam si eum nobiscum ne comparandum quidem esse dixisses, non ita lætatus essem, ac postquam te præoccupatum ostendisti. Adeo mihiamicus est vir, & amicis omnibus potior. Simile autem circa Demosthenem quoque mihi quiddam contigit, quod iam narrabo. Senator quidam Romanus, ex Africa oriundus, Maximus nomine, vir grauis, & orator inter Romanos primus, vt aiunt quibus hæc sunt curæ, is Demosthenis orationibus mirificè erat adiectus, & nostris quoque istis nescio quo pacto capiebatur. Tertiam ad Leptinem orationem forte conscripseram ex tali occasione. Cum in manibus haberem Demosthenis orationem, postquam ad capita veni, quæ à Leptine dicenda, ipse interceptabat. Deposito libro mecum eorum quoddã consideravi. Postquam autem duo vel tria, quæ ad rem pertinebant, inueneram, ad alia deinde perrexi, atque ita tentanti semper idem contigit, donec à simbria tunicam tandem, aut si maus ab vngue leonem absolui. Hanc igitur orationem cum ei vellem recitare, prædixi futurum, vt ad Leptinem adiuuenta, cum oratione ad Leptinem inueniret. Num, inquam, iniuriam facio? Tum ille generosè, & vt quibus se gessisset Philologus: An ignoras, inquit, à Demosthene me stare? Et ego: eundem igitur, inquam, quem ego, colis, ita vt, si me vicerit, non sit inimicus coronandus, sed is cui simul vterque libamus. Vt autem libellos recitari iussit, & seria res agi cepit, ita fere dixi: Equidem, ni fallor, idem de Demosthene quod tu existimo, difficulter eum superari posse. His auditis ille lætatus est, quemadmodum ego lætatus eram, cum eum Demostheni esse adiectum cognouissem, & orationis recitandæ copiam fecit. Qualiter autem deinde fuerit affectus, ipse norit, & tu, si quando in eum incidis memineris. Quinimo nos etiam ad Platonem pertinemus, si non quantum Philosophi, at quatenus eum amare possimus.

Proverbia. Iphigenias Phocis. Canterus Iphigeniam.

Age

Age verò videamus apertius, quid te in iis offenderit, quæ a d ipsum à nobis prolata quidam aiebant. Equidem conabar demonstrare ipsum vbique nobis suffragari. Nam siue quod ineptiuimus, nihil est opus Stefichori palinodia, me debetur spongia: siue etiam melius aliquid diximus, quàm quod tale mereatur præmium, tu nihilominus ne lauda, si nolis, verum saltem ignoscere dignare. Dicebas autem, vt audio, ægrè te ferre, quod Siculæ peregrinationis memineras, atque ita Platonis vitam carpere videbar, cum hoc seorsim à disputatione poni debuere, atque hanc non amantis tantum, verum etiam in dicendo temperantis esse accusationem. Sed vide ne me inculpatum culpes. Nec enim ego de Platone tanquam in iudicio male loquebar, nec eius peregrinationes accusabam, quo deterior haberetur. Sed per has cum quoque mihi & Rhetoricæ testimonium perhibere affirmabam [sed nondum de his.] Verum quid me, obsecro, facere oportebat? Vtrum profus omittere Siculam peregrinationem, tanquam arcanum quiddam? At nec decreti conscius eram, quod vetaret, & causæ conducebat, atque etiam verum erat. (Etenim non semel nauigauit, vt Dio ius suum consequratur.)

Platonis peregrinatio in Siciliam.

An verò Platonis amicis hoc dolet? Alius hic est sermo non ad me, sed quemuis alium prolatus. Num etiam hac in re iniuriam feci, quod ex eius legibus quædam descripsi? At vide, vt quoniam indignantur, hoc etiam ostendant, non ipsum sibi, cum quid ait, contradicere. *Is autem qui beatè viuunt, illud primum suppere debet, ut nec alios afficiant iniuria, nec ab alijs ipsi afficiantur, &c.*

Verum hæc rectè & necessario sunt in medium prolata, an hoc quoque si non adoramus, vt * cistam mysterijs plenam, iniquè facimus? At ego non putabam, hoc esse mysteria proferre, & alia. Quocirca iubebam vsque ad finem aulcultare, quisquis controuersiam totam cogniturus, & rectum suffragium laturus esset.

* Rectè nra Canterus. In Platone legendã nonnisi nra.

Quia Aristides prædictorum anacephalasin reditum dicit: Dicat vel collectionem, epilogum, compendium, commemorationem, vel prædicta concludere. *Vi Demosthenes, & colligere, summam dicere, enumerare, renumerare. [Et si qua sunt similia] de integro incipere, vel repetitionem facere.*

SCHOL.

Adeo enim omni reuerentia ac honore sumus eum profecuti, vt si ipse contra nos dixerit, non poterit sibi magis, credo, parcere.

687

Verum hoc quoque, optime Capiro, aliud agens considerauit, nihil aliud hominem, quàm simulacra in ore habere, ac tum poetas simulacrorum virtutis imitatores esse, tum Rhetoricam ciuilis partis simulacrum, *Aula simulacris scætet* - - diceret ad ipsum Homerus. Non hæc audaciora sunt ac magis temeraria, quàm nostra, cum Platonem peregrinatum esse diximus, idque non peregrinationem fugillantes, sed ea causam nostram confirmantes. An verò Philosophiæ priuauimus eum opinione, quemadmodum ipse tragicos quidem nihili facit, Homerum autem tragicum vocauit, non tam honoris gratia, quàm vt & illos per hunc mutilaret, & hunc, dum honorat, deprimeret. Indignum erit igitur, si tragicos ipse & comicos & ciuitatem sibi & rempub. atque leges componet: nobis autem ne de dicto quidem aliquo licebit cum ipso discipulare, idque non vnguentis delibuto, sed laudibus maximis, quibusque nec ipse de se maiores audire sustinisset.

Odys. 6. 355.

Homerus. Tragicus poeta.

LECTÆ sunt eiusdem orationes communi defensione similem tractantes quæstionem.

EX ARISTIDIS PLATONICA PRO

Quatuoruiris

CXXLVIII.

De Pericle.

PRO O E M I V M.

Seruis iisdem de rebus veniam petere non existimo necesse, præsertim cum non tam ad viros villos dicturi simus, quàm pro viris optimis, nec paucis, neque Platone iunioribus potius quàm antiquioribus, si quis hoc quoque fortè reuerentia dignum censeat. Quapropter cum id, quo tota tendebat oratio, concessum esset, quid potuerat nocere, si viros intactos reliquisset? At nunc quasi parturiret, vndique communita

Pericles nunquam videtur visus.

Dissertatus tyrannus.

SCHOL.

Alcibiades.

SCHOL.

Cratinus de Pericles, sup. 671.

Aristophanes.

ad ipsos via, sic insidiosè sermonem aggreditur. Neque verò paruum est discrimen. Nam illud quidem erat pro veritate ipsa decertare, hoc autem non ego quidem unquam, sed alius quis per calumniam non procul à malignitate abesse dixerit. Pericles igitur tam seuerè vixit, quippe qui ne ridere quidem sit unquam visus. Quinimo quod ad reipub. curam & æqualitatis amorem pertinebat, nemini cedebat animi magnitudine, quod non eadem quæ vulgus spectaret, paucos habebat similes. Quod autem Socrati inter sophistas, hoc illi inter oratores à natura præcipuè datum fuit, vt elatum populum ac superbientem faciliè comprimeret: desperantem rursus, & abiectum dicendo reuocaret, ac spe repletet, quemadmodum ille cum adolescentibus agere solebat. Denique vrbis dignitas erat Pericles, vt qui nec multitudinis cupiditatibus obtemperaret, sed ipse populo imperaret, nec quod illis videbatur, diceret, sed quod sibi videretur, id illos facere cogeret, nec adulatoris fungeretur officio, sed omnem adulatoribus quantum in se erat, intercluderet aditum: cum, quatenus probus erat & æquus, patris vicem populo præstaret, quatenus autem omnes coercerebat, & in sua potestate habebat omnia, plusquam tyrannus esset. Vnde licet euidenter perspicere, Periclem, si quem alium, sponte iustum fuisse. Nec enim vsquam iniquitati potius quam iustitiæ studuit, nec vt maiorem obtineret locum, curauit, cum id quouis persistrato facilius posset: verum quasi arcem ad leges seruandas & omnes communiter iuuandos occupasset, ita se gerebat.

Sic fortè: Quod in medio iacet, aequale est, si dicas ad omnes, velut in orbem fertur, vel quia arx media iacet in urbe.

At postquam ille mortuus est, iam & Sielliam somniabant, & Italiam affectabant, & Carthaginem atque Africam appetebant, atque omnia circumspiciebant, nec ipsis quidquam sufficiebat, & longiorem belli fecerunt appendicem. Hæc autem, & Plato, & Socrates, suadebat vester non socius, sed sodalis, vt tu dixeris an potius dixisti. Quocirca quis ea vel iuste Pericli, vel non necessariò tribuat Alcibiadi, qui ciuitatem, quam acceperat consiliis obtemperare valentem, in talem furorem egit? Quocirca cum nulli esset lucro deditus, iustitiæ manifestum dabat specimen, vt & temperantia, dum vitam modestam voluptati præferebat: fortitudinis etiam, cum non ad gratiam nec submisit, sed liberrimè cum populo agebat. Denique cum solus & futura præscire, & præsentibus vti potuerit, meritò prudentiæ laudem, si quis res humanas consideret, consequatur. Ergo quem de cunctis virtutis partibus, licet fortem, iustum, prudentem, temperantem vocare, eum inter adultores Plato posuit? Nam loquaces, inquit, ociosos, ignauos, & auaros, postquam stipendia iussit facere, Athenienses reddidit. Ac de loquacibus, ociosis, & ignauis, Plato, indidem supputa.

Ne quis fortè Dem Troianos excitet vsquam [supputa, depono, quiesce, tace.]

At tu Mantinensem quidem hospitam, & Mileciam nouisti laudare, ac quoscunque liber, facile prædicas: Græcorum autem principes, vbique celebres, temerè deprimis. Id autem non eo facis, quòd dignitatem eorum non cognoscas, sed vt honestè dicam, nimium sermoni indulges. [vix pro garrulitate, non pro rei veritate.]

Quomodo potuit Athenienses corrumpere, vel loquaces reddere [Pericles,] qui etiam in vestris libris ipsis, ne quid esset temerè prolatum, cauere. Quinimo contra mihi videtur eos assuefecisse, ne quid temerè dicerent vel facerent. Deinde in alia quidem re non esset fortasse magni momenti Comicum testimonium: at in eloquentiæ iudicio, vt illos quasi viles contempnam, nunquam tam superbus ero. Cratinus quidem Græcarum maximam vocauit eius linguam, cum diceret idem quod sentiebat, non nihil ramen veritati ex arte acerbitatis aspergeret, verumtamen facere non potuit, quin primas ei tribueret, eiusque in dicendo declararet excellentiam. Aristophanes fulgurare eum ac tonare ac miscere dixit inter concionandum. Nihil enim curo si quid in eo reprehendit, sed quantum ad hanc rem attinet, eius vtor testimonio.

Sed nondum hæc omnia: verumtamen illud confessus est, perfectum euasisse oratorem. Cur ergo qui tantum præstitit, ac solus omnium suffragia tulit, Athenienses ad ineptam garrulitatem credatur incitasse? Nam ego quidem contra magis eum silentij quam temeritatis causam fuisse existimari. In aliis certè facultatibus videmus, vbi multi

688

689

690 multi sunt inter se similes, multa negotia, maioremque contentionem existere: postquam autem vnus aliquis excelluerit, reliquos cedere. Similiter in dicendo, cum quis princeps existit, acquiescunt plerique, nec sibi negotium faceunt, verum, quam possunt cautissimè dicunt & modestissimè. Nec enim eo quo quis excellit, alios deteriores reddat, & in iis præferat in quibus excellit. At non esse inhonestam, nec ignominiosam, nec etiam accusatione vel venia, sed aliquo maiore præmio dignam ipsam dicendi vim, si demonstrare vellem, puderet me Deorum eloquentium. Tamen hoc falsè dicat (quod si quis molestè fert alius, in me totum auertat, nec ego de fortuna conquerar) vim dicendi cum proba & modesta vita, qualis in hominem maxima posset cadere, coniunctam me malle, quam decies millies Darium Hytaspis F. fieri, & eius respectu iam omnia mihi videri sordere. Quin nec Platonem ferè aliud habere quidquam præter verba, scio, eique diuisionem gratulor, & quamuis perio cum se dicat istud minimè curare, non temerè credam, sed id admodum studere intelligam, ac tum maxime, cum videtur quasi ludens loqui. Itaque domesticum proderem thesaurum, si ista carperemus. [Proverbia de iis qui domestica criminantur.] Verum de his ne dicendum quidem est, actantò minus, quanto maior est vis dicendi. Ergo alium ego, qui tam acer, vigil, ac propemodum alatus fuit, vel ipsum ociosum fuisse, vel alium reddidisse credam? Nihil equidem scire viderer, cum ille non Athenienses modò, sed ne hostes quidem otari permisit. Talem enim mouendi suis necessitatem attulit, vt ipsi quoque mores suos mutare cogentur. Idque iuste fiebat, inquit Demosthenes. Verumtamen eum Plato otiosos ac ignauos ait fecisse: Cretenis mare dicat aliquis. [Proverbia in eos qui simulant se ignorare. sunt enim Cretenes periti navigationis, & dicitur insulanus ignorare, & Siculus mare.] Verum quamuis in hoc grauius quam ceteri, premeretur, quod illi quidem rebus præsentibus dolebant, ipse autem ciues ita videbat affectos, vt ad rem gerendam essent inutiles, nec hostibus modò cederent, sed & ipsi tanquam fortunæ præsentis auctori irascerentur: ac præter duo fortunæ mala [bellum & morbum] duo hæc eos sibi videret consciuisse, dolorem & indignationem: & in medijs hæreret periculis, vndique, vt ita dicam, desertus: nihil tamen timuit, nec remisit, neque sententiam quasi colorem mutauit, cum pariter cum ciuibus & hostibus pugnaret, sed quasi artem eos aliquam doceret, eodem vtebatur quo prius tenore, nec periculorum gratia decreta sua aboleuit, neque in securitate dumtaxat philosophatus est: verum quemadmodum si de numeris & mensuris fuisset interrogatus, idem & olim respondiit & postea, ita quoque tunc idem de summa rei statuebat, nec vel pericula fugere, vel seipsum castigare, & ipsorum causa, qui cum temporibus mutati essent, ruborem suscipere dignabatur. Quocirca non hoc erat dicendum, copias eum non eduxisse, sed id cum esset faciendum, & pugnandum, omisisset, considerandum. Nam & Lacedæmonios aiunt, cum eos aliquando premerent Thebani, vt vel ad pugnam exire, vel deteriores esse se confiteri iuberent, ita respondiit: Vtri quidem essent meliores, vel ab vtriusque pro Græcia res gestas restari, ceterum non ad hostium occasionem vel præceptum se pugnaturus esse, sed cum sibi visum foret, nec in ea re Thebanorum vti velle consilio. Atque ego quidem sicut loquor, sic etiam plurimum delector magnificentia, quemadmodum mihi persuadeo. Ciuitatum autem multas esse video quasi [peccata dicit] * appendices, quibus necessariò sit tanquam in corpore concedendum. Nam & corpora tam pulcherrima quam turpissima, ex iisdem esse rebus cõposita: quatenus autem de singulis plus vel minus fuerint adepta, hæc tunc deteriora vel meliora censeri. Similiter etiam ciuitates, quamuis optime videantur constitutæ, naturam tamen humanam necessariò sequuntur. Nam & in hoc vniuerso, quod ita est rerum omnium bonarum particeps, vt ei nihil deesse videatur, multa quæ displicent reperias: nec tamen idè vniuersum ipsum accusas, aut eius auctorem, nec alium aliquando meliorem opificem exiturum credis: sed hæc à natura sinis attrahi, nec tibi negotium faceffis. Quid ergo mirum, si quid Athenis etiam tale fuit, quemadmodum & alibi fortasse, quod concesserint præfecti, quo simul & vulgi inopia mederentur, ex qua non minima oriuntur delicta, sic quæ videbantur posse tolli, & cauere, ne quid etiam peius efficerent, si eos omnino coercerent. Quid enim non expectandum fuerat à tot hominibus, ac tam actibus, qui quæ tantas opes habentur, nisi quis partem cum iis aliquam cõmunicasset? nonne fore vt omnia conarentur sumere!

Eloquentia cum virtute coniuncta.

Platonis sylua.

SCHOL.

SCHOL.

SCHOL.

* ἀσπερ ἐφ' ὄντιν.

Ne hæc

Ne hæc amplius, ð Plato: verùm aut non erãt Athenienses tales, quales dicis, aut quiuis potius, quàm Pericles, eius rei causam præbuit. Quandoquidem ille nec viles edebat lucas, nec obscuras, vel adulterinas, vel obliquas ducebat lineas.

Ex iis quæ de Cimone.

SCHOL.

Cimón natus patrè Miltiade, stupidus visus in iud, postea rebus multis bellicis commendatus est. Electus Ostracismo rediit, vicinè, apud Enrymedontem fluvium terra mariq, obsidensq, Citiium Cypri urbem, extinctus est.

Excerpta ex Aristidis Cimone.

VELLEM autem cum alio mihi, quàm cum Platone, institutam esse contentionem, tam de hoc quàm de reliquis, vt omnibus, quibus possem argumentis audacter vterer, neque quasi vector, cum secundo liceret vento ferri, præ timore vela constringerem, aut quasi equestri contendens certamine, cum liceret celerrimè progredi, sponte me inhiberem, quo præcedenti parcerem. Aded multò diligentius obseruo, nequid in Platonem dicam grauitis, & quasi ferocire videar, quàm vt illorum vnum quemque suis ornem laudibus: nam non minoris est mihi huius gratia. Verumtamen si vtrumque consequemur, vt & illorum dissoluamus crimina, & Platoni omnem tribuamus honorem ac reuerentiam, atque in vtroque iustè nos geramus, mediocriter nobiscum ageatur. Nam si contraria contrariis definiemus, quo pacto sua singulis constabit natura? Si enim imperium in seruitute ponatur, vix aliud quicquam seruitutem effugerit, & si imperium esse seruitutem ponimus, quid prohibet, quo minus eadem ratione seruitutem esse imperium ponamus, atque ita res circumsagatur, nec vnquam eodem maneat loco: verùm imperium prius ad seruitutem redactum, per eam rursus fiat imperium: seruitus autem prius ad imperium redacta, per illud ipsum rursus existat seruitus. Itaque vagentur ac transmutentur hæc nomina, quæ sunt rerum contraria, aut potius rebus ipsis contraria. [rebus dicit, grauitè. cum vnum esse & idem imperium & seruitutem confirmet.] Tales, ð Plato, Græciæ præbebat adiutores. Itaque donec vivebat Cimon, peribant Barbari metu Græcorum.

SCHOL.

Demosthenicum hoc schema, ait enim metu legatos mortuos, timore verò Græcos, pro, timore Græcorum, vel quia sic terruerant Græcos, vt prope mortui fuerint.

SCHOL.

Cimon Ostracismo electus.

At eum Ostracismo expulerunt, ne vocem eius per decem annos audirent. Certè: sed eum ante annos decem exactos reuocarunt, vt eius audirent vocem. Ita eum considerabant. Verùm tu quem condemnarint, dicis: quam sententiam mutarint, non cogitas, quæque vel rectè decreuerunt, vtrisque exprobras, quæ rectè consuluerunt, nec illis veniam putas, nec huc maximum præbere virtutis testimonium. Cumque ij, qui eum condemnarunt, ipsi sententiam mutarint, nec antiquum seruauerint decretum, tu id quasi ratum semper fuisset, obiectis, nec Athenienses hac in re vis imitari, vt à crimine virum absoluas: verùm si quid acerbius illi fecerunt, hoc imitaris, omittis reliqua. Quid? quod multò maius est & gloriosius, electum redire, quàm profus non eieci. Nam vt hoc etiam cuiuslibet contingit, ita illud non erat omnium. Atque vt hoc fortuna: quis potuisset tribuere, ita nisi reliquis præstantior habitus fuisset, illud ei non contigisset. Vt enim quis eiiciatur ac exsulet, inuidia facit, vel aliud simile: vt ante tempus reuocetur, nihil præter virtutem efficit, propter quam illum & absentem sunt reueriti, & vt adesset, è re sua fore existimarunt, quodque est omnium maximum, se ipsos potius quàm illum condemnare maluerunt. Quare siue per se vir est considerandus, cur, si quid in eum quis peccauit, recensemus? siue ex aliis, maximos in eum honores collatos videmus. Sed nondum hæc: mox enim magis erunt fortè congrua.

SCHOL.

[iusticet in communi defensione.]

De Miltiade.

693

NUNC autem ad Miltiadem nobis redit oratio, quem ego laudare potius erubescio quàm reprehendere: ita video omnia minora quàm cupiam dicturus esse. Miltiades autem iam pridem docuerat Athenienses, nullum præter leges agnoscere dominum, nec iusto & iniusto potiore habere quemquam metum, nec tam valentem necessitatem, propter quam deteriores fierent: per iustum verò & iniustum illis vt poterat.

* namq, ð diuini.

poterat. Sed quemadmodum agricolæ aliquot post mensibus, non mox post sementem, messim faciunt, & simul omnia non faciunt, ita Miltiades illos quoque antiquis pactis suos cum fecisset, habebat in tempore paratos, qui non in necessitate operam disciplinis darent, (turpiter enim hic se gessisset chorus) sed per otium se ad necessitatem comparassent.

Quapropter etiam sub Miltiade pone alios plurimum ex illius facultate percipisse, alios mediocriter, atque in hoc vicissitudine colloca: nam & in populo quipiam aures habet surdiores. Quid? quod nec Sol quidem omnes potest calefacere, atque aliquis meridie serena sub accessionem febris aliquando riguit. Verùm hæc res instar præconis fortissimos quoque Græcorum euocabat, & qui dudum optimis consiliis antè valuisse, ac quomodo seruare seruatiq, debent, scirent. Sin ab ipsis præconibus ac responso exorti iniunxerunt Atheniensibus, vt certamen pro Græcorum libertate meditarentur, nec gloriam suam proiicerent, neque abiectis armis metuerent, verùm iis resumptis metum abicerent, atque hoc potius grauisimè metuerent, ne deterioribus, ne auitæ dignitati cederent: si hoc eos modo ad commune de summa rerum certamen occurrere voluerunt, & euentum expectare, quasi in vtramque partem felices æquè essent futuri, non video quid in hac re fuerit vilis ministerij, aut quomodo hæc gubernatoris sint consilio similia? Vides igitur quanto superet gubernatorem interuallo. Atque ij quidem quotquot huic paruerunt, magnanimi magnificè mortui sunt, & omnium Græcorum præclarissimam mortem obierunt, sepulchrum pro virtutis monumento consecuti, & cum sub terra iaceant, ipsam conseruant terram, nec ab ea seruantur, ad Hesioidi appellationem proximè accedentes, quam ille ad finem aurei generis vsurpauit his verbis:

*Diui sub terris sacriq, boniq, vocantur,
Custodes hominum, depulsoresq, malorum.*

Hesiodus lib. i.

694

Nam & illos si non diuos, sed diuinos appellaueris, meritò possis subterraneos quosdam custodes & conseruatores Græcorum, malorum depulsores, & vndique optimos dicere: ac regionem nõ minus tutam præstare, quàm in Colono situm Oedipum, aut si cuius alibi sepulchrum viuis prodesse creditur. Quid? quod artificem esse dicendi Panem Mercurij F. Platonis est dictum. Iam & hoc modestiæ illius signum considera, quodque si vel aureum habuisset animum, non eum potuisset explorare diligentius. Quid? quod existimo Miltiadem etiam, si deorum subiret iudicium, omnium calculis absolutum iri, nec, vt Orestes, alteram dumtaxat partem consecuturum, nec iniuria. Nam vt ille matrem iustè occidit, ita hic Græciam iustè seruauit, nec patriæ modò, sed & communi gentis Græcæ naturæ pulcherrimè omnium nutrimentij præmia rependit. Cumque singulæ ciuitates suos habeant generis auctores, hunc meritò communem Græci generis auctorem quis dixerit. Quin etiam crimen existimo, quod postea sustinuit, si quid de eo etiam dicendum est, maximum iam esse illius præstantiæ signum. Cunctos enim censebant ipsius virtute superari, nec, vbi Miltiades adesset, quidquam vinci, vel capi non posse. Et eum ego qui tam fortis, tam prudens, tam modestus fuit, ac virtutem per totam vitam coluit, adulationis partem sectatum credam? Quisque cum reus ageretur, non vulnera iudicibus ostenderit, non lachrymas effuderit, non liberò sustulerit, cum haberet Cimonem: hunc ego adulatorem appellem, atque adulationem fuisse illius demonstrationis ac vitæ scopum dicam? Meritò verò nos ipsos quis adulari diceret, ac seruiliter, non ingenuè nos gerere, qui dum alterius aucupemur gratiam, sponte veritatem opprimamus.

Miltiades pro Themistocle.

EXORDIUM.

RESTAT igitur Themistocles, quem quidem minimè decebat è secundis primas ferre, quamquam hoc illi maximè soli contigit. Quin potius quis ab eo sit secundus, difficile credo, sit inuentum. Tanto enim Marathonium illum, aut quocunq, cum voles appellare nomine, interuallo superauit omnibus in se cadentibus rebus, quanto Darium Xerxes omni vicisse apparatu creditur. Atque ille quidem regis præfectos, hic ipsum vicit regem, qui post Marathoniam pugnam alterum adduxit exercitum, post Salaminiam in fugam se dedit. Nam vt illa clade excitatus, ita hac ad desperationem fuit

KKK redactus,

Proverbia.

redactus, sic ut salutem in lucro poneret. Sciebat enim tum quidem exiguam copia-
 rum suarum aduenisse partem: nunc autem se cum omnibus prope hominibus esse de-
 victum. Ac Miltiadis quidem fortitudo in vnum incidit negotium, licet ea in omni
 vteretur administratione: Themistoclem verò posteriora semper prioribus excipie-
 bat, donec per vndas decumanas victor euasit. Quid ergo verat, quo minus breuiter
 ostendamus, qualibus in rebus qualem se Themistocles exhibuerit. At hoc nihil ad
 rem fortassis faciet. Nam quæ nemo verbis posset complecti, quomodo quis illum
 ex iis cernat? Nisi si hoc cogitabit, quæ nemo posset pro arbitrio dicere, hæc eum pro
 arbitrio gessisse. Etenim decem annis tota parturiebat continens, cum singuli homi-
 nes Marathoniæ pugnam studerent vlcisci, omnisque apparatus ex omni terra ma-
 trique cogebatur. Cum autem Ægyptus interea defecisset, Rex ea facile ad deditio-
 nem coacta, rursus ad eadem redibat. Decimo demum anno regiones ac gentes omnes
 conuenerunt, quasi in alium locum terra migraret, ac metuebat Rex, ne non caperet
 omnes Græcia, & quamcunque volebat castrorum partem, quasi toti imperaret orbi,
 occupabat.

Xerxes Persarum Rex.

Nec eos tantum Solis perterrituit, quantum maris ac terræ defectus, ad cupidita-
 tem potius, ut arbitror, quam vsum regis procuratus.

Deinde muri extruebantur, ut simul decies mille numeraret viros, Sol autem
 telis obtegebatur, ac mare nauibus, terra militibus, aer iaculis erat plenus. Præsentia
 quoque & futura eodem habebantur loco, sic ut omnes tenerentur, omniaque tan-
 quam Neptuno descendente commouerentur. Themistocles cum in se suscepisset
 omnia, suumque consilium propugnaculi instar constituisset, & solus relictis oculis, tum
 præsentibus omnibus, tum futuris rebus obsticisset, nec ut ij qui Solem aspiciunt, se
 auertissent, quod omnibus propemodum acciderat, non modò Græcorum spem non
 fefellit, sed & expectationem magnopere mutauit. Nam cum plerique nihil non ex-
 tremum se perpeffuros crederent, & ad turpes rationes ac difficilia perfugia se confer-
 rent, tantam fecit rerum mutationem, ut si quis eos discersum barbarorum interrogas-
 set, num nec illos bellum intulisse, nec se res eas gessisse, eaque discrimina subiisse vel-
 lent, mortem sibi omnes potius, quam ut ista non peregissent, optaturi fuissent.

SCHOL.

[Parum abesse, ferè, propemodum, propius factum est nihil, non proculerat, non
 procul dicerò, ut ita dicam, ut dictum videatur, ut id dictum dicam, parum ab-
 esse, parum abest quin dicam, tantum non.]

696

Vtque eo non spem tantum, etiam qui longissimè sperauerunt, sed & votum ferè
 omnium superauit. Dicenim per Deos (aut alius sermone succedat) quid faceret tum
 Themistoclem oportuerit, in eo rerum statu? Vtrum conuocatis Atheniensibus, de
 Ideis differere, ac quid esset ipsum iustum, & ipsum honestum docere, quidque semper
 esset, nec vllum haberet ortum? Ac cito eos & ortus, ac natura & omnia defecissent:
 An id vnde primum fortitudo sit & ignauia dicta, querere, & vtrum fluerent an non
 omnia? an malè res suas fluere comperissent. Verum quid omnino dicendum aut fa-
 ciendum erat? Hæc enim tertia iam interrogatio, quasi testera, profertur. Vnde verò
 Themistoclem examinabimus, vtrum reuera consiliarius, præfectus ac dux fuerit, an
 aliud mereatur nomen. Atqui est alterutrum necesse, ut vel res ab eo gestas quis re-
 prehendat, vel quid, quod faciendum fuerat, omiserit, præsertim honestati voluptate ac
 facilitate, ostendat. Et quanquam prudentiam res gestas subsequenterem, & in otio fa-
 ctas reprehensiones, non esse magni momenti tradunt: tamen etiam hoc concedam,
 ac si quis vel factum melius, vel sermones præstantiores, vel consilium iustius adhi-
 beri potuisse ostenderit, vel omnibus vitilis per quod ipse instituitur, ipse crimen in
 me suscipiam.

Platonis dogmata.

SCHOL.

Vel sic dicas, non esse magni momenti dicunt. Multa enim qua studio ac meditatio-
 ne bene consueta apparuerunt, suo tempore malorum cause fuisse visa sunt. Vel
 etiam sic: Multa enim in consiliis iudicata recta esse, exequendo damna attule-
 runt: similiaq; non plura alia, sed talia nunquam, eaq; manifestè malefacta, neg,
 consueta accusatis non magnam praebeat licentiam loquendi. Vel sic: Accusati
 non satis consuetè facere videantur, si hic pro se causam dicant. Etenim quo-
 modo consentient cum gestis non rectè præcedentibus tanquam bene, in his enim
 inerat.

inerat necessitas, vnde processit enthymema, in illis verò necessitas nulla, & e-
 picherematis substantiam constituit.

Ipse qui sciebat futurum, si summum ius quærerent, & de principatu contende-
 rent, ut pessum irent omnia, ne quid agerent scire possent: ipse inquam Atheniensibus
 persuaserit, ut sese submitterent, ac Lacedæmoniis in præsentia principatum con-
 cederent, eundem seipsum à volentibus Græcis recuperaturum pollicitus. Nec verò fidem
 697 fefellit, ac nomen potius ferè principatus, quam ipsum iussit imperium concedere.
 Nam si rem spectemus ipsam, sibi imperium, illis nomen detulerunt, ac præter com-
 munem salutem, & cum hostes fortitudine, tum socios mansuetudine superatos, digni-
 tatem quoque præclarissimam sunt & augustissimam consecuti, quandoquidem dum
 eum duces erant redditi. Hoc editum non adulator, quantum iudico, nec qui oculo-
 rum demitteret, aut auditoribus se submitteret, sed Deorum aliquis per Themistocles
 os protulit. Cum videret ipsos lacrymantes, audiret liberos ac mulieres quiritantes,
 aliquot necessitatè relinqueret, ac videretur vrbs propemodum vi capta, merito, (nam
 & futura erant omnibus incerta, paruaque spe atque infida subnixæ, & præsens rerum
 status, amissionem vrbs, bonorum vitæque totius prioris continebat.)

Eosque tanquam pueros firmo animo & cogitationibus, non oculis tantum
 stantibus deducebat. Nonne ergo indignum est, o terra, ac Dij, dictorum facto-
 rumque duces (nec enim cohibere me possum) Socratem fugientem laudare, eum-
 que Lachete honestius discersisse dicere, Themistoclem autem, qui fugandis hosti-
 bus, non fugiendis fortitudinem piæ declarabat, cuiusque virtutis fructum tota per-
 cepit Græcia, ignauia ac molliciei nomine tam facile donare. Qui etiam ex Eubœa
 victor intercedebat, ea gessit interea, quæ nemo vnquam aliorum ad fugam festinan-
 tium. Et ais non esse magni admodum pretij salutem. Quin ergo Diis etiam ser-
 uatoribus, qui & singularim nos conseruant, & earum rerum ferendarum Græcis
 tunc auctores fuerunt. Verum omittam maledictionem: quid autem consequatur,
 difficilius est concilire ex oratione, * quam explicare.

* ἵππου pro ἰνδουκῶς capitur. hic autem Aristides pro πολλῶ πλεον accepit. Iro-
 nicè verò dixit πολλῶ πλεον. velut non prorsus, & sic sapè ἵππου pro πολλῶ πλεον
 utitur, quin ferè semper.

SCHOL.

Iam aliud est in mari medio de re nautica differere, suamque ostendere forti-
 tudinem, aliud extra tempestatem † ad parietem sedentem. Quæ cum Plato probè
 sciat, sponte negligit, & Themistoclem accusat, qui Athenienses in triremes com-
 pulserit.

† Proverbum, Dicitur in eos qui aliud pro alio faciunt aut permittunt. ortum à
 Priamo & Helena, qui è muris Græcos de se differentes videbant.

SCHOL.

Ego verò, siquidem vincere quis posset, ut non se seruaret prius, aliquid à te dici
 698 putarem; cum autem vel nauali prælio vincendum, vel terrestri pereundum fuerit,
 quæ hæc fuisset philosophia, cum liceat magnificentissimè seruari, temerè mori? Ac
 prorsus equidem non intelligo, cur terrestris victoria pulchra sit, turpis marina, vel
 cassis atque corium magni sint pretij, rudentes ac remi nullius.

[Deest δὲ τοῦ ἰνδουκῶς, pro galea dicit, βέρον verò pro armis, quod corio te-
 gerentur: vna sunt, καπνὸς verò, signa necessaria ad remos.]

SCHOL.

Sin tota erat occupata terra, exercitus instar maris inundabat, omnia diripiēban-
 tur, nec vel respicere licebat. Verum in angustia non Peloponesi modò, sed etiam
 spei sedebant, nec vsque vel terrarum vel maris futuri credebantur, cur ita de Achiuis
 ex turre indicamus.

[Proverbum, ut Priamus & Helena ex muris.]

SCHOL.

Solus porò vel inter paucos admodum videtur hoc dictum Themistocles com-
 probasse, quod cum Alcæus poeta protulisset olim, multi postea vsurparunt: Non la-
 pides, non ligna, nec fabricarum artem ciuitates efficere: sed vbi viri sunt, qui seipfos seruare
 norint, ibidem & vrbes esse & mania. Ita si suo dumtaxat consilio his in rebus vsus esset
 Themistocles, cur quis diceret ab illo fuisse accusatum? Cum autem Deus quoque
 idem iusserit, quid consequatur, ut equidem vereor dicere: ita quiuis facile intelligit.
 Themistocles certè prorsus absoluitur.

Alcæus poeta Lyricus.

Hunc enim si soluerint nodum, donec tribuant honores Apollini, iuxta Delphicum tripodem, quem de Barbaris dediderunt Græci, STANTO.

Ac Deus quidem diuinam vocauit Salaminem, quippe ad quam maiora quam pro viribus humanis erant facta peragenda. Plato autem horum auctorem, qui que Salaminem illos deduxit Græcis nocuisse dicit, neciis, qui voluptati plebis subseruirent, meliorem prorsus extitisse. Quare cum post nauale proelium essent omnes in Isthmum collecti, & ex arca Neptuni de principatu sententiam ferrent, quamuis in ea liceat aliquam ingrati animi turpitudinem Græcorum accusare, possumus tamen de cetero gratum animum laudare, ac pro Themistocle suscipere. Cum enim ipsum quisque primo posuisset loco, secundum omnes pronuntiarunt Themistoclem. Ergo de principatu sententia ex eo quod est omnibus in natura situm, ut neminem quis magis quam se diligit, præueniebat: ideoque nec momentum habebat vllum, nec erat venia indigna: Verum quam de secundis ferebant paribus, ea veritatis erat

Themistocles bello cadit.

Æschines Socraticus.

Themistocles exsulauit.

Æschines Socratis dicta scripsit.

699 illustre testimonium, nec eos aliter censere posse ostendebat. Quapropter si prædictum fuisset initio, ne quis sibi palmam tribueret, omnes erant Themistoclem pronuntiatum, quem quidem omnibus aliis præferebant singuli: nec aliter primus, ac tum secundus fuisset. Similiter & nunc, postquam eum secundo posuerunt loco, perinde fecerunt, ac si primo posuissent. Verumtamen sic quidem inferiores tulit potius, quam utroque vicit. Nam prima quidem erat à veritate, & à seipso consecutus: quando quidem idem quod alij, solus iuste fecerat: secunda verò iam ei concessa fuerant: sic ut omni ratione primus esset. Et quoniam posteriores quoque clades eius recensere possem, ac quomodo totum negotium fuerit confectum, qualemque in his ille se præbuerit, declarare: vellem equidem eam nobis ab oratione afferri necessitatem, ut etiam de his esset dicendum. nam ea nec leuiora, ni fallor, vel minor forent iis, quæ iam relata sunt. Verum quoniam & argumentum superant, & nimium crescit oratio, omitam ea, & hoc tantum hac etiam de re addam, eum postquam contra Græciam fuit militandum, mori maluisse, qua quidem re cum crimen omne dissoluit, tum ostendit manifestè, quanti priores gestas res & reipublicæ administrationem faceret, nec vnquam se scientem quidquam virtute & officio prius habiturum, non diuitias, non liberos, non spem, non ipsam salutem. Atque existimo equidem & sacerdotes, & quisquis alius Athenis preces faciebat, meritò tum quidem publicè quotannis hoc fuisse inter alia oraturos, ut aliquis apud ipsos Themistocle similis nasceretur, & inter ceterum prouentum hoc etiam bonum terra produceret. Nec enim minorem videntur mihi fructum fuisse percepturi, quam si omnia cum centesimo, vel etiam maiore fœnore regio protulisset. Ac puderet me prope modum, cum tot ac talia dixerim, testes insuper adhibere, nisi vnus esset aliquod momentum testimonij, quod proferendum censeo. Videamus ergo quid Æschines Socratis sodalis, Platonis autem condiscipulus dixerit: *Quoniam igitur Themistocles auferes vitam carpere, vide qualem adorianis virum. Itaque cogita unde sol orsatur, atque ubi occidat. Non est, inquit, hoc difficile, Socrates, cognoscere.* Postque plurimas laudes hanc quoque adiungit.

[*Tantum hic illi prudentia prestabat.*] *Quare cum aliquando esset ex urbe expulsus, gratias ei cen seruatori suo retulit, & cum alia multa dona, tum Magnæsiæ totius imperium dedit: sic ut exsul esset meliore, quam Athenis ciues plerique, qui prohi debantur conditione. Quis igitur illo tempore potentissimus fuisse dicatur alius, quam Themistocles, qui regem ab ortu ad occasum Solis imperantem, Græcorum dux denicere. Hoc igitur, inquebam, cogita, Alcibiade, illi, qui talis esset, scientiam talem non suffecisse, ne eiceretur, & à suis ignominia notaretur.* Atque ut Æschinem cum Platone nolim comparare, nec ea de re contendere, verum hoc iudicium sophistis ineptis malim relinquere, ita quo maior est ac doctior Plato, hoc magis illa pro Themistocle credi aio debere. Nam hic quidem quæ audiuit, vel his certè proxima videtur tradere: ille autem ingenio vitur suo, quemadmodum & alia multa sub nomine Socratis tractat, de quibus nihil eum fatetur disputasse. Ac rectè quidem & iuste facit, dum præceptorem studet ornare, nisi quod nec alios, qui non merebantur, insuper dedecorare velle debebat.

EX COM-

Defensione.

701 **A**Tque hæc quidem fere sunt, quæ de Viris erant dicenda, sic ut nec ea quæ dici oportebat, omiserimus, nec omnia singillatim putaremus esse referenda, ne cui ineptire videremur. Sed offensionibus populi vititur, quasi ipsi, quoniam nonnulli minus recte de illis statuerint, peiores habendi sint, aut cum alij quidam in eos peccauerint, nec nos à conuitijs abstinere debeamus. Quinimo cum etiam ipsi qui peccauerunt, merito venia tribuatur, mirum erit, si illis qui eos ad optima quæque duxerant, & quibus, cum peccarent, non obtemperauerant, negabitur. Iam Plato nihil eorum, quæ ex illorum consilio rectè gesserunt, considerari permittit: quæ autem in illos ipsos peccauerant, in ijs tantum ab illorum voluntate recesserunt, ut ea culpentur, & fructus quidem eos, quos ex illorum institutione perceperant, transilit, quæ autem non tam ex institutione prodierant, quam ex humana natura superfuerant, hæc illis tribuit, qui, nequid hi peccarent, omnem lapidem mouerant: velut si quis litteratores, qui pueros litteras docent, & quantum possunt, scribere, in causa fuisse diceret, si quid minus rectè postea per se scriberent. Quod si non cunctos docuerunt, nec accuratissimè, neque ut volebant maximè, cur id quod effugit, ad ipsorum quis magistris referat? Nec enim hunc fructum ex illorum consuetudine perceperant potius, quam non iam id illis poterant acceptum ferre. Quocirca non quia illos attendebant, peccabant, sed quia non attendebant, vsque eo illa, quæ persuadebantur, rectè illis suadebant.

Ciuilem vero scientiam nisi Athenienses omnes docuerint, Themistocles, Pericles, Miltiades, & Cimon, atque cunctos ex ordine tributim ac viritum meliores reddiderant, scientia quasi Theatrali pecunia distributa, ne ipsos quidem ea in re excelluisse dicemus. Nec illud Protagoræ tui tibi sufficit, si vulgus vel ex parte aliqua ad virtutem perduxerunt, verum nisi omnia quam rectissimè populus, & quasi vir vnus administravit, id iam Præfæctis imputas. Num ergo mirum erit, si nec illi, cum multa bona docuissent Athenienses, ac noxas multas impediissent, semper eos cohilere potuerunt, neque morbos immortales curarunt, sed à populi natura, siue potius communij hominum sunt victi, nec iniquitatem prorsus à ciuitate potuerunt extirpare, quemadmodum cum agricolis quotannis agri detrimenta excindunt, nec per totum semen penitentur. Hoc modo si & illos, cum ciuitatem purgare vellent, necessariam iniustitiæ atque ingrati animi semen effugit, & remansit, nec ipsis optemperatum omnia, quin etiam per se populus nonnulla statueret, cur hæc improbitatem viris afferant, aut ipsis imputentur aliena? Quasi quis exorta seditione, & his meliori parti præpositis, tum aliorum in hos peccata his ipsis tribueret. Quomodo autem sit æquum, qui nec ea fecerint, & insuper prohibere voluerint. Quod si nec eos, quorum est fama læsa, ijsdem putabitur anis vti debere, idque non ad maledicendum vicissim, sed ut se per alios absoluant, quomodo eum probabit, qui prior, nulla coactus necessitate maledixit, ut illos peiores videri curaret, dextrum quid putare iussit. Enimvero nesciebas te his proterbijs teneri, ignem verberare lapidè coquere, saxa seminare. Quod enim illi ex admonitionibus tuis ac sermonibus lucrati sunt: quam rem vel diuinam vel humanam post eum diem, quo tibi aures præbuerat Dionysius, vel Dio, rectius administrarunt! Tanto nostros nos, o Plato, quam tu tuos, meliores effecimus. Quod si horum indolem dices meliorem fuisse, hac quoque in re nostram declaras prudentiam, qui spem in his aliquam posuerimus, cum tu toto erraueris caelo, quando cum illis vtiliter te disputaturum credidisti. Deinde sicut ea in quibus alios vicerunt, indoli tribuis, sic etiam si quid tibi satis temere videntur egisse, hoc eidem indoli imputa, neque cum quæ nobis imperantibus gesserunt, ea nostro consilio detrahis, quæ per se in nos peccauerunt, ea nostro consilio detrahis, quæ per se in nos peccauerunt, ea nostre iniquitati adscribe. Ut enim illarum rerum nos quoque auctores fuimus, ita horum nequaquam.

702

Et Pollis iterum Platonem reducebat, ac Dionysium vel absentem reuerabatur, & eius mandata in animo conseruabat, te quem videbat & alloquebatur, nihili faciebat: sic ut admirabilis tua persuadendi vis imperio Dionysij cederet, & illi Pollis quannus

KKK 3

quamvis talia præceperat, operam suam nauabat, tibi nullam, etsi Spartanus erat, & in ea nutritus Rep. cui tu secundas vel primas potius tribuis, itaque frustra videbaris vrbem Spartanam tot illis laudibus exornasse. Quocirca Laconica quondam classis præfectus, tantum in dignitatem tuam peccauit, quantum nec Perlarum quisquam, nec Scytharum, qui vocem tuam prorsus intelligere non poterant. Atqui siquidem volebas eum [nauarchum Peloponnesiorum Pollin] melius aliquid in te, quam Dionysium, consulere, nec ille te attendebat, verum absentis, & qui turpissima præceperat, totus erat, multum à tyranno vincebaris, nec iure cuiquam potes obijcere, si quid minus alicui persuadere potuit: sin tu quidem fortunam præsentem æquo ferebas animo, ille vero silentium tuum non reuerbatur, nec sermone quouis potentius ad conueniens consilium de te capiendum iudicabat, quomodo ius tuum consequeris, aut ingenij tui, quem meritis eras, fructum capiebas? At non ideo tu peior, si Pollis ac Dionysius delirant: neque nos, bone vir, si quis erga nos, Atheniensis improbus existit. Et, vendente Pollide, Græcorum quidem nullus te sacrum caput redemit (vsque eo cuncti tua tenebantur eloquentia) verum Afer quidam, Anniceris nomine, quem nemo, nisi tua calamitate fuisset abusus. Nunc vero non Platonem, sed famam & celebritatem sibi comparauit. Ne forte putes nos rationes tuas ignorare, aut falsas credere, cum negas virum meliorem à peiore posse iniuria affici vel lædi. Quæ cum sciamus, & verè dici testemur, ille tamen magnus amator tuus, nihil petulantia nec contumelia reliquum fecit, & quamuis tu nullam patereris iniuriam, ille nihilominus ea potius quibus iniuriam, quàm in quibus honorem tibi deferre se putaret, faciebat. Quocirca noli, admittende Plato, vtrumque transigere, idque alterum amicum, hostem alterum; verù te ipsum & hos pete, quos potius debebas pro amicis habere. Alioqui non tam quid accules, quam quid prius excules videndum tibi fuerit, siquidem tua quoque tanta sunt. Sin ipsum per se considerandum est consilium, nec tuum culpari iure potest, nec etiam eadem de causa nostrum, quo accedit vt voti compotes facti sumus, & hæc tum tuis studijs, tum nostris offensis sint maiora. Quare cum tu nos [vt alter Agamemnon exprobrans genus tanquam spurium] redarguere studes, te ipsum quoque refellis: nos, dum nobis suppetias ferimus, tuam quoque rem agimus. Quinimo tua defensio nobis quoque conuenit, verum tibi non tot, quot nobis sunt adiumenta. Itaque vt nobis quid parcat, incertum sit an & tibi; sin te condemnnet, nobis fortasse veniam dabit. Quod si nec nobis parcat, nihil erit tibi sperandum: vsque eo victoria nostra cedit in tuum modum. *Quapropter etiam tua require, non mea.*

* *Quendam* Agamemnonem Atace Sophoclis.

Inquit ad * quendam Teucer, nec omnia conare studiosè scrutati, neque cum tria sine consideranda, animus, facta, fortuna; duobus omissis, arripit tertium, cuius item pars maxima nobiscum facit. Et enim si his initio relictis, pro Græcia nos deuotè debuissimus, non eramus reculari, neque Cædro tantum cessuri: atque ad id tu, credo, adhortatus es. Age vero vtrum hoc maluisses, vt nihil à nobis gestum vnquam fuisset, nec in nos ciuicum quisquam peccasset (itaque tam in nos, quam in illos, erant alij peccaturi) an vt hæc quoque, si fuerat opus, quo fierent illa, contigissent. Hæc, arbitror, malles. Ergo cum vtrumque te, quam neutrum, malle dicis, cum omnia quæ requirebantur, in administrationem nostram incidisse confiteris, tum plura vrbis, de quibus gloriatur, quam ob quæ reprehendatur, suppetere. Quin ergo laudas potius quam vituperas. Denique cur ab ijs rationes reperimus solis, qui soli rerum auctores non fuerunt. Nam nec primos reprehendimus aurigas, si quis eosdem equos alius deteriores reddiderit. Verum & aurigæ equorumque domitores, magistris fiunt plures, cum alij eadem potestatem nacti, non eodem modo se gerunt, idque eodem tempore. Age vero, quæ vitis his acciderint, etiam percurramus. Neque enim omnes eodem modo populus condemnauit, neque id illi communi decreto sunt passi, neque etiam prorsus omnes. Verum Themistocles quidem & Cimon Otracismo sunt expulsi. Id autem nõ erat odij, nec quia alienus erat ab illis plebis animus, sed legem hac de te conscriptam habebant, quæ vt olim se habuit, (id enim omittam, nisi quis eam valde voluerit laudare) illorum tamen delictum non carebat excusatione, cum haberet aliquem decorem, quandoquidem ex lege proficisceretur. Lex autem sic erat, vt eos qui ceteris antecellerent in annos decem ablegarent. Nec aliud deerat crimen, neque quasi conuicta res esset ira. Indignum sit ergo, si eos, quos nec ipsi poterant qui eiecerunt reprehendere, nos istorum causa

Quattuor-virum casus in Atheniensium Rep. Otracismi lex.

703

704

causa reprehendamus? vt qui certi nihil sciamus, sed rumorem quemdam, eumque obsecrum accufemus. Sed vt hucredeam, quod ad gloriam comprimendam hoc exsilij genus intro duxerunt, ea res, quantum ab adulatione fuerint hi remoti, indicat clarissimè. Quocirca ne nimis elati fierent, hac sola de causa illos ablegarunt. Itaque non contra ipsos hoc dixisti, sed insciens proipsis. Egregiè tu quidem potes, quæ dicuntur obseruare, & alios refellere. Nam cum calamitates eas, in quas tempore Pisistridarum incurrerant, considerassent, videntur neminem voluisse cæteris præferri, sed omnes æqua vigere potestate. Rectè ne igitur Cimonem atque Themistoclem eiecerunt? Equidem non dico, non tamen prorsus impudenter, sed vt & ipsi defensionem haberent, & illi non inhonestam paterentur iniuriam. Pericli vero donec in pace vigeat ciuitas, nullum nec magnum nec paruum crimen est impositum, verum Deorum instar colebatur, & quamuis prius etiam Atheniensis non paucos contra sædistragos in prælium eduxerat, non tamen inculpatus modo, sed & facile primus fuerat. Postquam vero simul & agro carere cogebatur, & pestis cuncta vastans incumberebat, nec erat malorum vlla requies, tum demum calamitatibus succumbentes in illum sunt exacerbati. Atque heic mihi aurigarum exemplum recordare, nec enim pennis potius quam curribus tuis caperis. Sed non potuit Nestoris equus parere vulneratus, non illo tantum sed & reliquis equis hoc casu turbatis. Quid? quod nec frænum in hoc tumultu facile poterat demere, verum tanquam in æneo vehiculo stabat manens, nisi quod commouere se poterat. Domi male habebant [pro infelicitè.]

Pericles.

705

Aurigam excusserunt. Quemadmodum excusserant, ab eo tam probe fuerant olim gubernati, vt & factum suum cognouerint, & sententiam mutarint, eumque de nouo se regere, & quocunque vellent ducere iusserint. Quin si & prioribus annis multis graciosus fuit, & post condemnationem rursus maximus euasit, quimimum ex vtroque, tam principio quam fine, admirandus existit. Nec enim offensa res priores obscurauit, verum honor post delatus omnem deleuit calamitatem. Non enim medium tempus vtrique præstat, verum simul vtrumque medio. Nam siue priora seceris, in honore primum fuit, siue posteriora, in condemnatione non perseuerabant, sed rursus vt potiore attendebant. Neque vero duo dumtaxat vni opponuntur, verum ne singulorum quidem temporum spatium est vilo modo æquale. Quinimo nec omnes eum iudices condemnasse censendi sunt, sed aliqui etiam Pericli rectè suffragati sunt. Hos igitur meliores atque optimos reddiderat. Quid ad hæc, Græcorum optime, dicemus? vtrum rectè illos hec in te commississe, an te illorum esse infaniae reum? Equidem neutrum dixerim. Verumtamen posset aliquis tuis verbis respondens, bifariam contra te & Socratem hoc torquere, quasi rectè quodammodo vobis, quamuis iniustissimè hæc acciderint, quando quidem tales discipulos protulisti. Quare si assecraturum peccata præsidum culpam continet, te ipsum & sodalem potius, aut saltem non minus, quam Periclem & quos volebas, accusasti. Sin vos estis infantes, eodem quoque illi modo debent esse, siquidem æqualitatis meministi, nec Geometriam sponte transgrederis.

Ergo quem ipse à crimine absoluisset, cum criminis eiusdem accusas? Quid autem absurdius quam alteri dicenti non credere, ipsum accusare? propter quæ dicentem peiorem fores habiturus, propter ea Periclem velle improbum videri? Et cum eos, qui illum condemnarunt, improbes, nos ad similem condemnationem hortari, quasi rei alicuius præclaræ, & nõ eius, quæ nec illos docuerit, participes futuri sumus. Illi vero suam condemnationem ipsi non excusarunt, sed rursus tanquam probum & iustum in oculis tulerunt: nos eum, cui nullum possumus aliud crimen imponere, propter condemnationem contemnemus? Et eorundem hominum peccatis nitentur, rectè facta non attendemus? Cum præsertim illorum peccata fateamur, aut potius accufemus. Quam id, obsecro, rationis habet speciem? Equidem non intelligo. At Plato cladem pro iniuria fugillat, cum fortunam decreti loco considerans, tum aliorum delicta his imponens. Si vero equis calcitrantibus [eos qui condemnati sunt confert, aliquid se contra illos grauius arbitratur dicere. Quod si condemnantes cum * Dijs duodecim conferre possent, à vituperandis reis, credo, abstinuisset. Cæterum si viros vtroque modo videret Plato reprehendere, quasi acutum quiddam arripuerit, quid vetat, quo minus aliquis pari reddens, vtroque rursus modo sic dissoluat? Si eos rectè & iustè condemnarunt Atheniensis, non erant ab illis corrupti. nam cum rectè agebant, non eos illi corru-

* *Dij maiores duodecim: quos apud Apuleium Ennius sic recenset:* Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

706

conruperant. Quare si merito sunt condemnati, non heic peiores erunt, siã eos iniuste condemnarunt, iniuriam passi sunt viri, non intulerunt: tales autem adiuuandi sunt, nõ acculandi, aut si iuari nequeunt, saltem accusari non debent. Ego vero elegantioribus hæc relinquo. Ipse autem quid affirmo? aut quam rationem sequor? Non possunt vtrique simul accusari, & vulgus & viri, nisi alteros manifestè calumniari volumus. Etenim si rectè sint condemnati, ipsi quidem fuerint improbi, populus officio suo functus est. Itaque nõ debet ob hanc rem quidem culpari, an ergo cum eum cum ferocientibus bestijs comparamus, rectè nos facere dicemus? Sin peccauit populus, vna cum ipsius peccato vitorum probrum diluitur. In hoc enim ipso Athenienses deliquisse dicimus, quod illos exsilio, pecunia, vel aliare quacunq; multarunt. Quid autem hæc affert ratio? nihil eos horum meritos esse. At qui si male fecerant, meriti erant: quoniam autem meriti non erant, liquido colligitur, male nihil fecisse. Iam qui probis maledicunt, & calumnias ingerunt, non vtrique probe faciunt. nos igitur pro accusatione vtrorumque, iustam vtrorumque defensionem proferemus, ac nec populi totius hanc esse culpam, nec illos sicubi offenderunt, peiores haberi debere dicemus. Nec enim vt athletis solet, sic & Poëtis præstantioribus semper defertur victoria, verum & heic Pindari cum illud locũ habet, verissimè enim cecinit ille: *In circo autè fortuna, non vobis, vincit.*

Diffimile, Pindarus.

Itaque conspicatus Eumelum Achilles, cadentem è curru misertus dixit: *Optimus extremo vir equos agit ordine fortes.* Atqui absurdũ erat hæc ita deinceps coniungere, atque eundem optimum & extremum dicere. Veruntamen ita res, inquit, humanæ ferunt. Hoc enim videntur mihi verba velle, eundem esse & optimum & extremum, quod olim Orontem Persam de digito dixisse ferunt, eundem situ alio nunc decem millia, nunc vnum dumtaxat ostendere. Quare ad Platonis exemplum mihi certe videtur Eumelus in cæteris spectare, cum non victoria tantum priuatus est, sed

Et cubitos atque est naves laceratus & ora, ab equis optimis & à quibus nunquam fuerat deiectus. [Orontes Persa excidens imperio, digitus, inquit, nunc vnum, nunc millia ostendit.] Quocirca siue amicis, siue opibus vales, siue gloriam inter ciues es consecurus, nolite extollere, nec plus tibi quam licet, tribuere. Vt omnia sibi suppetant, à fortuna vinceris. Hæc sibi vult certamen istud: hæc Homerus dicit. Nihil est in rebus humanis securum, nihil æquabile, nihil sibi sufficiens: verum, cum tempus feret, fortem vincet imbecillior, Babylon vna cum mœnibus capietur, Persas rursum populabuntur alij. Hæc enim omnia in orbem feruntur. Quod si gubernatores omnes cunctos vectores saluos præstarent, ac medici omnes cunctos sanarent agrotos, & maiores ac potiores vincerent, atque hi omnes semper florent, nec quisquam eorum qui rectè capisset agere, erraret; neque vtrumque à facultate quidquam differret, immortales forent res omnes humanæ, nec precibus fortassis opus esset, neque nos, vt nunc, dolium alterum perfudisset. Ne mireris igitur, si Pericles, cum scientiam & artem habebat, à Deo & fortuna vincebatur, neque tempus oblitiscere, quibus ipse non parum tribuit, & ille non optimis, vt apparet, tunc vltus fuit. Multa inter homines facta sunt, & sient miranda, inter quæ sunt etiam quæ his viris contigerunt, vt nemo negat. Verum ea nondum conuincunt, illos nec boni quidquam sciuisse, nec meliorem quemquam reddere potuisse, siquidem poterant & artem tenere & probi esse, quamquam eo quidem tempore maioribus carebant adiuuentis. Libenter autem quæsierim si quis pro Platone velit respondere, cum ipse Plato Remp. non administrarit, numquid causã dicet quisquam, præter id, quod apud ipsum dicit Socrates? Quid enim aliud? Ergo si in ea quorum tu metu publica non curabas, illorum aliquis incidit, eum non optima quæque suasisse contendis? Atqui si nihil erat periculi, cur patriam nulla in re iuuisi? Sin erat paratus interitus, cur miraris illorum quemquam in cladem incidisse, & cum optima consilia ipse cum periculis coniungas, illos, postquam offenderunt, optimi fuisse consilij negas.

Rerum omnium vicissitudo.

Plat. in Apolo. gta.

Cum igitur illi nullam securam cladem iustitiæ prætexerunt, verum largiter ac simpliciter communi bono impenderunt, Socratis sermoni obtemperarunt. Itaque vel eos nec iustis nec bonis rebus ostende studuisse, vel probos fuisse concede, quidquid consecutum sit, atque eo magis, quo minus rei difficultatem reformidarunt.

Essent enim secundum rationem suam temerarii. Deinde tantum absuit, vt illorum gloriam diminueret cogentur, quo maior ipse videretur, vt suam administratione ad illos retulerit. Deinde nec hostes erant iidem, verum contra acres & accinctos viros Demo-

707

708

Demosthenem opponere, eosq; Atheniensibus vicinos & finitimos, & caduceo pariter ac ferro vrentes, & pleræque furtim auferentes.

Philippus prodicione multa valuit, velut bonum aduentitium adducens, & de Pericle eos monuit & aliis.

SCHOL.

Sed quod volebam dicere, vter erit humanior, & in dicendo dexterior hoc loco censendus, is qui nullo cogente necessitate male de viris loqui studuit, an qui nec aliter stimulus est excitatus, neque vt seipsum laudaret, alios vituperare voluit. Mane obsecro, potest ne quisquam sibi ipse magis contrarius deprehendi? qui tum quos adulator esse contenderat, negat adulatoria vltos fuisse, tum ea de quibus eos absoluerat, reprehendit. Itaq; quibus eos argumentis conabatur conuincere, iisdem coactus est absolueret: Quibus autem absoluit quos adulatoris infimularat, ijs Rhetoricam vult adulationem esse conuincere. Quinimo, vt ad firmissima veniamus, si eos adulator esse quodammodo per crimina fuerat effecturus, atq; ita ferme absoluiturus, quamuis etiã ficta protulisset crimina, aliquid tamen dixisse visus fuisset: cum autè omnibus quæcumque putaret contra eos dici posse prolatis, postea velut iudex, qui alterũ audiuit loquentem, eos absoluit, quis est vltus verborũ, aut quomodo omnia sunt pariter & frustra dicta?

Heic autem quid ait? *Etenim præfectus vrbs nunquam quisquam iniuste pereat per eam Remp. cui præfectus est.* Quomodo, per deos immortales, hæc eiusdem dicamus esse sententiæ, aut eadem spectare, vt simul & quia iustitiam tueatur, necesse habeat per eam Remp. cui præfectus est, perire. & si pereat, nunquam id iniuste ab ea cui præest Rep. patiat. Quæ est in his verbis similitudo? quæ consensio?

709

Verum & illud considero, si Rhetorica sit adulatio, omnes hanc adulationem exercuisse, quandoquidem oratores erant. Cur igitur hos absoluit, vel quandam dixit esse veram Rhetoricam? Sin bona res est, & expetenda Rhetorica, nimirum hi optima rerum curam gesserunt. Cur igitur vel hos optime dixisse negat, vel Rhetoricam vocat adulationem? Quod si duplex est Rhetorica genus, quorum alterum sit adulatio, turpisque concio, alterum iustitiæ cura, alterutram in his manifestè cerni oportet. Cur igitur aufers vtrumque? Sin vtrumque rectè aufers, tertia quædam præter vtramque erit Rhetorice species. Itaque non iam duplex erit Rhetorica, neque tamen Plato quæ esset tertia ostendit.

Rhetorica duplex Platoni.

Quod si ad gratiam sunt & voluptatem omnino conficta, & ex adulatoribus vnum se facit, dum iucunda pro veris refert, nulla præsertim necessitate impulsus, sin iuste sunt & verè dicta, quæ requiritur maior criminum solutio, aut quis commodior ipso Platone testis, qui heic quidem eos continuo absoluat, alibi vero prorsus laudet etiam, & Stesichori Palinodiam imitetur. At qui eum neget esse Græcorum optimum, is quidem pessimus sit & Græcorum & barbarorum. Veruntamen non nihil etiam ingenio vritur, quemadmodum potestate reges, sicut & in ipsa dictione facit aliquando, dum libertatem vsurpat loquendi, atque etiam in argumentis ipsis:

Fingit hic & inducit mortuos, quasi præsentis ac differentes.

Nec Euripidis Iambicum illud esse dicemus:

Sapientium commercio princeps sapit.

Euripides

quamuis id sapientum quidam dixerit, cum sit ex Alace Sophoclis: qui Locrus inscribitur, sumptum. Sed hæc licentiæ dialogorum & consuetudini tribuuntur. Etenim cum sint omnes figmenta, & quocunq; quis velit modo possit necere, sit vt nec ipsa verba sint admodum veritati consona. Simul & libertatem videtur atque magnificentiam non nihil sectari, nec ad exactam rationem referre cuncta; verum, quod iam dixi, ingenio concedit. Et hæc non ita temere recipimus? non igitur eum cognoscere videbimur.

ἀμέλαι ἄρα ποῖνι Ἀριστίδει quasi redundans.

SCHOL.

710

Nemo certè, qui solam admireretur Academiam, reliquam Atticam hostilem & inimicam habeat, Athenienses amare dicatur: neque cum reliquos omnes videndos propulerimus, tum fore sperandum est, vt Platonem quisquã admireretur. Id enim nõ in honorem Platonis, sed aliorum potius omnium ignominiam, atque adeo Platonis ipsius cederet. Nam cum putamus eum non posse, si quis alius probus habeatur, pluris

L L L fieri

fieri, tale quiddam efficimus. Neque conuenit contractum cum alijs odium, fidei apud alios occasionem fore credere. Nam si Platoni non maledicendo debitum uiris laudem tribuimus, nemini credo facimus iniuriam. Hæc enim politica sunt, humana, ac dijs ab omni æuo placita. Verum si res est improba tragædia, atque improborum hominum scriptum, quis te dicat esse tragicum? Quod enim profusum est turpe, id nullo modo potest honestum fieri. Deinde negas quemquam debere improbos imitari, vel ad exemplum deterius se componere; nec ipse hoc ubique præstas, uerum imitatis Sophistas, Sycophantas, Thrasymachum, quem plane impudentem fuisse aiunt, quia nunquam erubuit, a ianitores, pueros, cunctos homines. Sed ut ar- bitor Græcum illud, facile, gratiosum, uariu, ac diuinum, quod ad hæc omnia te ducit, ingenium, fateri te cogit, horum quoque singula suum habere usum cum tempore & gratia coniunctum. Atque hos omnes uoluptati studere affirmas. Vtrum te igitur minus, an plus, quam deceat, ponere dicemus. Etenim uoluptati quoque potius studere creditur. Quapropter cum id, quod ad adiiciendum erat, auferas, minus, quam deceat, dicis. Cum autem ex eo adulationem illis imponebas, plus profecto quam requireretur tua continebat oratio. Poteras enim, uir præclare, simul & iuuenes ad iustitiam cohortari, & senioribus suum tribuere. Etenim ut laudari non potuissent, silentio tamen poterant præteriri, neque fueras ob eam rem a rationum non relatarum accusandus. Sed non hoc aliquem ad indignationem commoueat maxime, quod Plato Græcorum facile princeps, & qui merito plurimum sibi tribuatur, magnitudine quadam & ingenij libertate quosdam accusare uoluit; sed & quod nonnulli nullius pretij homines, hac occasione sumta, rem in consuetudinem trahunt, atque etiam de Demosthene, quem ego Mercurij cuiusdam eloquentis loco in terras arbitror descendisse, nihil non audent effutire. Quis uero uiuos hos ferat, qui sæpius solleclissimum committunt quam loquuntur, alios contemnunt, quantum erant ipsi contemnendi, in cæteros anquirunt, in se nunquam uirtutem extollunt, non exercent; uagi obambulant; uita simulacra carentium, Hæstiodi fuci, Archilochi simiæ, duabus formis pro tribus vacæ tragæcæ præditi. Qui cum se Ioui negent cedere, pecunia tantopere vincuntur, & alijs conuiciantur, non quod res ipsas condemnarint, sed quia cum paria facere non possunt, inuident. Quod si quis ipsis de continentia disputantibus oppositus placentias ostendat & monilla, linguam demittunt, ut enlem & Menelaus. Nam si Helenam uideant ipsam, Helenam autem si uel ancillam qualem finxit Menander Phrygiam, Sophocles Satyros reuera pro ludicro curant haberi. Qui priuationem hanc uocant communionem: inuidiam autem philosophiam, & inopiam pecuniæ contemptum. Cum autem humanitatem profiteantur, neminem iauerunt unquam, & qui uoluit ipsis uti, eos infestant. Et alios quidem uix occurrentes aspiciunt, diuitum autem gratia ad fines regionis excurrunt, quemadmodum Phryges propter oleas. Etenim hi sunt, qui impudentiam & offensam putant esse libertatem, humanitatem in accipiendo ponunt. Quid? quod ad eam sapientiam peruenerunt, ut pecuniam non exigant, quod autem pecuniam ualet, accipere norint, in sententia perseuerent, sin turgidior sit effectus sacculus Gorgonei cepit Perseus. Non alieni ab impiorum Palæstinorum moribus. Nam & illi hoc habent impietatis signum, quod Deos esse non putent, atque hi à Græcis, atque adeo bonis omnibus quodammodo dissentiant, in reliquis quidem rebus ymbra sua magis muti: Cum autem aliquis criminandus & calumniandus est, uix æri Dodonæo, uerum culicibus potius in tenebris perstreperibus conferendi, ad rem maxime necessariam peragendam maxime inutiles, ad edes perforandas, & perturbandos atque inter se committendos domesticos, omnemque administrationem sibi arrogandam, omnium apertissimi. Sed in latibula submersi, miranda quædam comminiscuntur, ad ymbra necio quam uerba eructantes, inquit Sophocles, Anthericum metentes, funiculum in arena necentes, telam necio quam retexentes. Quantum enim in sapientia proficiunt, tantumdem & amittunt, magnopere sibi placentes, cum Rhetoricæ maledixerint, quasi non etiam famuli læpæ, ac præsertim mastigæ, dominos intra dentes excrecentur. Quin etiam Satyrus quidam Scenicus olim est Herculli imprecatus, ad cuius aduentum confestim succubuit. Nec immerito uidentur mihi cunctis maledicere, quando quidem hæc re plurimum ualent, qui ut nullius hominis mentionem faciant, male tamen dicunt omnia, ita quod habent in medium conferunt.

SCHOL.

a Audaces ad ostia ponimus, & fideles custodes.

b Rhetores an sospitati student?

c Oportebat enim adijcere, & optime scilicet.

d Nomen causa.

e Mercurius aliorum procerum specie sup. Photinus. Demosthenis laus. Philosophi Ciriost. Non, alia, &c.

f Vtrumque species placentia. g apud Eurip. Andromach. h hoc reprehendendo Platonem dicit.

i Tuda notantur ab eodem Aristide.

j Capitebris.

k Per malum ipsorum sententiam.

l Satyrus quidam, non enim genium dicit Bacchi.

Atque

712 Atque etiam pulcherrimum Philosophiæ nomen sibi tribuunt, quasi locum in theatro præoccupassent. Atque equidem, & Platoni debitum honorem tribui, & uirorum dignitati opem tuli non ignauiter. Quod si quis hæc refutare potest, si id eadem seruata mihi beneuolentia, qua Platonem ego sum profecutus, fecerit, eum ego nunc, & in posterum, amicum, non hostem iudicabo.

Qui uendit farcimina, is est uendens quæ proprie lucanica dicuntur.

EXCERPTA E VITA PYTHAGORAE.

CCLIX.

LEGIMVS & vitam Pythagoræ. Excepit, inquit, docendi munere Pythagoram Plato nonus successor, Archytæ senioris discipulus, decimus Aristoteles. Pythagoræ autem discipuli, qui contemplationi dediti erant, Sebastici [id est pij] uocati sunt, qui circa humana versarentur Politici, qui Mathesin, Geometriam, Astronomiam amarent, Mathematici, qui familiares ei essent, Pythagorici, horumque discipuli Pythagorei: quique aliter extrinsecus eum imitarentur, Pythagoristæ. Omnes hi animalibus abstinentes, certo tempore è uictimis solis gustabant.

Pythagorici, & Pythagorei.

Centum & quatuor uixisse annis fertur Pythagoras, & Mnescarchus etiamnum iuuenis vnus filiorum obiisse, successit huic Telanges, Saraq; & Myia illius filia, ipsaq; Theano non discipula modo, uerum & filia fuisse memoratur.

Pythagore atas.

Differunt, ut aiunt Pythagorei, uitas, & vnum, uitas quidem in rebus quæ sub intellectu cadunt, ab ijs collocatur: vnum uero in ipsis numeris, & eodem modo duo in numeratis dualitatem infinitam perhibent.

Dogmata Pythagoræ.

Uitas quidem secundum æqualitatem & medium sumitur: dualitas autem secundum exsuperantiam, & id quod minus est. Itaque medium & modus non possunt plus aut minus fieri, sed excessus, & defectus, cum in infinitum procedant, atque ideo afferuerunt dualitatem infinitam. Et licet omnia è monade & dualitate in numeros referant, omniaque quæ existant numeris appellent, decimo tamen numero compleuntur. Decimus uero fit à quatuor nobis ordine numerantibus numeris. Idcirco omnem numerum Quaternarium appellant.

713 Tribus quoque afferebant modis seipso hominem meliorem fieri: primo cum Dijs colloquendo. Accedentem enim ad eos tunc potissimum ab omni se maleficio abstinere necesse est, & quoad eius fieri potest, Deo assimilari. Deinde bene de alijs merendo: Dei enim hoc proprium est, in eoq; Deum imitatur. Tertio denique moriendo. Si enim animus, qui in uita ipsa est uita causa, paululû à corpore separatus, seipso redditur melior, siquid in somnis per insomnia, & in ecstasibus morborû, diuinator fit, multo sane tunc præstantior seipso fit, cum iam postremo è corpore migrabit. Apud eosdem exordium rerum omnium est uitas, deinde punctum initium lineæ, linea superficiæ, & superficies triplicis in quantitate dimensionis, uel, ut uocant, corporis. Verum ante punctum cognoscimus Monadæ. Quare corporum initium est uitas, sicut omnia corpora è monade componuntur.

Ab animatis cur abstinere. Vide Porphyrius de A. gestu lib. 4. ca. 11. Eabû cur interdum Agellibid.

Ad hæc, propter transmirationem animarum, quam stulto sane consilio uerâ putant, ab animatis abstinere: deinde quia ingenium grauant, ob nimium nutrimentum, & digestionem. Quin & fabas non edunt, nimium secundum eos inflationi obnoxias, & nimis alentes, alijsque de causis, quæ fabarum esum prohibeant.

Plurima Pythagoras prædixisse fertur, & omnia accidisse.

Platonem à Pythagoreis in Italia Speculatiuam & Physicam aiunt, & à Socrate Ethicam didicisse: apud Zenonem uero, & Parmenidem Eleatas fundamenta Logices icicisse, qui omnes è Pythagoræ schola profecti sunt.

Plato.

Iuxta Pythagoræ, Platonis, & Aristotelis opinionem, duodecim coloribus oculis iudicat, de albo, & nigro, & de cæteris interiectis, flauo, fusco, pallido, rubro, ceruleo, purpureo, rutilo, & luteo. De acuta & graui uoce iudicium fert auris. Odonatus bonos & malos sentit odores, & alios, putridos, humidos, liquidos, uaporatos. Gustui dulcia sapientia & amara, & alia quinque media. In uniuersum autem septem sunt saporis, dulcis, amarus, asper, acidus, mollis, salus, austerus. Plurimorum sensus est tactus. Tangit enim graui, & leuia, & quæ inter hæc sunt: calida item & frigida, & quæ interiacent: dura & mollia, & horum media: sicca, & humida, & quæ intersunt. Reliqui quidem quatuor sensus

Colores XII.

Sapores.

Orbes caelestes.

714
 sensus in solo capite stationem habent, & propria occupant organa. Sed per caput, & totum corpus habitat tactus, alijsque sensibus communis est: in manibus autem praesertim vis illius emicat.

Afferunt insuper duodecim orbes in caelo esse, & primum quidem & remotissimum firmamentum, ubi & summus Deus, caeteriq; intelligentia praediti Dij, ut vocat Aristoteles, aut secundum Platonem Ideae. Deinde septem Planetarum sequuntur, Saturni, Iouis, Martis, Veneris, Mercurij, Solis & Lunae, post planetas ignis, mox aer, quem sequitur aqua, omnibus vltima subest tellus. Duodecim orbium firmamentum causa est prima: & quanto quodq; illi vicini, tanto etiam firmitus & melius esse aiunt, & quae longius absunt, non ita firma sunt, & vsque ad Lunam hic ordo seruatur, infra Lunam minime. Necessario vero omnia mala terra sustinet, quandoquidem instar fundi totum mundum sustinet, & receptaculum necessarium est eorum, quae in imo subsistunt. Et has omnes partes Prouidentia, firmaq; ordinatione, & diuina quadam necessitate Deo propria, aiunt gubernari. Sed quae infra Lunam, quatuor causis: Deo, Fato, nostro consilio, & fortuna. Verbi gratia. Nauem ipsam conscendere, & non, in nostra est potestate: tempore sereno procellas & tempestatem subito oriri, Fortunae est: nauem mercam praeter spem conseruari, diuina sit prouidentia. Multis autem, & diuersis modis accidit Fatum, & sic differt a Fortuna: quoniam serie quadam ordinatae, & consequenter fit, cum Fortuna suapte fiat, & prout contingit. Vt, e puero iuuenescere, & ad reliquas vsque aetates commodè ascendere, vno Fati modo accidit.

Zodiacus obliquus circulus.

Zodiacus, ut placuit Aristoteli diligenter inuestiganti, propter generationem eorum, quae in terra ad vniuersi complementum gignuntur, oblique mouetur. Nam aequali si distantia verteretur, vnum semper anni idemq; tempus esset, vel aestatis, vel hiemis, aut cuiusuis alterius. Nunc vero quoniam Sol, aliq; planetarum, est signo in aliud signum egreduntur, quatuor in anno tempestates sunt, quo fit, ut propter hanc in alia signa mutationem, & fructus proueniant, aliaque animalium generationes oriantur.

Solis magnitudo.

Sol quidem, ut priuatim ipse & vere ut puto, sensit, centies magnitudinem terram excedit, quamuis alij tantum tricies asserant.

Magnus annus Planetarum cursus.

Sunt qui magnum annum Saturni ambitum esse doceant: quia caeteri sex errantes breuiori tempore cursum suum conficiant. Saturnus enim triginta annis, Iuppiter duodecim; duobus Mars, Sol vno, ut & Mercurius, & Venus, circulum absoluit. At Luna, quia infima, & minimum sortita orbem, vno mense.

* xispuon.

Primus Pythagoras caelum esse mundum dixit, quia perfectum est, omnibusque animantibus ac signis pulcris decoratur.

Animus immortalis.

Plato, & Aristoteles vno consensu immortalem dicunt animum, quamuis alij altam mentem Aristotelis non intelligentes, mortalem esse animam eum dicere existiment.

Homo paruum mundus.

Dicitur homo μικρόκοσμος (id est mundi compendium) non quia quatuor, ut reliqua animalia etiam minima, constat elementis: verum quia omnes mundi virtutes continet. Nam sunt in mundo Dij, quatuor elementa, bruta, plantae. Has omnes potentias possidet homo, habet Rationem pro diuina virtute, habet pro natura Elementorum mouendi vim, crescendi, sui que similem productricem: singulis his inferior est. Ac quemadmodum pentathlus omnes habens virtutes, in singulis tamen minor est eo, qui vnum aliquod certamen caller, ita & Homo omnes habens virtutes, in singulis singillatim superatur. Minorem enim rationis vsum habemus, quam ipsi Dij, & minus de Elementis, quam ipsa Elementa. Cupiditas & Iracundia nostra minor quam brutorum: à plantis nutriendi, & accrescendi qualitate vincimur. Quare ut è varijs compositi rebus, vitam quae agrè traducatur, habemus. Alia enim omnia ab vna tantum natura reguntur, nos vero homines varijs qualitatibus distrahimur: ut, nunc à Deo trahimur ad meliora, nunc vigente vi animali ad deteriora; sic & in caeteris potentijs. Si quis igitur coluerit, quod dicitur in his diuinum est, instar aurigae vigilis ac periti, poterit singulis virtutibus, permissione, inquam, Elementorum, Ira, Cupiditate, habituque rationis experte, quoad par est vti.

Simile.

Difficillimum est seipsum nosse, quamuis facile videatur: quod Pythij Apollinis esse dicunt, licet ad Chilonem vnum è septem Sapientibus referant. Nos autè hortatur, ut quisq; quid possit, cognoscat. Sed nihil est aliud Nosse se ipsam, quam totius mundi naturam nosse, quod sine Philosophia fieri non potest, quodq; Deus nos monet.

Nosse seipsum.

715
 Cogni-

Cognitionis octo sunt organa: Sensus, imaginatio, ars, opinio, prudentia, scientia, sapientia, mens. Artem, prudentiam, scientiam, mentem, communem cum Diis habemus. Sensum & imaginationem cum bestiis. Nobis autem solummodo propria est opinio. Sensus est fallax cognitio per corpus. Imaginatio motus quidam in animo. Ars est habitus cum ratione laborans: additur hoc: cum ratione: quia etiam aranea operatur: verumtamen sine ratione. Prudentia est habitus, qui in rebus rectè peragendis cōtinetur. Scientia est habitus eorum quae semper & similiter eadem fuerunt. Sapientia plurimarum causarum cognitio. Mens initium & fons est omnis boni.

Cognitionis instrumenta. * Al. ἀψυδης. Scra.

Tres sunt docilitatis partes: Sollertia, memoria, & ingenij vis. Memoria custodit ea, quae quondam quis didicit. Vis ingenij est intelligendi velocitas. Sollertia est ex illis, quae quis didicit, ea inuestigare, quae non didicit.

Docilitatis triplex ratio: Ingenium, memoria, & industria. Caelum.

716

Tria sunt, quae caeli nomine dicuntur. Primo firmamentum: secundo distantia illa, quae est a firmamento vsque ad Lunam: tertio vniuersus mundus, caelum inquam & terra.

Optima & pessima nata sunt, inquit, ad semper operandum, Deus scilicet & plantarum. Deus enim, & quae illi proxima sunt, mente, & ratione semper operatur, itemque germinat: nam nocte & die nutriuntur. Non semper autem homo in opere, neque bruta animantia, sed medio penè tempore dormiunt, & quiescunt.

Græci & Barbari. De his vide Strabonem.

Græcos ait moribus barbaros semper superasse, ob temperiem aeris quo viuunt: Scythas verò & Aethiopes, illos frigore scilicet vexatos, hos verò cute aestu exustos, & ingentem intus calorem & humorem alentes, quia malè temperatum caelum sortiti sunt, violentos & audaces semper extitisse. Sic vicissim eos qui mediæ zonæ & montibus vicini sunt, de temperie loci illius, cui subsunt, participare. Ideoque ait Plato, Græcos disciplinas quas à Barbaris acceperint, eas melius proferre, & maximè Athenienses. Quapropter rei bellicæ & picturæ primi inuectores extiterunt, & omnis artis mechanicæ, & militaris, oratoricæ, & disciplinarum. Non igitur, ut dixi, aduentitiae Athenis sunt scientiæ, sed ibidem à natura insitæ, idque ex aere tenui & puro, ut non solum terram attenuet, (quam ob causam etiam sterilis est Attica) sed & ingenia hominum subtilia reddat. Inde contingit tenuem quidem aëra terræ nocere, ingenijs verò prodesse.

Athenienses dicitur Socrus. Attica.

Etesiae venti ardentissimo aestatis tempore flant, hac de causa: Sol iam sublimis, & à locis meridionalibus ad septentrionem conuersus, soluit humida ad Boream, quae soluta aërem, deinde ventos gignunt: eorum numero & Etesiae sunt, è spiritu scilicet, qui ex humidis solutis ad septentrionem oritur. Ad oppositas verò plagas meridionales feruntur, eoque delata in altissimos Aethiopiae montes decidunt. Cum autem condensati, & frequentes fuerint, pluias creant, è quibus aestiuo tempore Nilus augetur exundat, ex australibus locis, & aridis profluens, idemque Aristoteles inuestigando comperit. Ipse enim ingenij praestantia hoc deprehendit, cum æquum putasset Alexandrum Macedonem ad ea loca mittere, ut oculis causam incrementi Nili fluminis cognosceret. Propterea asserit hoc non amplius dubium esse. Clarè enim patet è pluuijs augeri. Et sanè mirum, quod in locis Aethiopiae maximè siccis, ubi nunquam hiems est neque pluuia, tempore aestatis densissimi oriuntur imbres.

Etesiae Suda. Nilus. Vide Theophrastum. Simocattam de Sita Maurij Imp. lib. 7. extremo, Herodotum, Melam & Anaxagoras.

EX AGATHARCHIDE POLYHISTORE

excerptae historiae,

CCL.

INTERPRETE LAURENTIO RHODOMANNO.

LECTI sunt Agatharchidae libri duo, primus & quintus de rubro mari, ceterisque rebus fidem excedentibus summa capita comprehendentes.

Ex libro primo, De mari rubro.

717

CAPVT PRIMVM.

Quomodo Ptolemaei primam elephantum Senationem instituerint.

PTOLEMAEVM, qui post Lagi filium in Aegypto regnauit, primum instituisse elephantum atque eiusmodi beluarum venationem: & quae natura disiuinxit, sub vna quasi stabulationem redegit, affirmat.

LLL 3

Expen-

Expendendum verò quid hoc loco dicat historicus. nam etiam ante Ptolemæorum ætatem, multi quoque elephantibus cicuratis vsi leguntur: vt Porus Indorum rex, qui cum Alexandro bellum gessit, aliiq̃ue non pauci. Forte Ptolemæus hic primus impensè illi studio incubuisse visus est: aut primus successorum Alexandri, vel aliorum Ægypti regum, ei operam dedit.

CAPVT SECVNDVM.

Quadruplex
Ety-mologia
huius maris.

- I.
- II.
- III.
- IV.

RVBRVM mare inde nomen trahere ait, non quòd eius sinus quem Arabicum vocant, montes, occasum versus, dum acres & ignei Solis radij eos ferunt, carbonis reddant speciem: ad ortum verò tumuli arenæ & glebæ insigniter rufi, ad multa oræ illius maritimæ stadia effundantur. Hanc (inquit) ob causam mare illud rubrum non vocatur. Nam cum nauigatio illac sit angusta, dum vertices & tumuli vniuerso vtrinque sinui impendent, splendor ex vtraque continente in fretum incidens, mare terræ simile esse denuntiat, vt species illa in omnium oculos incurreret, etiam si affectio cunctis non foret explorata. Idèd cognomen hac de causa non adeptum esse auctor testatur, licet multi ante ipsum ita sint opinati. Hæc igitur prima est ratio, quamvis à vero dissentanea. Altera perinde se habet, Quòd Sol illic exortus, non vt apud nos, lucidos in fretum radios demittat, sed cruori assimilés, vnde contentam maris speciem efficiat intuentibus hæc affectio. Et hinc rubri appellationem existere. Tertius hinc sermo Argolicus est: ausu quidem magnus, sed persuasus inanis. Nam qui Cliniam seclantur historici, ex poetarum licentia etiam ipsi securitatem nacti, perhibent ex Argis in Æthiopiam (quæ Cepheniæ tunc habebat nomen) Perseum ad filiam Cephei liberandam profectum, & inde ad Persas transgressum, nomen hoc à filiorum quopiam cum Persis communicasse: & procreato Erythra filio, nomen ab hoc mari indidisse. Hæc protrita & vulgaris est Argiuorum de rubro mari fabula. Quarta, & à vero non ita aberrans ratio, (quam auctor ex Persa quodam Boxo se didicisse affirmat, & lingua & mente Græcos imitante, qui relicta patria Athenis vitam egerit) ex narratione Persæ hæc est. Erythras quidam fuit genere Persa, filius Myozæi, qui animi præsentia & vi opum præclarum sibi existimationem comparauit. Domusque eius non procul à mari, contra insulas desertas (non quidem hac tempestate, sed qua Medi imperium tenebant, quando etiam Erythras noscebatur.) Tempore autem hyberno ad Pasargadas commigrabat, & sub ortum veris ad rem suam familiarem redibat, tum allam ob vtilitatem, tum vt aliquam vitæ suæ voluptatem hac commutatione indulgeret. Atqui cum in armenta eius leones irruptione facta, nonnullas equarum agrestium interemissent, reliquæ adhuc incolumes, consternatione ex re visa, ceu cæstro percussæ, ad mare cursu arrepto, magno in aquas impetu (aura tum forè à terris adflabat) prolabantur. Cumq; initio præter litus nataissent, pauore non desistente, à flatibus abreptæ, difficulter ad insulæ aduersæ oram emerferunt, vnusque ex armentariis, adolescens audacia præcellens, dum aliàs aliam armo prensat, vnà transmisit. Erythras igitur, equas non amplius visas inuestigans, primus hominum eius loci ratem construit, magnitudine quidem mediocrem, sed robore validissimam. Eaque, venti secundi & commodi tenorem nactus, in fretum descendit, & subito venti ope prouectus, reperit equas & pastorem simul. Insulæ autem admiratione captus, & urbem in portu accommodè fundauit, & ex opposita continente rei domesticæ inopia laborantes illic habitatum transtulit. Atque inde etiam insulas cæteras, cultoribus vacuas, habitatorum frequentia ad humanitatis cultum traduxit. Tantum igitur gloriæ ex rebus gestis, apud vulgus sibi comparauit, vt mare illud, magnitudine infinitum, omnes ad nostram vsque ætatem Erythraeam appellent.

Nominis igitur rationes distinctæ ita se habent. Nam longè aliud est, si Erythraeam mare dixeris, quam si Erythrum (quod Latini rubrum vertunt.) Hoc enim rubedinem aquæ, illud virum mari potitum, significat. Verùm etymologia à colore falsa est. Mare enim rubri coloris non est. A Principe autem deducta, vera est, vt narratio Persica fidem facit.

CAPVT TERTIVM.

Persarum etymologia.

CÆTERVM nec à filiis aut nepotibus Persæi nomen refert Persas (quod tamen cum plu-

complures alij confirmant) auctor contendit. Nec illos Persas, accentu in penultima, sed Persas, vltima circumflexa se appellare, dicit.

Deraris animantibus, & aliis.

CAPVT QVARTVM.

DVVM verò narrationem de Perseo per multa quoque alia exempla ad mendacium restringere studet, adiungit etiam illa. Atqui si tragico ita more Perseus expeditionem fecit, larua indurus, & ense falcato instructus, & quæ sequuntur histrioni & choro transigenda committens, etiam alia, quibus huic fabulæ contradici potest, absurdum (prout vulgi assensu comprobata sunt) notatis modò capitibus, quam breuissimè percurreremus. Centaurum videlicet fuisse, Geryonem, Cyclopem, Chrysen, Circeam, Calypso, Minotaurum, Scyllam, Chimæram, Pegafum, Læstrygonas, Cerberum, Glaucum marinum, Atlantem, Proteam, Nereum, Nereides, Aloëi filios, qui ad 1x orgyiarum longitudinem & 1x cubitorum latitudinem excreuerunt.

Fabula de Perseo multis exemplis confirmatis absurdas esse demonstrauit.

Tum, Hesiodo auctore, genus existisse primò aureum, deinde argenteum, post hæc æneum. Rursus equos fuisse, qui de futuris collocuti sint cum Achille: & Sphingem, quæ Thebanorum publi ænigma proposuerit: & Sirenes, quæ ad perniciem auditorum cantillarint: Nioben etiam & Polydecten, in saxa ex pauore conuersos. Nauigationis insuper comites Vlyssis, ex hominibus in porcos, & è porcis in humanum rursus habitum transiisse. Item Tantalum propter mentis integritatem honore affici, mensæ Dearum admotum, & propter flagitiosam libidinem in aëra sublarum plecti. Nonnullos etiam data opera descendisse ad Plutonis, tum vt vates mortuos de viuis consulerent, tum vt Proserpinam, ceu solitariam, vi sponsam sibi facerent. Et vellus aureæ lanæ in oue existisse, malosque in Africa nasci, quæ aurea mala producant. Animatum corpus per omnem vitam insomne permanisse. Boream & Austrum cum cæteris ventis in vitæ tantum non præfocare inclusos. Adde Pasiphaen cum Tauro, & Tyro cum fluuio rem habere: cum tamen ad nullum diuersæ naturæ genus lectum inuicant. Et Philomelam in lasciniæ, Tereum in vppæ, & Hecuben in canis domesticæ naturam esse mutatam. Io præterea filiam amnis fuisse, sed cornuta bouis forma, cum asilo agitaretur, Ponticum mare transcurrisse. vnde & Bosphorus nomen accepit. Et Cæneum Lapitham, primò virginem, circa pubertatis annos ex fœmineo sexu in virilem transmigraisse: atque ad postremum, cum à centauris abietum incussu verberaretur, viuum & erectum subiisse terram. Et Ledam, eius quæ in fœminam cadit procreationis loco, natium peperisse ouum: vnde forma illa tot pugnis expetita, Helena inquam, efformata sit. Hellen etiam & Phrixum arietis pedibus volantes, confecto cursu, mare illud ad vtrumque litus vsque, Hellepontum de se nominasse. Quid quòd Hercules etiam vasta maria, vbi maximæ oriuntur tempestates, in olla emensus sit: &

Lib. 1. Hygion.

* Cic. Tusc. 1.

Africanam sementis & aquæ viæque expertem solus peragravit: & ab Atlante tantæ magnitudinis & grauitatis mundum in se receperit: non quòd mandatum haberet, sed tantum vt gratiam iniret? Quid quòd Orphei, citharam pulsantis, vestigia montes & scopuli, amore & studio Musicæ sectati. Et carnes boum Solis inter aslandum vocem hominum intellectui obuiam ediderint? Et quòd vita defuncti, per ocium, omnes generis sermones cum Vlyssæ credant, ex informi vmbra proprium faciei agnoscentes? Aliisque horum bibant, cum nec alius nec gula restet: alij ferrum extimescant, vulnerationi tamen non amplius obnoxij. Nonnulli saxum voluant, quorum corpora iam olim conflagrarunt. Aliqui etiam ius dicant cæteris, vbi tamen nihil iniuriarum est reliquum. Quid tandem quòd eorum qui non amplius sunt, simulacra in cymba traiciant, Charonte nauclero & gubernatore, vt ne submersi denuò funeris elatione opus habeant? Et quòd Alcestis, & Proteus, & Glaucus, post vitæ finem surgant? Siquidem illam Hercules reducit, istum vxoris amor extimulat, hunc vates vnà defessus excitat. Et quòd Amphiarai, vita adhuc integra, corpus vnà cum equis & curru tellus absorbeat? Et quòd dentibus è Cadmi dracone disseminatis viri armati, interque se depugnantes, enascantur? Et quòd Talos, Minois custos, ter vno quolibet die totam circumambulet Cretam, tam longè lateque patentem, solusque animatorum in talo vitam possideat. Et quòd Minoi vita abrupti nequeat, nisi quis feruentem ei aquam affundat. Ad hæc quòd incantatione Medæe immutatus senex hircus ad iuuentutem redierit,

redierit, & à Peliadibus incoctus sit pater, vt reiuuenesceret. Et quòd tres anus Phoracides vnus oculi vsu vitam exigant, indissolubilis inter se fidei commutantes vicem: item quòd Arcadia cultores & Attica, terrigenæ sint & præter naturam orti. Et quòd macata in Aulide viuam se exhibuerit apud Tauros. Et quòd in Peloponneso mari demersa à patre Acrisio, Seriphiorum litoribus incolomis vnà cum infante appulerit. Et quòd à Menelao in singulari certamine iam subactus, post arreptionem iubitum, versetur in thalamo, ad complexum paratus, & omnis aduersi casus oblitus. Et quòd lignei equi receptaculum non ad expugnationem vrbs sit compactum, sed ob proditorem Vlyssis & Neoptolemi, sociorumque. Vide qualis hoc modo stultitia depingatur, & artificis qui equum extruxit, & procerum, qui hunc inierunt, & ciuium, qui in propriam vrbe eundem susceperunt! Adde his, quòd cælum tam vastum, Diis in eo commorantibus, suis Atlas humeris exceperit, & Atlantides tamen genuerit, quòd fieri nullo potest modo. Quòd orbem totum Oceanus circumluat & ambiat, custodiens eum fluxibus suis & continens, cuius extrema Gorgones accollere Hesioidus canit. Et quòd heroum nonnulli corporum incolomitatem, extra omnes adfectiones, conferuent, in beatorum insulis: de quibus tamen nemo certi aliquid memorie prodidit.

Hæc igitur cum in dubias & perplexas desinant opiniones, multis etiam è sexu muliebri risum non improbabilem tradunt.

Cæterum de Diis nugæ quomodo accipiamus? Quòd videlicet quidam femori insutus ad maturitatem peruenerit: quædam Iouis capite pro matrice sit vsa. Et quidam sine patre (Vulcanum dico) sit perfectus. Quòd Sol, propter nefariam Atrei in Thyesten impietatem, ex occasu ortum, & ex ortu occasum fecerit: præterea quòd Apollo & Neptunus, locata apud Troiam mercenaria opera per annum, præterquam quòd ædificationis & ministerij pastoralis mercede fraudarentur, atrocissimis Laomedontis minis obiecti sint. Et quòd Bacchus à Lycurgo perterrefactus fugatusque in mare, Thetidis opem imploravit. Huc accedit, quòd lite de formæ elegantia inter Deas orta, vnaquæque muneribus suis iudicem corrumpere studeat; & nullam tamen harum assequatur finis ex hoc iudicio euenturus. Imò, Mineruam fabulantur, quanta quanta est, in hirundinis corpusculum se abdidisse, & maiestatem Iouis à cygni forma veluti in ordinem redactam, & Cereris pulchritudinem in turpissimum transiisse habitum. Et Iouem, qui pro maximo habetur, à maxime necessario, vxoris germano, infidias expertum, & seruatum esse à maxime inuisis, Titanibus inquam: qui egressi è vinculis & tenebris, & quæ illic est custodia, postquam in fugam coniecto Neptuno, operam illi nauassent, sponte ad Acherontem & Plutonis regnum denuò se receperint. Tum Venerem mortali manu fauciam: Et Martem ab Oto & Ephialte vinculis constrictum, & Ditem in regno suo, ab Hercule sagittis ictum, in maximos incidisse cruciatus: Et Vulcanum à cacumine cæli deiectum in Lemnum, non absq; læsione corporis & dolore extremo: Et Iunonem à Ioue suspensam alligatis utriusque pedi incudibus maximis. Sammatim, Deos adulteria committere, fulmine ferri, loripedes esse, furtis adulescere, ab hominibus virtute superari, procaciter conuictari, iniurias patrare, forem deplorare, & tandem nullius affectionis immunes esse, à qua nos perturbati Deorum opem inuocamus. Quare qui hæc fabularum portenta hominibus credenda proponunt, tam procul à veritate remoti, num putas magistros fide dignos alius docendis esse iudicandos? Dum tot & talibus Agatharchides exemplis narrationem de Perseo ad fabulas relegat, nec mari rubro à filio Persei nomen obuuisse tradit.

CAPVT QVINTVM.

HINC seipsum in causa sibi esse vt redarguatur, ostendit, propterea quòd ad seipsum rerum gestarum tractationem, fabulatorum licentiam traducat. Nam ab hac si quis refellendi studium detrahat, nullam relicturus est materiam viliozem, sublata nimirum fide. Quam enim ob causam non damno Homerum (inquit) quòd Iouis & Neptuni dissidium adserit, cum fieri non possit, vt homo mortalis fidem hac in parte adstruat. Nec Hesiodum vituperò, Deum generationem exponere ausum. Nec Æschylum increpo, quòd in plerisque mentitur, & multa, quæ concedi nunquam possunt, in literas refert. Nec Euripidem accuso, quòd Archelao tributis res à Temeno gestas, &

abulærum in delectatione.

Euripidet.

itas, & Tiresiam in theatro plusquam v. ætates vita complexum introducit? Nec aliis vitio verò, quòd apparatus in fabularum actione vruntur vitium excedente humanarum modum? Quia omnis poëta magis voluptatis scopum quàm veritatis sibi propositum habet.

CAPVT SEXTVM.

LEPHANTOS, scribit auctor, Indorum terra nutrit, & Æthiopum, quæ Thebanorum fines attingit, nec non Libya.

Quæ terra elephantis producit.

CAPVT SEPTIMVM.

QVATVOR, inde pethiber, limitibus Ægyptum esse inclusam: à septentrione, pelago: ab ortu & occasu, desertis: & à meridie, gentibus Æthiopum.

Ægypti limites.

AUSTERVS hic sermo, sed salutaris, ostenditur enim non mæstitiæ, sed custodia gratiæ; & ex oratione voluptatem sustulit, ne ex rebus gratiam adepti pro bonis mala consequamur: vel ad Iouem vel Deos, vt non in medio posita quædam remittamus. Priuati verò diuitias longè profundiores, sine negotio est difficile seruare. Tu verò horum & similibus bonorum hæreditatem consequi te posse sine certamine confidis: præsertim cum scias, quòd lex possidenti illa conferuet, hæc ferrum auferit de imbecillioribus.

Hinc & que ad pag. 726. omisit sunt ab in. interpret. in Græca edit. Henr. Steph.

Sumus, inquit, multo tempore in hac sententia, regum amicitias ab occasione confirmari & solui, & tuam occupationem alteri dare, argumentum, ex aliis res augendo & minuendo. Hæc verbo continenter gratificatus, rerum gestarum fidem excedens, falsa commemorat: ille amicis in societatem consilij adhibitis tempore eiusmodi neque vrgentis impetum exigit, quis enim aded expers consilij, qui ab altero quid sibi videatur cognoscere velit, & in dubiis consilio vti explentis desiderium ipsius? Si enim dominus bonorum, non succumbit cupiditati eorum qui cogunt: Beatum prædico hæc possidentem. tollere autem non possum armiscoactus sumptus. Quid igitur arduum actionem in vanum rumorem adducere, spesque inanes reueritum fuisse præ certis periculis? Sed percellunt Græcos Æthiopes, qua re? nigredine & formæ differentia. Non excedit puerilem ætatem hic metus apud nostros. In bellicis verò grandioribusque contentionibus, non facie aut colore, sed audacia & re militari res diiudicantur. Ego verò à quo die constitutus sum tutor corporis tui, quum iuuenis admodum esses, totiusque regni, ab illo statim in magnum me laborem conieci. quemnam? Iis qui in voluptate versantur repugnare atque indignari, non facultates tibi primum auferendo, sed imperitiam, vt tantis bonis prudens fruaris, non peccans. Hoc enim quærebam, patris nactus benevolentiam tempore conciliatam, non adulationis irrisionem oportunitate allueram. Noui enim vt natu grandior, multarumque rerum experientiam consecutus, per assentationem eos, qui excellenter dignitate, regnaque simul funditus delata Cassandri, Lysimachi, & Alexandri, tanta cum fuerint, Medorum, Syrorum, & Persarum: vt neque generis semina reliquerint, non sine causa. Iuvene enim per ætatem rerum imperito, celebri verò in peccatis, nihil neque promptius ad lapsum, neque periculosius. Alexander igitur armis inuidus, in vitæ consuetudine fuit infirmior: laudatione enim captus est, appulatusque Iupiter, non se subannari, sed honorari existimabat. Expetitis iis quæ fieri nequieverant, naturæ fuit oblitus.

Quando orator cum populo disseruit, non amici sed adulatoris personam sustinens, plebis impetus consiliarium, qui in peccato confirmaret nactus, vrbe euerit. Imminet enim aduersarius non reo tantum, sed & iis, aduersus quos inuidia ipsi aditum adornauit. vel, accusator enim vincit non modò reorum, sed etiam interdum potentiorum accusationes. postquam inuidia telum acerbum faciens persuasit, non esse eo dignum facinus.

Vtuntur & Æthiopes in bellicis periculis ingentibus telis, breuibus verò iaculis, in summa arundinis parte pro ferro oblongum figura lapidem ponunt, funibus constrictum, acutum supra modum, venenis verò mortiferis tinctum.

Ptolemæus, ait, ad bellum contra Æthiopes è Græcia quingentos equites conscripsit. De

MMM

plst. De

psit. De his qui in prima acie versaturi erant, & agmen ducturi, numero centum, eos singularibus instruxit armis. Nam & ipsi & equis vestes ad pilei modum confitatas, quas *Casas* in regione illa vocant, attribuit, vt totum præter oculos contegeretur corpus.

Ex libro quinto Agatharchidis, De mari rubro.

724

PLERIQUE etiam vitorum ac poetarum dubitarunt, quomodo summæ quorundam calamitates iis qui extra pericula positi sunt, decenter nuntiandæ sint? quorum modus non facile inclarescit, nisi aliquis præstruerit causam iis quæ aperiuntur convenientem. Olynthum & Thebas oppida duo clara, Philippus & Alexander diripientes, solo æquarunt. quod malum quum præter spem acciderit, magnum de imperio multis etiam Græcis terrorem incussit, multisque oratoribus dicendi materiam suppeditauit, vt calamitates propriè ostenderent. Alij ergo vt videbantur super hac re allegoricè ac variis dialectis abundè dixerunt, alij verò vehementius consueto more, proprièque loqui rebus arduis non subterfugiebant. Vtriusque tibi generis exempla proferam, vt formas è comparatione cognoscens, vtri melius aut deterius dicant, tuo iudicio colligas.

Hegeſias.

Hegeſias quidem euerſionem vrbium sæpe cõmemorans exilis est, nolens enim tempora singulatim recensere, studens verò necessariò in acerbis leporem nimium adhibere, sui argumenti scopum aliquantulum assequitur, sed non pro rei dignitate, quem admodum in suis orationibus conuincitur. quale illud: *Vrbe relicta nomen acquisiuimus.* Specta igitur hoc: affectionem nequaquam mouet, sed significationem tacitam inserit, & in dicta inquirere cogit. Vbi enim ambiguitatè sententiæ videt, ibi de sermonis grauitate remisit. Quare? quia dictum clarè perspicendo, animi consensum deprehendere licet. Postposita verò perspicuitate, neque vis aut splendor vrbis subesse potest. Hinc de Thebanis ad eundem modum loquitur: *Maximè enim locum clamantem, murum calamitas reddidit.* Rursum de Olynthiis: *Veni ex vrbe Myriandro, reuerſus non amplius vidi:* quæris quidnam? Ipsum enim dictum emphasin requirens, in errore nostro iudicium duxit. Decet enim miserantem ab ætismo abstinere, rem designare quæ affectioni propria est, si dictione ornaturus sit, sed calamitatis causæ seruiturus. Sed ad alia procedendum.

O Alexander, Epaminondam existima conspectis vrbis reliquis, præsentem non comprecari. Accusatio quidem iuuenilis, & dura translatio & tristis actionis aspectus dici non potest. **ALIVD:** *Regia insania vrbe euerſa, miserandum magis quàm tragedia spectaculum dedit:* ad quod uis potius, quàm rhetoris munus aptum videtur, nihil valde ad rem pertinens attingit. Difficile enim puto difficilimis rebus ridiculum accomodare sermonem. **ALIVD:** *Quid attinet commemorare Olynthios & Thebanos, quæ per singulas vrbes morientes perpeſſi sunt?* **ALIVD,** simile adulationis non pulchræ, & simplicitatem habens: *Simile quid Alexander fecisti, Thebas cum diruisses, ac si Iupiter ex aliqua celi parte Lunam sustulisset. Relinquo enim Athenis Solem: Dux enim hæc ciuitates Græcia sunt ocelli, & duo de altera certabant. Alter enim euulsus oculus est, Thebe. Mihi quidem iocari sophista hæc videtur, non deplorare vrbis fortunam, & videre, quomodo breuissimè sermonem abscindat: & quomodo sub aspectum calamitatem ducat perspicuitate sermonis.* **ALIVD** quid simile: *Vrbes vicina deshebant urbem, quæ prior fuisset, videntes iam non esse.* Si quis igitur Thebanis aut Olynthiis sub ipsam euerſionem huiusmodi periodos collectas recitasset, viderentur mihi scriptorem derisuri, & quodammodo miseriores ipsi existimaturæ fuisse. **ALIVD** genus attingemus, rati ipsum sophistam: *Græce, regionem sterilem esse, quæ satos homines genuit.* Sed non sic Demosthenes, cuius ille sententiam deteriore reddidit. Scribit enim, Atticam oulum fieri paciscam, esse graue, quæ prima ante alias, satium productum fructum. Ille verò dum dixit, graue esse, terram infæcundam esse, quæ satos homines produxerit, è verbis pugnantia sumit, non ex re. Hinc & frigiditatem summam ostendit. Quemadmodum Ermeſianax qui sic Athenas laudauit: Ex Iouis enim capite prognata, merito tale habet caput felicitatis; & quis possit Cyri donationem ἀνεργον (nomini eius non respondentem) facere? Et simile hoc: *Hæc via iniuia est, via adiacente?* Talia omnia (inquit Agatharchides) sunt ab vsu remota. Sed si ad commiserationem mouendam dicta, non procul à decoro absunt. Sin de omni Idea accipit, iudicium non rectè tulit, nisi quod præter

Ermeſianax Naxium.

præter dicta id genus alia plurima congerit. Similiter criminatur & hæc, veluti: *Thebanis in bello Macedonico plusquam mille strauerunt:* pulchra sanè demonstratio: tot homines præter rationem occisi sunt. & iterum: *Vrbe deleta, viri quidem filiorum calamitates spectabant: mulieres autem in Macedoniam translatae sunt, urbem aliquo modo sepeſcipientes.* Aliud simile: *Turma Macedonum verò irruens armis intramuros, urbem vastauit, ibi quidem vrbis sepulchrum, hic verò mors.* Ceterum oportet funeris elationem ponentes, epigrammate vti. & integra res est, nisi quod huius festiuitatis, ne dicens insaniam acerbiore videat, enarrauimus, inquit, plurima. Introducit verò cum perspicuitate & ornatu qui debetur orationi, similia eloquentes. Stratoclem quidem sic: *Aratur iam & seritur Thebanorum ciuitas, qui nobiscum contra Philippum arma iunxerunt: simul (inquit) casum vrbis euidenter exposuit, & infelicitum amicitia recordatus est.* Durum enim beneuolentia appositum, maiorem solet commiserationem mouere. Post Stratoclem similiter Æschinem inducit dicentem: *Vrbs contermina è media Græcia deleta est,* inquit, celeritatem excidij metaphorâ significans. Periculum verò inferens ex hoc, quod ostendit pati cum qui finitimus est. Sed & Demosthenes, inquit, transferens sermonem suum, in Alexandrum sic ostendit: *Vrbem funditus euerſit, vt ne cinerem quidem domum reliquerit. Liberos verò & uxores Ducum Græcia per tabernacula Barbarorum distribuit.* Acriter & clarè & breuiter de singulis speciebus vsus excessu, non oblitus fuit tamen rem docentis enargiæ. Rursum de Olynthiis idem orator, *Olynthum & Methonem & Apolloniam, & duas & triginta vrbes Thraciæ, quas omnes ita crudeliter euerſit, ac si nunquam condita fuissent, facile esse aduenientes dicere.* Ostendens enim vrbium multitudinem, virorum calamitatem comprehendit, vt plurima commiseratio posito inopinato, magis auditorum affectionem moueat. Hæc & id genus alia aliorum etiam scriptorum dicens, recipit quidem: Hegeſiam verò, & ab ipso profecta relicta.

726

CAPVT NONVM.

A Memphitarum vrbe in Thebaidem quinq; gentium præfecturæ (Nomos appellant) interiacent, quarum populosus est ordo. I. Est Heracleopolitarum. II. Lycopolitarum. III. Oxyrinchitarum. IV. Hermopolitarum. V. Alij Phylacam (custodiam,) alij Schediam (tatem,) nominant. In hac rerum quæ ex superioribus terris importantur, exigunt & deponunt vectigal. Ei qui dicta hæc loca superat, principium Thebaidos est vrbs Lycum, id est, luporum. Inde alia vrbs Veneris. Et præter has Panon. Exin Thœnis. Et post hanc Bopos: sub qua vrbs Iouis, cognomento parua. A Thentyritarum, quam vocant, præfectura, Apollinis nomine vrbs est, supra quam Copus & porrò Elephantina. Tandem occurrit Æthiopia terra, & Cortia prima. Loca igitur à Memphi ad Æthiopiam præcipua hæc sunt enumerata.

De præfecturis Egyptiæ Memphi ad Thebaidem & quæ.

CAPVT DECIMVM.

PROPE rubrum mare, quamuis diuerticula multa & anfractus faciat Nilus, insigniter tamen illuc defleſcit, & ad dexterum riparum tractum magnam illam declinationem efficit, prolixusque è pelago in continentem sinus protenditur, ita vt quæ in medio est aquarum, salte & potabilis, diameter, instar limi copiosi in arcum cogatur. Ad mare igitur hoc, in propinquo sunt loca, vbi metalla (quæ genuina vocitant) affatim proueniunt, colore quidem supra modum nigro, sed quæ tale intra se marmor producant, vt nihil sit quod cum eo certet, dum candor nullam admittit comparationem.

Nilus. De marmoris auri metallici.

* al. Aurea:

CAPVT XI.

EX TREMOS illic & abieſtæ fortis homines in aurifodinarum seruitutem acerbiſſimam tyrannis abducit: quorum alij cum vxoribus & liberis, alij etiam absque illis, ærumnas tolerant: quas cum tragicè exaggerauit auctor, quod ad summam calamitatem nihil reliqui sibi faciant, modum exponit quo aurum illud elaborent. Montium illorum, vbi aurum reperitur, quæ prærupta sunt & asperam omnino naturam habent,

De pauperum afflictione in ergastulis aurifodinarum, de quæ modo auri coficiendi, * locum.

lignis incendunt: eumq; igni laxos & molles fecerunt, experimentum illis demum admovent. Tum quæ in petra emollita sunt ferro laticio in frustra scindunt. Præestq; aliis artifex, qui lapidem diuidit. Qui postquam vias metalli indagatoribus ostendit, totum opus missellorum necessitati dispertit. Ad hunc modum robore & ætate integri, mallei ex ferro incisoriis locum marmore grauidum perfringunt, idusque non arte sed viribus administratur, & plures per rupem cuniculos agunt, nõ quidem rectos: nam quandoque sursum, quandoque deorsum, nunc ad latus sinistrum, nunc in obliquum & transuersum, perinde vt arborum radices, lapis auro pregnans deuergit. Illi igitur lychnis ad frontes alligatis lapidem cædunt, candore eius, vt vena, deducti. Et vbi variis modis posita illis corpora efformantur, in terram fragmenta deiciunt, non pro sui roboris habitu, sed ad oculum præfecti, qui verbera ab increpatione non sciungit. Pueri autem impuberes, in cuniculos ab illis effossos irreptantes, etiam lapillos, de proiectis multo collectos labore, intra ostium deportant. Ab his porro fenes, & hominum inualidorum turba, lapidem transferunt, & translatum inspectantibus (qui Epoptei vocantur) exhibent. Nam qui sunt intra xxx annos & robore spectabiles, mortariis è saxo acceptis, pistillo enixè subigunt & pinsunt, vt maximum inde frustulum non excedat eruum. Tum eadem hora admetiuntur aliis. Labor hic est fœminarum, quæ vnâ cum maritis aut parentibus in ergastula sunt abductæ. Plures enim ordine molæ agitantur, quibus pistum illum lapidem subiiciunt, & ternæ vtrinq; ad vnum confusionis actum adstantes, tam sædo succinctæ, vt sola corporis pudenda contegant, molendo incumbunt, & eò vsque molunt, dum tradita ipsis mensura similitudinis ad modum redacta fuerit. His igitur vniuersis, qui eam fortunæ sortem tolerant, mors vita est optabilior. A fœmineo lexu puluerem ita subactum excipiunt alij, quos Selangeos nominant. Artifices sunt illi, quorum in facultate est hoc regie vtilitatis opus ad finem perducere. Operatio ita se habet. Marmor ita commolitum in tabula effundunt, lata quidem & ad rectam sectionem polita, quæ tamen non recto incumbit loco, sed exigua declinationem habet. In hac puluerem, affusâ aqua, manibus terunt initio leuiter, deinde pressus. Vnde opinor, terrestria eliquantur & ad tabulati nutum defluunt. Id autem quod validum est & aliquid pollet, in ligno subsistit immobile. Cum igitur crebrè aquis materiam eluit Selangeus, spongiis molibus & densis marmor leuiter atreclat, & aliquando premens, quod leue est & laxum, fungusitati implicatum, è cauerna extrahit & abicit, quod verò graue est & splendet, in tabula secretum relinquit, quia propter grauitatè natura haud facile mobilis ei subest. Hoc igitur modo Selangeus postquam auri ramenta expurgauit, coctoribus transmittit: qui simul ac coactum illud ad mensuram & libram acceperunt, in vas immittunt fictile, & ad multitudinis proportionem bolum plumbi & salis grumos, pauxillumque stanni & sulfurem hordeaceum admiscunt. Hinc imposito quod bene tegat operculo, & vndique circumlito, in fornace coquit, dies v & toridem noctes sine intermissione. Sequenti deinceps die, iusta materię vtilitatè refrigeratione adhibita, in vasculum aliud extrahunt, nihilque rerum simul iniectarum inueniunt, præter eandem auri massam iam constatam, quæ à scobe pristina non multum deficit. Hæc itaque ad fodinas illas corporum multorum perditio, ad eum, quem dixi, finem, exitum sortitur, ipsa prope natura demonstrante, & generationem auri laboriosam, & custodiam lubricam, & sedulitatem maximam esse, vsûmque in medio voluptatis & ægritudinis consistere. Elaboratio autem huius generis quoddammodo antiquissima est. Nam à primis loci regibus inuenta est ea metalli natura. Desinitque in actu esse tum, quando Æthiopum olim agmen Ægyptum incurrauit, & multis annis vrbes custoditas præfidiis suis tenuit, à quibus etiam Memnonia esse perfecta memorant, tum quando Medi & Persæ rerum potiebantur. Et reperuntur etiam tempestate nostra in aurifodinis illorum manu factis, mallei incisoriij ex ære (quia temporibus illis ferri vsus admodum exiguus erat) & ossa hominum incredibili multitudine: proptereaque non pauci in cuniculis illis laxis & crustaceis (vt fieri probabile est) opprimebantur. Tanta fodinarum magnitudo est, & obliqua profunditate ad mare ipsum pertinent.

AD Australem Ægypti plagam v. sunt hominum nationes maximæ. Prima fluuijs adiuncta, quæ selamum & milium ferit. 11. Quæ paludes accolit, calamumque & sylulam teneriorem carpit. 111. Quæ temerè huc illuc oberat, carnibusque & lacte vitam traducit. 1v. Ex litroribus maris egressa piscium venationi dat operam. Hoc genus nec vrbes habet, nec regiones, nec vllum apparatus artificiosi rudimentum. Est inter cetera, vt quidam asseuerant, maximum. Nam ab Antæis, qui ad extremum secessum, vasto inclusum mari, ad Indiam & Gedrosiam & Germaniâ & Persas, insulasque memoratis gentibus subiectas vsque habitant, Ichthyophagi (homines ex piscibus victitantes) vbique domicilia sua habent: qui nudo, tam fœminæ quam viri, sunt corpore, & communem sobolis procreationem habent. Naturali quidem voluptatis & molestiæ cognitione: sed turpium & honestorum nec minima præditi notitia. His loca maris proxima ad vitam sustentandam cuncta sunt aliena. Consimiliter etiam quæ magnis litroribus adiacent. Nec enim piscis, nec alterius generis capturæ obnoxij, continentis illic venationem præbet vberiore. Habitacula autem cunctis exposita sunt ad erepidines, & cauitates habent profundas, conuallesq; inæquales, & angustiora æstuaria, atque diuerticula obliqua, quorum situs cum ad vsus aptè congruat, rudes alicunde lapides sublatos in lacunas demittunt. Quando igitur æstus pelagi terræ se infert (quod bis fit vnoquoque die, circiter horam nonam & tertiam) mare totum cooperit dorsum, vi secum adducens, ex gurgite ad littus, etiam pisces non paucos: qui in maritima interiorum ora manent, passus gratia circa recessus illos & cauernas dispacientes. Cum vero æstus maris retrofugit, humor equidè per lapides & fossas ad humiliora & vergentia loca restitit, at pisces in cauitatibus relicti paratam ichthyophagis venationem & alimentum sufficiunt. Alij quidem pisces, vt dixi, facili certamine subiguntur. At cum fors offert canes & Phocas maiores & scorpis murænasque, & id genus cuncta, conflictus fit, non sine periculo. Quotquot vero ceperunt, in feruidas ad meridiem petras conijciunt. Nec longum in medio tempus, cum eodem se vniuersi referunt, & tota agitata mole, carnosa tum pars excidit, feruore quem diximus emollita. Spinam vero illi coaceruant: vnde & ex longinquo vastæ magnitudinis tumuli conspiciuntur. Tum carnes, in planum aliquod saxum collectas, ad tempus non mediocre impensè calcant, etiâ paliuri admixto semine. Huius enim ceu glutinis admistione in solidam massam longè magis coalescunt. Videtur autem condimenti aut infanti vicem præstare. Tandem vbi satis diu pedibus subegerunt, laterculos inde formatos ad solem denudè exponunt. Quibus siccitatem adeptis, discumbentes quotquot sunt vna epulantur, non ad mensuram & pondus, sed ad cuiusque arbitrium & voluptatem.

CAPVT XIII.

CONTRA hyemes repentinas, quæ piscium venationem eis intercipiunt, tale quippiam machinantur. Vagantes per totam viciniam littoralis oram conchas (quæ ibi sunt maximæ, vt magnitudinis excessus his qui non videntur sit incredibilis) colligunt: nudisque harum carnibus in illa temporis difficultate indigentiam compensant & explent. Quinimo dum adhuc piscium illis copia suppetit, conchas illas colligunt, easq; recenti alga & piscium minorum capitibus, fossis demersas, nutriunt. Et postea egestate correpti, in cibum, (vt dictum est) eas vertunt. Quod si vterque illos cibis defecerit, ex vniuerso spinarum acervo recentes, & adhuc lacti plenas seligunt, & articulatum inde sublatas, partim in saxo alicubi comminuunt loco, partim dentibus conficiunt, bestiarum quæ in latibus versantur morem & ingenium repræsentantes. Poru autem longè mirabiliore vtuntur. Ad 1v. enim dies piscationi, & cantilenis sanè inconditis, & sodalitijs, ludi & ioci gratia institutis, vacant, nulla re distracti: propter summam alimenti parandi facultatem. Sed imminente iam die quinto, in regionem montibus subiectam, potus causa exeunt, ad Nomadum (pastorum) riuos, quo pecora sua potum agunt. Profectio autem illa fit tempore vespertino. Proinde cum ad aquaria Nomadum diuerterunt, lacum in orbem circumstant. Postea manibus humo connixis, & flexis genibus, boum more bibunt, non vno respirationis impetu, sed crebro interquiescendo. Sic vbi ceu doliâ ventres liquore impleuerunt, ad mare difficulter inde abscedunt. Postridie quam deuentum est eo, neque de pisce, neque de re

MMM ; alia,

alia, quisquam gustat. Sed plenus supra modum & difficulter anhelans quisque recubat, ebrio quadamtenus, grauedine scilicet, assimilis. Insequente demum die ad consuetam victus rationem reditur. Hoc, velut orbis circumrotati vicibus, per totam agitant vitam, nemine ex ipsis ad occupationem aut curam negotij respiciente. In morbos propter victus simplicitatem raros incidunt: rartumque de numero annorum auferunt, quanto magis quam ceteri absque laboribus aetatem agunt. Ad hunc itaque modum, qui intra fauces & locorum angustias sedes habent, Ichthyophagi vitam degunt.

CAPVT XIV.

De Ichthyophagis non sitientibus.

AT qui exteriorem sibi oram vendicant, piscatu huiusmodi abundant perpetuo. Humore autem profusus non habent opus. Quando enim piscem adhuc succulentum comederunt, non modo potum non requirunt, sed nec generis huius notitiam aut cogitationem habent, animisque tranquillis ferunt quaecunque ab initio fortuna eis tradidit.

CAPVT XV.

De Apathia Ichthyophagorum quorundam.

IN locis ante dictis versantes, nec maximorum (vt inter nos habentur) malorum communem nobiscum notionem & sensum habent. Nec enim ferrum contra se strictum & intentatum refugunt, nec contumelia iniuriarum iritantur, nec integri aduersis casibus adfectorum vicem dolent, sed si tale quippiam ab alienigenis circa eos contingit, intentis quidem oculis ad factum respiciunt, & crebros dant nutus capitibus, ac eorum quae homo circa hominem facere solet, ne minimam quidem animaduersionem produnt. Vnde mihi (inquit auctor) ne signum quidem notitiae certum habere, sed ad satisfactionem, & nutu, sonisque, ac imitatrice significatione, cuncta in vita administrare videntur.

De non sitientibus Ichthyophagis & de Phocis rarum quid.

CAPVT XVI.

Amicitia Ichthyophagorum cum Phocis.

ICHTHYOPHAGIS (quos non sitire fama est) finitimi, seu inuolabile sanctum eis scelus sit cum phocis, nec ipsi phocas laedunt, nec ab illis nocumento adficiuntur: imò etiam praedas inter se venatori integras, & insularum immunes, vtrumque genus custodit, & ita mutuam inter se consuetudinem habent, vt vix homines, qui cum hominibus ita conuictum agant, inueniantur.

CAPVT XVII.

Habitacule Ichthyophagorum & sumeratio.

PARS Ichthyophagum pro tabernaculis habent specus, non conuersos ad meridiem, propter immodicum aestum, sed in plagam contrariam auersos. Pars sub costis piscium, quibus algae insternuntur, degunt. Alij vertices oliuarum inter se connexos pro domicilij vsurpant. Id autem genus oliuae fructum edit nuci castaneae persimilem. Quarta gens Ichthyophagum talem habitandi consuetudinem habet. Immenus arenae cumulus ex omni aëro congestus est, instar montis. Isque totus à fluctu perpetuo alluente condensatur, vt à mole aliqua generis & naturae vnius, propter arenae concretionem nihil differat. Hinc cuniculis ad longitudinem viri actis, quae in fastigio sunt, indurescere & tecti vsu praeberere sinunt, propter quam dixi connexionem: sed in pavimento inferiori oblongos ducunt meatus vndique inter sese perforatos. In his, aliquatenus ad penetralia vento exposita luce admissa, quietem capiunt. Si quando autem maris inundatio oritur, praedam, quo diximus modo, ex piscatione acquirunt. Nec villa sane morientes cura dignantur, cum mens illorum misericordia (quam opinio gignit) non adficiatur. Ideo prolectos iacere sinunt, donec reciprocatio aëtus oborta in mare illos, eam piscibus, abstulerit.

CAPVT XVIII.

Indi quidam sponte nati, sem terrigena.

NONNULLI [Indorum,] qui ex mari visitant, cum alijs etiam hoc multo insolentius habent, & quod in rationis fidem non facile cadit. Nam vnde aut quomodo in locum,

locum, vbi nunc versantur, peruenirent, cognitione assequi non licet. Siquidem ardua & praerupta eis petra ceu iugo continuo impendet, & praecipitia montium ex obliquo transitus adimunt, & pelagus omnem ex aduerso continentem determinat, vt pedestri itinere omnino (quod dixi) illuc veniri non possit, & ratibus aut lembis, ob defectum rerum apud nos vsitatarum, aequae sit difficile. Quae cum ita se habeant, reliquum est, vt dicatur, indigenas esse, qui primi seminis labem non acceperint, sed perpetuo subsistant: quemadmodum physicorum (qui appellantur) nonnulli desinuerunt.

CAPVT XIX.

733 ULTRA angustias illas, quae Arabiam & oppositam regionem excludunt, insulae iacent Sporades, depressae omnes, magnitudine paruae, & numero infinitae: quae nullum ad vitae commoditatem fructum proferunt, neque satuum neque syluestrem. Distant autem à continente superiori lxx stadia circiter, conuersae ad pelagus quod praeter Indiam & Gedrosiam excurrit. Hic nullus existit fluctus, sed alia alij quasi praeficiens, tempestatem promontorij excipit. Aërem autem videntur habere optimum. In his commorantur homines, qui proportionem enumeratis respondent, vitamque hoc modo sustentant. In circumfuso pelago, quod asperum est & tempestuosum, testudinum copia nascitur. quae latitudine & magnitudine fidem prope excedunt: pro marinis autem à nobis omnibus habentur. Haec noctu in profundo maris pascuntur: sed interdiu in quietos & tranquillos insularum recessus expaciatæ dormiunt, idque ad solem in summo apricantes faciunt: quo modo nauiculæ hominum industria factæ adficiuntur. Has illo temporis momento incolae arte & studio & funibus in terram eiectas capiunt, & quicquid interius est, ad breue tempus solis feruore assatum, comedunt, restas vero ad aedium constructionem vsurpant. Gurgustia enim in editis locis prominentia inde coagmentant: ad nauigationis praeterea vsu & aquationis transferunt. Quo fit vt res eadem, nauis, domus, vasis & alimenti hominibus illis vsu praebeat.

CAPVT XX.

NON procul ab hoc genere mortalium remoti & numero pares, hunc vitendi morem habent. De balanis in terram expulsus victum sibi comparant: cuius si desit copia (id quod non raro accidit) cartilagineum ex ossibus & costarum extremitates conficiendo, egestatem, quamuis molestæ & ærumnosæ, tamen ita consolantur. Tot igitur sunt genera Ichthyophagorum, quae accepimus: cum innumera interim cognitionem nostram subterfugiant.

CAPVT XXI.

CVM vita, qualem nos veluti magistram sequimur, in superfluis & necessarijs consistat, Ichthyophagum quas recitavi gentes, cuncta quorum vsus non est necessarius, angusto quasi orbe circumscripta excludunt: intereaque nullis rebus, quae naturae competunt, destituuntur: cum diuina ad frugaliter viuendum ducantur via, non ea quae fallaci opinionum specie naturam seducit. Non enim circa imperij & magistratus affectationem contentiosa fortuna & infelici trepidatione anguntur: nec auaritiæ studio multa in alios committunt, multaque contra recipiunt de malis non necessarijs. Nec inimicitias sibi constant maiores, in ferenda iniuria corpori noxa: nec in domesticorum infortunij labascunt, nec nauigando, & lucri gratia vitæ modum supra quam fas est extendendo, aduersis vitæ casibus ægritudine metiuntur: sed dum exiguis indigent, exigua etiam dolent. Quod enim satis est tenent, & quod plus est non inquirunt. Vnum quæque autem perturbat non id quod ignorat, si ablit, sed quod libera voluntate appetit, si prosperante cupiditate ab occasione fruendi destituatur. Quocirca ille cuncta habens quæ velit, beatus erit, qui ad naturæ, non ad opinionis iudicium se accommodabit. Nec legibus ius disceptant. Quid enim opus est edicto subseruire eum qui sine litera rectam habere, & factis exhibere mentem potest?

CAPVT XXII.

734 POST Ichthyophagos, iuxta flumen Astabaran, qui per Aethioplam & Libyam fertur, Aethioplum circa Meroen situm fertur & calamitæ.

fertur longè Nilo submissior, ideoque alueum suum cum maiore coniungens, ambitu suo Meroen insulam effecit. Huius igitur amnis ripas utrasque turba quædam hominū accolit non numerosa, tali vitæ ratione. Ex vicina palude arundinum radices effodit, puræque ablutas saxis in frustula confringit. Cum ibi lænem & viscosam reddidere massam, paricalas inde non omnino manum implentes efformant, & ad solis æstum assatas edulij loco apponunt. Cum malo conficiantur ineuitabili, vt pote leonibus in stagnis, qui eos inuadunt. Sub ortum etiam * canis, ingens culicum multitudo eos infestat, tantis viribus pollens, vt populus in aquas lacustres præfugiens se ibi occultet. Ab his leones quoque exterminantur, non tam à morsu vexati (quamvis molesto satis), quam quod fridorem vocis peregrinum perferre nequeunt. Atqui hoc miræ nouitatis gratia commemoratum esto: Quid enim singularius, quam leones culicibus loco cedere, & homines ex eiusmodi periculo euadere incolumes?

* al. Canicula.

CAPVT XXIII.

De Hylophagis
horumq; natura
& moribus.

IAM commemoratis Hylophagorum gens non ita multum discrepans approximat, quæ etiam seminibus vescitur. Nam fructus ex arboribus decedentes comedunt, etiâ tempore æstatis. Aliâs herbam decerpunt, quæ in vmbrosis vallibus nascitur, duræque est indolis, & caulem educat assimilem napsis, quas Buniades vocant. Hinc quicquid de materia tenerum existit & molle, sit esculentum. Noctes quidem somno tribuunt: sed locum deligunt, qui contra beluas firmus sit & excubijs aptus. Mane quam primū sol emergit, cum liberis & vxoribus arbores vniuersi conscendunt, & enixè summos assequi ramos contendunt. Hinc decerpta virgultorum tenerissima, sine fastidio edunt. Eamque ex tota sibi vita habitudinem compararunt, vt incredibilis sit visu illorum in arbores excursus, & mira non tantum manuum, digitorum & pedum, sed in vniuersum cæterorum quoque membrorum contentio. Nam expedite de ramo in ramum transiliunt, & alter alteri termites, etiam in locis periculosis, eripit: & id genus alia ostentant, vt qui videt, ipse quidem stupore percellatur, sed inexpertis enunciare non auit. Nec quicquam frondis est succi plenum, quod dentibus commolitur non concoquant ventriculis. Corporis ex alto delapsi non grauis est plaga, propter exilitatem. Nudi sunt omnes communisque illis sobolis & vxorum educatio, & fructus. Fit vt de locis inter se belligerent. Plerique præ angustia famis vitam cum morte commutant, quando glaucomata (ad annum id t. accedit) oculos incurstant.

CAPVT XXIV.

De Sceniorum
gente, quæ etiam
corijs vescitur.

POSTIAM descriptos sunt quos venatores incolæ nominant. Hi propter beluarum frequentiam (nam innumeras fert regio) in arboribus contubernia habent: sed ex insidijs feras capiunt, captasque sibi alimentum faciunt. Sagittariæ etiam artis peritia valent. Si accidit vt venationis prouentu careant, pellibus ante captorum inopiam expleant. Cotia enim madefacta, leuibus admotis prunis, obruant cinere. Atque ita tosta ad diuisionem producunt.

CAPVT XXV.

De elephantophagis
horumq; horum
venatione.

SEQUUNTUR hos, sed per intervallum særis longum, & occasui magis obiecti, qui ex elephantum venatione victum acquirunt. Nam sunt ex his qui insidentes arbori, beluarum transitu speculantur: factoque perniciter descensu, manibus complexi caudâ, & pedibus in femem sinistrum connixi, bipennis, aptæ ad hoc paratæ, crebris ictibus poplitis dextri nervos succidunt: tamque validè hæc vulnera inferunt, illâ caudam tenent, quam si de vita certamen sit institutum. Aut enim inrerimendum est, aut oppetendum. Si quidem alium temporis hic articularis exitum non patefacit. Prolapsa igitur excontinente percussu & sanguinis profusio bestia, illico venationis comites sunt præsto, dumque adhuc viuit, carnes ex posterioribus resecant: & hilarem ad modum inde conuiuunt. Atque fera ita domita longum & atrocem interitum sustinet. Sic ergo se habent inter pericula extrema elephantum venatores. Sunt alij qui diuersam eos capiendi rationem ineunt. Viri enim terni, vno instructi arcu, & sagittis pluribus, angulum selle rinctis, ad exitus belluarum in saltu consistunt. Si qua igitur accedit, vnus arcum pedi admotum tenet, duo reliqui summa vi tracto neruo telum emittunt, ad larum medium

medium vnicè directum, vt ad interiora complexus penetret, & dequexas illas secer ac vulneret partes. Hinc tantum feræ monstram dolore conuulsam & agitatam, elanguescit & procumbit. Tertium quoque Elephantophagum genus est, qui hunc venationis modum seruant. Quando elephantentes ad fatiæritatem passi, cubitū se recipiunt, nō humi procumbentes dormiunt; sed crassiss. & maximis arboribus se acclinant, vt pedes, stipiti proximi, terræ leuiter innitantur, & latus quod torum corpus excipit, à ligno sustentetur, itaq; non sincerum hunc sed adulterinum dixeris cubandi modum: propterea quod somno profundioti adiuncta sit vehemens sollicitudo & metus exitij, quod prolapsum illico excipit, propter naturalem erigendi sese impotentiam. Ergo qui vitæ ex horum venatu alimenta quærunt, in nemoribus circumuagando, vbicunq; bestiaz obseruantur, autem arboris partem terra incidunt, dum nec tota inclinet, nec valida nimis & firma maneat, sed ad exiguum tantummodo impulsus restet. Belua igitur è pascuis reuersa eum ad assuetam cubandi stationem se applicat, stipite confestim diffracto euertitur, ad paratam venantibus cœnam exposita. Posteriores enim mox carnes rescindunt, & vita cum sanguine exhausta, cætera defuncti membra, ad suum quicquid vsum, distributa auferunt. Hos venatores Ptolemæus rex Aegypti edicto ab elephantibus cæde abstinere iussit, vt viuos sibi haberet, multaque & admiratione digna eis promisit. Non modo tamen non persuasit, verum etiam cum toto Aegypti regno se præsentem hunc victum non permutaturos esse, ab illis responsum accepit.

CAPVT XXVI.

DE venatoribus his, quos Nomades impuros nominare solent, pars quædam ad occidentem, ab Aethiopiibus auulsa, degit, & Simi vocantur: pars quædam Austro obiacet, gens non ita magna, hi Struthiophagi nuncupantur. Nam Struthiones artificum & dolo clausique subigunt, vnde viuunt. Carnes enim, cibos, pellesque, indumenta & lectisternia sufficiunt. Insensī sunt his Simi, bellaque inferunt. Orygum cornibus vtuntur hi pro telis. Grandia enim sunt & ad incidendum peracuta. Regio illa in magna copia animal hoc nutrit.

De Aethiopiis
Struthiophagi
& Simi.
Ἰσαλάου.

CAPVT XXVII.

EXEVO inde interuallo disiuncti sunt Acridophagi, gens cæteris breuior. Tenu enim & macilentum sibi corporis habitum, & extra modum nigri. Appetente æquinoctio verno, inenarrabile locustarum prægrandium agmen, ex terris nondum peruefugatis vna cum ventis aduolat, & vi quidem volatus ab auibus parum variant, sed corpore permultum. Ex hoc insecti genere quouis tempore aluntur, cum alijs modis, tum etiam in salitura præparato. Venantur eas, fumo ex aëre ad terram degrauatæ. Agiles esse perhibentur, & pedibus celeriores. Verum vltra x. annos non viuunt. Etenim simul ac senium imminet, in corporibus ipsorum volatile pediculorum genus innascitur. Ricinis hi non dissimiles, sed paulo minores sunt mulcis, quæ in canibus apparent. Incipiunt à præcordijs & aluo, & omnem protinus superficiem corporis cum tota facie depascuntur. Illi igitur primò affecti sunt, vt quos scabies pruritu suo lacerat. Verum temporis successu aliquo, non absque molestia seipfos lacerant. Tandem morbo hoc ad maturitatem extracto, præter pustularum eruptionem, & tenuis saniei effluxum, intolerabiles sustinere acerbitates miseris contingit. Talem itaque interitum (sive corporis succi, siue alimentum, aut etiam aëris, vitio & corruptioni huic causam præbeat) Acridophagi fortiuntur.

De Acridophagi
horumq; præ
maturo & misero
interitum.

CAPVT XXVIII.

CONTERMINA illis est regio quædam spatiosa, quæ mira quidem pascuorum vacietate abundat, sed deserta est omnino, nullisque eo incolis patet accessus, non quod ab initio defuit ei genus mortalium, sed quod incredibilem ibi frequentiam est scorpionum & phalangiorum, quadrimaxillas nonnulli vocant hos vermes, eosque ex imbrum vi & copia redundasse natrant. Cumque incolæ pesti huic resistere non valerent, fugaque elapsi, exsilij salutem patriæ anteferrent, factum esse vt deserta ab hominibus terra ex eo tempore relinqueretur. Sic etiam muriū copia, vt in Italia, & passeris femina deuo-

De regione deserta
propter serpentes
& phalangia.

na deuorantes, vt in Media, & rana, quod Aurariatis vsu venit, & leonum increbre-
scens multitudo, vt in Africa, in causa fuere vt ciuitates alio commigrarent. Multaque
alia calamitates inperatae terras, quas corripere, habitatoribus viduarunt.

CAPVT XXXIX.

De Cynamolgis.

POSTREMO meridiem versus habitant, quos Graeci Cynamolgos, finitimi, agre-
stes & feros (vt quisita interpretetur) barbaros appellant. Hi comas promissas, &
barbas gestant immodicas, canesque multos alunt & magnos, Hyrcanorum more,
quorum opera, euagantes in prouinciam ipsorum ex India boues, venantur. Innume-
ra enim inde armenta, à solstitio hyberno ad mediam vsque hyemem, videntur. Ad
haec foemellas canum mulgent, & de lacte nutriuntur. Nihil tamen minus ex aliarum
quoque ferarum captura viuunt. Atque ita postrema ad meridiem delcripta habentur.

CAPVT XXX.

De Troglodyt. Si-
de, circumcisi-
o, ritu funera-
di, pacificatione,
fumo, morte
violenta.

TROGLODYTARVM potro conditio haec est. Quae gens haec imperij forma conti-
netur, tyrannis est. Vxores, vt & liberi, sunt communes. Cum tyranni duntaxat
coniuge rem habere, vetitum. Hoc tamen auso, deponenda ouis multa irrogatur. 738
Mos vitæ talis. Quando hyems est, (id quod sub Etesiarum tempus natura compara-
tum est) Deo regionem ipsorum largis inundante aquis, è sanguine & lacte pabulum
vite capiunt, quæ in vnam mixta versataque colluuiem, in ollis ad ignem leuiter calefaci-
unt. At si æstas instat, in vdis versantur locis de pabulo inter se depugnant, & tum pec-
corum annosiora & morbida absumunt, laniorum (qui immundi ipsi nominantur)
opera mastrata. Neminem ex mortalibus parentum nomine dignantur, præterquam
taurum & vaccam. Illum enim patrem: hanc matrem vocitant. Eodem honore arie-
rem & hircum, ouemque & capellam adficiunt. Hoc ideo obseruant, quod alimentum
non à parentibus, sed ab illis, quotidianum accipiunt. Potu vitur vulgi pars maxima
pallidi herba macerata. Tyranni de confecto è flore quodam bibunt, qui mustum re-
fert improbum. Nudi corpus reliquum, nates dumtaxat pellibus succingunt. Membra
corporis genitalia ceteris quidem Troglodytis præcidere more est receptum, vt cuncti
solent Aegyptij: At quos mutilos Graeci nominant, tætam illam partem, quam reliqui
circumcidunt, nouacula infantibus amputare religione & more sancitum habent. Vn-
de cognomentum illud sibi ipsi conscieunt. Hinc digressione facta auctor monet, se,
quamuis Atticè loquatur, * Camare tamen (vrbis in Creta) dialecto familiariter vti. In-
de ad institutum reuersus, quæ circa defunctos agant Troglodytæ, edidit. Laqueis
ex paliuro contextis colla mortuorum cruribus alligant. Tum colli aut tumulo alicui
impositos, manuatijs lapidibus obruunt, non absque falso ioco & derisu, donec de for-
ma eis nihil amplius videatur. Caprea dehinc cornu in cippum fixo, sine perturbatione
omnino hilares abscedunt. Sic funerationis vsu sapienter inuertunt, siquidem ob
res mæore vacuas mæore se non adfligere prudentiæ est. De pascuis subito repulla-
scitibus inimicitias & pugnas atque bella quando excitant, (nam alia de re inter se non
dimitant) matronæ ætate proveciores, in medium prosilientes, certamen dirimunt,
& verbis ad lenitatem compositis irritatos animos reprimunt. Somnum non pro alio-
rum hominum more capiunt, sed pecorum greges perpetuo secum circumducunt.
Quotquot ex his sunt mares, horum de cornubus tintinabula suspendunt, vt sonitus ho-
rum fures abarceat fugetque. Iam si nox ingruit, in caulas prædam cogunt, & stoeas è
palmis desuper inijciunt. Huc foemina cum infantibus se recipiunt. Viri autem igni-
bus circumcirca accensis, patrias & gentiles quasdam fabulas decantando, somnum à
se repellunt. Sic in multis aduersatio naturam pernecessaria quædam vincit. Si qui in-
grauescente senio (quod omnibus ex æquo debetur) greges assequi non possunt, hos
cauda bouis collo iniecta, nodoque in vertice arctè constricto, è vira exolunt. Quod
si quis eorum exitum è vita longius extendat, quicumque velit repente adstans, quasi
benevolentia inductus cunctationem illam summoueat, dum admonet simul & culpam
tergiuersationem, eadem via hominem exanimat. Nec senio tantum exhaustos ita è vi-
uis subducunt, verum etiam quos pertinax morbus, aut membri alicuius vitium ad comi-
tandum armenta inutiles reddit,

* At. xaxupus
Vocatur.

CA.

CVM totus habitabilis orbis quatuor in circuitu plagis sit definitus, ortu inquam
& occasu, septemque trione & meridie: quæ vesperam respiciunt, Lycus &
Timæus exegerunt, quæ ad ortum sunt, Hecateus & Basilis: septentrionibus autem sub-
iecta, Diophantus & Demetrius: at quæ meridiei sunt obuersa, nos (ait auctor) quam-
uis molesta sit veritas, persecuti sumus.

CAPVT XXXII.

CÆTERVM diuersissimæ hominum viuendi rationes non ita longis diuiduntur lo-
corum interuallis. Nam ex palude Mæotica multi, onerarijs vecti nauigijs, decima
luce in Rhodiorum portus intrant. Inde eadem navigationis commoditate ad diem
quatuor Alexandria appellunt. Ab hac aduersus annis decursum subuecti, intra dies
alios decem, non difficili negotio, Aethiopiam contingere possunt. A summo igitur
frigore ad extremum ætus vigorem, continuum iter facientibus, intercedunt nõ plures
xxv. dies. Tam exigua vero quamuis sit locorum distantia, tanta inter se homines tamè
vitæ, morumque & æris discrimina habent, vt maiora esse non possint, adeo vt alteri
non credant, quæ apud alteros more & vsu sunt trita, notaque, passim, nec omnino suffer-
re valeant, sine quibus alij vitam quoque acerbam sibi putent. Sic magno sui amore
percellit omnis aduersuetudo, & circumfusi æris locique difficultatem tempus, primam
vitæ ætatem suscipiens, vincit.

CAPVT XXXIII.

ARABIAE leones sunt minus hirsuti & feroces, sed colore affimiles ijs quos fert Ba-
bylonia. Pilis vero vsque adeo rutilis, vt ceruicem iubæ auri instar resurgant.

CAPVT XXXIV.

740 ATEORUM qui Myrmecoleones appellantur, plerique specie à cæteris nihil differunt.
Genitalia tamen his sunt auersa, contra quam alijs.

CAPVT XXXV.

PARDALIS hic non sunt quales in Caria & Lycia tractibus, sed corpore prolixo.
Ervulnerum laborumque molestias perferre norunt multo constantius, viribusque
tanto præstant alijs, quanto cicuribus agrestes & indomita.

CAPVT XXXVI.

RHINOCEROS vastitate quidem non minor, sed altitudine inferior est elephanto,
buxique refert colorem, pellis etiam contactu tenuior. Is repandum in naribus fert
cornu, ad ferri vim & rigorem proximè accedens. Quo, cætero quidem tempore, ad
quamcumque approximet caute, limato, præcordia verberat impetens, sed in dimi-
catione cum elephanto (cum hoc enim de pascuis æternas habet conflictationes) ven-
trem subit, & perrupto carnis ambitu ex sanguinem facit. Plurimique elephantum ita
exanimati cernuntur. At si aluum contingendi copia non datur, contra ipse à probro-
scide & dentibus itus varijs modis, amittit vires & deficit, quia robore & vi ab illo per-
mulum differt.

CAPVT XXXVII.

APVD Troglodytas bestia est, quæ camelopardalis Graecis dicitur. Nam vt nomen
ita & natura quodammodo composita est. Varietatem enim à pardale habet, magni-
tudinem à camelo. Monstrofa ei crassities, collumque adeo prælongum, vt à summis
artibus pabulum carpat.

CAPVT XXXVIII.

SPHINGES, & Cynocephali, & Cepi, Alexandriam ex Troglodytarum solo, & cæte-
ra Aethiopia, transmittuntur. Sunt autem Sphinges ijs quæ à pictoribus adumbran-
tur consimiles, nisi quod tota hirsuta, lenes & placidos animos habent. Plurimum eis
versutia inest, ideoque ad aliquam doctrinæ compendio, scientiam perducuntur. con-
cinnitatem in omnibus quam seruant, non abs re quis admittetur.

In Cynocephalo hominis corpus, specie turpis, adumbratur. Canina ei facies, vocem
NNN 2 stridor

Quod non tanta
locorum sit distan-
tia, quanta mo-
rum.

De Arabia Iconi-
bus fulgidiss.

De Myrmecoleo-
nibus.

De Pardalibus
fortiss.

De Rhinoceros
& elephanti pu-
gna.

De Camelo Par-
dali prægrandi
belua.

De Sphinge &
Cynocephalo &
Cepi.

stridori muris non dissimilem exprimit. Sed immodicè ferum est animal, nec vllò modo cicuratur: vultumque à supercilij & oculis austerum prodit. Ita mas comparatus est. Fœmineo generi hoc est proprium, vt vterum extra corpus gester, eoque habitu totam exigat vitam. Cepus facie leonem, corpore Pantheram, & magnitudine Dorcadem (capream. 741 seu damam) imitatur. Prout varius est, ita & nomen (Cepus enim, horius est Gracii) sibi inditum habet.

CAPVT XXXIX.

De Tauri canino.

OMNIVM quæ adhuc commemoravi immanissimum & maximè indomitum est Taurorum genus, quod carnes vorat, magnitudine crassius domesticis, & pernicitate antecellens, insigniter rufum. Os ei ad aures vsque diductum. Visus glauco colore magis rutilat quam leoni. Cornua aliàs non secus atque aures mouet, sed in pugna, vt firmo tenore consistant, facit. Ordo pilorum inuersus contra quam alijs animalibus. Bestias etiam validissimas aggreditur, & cæteras omnes venatur, maximeque greges incolarum infestos reddit maleficio. Solum est lancea & arcu invulnerabile. Quod in causa est, vt nemo id subigere (quamuis multi id tentarint) valuerit. In fossam tamen, aut similem ei dolum, si quando incidit, præ animi ferocia cito suffocatur. Ideo rectè putatur, etiam à Troglodytis, fortitudine leonis, & velocitate equi, & robore tauri præditum, ferroque cedere nescium.

CAPVT XL.

De Crocotta. Vocem humanam emittente.

QUI Crocotta apud Aethiopes vocatur, inde nomen habet, quod ex lupo & canè natura eius constat, sed vtroque multo sæuior est, & tum facie tum summis pedibus longe grauior, & ventre & dentibus antepollet omnes. Etenim quodlibet genus ossis frangit haud difficulter, & dilacerata protinus consumit. Nec facile dictum quam leuiter conficiat ventre & digerat. Hoc quoque vocem effingere humanam qui perhibent, nobis fidem non faciunt. Insuper & hoc addunt, quod nominatim homines noctu euocer. hosque velut ad vocem humanam egressos, concitato irruens impetu, deuoret.

CAPVT XLI.

De serpentibus, & quomodo circueunt.

SERPENTES etiam magnitudine stupendos, & genere mirum in modum varios, illis in locis esse narratur, qui omnes vitæ nutrimenta ex venatu captent. Enimvero maximus illorum, qui nostris exhibitus est oculis, xxx cubitorum videbatur. Omnis serpens, etiam vastissimus, mansueti se accommodum præbet, si inopia nutrimenti premitur & maceratur. Nam vidisse se auctor testatur, qui cibi inopia, semper tamen oculis obiecti, cum in canistro victimas ad desiderium eius vndique circumponerent, simul & animi virulentiam submitteret, & vehementiorem eorum appetitum conciperet, tandemque beluam quantumuis ferocem & sæuam, tam cicurem & placidam esse factam, vt nec mitius inter alia cuncta, nec terribilius quicquam esse iudicaret. Consentaneum hoc est, arbitror, bestiis contingere mansueti. Nam quod contra rendit malè tractatur, quod vero cedit, nutritur. Quæuis etiam bestia sapere discit, non ratione melioris electionem docta, sed implicata est per vices affectioni memoria.

De calidis aquis sponte nascentibus.

CAPVT XLII.

Locorum insignium notatio, tricusus in Aethiopia, ubi de inserpentina. Toiaz, & inter inuicem circa Syriam.

CVM multa sint admirationis plena, & à vulgari consuetudine præcèlata, ad ipsa quæ commemoratione digna habentur loca (inquit) me conferam. Primo igitur, si quis ab Arsinoë continentem prætercurrit dextram, Therma, pluribus ceu sillis, ex sublimi petra in mare percolantur, quæ angustos habent meatus, non dulcis aqua, sed amaræ salislaginis, & fontis talem sortiti naturam. Postea à lacu obuius est Nilus, dum riuus eius per laxa & spongiosa quædam in locum maximè humilem & concauum transcurrit. Iuxta lacum in campo latis spatioso mons assurgere videtur, rubricæ metallo fœcundus, qui, vt nihil aliud exhibeat singulare, eiusmodi tamen colorem à summo vertice ostendit, vt oculi intentè ad tempus contuentium lædantur. Hinc

Hinc portus excipit maguus, cui primò Muris, deinde Veneris cognomentum fuit attributum. Vbi tres etiam insule exant, quarum duæ oliuas habent crebras & densas: vna minus quidem syluosa est, sed auium, quas Melcagrides vocant, copiam nutrit. His propinquus est sinus, quem impurum nominant. Quem vbi præternavigatis, insula exporrigitur, in pelago sita, longitudine stadiorum xxx circiter, nomine Serpentina, Nam omnis generis serpenticibus quondam referta erat, sed ætate nostra libera est. In hac lapillus nascitur, Topazij nomine celebris. Pellucidus est & vitro similis, iucundumque in auro contutum sui præbet. Hoc insulæ habitatores, qui etiam regio lapidem edicto custodiunt & colligunt, isto modo potiuntur. Noctu per vices circumnavigantur, ligonibus varæ magnitudinis instructi. Nam intra petras lapis, quia interdiu à luce superatur, propter æthum non fit manifestus, sed ingruente noctis vmbra, vbiunque loci nascitur, ab omni parte resplendet. Quo obseruato, custos signi causa id quod splendet tanto circueat vase, quantum vitæ imaginis magnitudinem esse arbitrat. Per diurnam postea lucem accedens, cum æqualem priori designationi partem saxi excidit, magistris læuigandi peritis segmentum tradit. Post hæc mare aded humile est & exiguæ profunditatis, vt nec binas orgyas mensura superet, circumquaque etiam viride, non aquarum natura, sed à musco & alga, colorem suum transmittente. Vnde & canum marinorum innumerabilis illic est multitudo. Quam ob causam nauis longa, & his quæ remigio promouentur, iter illac percommodum est & aptum, tempestates enim ignorat, nec fluctus è longinquo aduoluitur, & incredibilem piscium sufficit prædam. Circa hæc loca, nauibus quæ elephantos vehunt accedens infortunium, ad magnam spectantes misericordiam erga adfectos prouocat. Nauigia enim fluctus repente scopulo illidit, aut in angustias arenarum, veluti carceres, compingit, omnemque salutis viam nauis præcludit. Ided prolixus initio conuestus edelatos occupat, mellioris tamen fortunæ spe non abiecta. Iam enim nonnullos, ed discriminis redactos, æstus, intumescente ex mari fluctu, repente susceptos seruauit. Quando verò alimenta deficiunt, innumeræ succedunt anxietates: donec ad vltimum omnes absumuntur, aut fame, aut, si diurnam famis tabem non perferunt, ense confecti, aut spontaneo impulsu in æquor præcipitati.

CAPVT XLIII.

De locis supra Ptolemaidem, & ingentibus balenis.

LOCA ad Tauros & Ptolemaidem vsque explicata sunt. His autem superiora transeunt non ita vulgarem admittunt. Vltiora enim non ad meridiem amplius iacent, sed magis ac magis ad ortum se reflectunt, & vmbra intra horas binas (anni partes) proiciunt in oppositam septentrionibus plagam. Fontes etiam edunt, è Phebæis (quos vocant) montibus scaturientes. Eius regionis tractus, qui mediterranea spectat, plenus est elephantis ac rhinocerotibus, taurisque & suis. Quæ verò ad sinum pertingunt, conferta sunt insulis: sed hæc fructuum inopes, auibus, quarum species nec dum compertæ, frequentantur. Mare exinde profundum est & nauigabile, vbi tantæ vastitatis sunt cere, vt horrorem incutiant videnti. Nautas tamen haud vexant, nisi si qui inuiti in vertices incurrunt, imperitia locorum. Non enim consecrari possunt audacius nauigantes, cum obuia oculorum sitacies, è mari eminentibus.

CAPVT XLIV.

De Nefsa arumatum cotidiotia.

PALMETI illic superiora, quæ oculis se offerunt, obtinentur à petris celsitudine variis. Potrestis autem ad mare litus subiectum est angustum & longum. Mare illud attingit locus, quem Nefsam (Anaten) ab animalis huius multitudine, nuncupant. Iacet hæc iuxta promontorium apprimè syluosum, & si directè spectetur, ad Petram (huius nominis locum) & Palæstinam vsque expanditur. In hanc Gerrhæi & Minæi, & omnes in propinquo Arabes, thus (vt ferunt) & rerum fragrantium sarcinas, è superiori prouincia deportant.

CAPVT XLV.

Bythemanensium terra, pascuè fertilis: sed noxiarum animalium copia infesta.

POST Lzanitem (vt vocant) sinum, quem circumhabitant Arabes, Bythemanensium terra existit, spaciosa & plana, totaque irrigua & profunda. Gramine tantum & medica atque loto, ad viri staturam assurgente, omnis ei fructus definitur, nec præter NNN 3 terca

*Nihil est ab
omni parte be-
atum.*

terea quicquam agricolatur. Ideoque multæ in ea camelî agrestes, multæ cervorum & dorcadum catervæ, multi etiã ouium greges, & infinita mulorum atque bouum armenta. His autem fortis beatæ commodis infortunium hoc annexum est, vt leonum luporumque & pardalium copiam tellus producat. Quod igitur regioni felicitatem efficit, habitatoribus in causa est infelicitatis.

CAPVT XLVI.

*De Batmizomane-
manensium
terra.*

Aproximis inde littoribus sinus est, ad regionis illius interiora deurgens, qui profunditate ad minimum 1 stadium deprehenditur. Intra complexum huius qui habitant, Batmizomanensium habent nomen, bestiarum terrestrium venatores. Hanc terram tres sequuntur insulæ, pluribus obuæ portubus. Prima Ildi sacra: altera Succaba: tertia Salydo nominatur. Desertæ omnes, & oliuivmbrosæ: non quales apud nos, sed illis in locis, crescunt.

CAPVT XLVII.

*De difficili quodam
transitu.*

POST expositas iam insulas, litus patet lapidosum & magnum. Terra est Arabum Thamidenorum, propter quam nauigantibus iter est, vitra 600 stadia, omnium molestissimum. Non enim portus ibi est, accessui & stationi commodus: non solum ancoris opportunum, non portus ad protectionem, non vngulæ vestigium, quo ceu necessario naua per fugio recipiatur. Post hæc, non continenter, sed per interualla, litus extenditur nimis quàm lapidosum: & mons Læmus inexplicabilem circuitus magnitudinem ostentans, & arborum omnis generis salubrum amicus.

CAPVT XLVIII.

*De anni Dedebarum
aurifero.*

FINITIMA desertis his montanis Dedebar incolunt, partim armentarij, partim agricolæ, quorum per mediam regionem amnis labitur natura tripartitus, & ramenta auri defert, tam conspicua vbertate, vt limus ad ostia coaceruatus, procul inde rutilet. Loci possessores ignari sunt id genus operationis, sed eximie hospitales, non quidem erga homines vniuersos, sed eos præcipue, qui ex Peloponneso & Bæotia illac traiciunt: propter fabulosam quandam ab Hercule inde vsque narrationem.

CAPVT XLIX.

*De auri ramentis
apud Ali-
laos.*

HIS contermini sunt Allæi & Casandrini, qui terram obtinent superioribus nequaquam similem. Nec enim frigidus est hic aer, nec siccus nec feruidus, sed mollem & spissam refert nubem, à qua tempestiue existunt etiam in æstate hyemes. Pleraque regionis feracissima sunt, sed non vbique cultu suo adficiunt, ob imperitiam cæterorum. Aurum sanè in crustosis terræ illius cuniculis ad magnam inueniunt copiam, non quale adhibita scientia & arte colliquescit & ramentis, sed sponte natum, quod Apyron Græci, [ignis nescium] ab euentu denominant, cuius portio minima non minor est oliuæ officulo, media granum mespili adæquat, maxima cum nucibus regis comparari meretur. Hoc perforatum inter lapillos pellucidos alternatim, circa radices manuum gestant & colla. Et ad finitimos translatum villi precio vendunt. Cum triplo enim ære aurum commutant: & pro ferro duplùm reddunt, & argentum auri decuplùm valet. Modus enim æstimationis comparatur ad rationem abundantie & raritatis. Quibus in rebus tota hominum vita non tam ad naturam rei, quàm vsus necessitatem respicit. His porò mortalibus contigui habitant Carbæ, in continente quàm portus excipit vicinus, in quo plurimi erumpunt fontes.

CAPVT L.

*De Sabæorum
terra aduersa
et beata, sibi
de Saba eiusque
regimine, ma-
gnificentiæ et
opibus.*

SABÆORVM deinceps gens adhæret per Arabiam omnium maxima, & nullius non generis felicitatem in potestate & arbitrio habens. Namque tellus omnia fert quæ ad commoda vitæ apud nos proueniunt: & corpora sunt spectabiliora, quàm alibi pecorum multitudo in numerabilis suppetit: amœnitas & fragrantia totam hanc oram obtinens, voluptatem præbet aduenis visu & dictu maiorem. Nam ad ipsas littorum crepidines largum nascitur balsamum & casia: longè alia quàm alibi habetur, recens mirum: ideoque iucundissimam oculis voluptatem exhibens, quæ postea longinquitate

tate temporis profus exolefcit, dum stirpis vsus hebetatur, priusquam vis eius ad nos transmittatur. In mediterraneis frequentes & magnæ se attollunt syluæ. Nam arbores præcellæ, myrrhæ ac thuris, nec non cinnamomi, & palmæ & calami, & id genus aliorum, exsurgunt. Aded vt nulla ratione explicari queat voluptas illorum qui sensibus suis periculum de his fecerunt. Non enim in cellas abditus & exoletus aromatum illis fructus est, nec à materia procreante & nutriente separatus, sed à diuina illa maturitate adhuc florens, & à familiari proprioque & genuino vigore vim illam admirabilem emittens, vsque aded, vt multi in obliuionem mortalis delati felicitatis, deambrosia se percipere non nihil opinentur, dum res nomen ad summam prædicationem idoneum & par sibi querit.

IN salibus rerum odoratarum serpentis genus est omnium insolentissimum, quasi fortuna tam largis terræ commodis inuideat, & bono arteat inuicentum, ne quis bonis prosperè affluentibus animo efferatur superbo, & ad finem vsque flagitiorum perpetrands indulgeat, numenque aspernetur, sed adiectione & memoria aduersorum commonefactus, vitam modestius agat. Genus id serpentis colore est puniceo, & longitudine spithamæ, morsuque insanabili, quando super illa hominem sauciavit. Plagam enim infert asfiliens in alcum.

CÆTERVM apud Sabæos stirpium fragrantium odor summus quidem est, sed voluptas minor. Nam quod à puero assiduam est, sensum minus adficit mouetque, imò obtusorem reddit, nulla vitæ commutatione adiuncta. Verumtamen cum non ita informare ac regere vitam possint, vt in bono semper statu permaneat: (immixtus enim spiritus facultate incisoria corpus perstat, & constipationem eius moderatam sic in plura diducit, vt ad extremam tandem laxationem redigatur) huic vitio vt medeantur, pauxillum bituminis & hirci barbam, ægrotis succendunt. Atque ita nimium fragrantie perpetuè aspirantis excessum amoliantur, & quod voluptati noxium est, attemperacione eius quod molestum huic esse videtur, reprimunt. Aded omnis felicitas, si mediocritate & bono ordine gubernatur, vitam optimè transmittit: at si moderacione & opportunitate destituitur, inutilis eius possessio.

SABA oppidum, totius gentis appellationem indicans, monti incumbit non magno, omnium in Arabia pulcherrimum. Rex toti genti imperans, prærogatiuam habet in consensu à populo scitam, quæ honore suo præditam, quæ muneris omnino expertem. Honore enim regem dignantur, quod multis imperitat, & libero quæ decernit arbitrio agit, nulli subiectus censura: Exfors verò est, & quolibet priuato inferior, quod accepta regni cura, regale egredi palatium ei nefas. Secus si fiat, lapidibus à populo obruitur. Ita enim antiquum iuber oraculum. Honorum igitur eminentia illic nociua. E virorum numero ad hoc destinati, vt domum seruent, exiguo fortius se gerunt quàm fœminæ. Continuo namque otio in fœminas degenerant. Cæteri & rebus bellicis dant operam, & totam regionem opere exercent, & colonias deducunt. Maiorum enim schediarum [naucularum minorum & vulgarium] his est vsus. Veniunt cum alia, tum fructum odoratum maximè, in vltiore terra natum: Arabicè Larinna dicitur. Maxima inter cætera thymiatata fragrantia præditus est: quorum genus infirmitatem corporis plerumque vincere perhibetur. Porò cum nulla solum hoc alia ferat ligna ad vsus quotidianos, cinnamomum & cassiam vrere, & ad cæteros vitæ vsus applicare, necesse habent. Quàm inæqualiter bona sua diuina fors distribuit! His rerum appetendarum vix paucitatem concedit: illis redundantiæ largitur. Sabæorum non pauci coriaceis viuunt nauiculis, docente hunc eos vsus refluxu maris, quamuis in luxu & deliciis viuentes. Nulla enim Sabæis opulentior esse, & Gertheis, hominum natio videtur. Qui quicquid sub calculum transportationis cadit, ex Asia & Europa, dispensant. Hi auri ditissimam Ptolemæi Syriam fecerunt. Hi sedulitati Phœnicum lucrosissimas negotiationes dederunt, vt sexcenta alia præteream. Magnos impendunt sumptus, non solum in toreumata, & sculpturas admirabiles, & poculorum varietatem, sed magnificentia illa etiam in lectorum & tripodum, [mensæ genui esse] aliorumque, quæ apud nos per ædes extenduntur, magnitudine ad summum gradum adscendit. Siquidem multi, vt æstimare est, sumptus faciunt regios. Huc accedit, quod columnæ illis deauratæ & totæ argento constant, foresque & fastigia domorum crebræ è gemmis & preciosis lapidibus phalæ excipiunt. Consimiliter etiam me-

*Malum bonum
adiunctum.*

ostyla (in medijs ædibus columnæ) decentissimam præbent sui contemplationem. Quodque caput rei, quicquid apud alios diuitiarum est, id omne hæc magna varietate expositum est. At enim uerò hæc ad nostram vsque ætatem de illis ita prædicantur. Nisi uerò longè summotas haberet sedes ab his qui ad omnem ferè locum copias alunt, alienarum curatores opum forent, qui nunc in sua quasi præmia dominium retinent. Siquidem ignauia libertatem ad prolixius inde tempus conferuare nequit.

CAPVT LI.

De fortunæ
Arabie insulis,
& mirabili oculi
ratione.

PRÆTER hanc regionem mare conspicitur album ad fluij speciem, ita ut effectus huius causam quis non sine stupore demiretur. Adiungitur autem sunt insulæ fortunatæ, in quibus niueo sunt colore pecora uniuersa, nec ulli fœminarum cornu adnascitur. In his mercatorias accolarum naues stationem habere uideas, pleraque inde profectas, ubi iuxta Indum amnem nauale instituit Alexander: nec paucas & Perside & Carmania, & tota continente finitima.

Cælestia etiam illis mirabiliter se habent. Inter quæ est quod circa uisam contingit. Nam à Mæmactione [cum Septembri hic ex parte congruit] mense Atheniensium, nulla de septem eius stellis conspicitur, vsque ad uigiliam noctis primam. In Pofideone [Decembri quodammodo responder] ad secundam vsque: & eadem ratione in cæteris mensibus deinceps. Tum de aliis stellis, erraticæ non uidentur: nonnullæ autem globos habent maiores. Sunt quæ non stata & legitima sibi tempora ad occidendum uindicant, & ostendunt. Peculiariter etiam & diuerso narrat modo Solem exhiberi ultra Ptolemaidem. Primò (aiunt) non, ut apud nos, lucem absque Sole mane uident, ad tempus mediocre, & tum demum sideris exortum, sed cum tota immerfa tenebris nox transit, continuò Sol affulget, nec unquam ibi fit dies, priusquam totum conspexerunt Solem. Deinde Sol ex medio pelago ascendere uidetur. Tertio offert se carboni ignitissimo persimilis, & grandes proicit scintillas, aliquas in orbem tractus à se illustrati, aliquas etiam longinquius. Quarto, nec Sol ad disci formam se habet, sed crassam refert columnam principio, cuius à summo species aliquanto plenior, quasi caput, appareat. Quintò, nec iubar, nec radium inde resplendere, tam in mari quam in terra, perhibent, vsque ad exitum horæ primæ; sed interim cœu ignem esse non lucidum, caligine inuolurum. Secunda autem hora, sidus totum ascendere, clypei effigiem repræsentans, & terræ marique lucem immittere, tam insolentem & igneam, ut utriusque immodicam esse magnitudinem existimetur. Sextò, ad occasum contrario affectum modo Solem conspici affirmant. Postquam enim demersionem infra terram ostendit, non angustiore deinceps spacio tribus horis, lumen retro mittit. Quod tempus uesperæ lucundissimum apud se esse arbitrantur.

CAPVT LII.

De miraculis
naturæ excusatio
auctoris.

HINC postquam varias reciprocationis causas auctor percensuit, omnesque ut quæ nihil ueri contineant, improbatas reiecit, deinceps infert: Quod hæc nugis content, & à nullius rei ueritate, quæ recitatis opituletur, sint desumpta, cognitu facile est. Tum quibusdam aliis in eam sententiam adiectis, iterum subdit. Ideo de recursum maris, terræque motu, ac uentis & fulminibus, & id genus uniuersis, disputationem, quibus uidelicet causis existant, concedimus aliis, qui ad expediendum ista quam nos sunt paratiores. At affectiones, quibus manifestæ calamitates generentur, exposuimus, à gratis & intelligentibus acceptas. Verisimilliora autem hæc inuenire, ad argumentum quidem insolens, enixè cupimus, sed ad ueræ professionem historiarum tale quiddam à nobis admitti non potest.

CAPVT LIII.

De aliis, & Is-
dia capillo.

IN fretis supra memorato circa oliuas nouum hoc accidere tradit. Æstu maris exundante, omnes operiuntur, marique undas resorbente, omni tempore florent. Nascitur hæc quippiam in littoribus profundè se demittens, iunco nigro non dissimile, quod Ifidis capillum uocant incolæ, fabuloso commento simplicem adstruere fidem conati. Hinc accidit, ut impulsum à fluctu variis agitur flexibus, cum tota eius substantia sit mollis,

mollis, cæterisque in hoc genere uirgultis respondeat. At si quis autulsum in lucem effecerat subdiale, pars illa ablata, continuò rigescens, durior ferro euadit.

CAPVT LIV.

LOCIS, quæ recensui, cum alij multi, varioque naturæ discrimine pisces nascuntur, *De Æthiops piscis.* Cum quidam offertur immodicè niger, ad magnitudinem uiri, cui Æthiops nomen imponunt, quod simam imagine sua faciem imitatur: Hoc monstrum piscatores initio, propter similitudinem, nec uendendum, nec in cibo absumendum iudicabant. Sed temporis progressu utrumque facitantes, nihil peccant.

CAPVT LV.

IAM quæ memorabilia sunt de gentibus ad meridiem summotis, pro facultate nostra, quinque libris accuratè sunt exposita. Cætera de insulis in pelago serius repertis & cognitis, populisque ueterioribus, & gratis odoribus, quos Troglodytica edit provincia, commemoratione abdicata, atterere omnino superfedemus. Cum ætas laborem perinde sufferre nequeat, multaque de Europa & Asia à nobis sint literis prodita, nec commentarij, propter Ægyptiorum defectiones, disquisitionem exactam tradant. Qui uerò & particulatim rebus interfuerit, & uerbis historia dignis instructus studium adhibeat, gloriæ per laborem uenandæ par & sufficiens, ab hoc se negotio non abstinebit.

EX AGATHARCHIDE.

Apud Athenæum, libro vi.

SCHOLION.

AGATHARCHIDES scribit, à Dardanis aliquem seruos mille possidisse, quendam etiam plures: ac eorum unumquemque pacis tempore agrum colere: belli uerò, militia nomen dare, suosque, illis duces esse dominos.

Apud eundem, libro vii.

Agatharchides tradit, Bæotos anguillas Copaidas inuicem magnitudinis hostiarum modo coronare, aspersaque mola cum precibus, Diis immolare: ac quum peregrinus quispiam, inopinato sacri genere obstupescens, cur id fieret sciscitaretur, Bæotos aliud nihil potuisse respondere, quam seruanda esse maiorum instituta, nec decere rationem aliis se consuetudinis patriæ reddere.

EX AGATHARCHIDE.

Apud eundem Athenæum, libro xii.

Agatharchides libro decimo sexto rerum Europæ scribit, Magan, qui regnauit annos quinquaginta Cyrenis, cum bellis non occuparetur, & luxu disfluere, immensa carnis mole auctum fuisse, ut sub uite finem prodigiosus esset corporis tumor: tandemque pinguedinis copia exanimatum, partim ob ignauiam & segnitiam, partim ob ingluuiem, & nimiam cibi voracitatem. Idem scribit libro uigesimo septimo, apud Lacedæmonios in signe probrum fuisse, si cui minus esset uirilis forma, aut corporis tumor in aqualiculum proiectus & propensius conficeretur, cum decimo quoque die uudo: se inuenes Ephoris contemplanos sifterent, qui & inueniunt quotidie tum cubilia, tum uestitum obseruabant, & meritis quidem, quoniam Laodæmonie qui carnem ad obsonium prepararent, fuerunt, aliarum præterea cupidiarum nihil. Idem auctor libro uigesimo septimo tradit, Naucleidem Polybiadis filium supra modum corpulentum, & ob delicias crassum, à Lacedæmonis in mediani concionem, productum fuisse, & publicè à Lyfandro ierbe ubiurgatum ut uoluptarium, minimumque abfuisse, qui in exilium ageretur, idque futurum minitatos Lacedæmonios, nisi uitam corrigeret: Lyfandrumque tum reuocasse, Agesilaum, quum ad Hellespontum barbaros bello premeret, & Asiaticos homines sumptuosis stolis excultos, sed imbelles & inuites corporibus esse inueneret, captiuos omnes inesse uestibus exutos ad præconem ducti, qui uenales prædicaret: indumenta uerò seorsum uendi, ut socii & fœderati uognoferent, præmiorum ampla spe aduersus homines nihil bellum susceptum esse, ideoque animo promptiore & alacriore cum hostibus dimicarent.

EX AGATHARCHIDE.
Apud eundem Athenæum, libro xiv.

Sidas à Bœotis Punica nominari, scribit Agatharchides libro decimonono Europicarum, his verbis: Athenienses cum Bœotis de regionis finibus litigabant, quam Sidas appellant. Epaminondas in ea controversia partes suas defendens, allegansq; iura sua, statim è sinistra manu, quod occultum gerebat punicum, dextra cepit, & Athenienses rogavit, quo nomine vocarent, responderunt illi, sivas se nominare: at nos, inquit, Sidas appellamus. In extractu de quo fuit contentio, plurima sunt mali Punice, indeq; principio nomen est inditum. Sic Epaminondas causam obtinuit.

EX AGATHARCHIDE.
Apud Plutarchum Parallelis.

Xerxes 100000 hominum exercitu instructus, ad Artemisium appulit, eiusq; regionis incolæ tum hostilia abs se expectare iussit. Athenienses conturbatis animis, Agesilaum Themistocles fratrem misere exploratum, quanquam pater eius Neocles in somnis vidisset illum ambabus truncatum manibus. Is Agesilaus ubi pervenit habitu Persico ad barbaros, Mar-doniam quendam de regis stipatoribus, Xerxem ratum esse, interfecit, comprehensusq; à circumstantibus, vinculis ad regem est adductus. Bone tum litaturus erat rex ad aram Solis. Ibi Agesilaus igni in ara excitato, dextram imposuit manum, cruciatumq; absque ullo per-tulit gemitu. Vinculis proinde solutus dixit: Tales sunt omnes Athenienses: quod si non credis, etiam sinistram imposuero. Xerxes metu conceptio in custodia eum iussit asseruari. Narratio est Agatharchida Samii, libro Persicarum rerum secundo.

EX AGATHARCHIDE.
Apud eundem Plutarchum Sympol. lib. viii. q. ix.

Circæbrum verò mare morbo corrapit (ut Agatharchides narrat) cum aliis inau-ditiis accidentibus sunt vexati, tum angues exigui nati sunt, qui exertis capitibus crura & brachia perderent, & tacti rursum carnem subirent, ac per musculosa serpentes, inflammatio-nem vim intolerabilem excitarent. Idq; morbi genus prius aut posterius ullis aliis obi-gisse, nemo comperit, ut & multa alia.

HIEROCLES

De Providentia.

LEGIT Hieroclis librum de Providentia. Cur, inquit, hæc tibi colligo, quando Pla-tonici quidam non rectam de conditorè Deo opinionem tuentur? Non enim fa-tis posse Deum sustinere mundum propria virtute & sapientia ab æterno operantem putarunt. Sed cooperatione ingenitæ materiæ, & natura ab ea non dependente, vten-tem solum creare posse. Siquidem omnia prius in dicta materia prima sunt potentia, ea quæ Deus velut delineat, ac solum digerat, atque ex ipsa materia educat, quod super-uacane potius esset diligentia, quam bonitatis Dei. Quorsum enim ea, quæ nõ con-didit, digerere conatur, cum omnino bona ordinatio in natura eorum ingenita consti-tat. Si quid enim ingenito, ac per se subsistenti addatur, præter naturam fiet. Quod autem præter naturam efficitur, vitiatur: quare dictam materiam ornati minimè bo-num, si quidem non solum in tempore, sed & absque causa ingenita sit: qua signifi-catione & Deum ingenitum dicimus. Sed neque Deus ipse innoxius erit, initium crea-tionis à quodam maleficio inchoans, quod præter naturam afficeret æqualem sibi inge-nitam substantiam conetur: & sororem, quam spontanea voluntate sibi coniunxit, non sinat permanere in ordine ingenito, quod non possit res æquæ ingenita contineri. Siue ab æterno hanc sibi potentiam, siue in tempore facere cœperit, & potius à veritate rece-deret, si ob indigentiam materiæ operationis, & alicuius temporis ornare cœpisset, ne manere illam in suo statu permisisset. Si enim præstantius erat non fecisse, quare ergo facere incepit? si verò fecisse melius erat, cur non ab æterno fecit? si verò indifferen-ter ei ab æterno facere (nisi forte quis dixerit natura sua eum singulariter facere & de-struere posse, æterna autem facere non posse) quare materiæ improbitas, qua vti-tur, impostum & superfluum ordinem reicit continuè, in ingenitam illis (vt ita dixe-rim) inordinationem declinans, vt per partes alio atque alio tempore pulchritudo, aut defor-

750

deformitas supererit: aut, vt verius dicam, semper vincat deformitas, quandoquidem materia præter naturam ornata, bene ratiocinanti deformis videatur.

Plato & Aristoteles in doctrina concordant.

MULTI Platonici & Aristotelei suos inter se præceptores aliquando contendere impulerunt, allato à singulis in medium quid cuiq; meditato videretur, & eo vsq; audacia & contentiosis processerunt, vt & scripta præceptorum suorum deprauarent, quo magis viros inter se pugnantes exhiberent. Atque ea perturbatio perduravit philo-sophicis exercitationibus illapsa, vsque ad diuinum Ammonium. Hic enim primus æstu quodam raptus ad Philosophiæ veritatem, multorumque opiniones, qui magnum dedecus Philosophiæ adferrent, contemnens, vtramque sectam probè calluit, & in concordiam adduxit, & à contentionibus liberam Philosophiam tradidit omnibus suis auditorib; & maxime doctissimis æqualibus suis Plotino, & Origeni, & successoribus.

Ait secundum Platonem solos hominum animos in corpus transmigrare, & illos non simpliciter, sed ex solis hominibus in homines: ex brutis verò in homines transi-tionem, vel in bruta ex hominibus, nequaquam illum ait dicere.

Plato opificem Deum censuit sustinere omnem aspectabilem & inaspectabilem mundum, nulla prius existente materia productum. Sufficere enim illius voluntatem ad sustinendum vniuersum. Ex corporea verò natura incorporeæ coniunctæ, mundum perfectissimum statui, duplicem simul & vnum: in quo summa esse media, & infima: quorum prima quidem cœlestia vocat, & Deos: media verò ratione prædita, aëria, dæ-mones bonos, interpretes & nuncios eorum quæ hominibus conducunt. Infima de-nique ratione prædita, & terrestria, & humanas animas, vel immortales homines. Et inferioribus superiora semper dominari: omnibus verò Deum eorum architectum & patrem, & hoc paternum eius imperium providentiam esse, vnicuique generi conuenientia distribuente. Iustitiam verò subsequente illam Fatum vocari. Non enim genethliacorum temerariam necessitatem, nõ Stoicam violentiam, nec quam Alexander Aphrodisiæus putat, eandem illi conditionem, quàm corporum naturæ attribuens, neque incantationibus & litationibus inauspicatum natiuitati fidus, vt quidam senti-unt, sed veterem providentiæ legem transeat, iudicalem Dei operationem, ordine ac serie iuxta causarum liberatarum propofita res nostras dirigentem atque consilia.

Que sit providentia & ordo.

COMMUNITER quidem providentia & ordo à creatore DEO extenditur in omnia immortalium genera, maxime verò & coniunctius ad prima, ac summa, & continenter ab ipso ortum ducentia, & deinceps quæ ab illo condita sunt, quæq; intelli-gibilium bonorum optima cõmunionem fruuntur. Cum enim tria sint genera in mundo ratione prædita: summum & primum cõmunicans sine vlla commutatione cum diuina imagine, diuinum omnino ordinem compositionemque habet, qualem cœlestibus inesse diximus. Secundum verò consequenter diuinum ordinem admittens, non in-commutabiliter, nec indiuise creatoris similitudinem sortitur, sed sine errore ac vitio paternis voluitur legibus, quod ætheriis assignauimus. Tertium verò tanquam postremum, non solum cœlesti dignitate quomodocunque vertitur, sed & ab ætheriis in-terdum vitiatur. Et quidem semper Deum intelligere, & adherendo illius cognitio-nem habere, cœlestibus inest. Illud verò semper fusè ætheriis secundum essentiam subest. Non semper autem intelligere, atque intelligendo diuisum esse, humanis ani-mis tanquam proprium datum est, non assequentibus in natura indiuisum intelligen-tiam cœlestium, nec in ordine suo plenam cognitionem ætheriorum. Siquidem nec continenter, nec perpetuò animi cognoscunt. Sed cum ad cognitionis præstantiam ducuntur, ætherium ordinem imitatur, eumque concomitantes, intelligibilium visio-nem percipiunt. Post tertium autem intellectualem genus aliquando quidem intelligens, aliquando non intelligens, esset nunquam intelligens, secundum rationem perfectæ diuisionis. Quod certè natura est non-intelligens, veritatis & virtutis nequaquam po-tesse esse particeps: quare & hoc genus reicitur. Quomodo enim imago intelligibilis Dei ratione & non intellectu careat? Omnis enim illius imago intelligens & ratio-nalis, cognoscere seipsam & sui factorem solet.

Platonis & Ari-stotelis consen-sus. Strabo lib. ix.

Ammonius Alexandrinus Philosophus.

Plotinus & Origenes.

Plato.

Providentia, Fatum.

Alexander A-phrodisiæus.

Eius regi eipwag-mens quodam exstanti Græcè.

Consentaneum, inquit, est actiones nostras humanas subesse illis, quæ mediam regionem fortitæ sunt, tanquã custodibus & inspectatoribus nostri. Omnem enim operationem eorũ in nobis Fatum vocari, iustitiæ legibus nostra dirigens. Si verò, inquit, custodes vitæ pro merito definiti sunt, constat & vitæ tempus, quod singuli fortitũ fuerint, impleturos. Non enim licet vitã seruare tempus indefinitum habentem. Quare oportet tempus definiti, vt fatalis vita conferuetur. Modum verò mortis simul determinari cum tempore, tanquam partem vltimam vitæ pro merito distributæ. Etenim ortu definiti, necesse est & finem definitum esse. Initium ortus definiti Fatum migrationis est vita, quod Fatum diuina voluntas est, & lex iustitiæ Dei. Quare etiam mortem definitam seruabit Fatum transitionis hinc illuc. Quare definitum est, quibus ad vitam, & ad mortem veniemus. Si enim hæc destinata non sunt, & omnis vita infinita, nec melioris fortis particeps. Vbi enim, aut in quibus, iudicij diuini, & distributionis secundum merita erit cura, eorum quæ in corpore & externis temerè, ac fortuitò nobis accidunt? Non enim hæc inordinata relinquemus, animi consilia & iudicia, & impetus à meliori necessitate fieri dicemus. Sic enim virtutis & malitiæ non nos ipsos, sed illam accusauerimus. Neque enim æquum est fatali necessitati ascribere, quæ animo vel corpori, vel externis accidunt. Sed neque omnia ferri temerariis aut fortuitis casibus, par est: Mente principatum omnium tenente, & Deo omnium existente causa. Necessariò itaque relinquuntur arbitrium liberum in nobis esse, & iustas retributiones liberis actionibus penes ætherios esse à Deo iudices ordinatos, & nostri curam gerentes. Cum enim tria sint in nobis, omnia nimirum necessario fieri, aut nihil, aut vicissim, vel vt oportet, æquè absurdum est, & æqualiter omnem tollit prouidentiam. Merita enim præuisa vna secum omnino includunt prouidentiam, & deinde Fatum & iudicium prouidens, iustitia & lege humana ordinans, libero ac voluntario indiget principio. Quare pars est totius prouidentie Fatum ad humanas animas iudiciaria lege accommodatum. Humanorũ verò animorum operatio, libera actio est, & quod dicitur in nostra esse potestate, id diuini iudicibus rationi consentanea occasio est inæqualis distributionis. Fortuitum verò totum mortalibus, & brutis tribuitur generationibus. Non enim in singulis ordinatè, neque iuxta præuisa merita procedit: siquidem ex igne extincto aer fit: ex aere cõdensato aqua, neque ex his cibis equi vel canis corpus, ex aliis verò aliquid existit. Sed omnia ex omnibus temerè possunt produci propter cõmunem materiam, & omnia in se suscipientem, eumque ordinis, diuinæque necessitatis modum participat, vt singula suo quæque genere conferuentur, & occurrere ad æternitatem in cessione quadam, causis subsistentibus. In animalibus singulis, & plantis, & aliis inanimatis, nihil definitum, neque ordinatum est, quasi pro meritis merces, quod ex priore vita remuneratio nulla illis debeat, nec pro iis, quæ nunc faciunt, pœna expectanda. Non enim iis aliquid accessit ex locis ætheriis, quod basim constituar, vt diuino iudicio ad reditum ducerentur: quemadmodum in singulis hominibus animos rationis participes, & immortales inde aduenientes, necesse est maximæ curæ ac sollicitudini cognatis esse, ne in malum, in quod proni sunt, dilabantur: propterea patiuntur quidem, & simul patiando acquiescunt: & rursus liberè volunt, ac patiuntur ad meritum liberi arbitrij consequendum. Quapropter fortuitum, & patientia diuini iudicij brutis conuenit. In nostris autem actionibus, etiam quod fortuitum videretur, præuiso Fato inseruit: adeò vt Fortuna nobis, non secus atque brutis, dominari videatur, eaque nobis accidunt in corporis atque externis bonis, quæ iudicium præsidis instar definitiuit. Remissione enim, & intentione, variisque mutationibus eorum quæ nobis accidunt, libera animi voluntas ad moderatum statum deducitur: citius quidem, si aduersa quæ circa hæc accidunt, constanter ferat: longiore verò tempore, si impotenti atque amenti animo illa toleret. Tunc enim perfidia pœnas dat, & nihilominus quæ patitur ferat necesse est.

Animam liberos habere motus, & de Prouidentia.

CVM anima, inquit, quibuscumque in actionibus liberis crimine non vacet, & digna sit, quæ à potestate sublimiore continenter regatur, pœnam, purgationem, atque supplicium pro meritis adipiscitur. Atqui libera electio ab ea pendet, quæ verò liberis

liberis contingunt actionibus, Prouidentie iudicio affectus animi pro meritis compensante, definita sunt: & sic eligere, atque vna fortiri viuendi genus dicimur. Compensatio autem meritis nostris definita, diuinam ostendit Prouidentiam. Itaque ab initio vitæ ad extremum vsque, liberos animi motus habemus, alij plus quidem, minus alij; nec ipsi similiter semper in nobis illã libertatem seruamus, nec mercedè equam omnes consequimur. Atque id quod nos huc ducit, & hinc rursus abducit, nexus videlicet, & concursus voluntatis humanæ, atque diuini iudicij, Fatum est. Quo fit, vt libertate arbitrij nostri, quæ volumus agentes, frequenter propter certum Dei iudicium, quæ nolumus patiamur. Generali itaque decreto cum ea quæ vitam humanam participant contingatur, tum tempus, ac mortis genus, vna cum Fati decreto ordinata sunt. Operæ pretium est, inquit, scire, animam neque tum cum ad mentem conuertitur, imbecillitate aliquando intelligendi priuari, neque in extrema malitia rursus, intelligendi atque respiscendi facultate. Sic enim anima humana natura sua condita est, vt partim ad diuinam felicitatem, partim ad humanos casus accommodata sit, ac per vices vtramque facultatem promat, siquidem iuxta Dei Prouidentiam ad vtrumque apta est. Quia enim natura sic regitur. Quod autem diuini in summis quam in infimis degat, id arbitrij sui libertate consequitur. Quocirca alia intra decem millia annorum, alia intra tria millia cursum conficere dicuntur, virtute errorem recedente, & vehementi bonorum studio terreni obsidij diurnitatem tollente.

E LIBRO SECVNDO

Quanam dicantur per se agere.

ILLA, inquit, per se agere dicuntur, quæ cum sine mutatione in sua essentia atque operatione maneat, & sine vlla sui mutatione ad eorum quæ generantur sustentationem moueantur, eo solum, quo sunt, id quod sunt, res à se diuersas producant. Ex quibus efficitur, illa neque materia vti, neque ab aliquo tempore incipere, neque in aliquod tempus desinere, neque extra agentis operationem, id quod fit, consistere. Hæc enim omnia secundum accidens operantem comitantur, verbi gratia, in ædificante, & id genus alijs.

Plato in Phædro ait, locum cœlestem, Poëtarum vllum neque laudasse hactenus pro dignitate, neque laudatum: de proprio autem loco non loquitur, qui corporũ est capax. Sed per locum talem essentiam, aut tale genus intelligit, qualis cœlestis est, quæque intellectu percipitur, vti solemus de scriptis quorundam loquendo dicere. Quo etiam modo loquendi dicimus, caput & formam rerum locum appellantes.

Idem Plato de Legibus, discrimen diuinæ erga nos prouidentie ostendens, ait Deum omnia, vnaque Fortunã, & Occasionẽ humanam cuncta gubernare. Hinc constat assignasse illum Dei Prouidentiam puram, & sui similem, rebus affectione carentibus, semperque perfectis, ideoque non aberrantibus, ijs vero, quæ aliquando in amentiam incidunt, ratione prædita, ideoque malitia implentur, Occasioni, atque Fortunæ mistam Prouidentiam attribuisse. Præcedens enim bonorum largitio, & ex natura accidentiũ conseruatio, puræ proprium est opus Prouidentie. Eorum autem, quæ præter naturam cõposita sunt, correctio, erratorumque pœnæ, materiatæ est opus Prouidentie, vtentis Fortuna, & Occasionem. Non enim, vt ex prædictis colligitur, diuinum iudicium hominum quosdam calamitate afficit, alios vero prosperos reddit, sed ex cuiusque antecedente merito. Cum autem medicinæ simile sit iudicium iudicum nobis præsentium, quæ ars ægotantium curam suscipiens, omnia illis, vt par est, opportune præscribit, prout infirmis expedit: propterea metum eorum, qui iudicantur, cum alias aliud fit, atque arbitrij libertate mutetur, Fortunam diuinæ erga nos Prouidentie cõmisset. Ordo autem singulis conueniens, atque expiationis, Occasionem sectum inducit: Fortuna autem, & Occasio diuinæ Prouidentie coniuncta, generale Fatum efficiunt, ex humana voluntate Fortunam accipientes, ex diuino autem iudicio Occasionem. Etenim artis est curandi modum definire, hominis vero sic affici, vt sectione indigeat, vel vitione, vel alia quadam molesta curatione. Passim vero & aliquid hoc modo Plato de humana natura, & Fato, prouidentia quadam nostra regente, philosophatur.

Plato discrimen ponens, inquit, inter Philosophum, & amantem, & quomodo honore inter se pares dicantur, philosophari quidem eum dicit, qui soli deditus contemplationi, ab alijs omnibus abstinet, purisque virtutibus se dedicat, ut tandem perfectus euadat, quemadmodum in Theæteto ait. Atque hic absolute Platoni Philosophus est. Amatorius vero ei vocatur, qui ut cum Philosophia liberis amet, propter ipsam honestatem ac diuinitatem exercitatus, & spiritualium bonorum usum adeptus, ciuilem vitæ rationem, educationesque liberorum sectatur: quod in libris de Repub. tradit: Philosophos potissimum ciuitatum esse principes, ut eas aliquando malis eripiant, neque florentes vnquam fore Respub. nisi diuino videntes exemplari, eas definiant. *Quæ autem de finitionis aut descriptionis huius ratio est, nimirum sumptam ciuitatem, moresque hominum veluti tabulas puras imprimis reddant: deinde Reipub. formam pingant. Denique eo confecto, frequenter, & vndique ad id quod natura iustum est, & honestum, & his similia respectum habeant, rursusque ad eam, quæ hominibus iusta est, ut Homerus ait, Dei similitudinem, ac formam, & aliud quidem expungant, aliud vero insculpant, quod moribus Deo maxime caros mortales reddat. Talis est Rerumpub. pictor amans cum Philosophia, hoc est, qui vna cum speculatione in Repub. versatur, cui pro liberis Sensus sint, quodque in ijs honestum elucet, & his longe antiquior ac maior, veluti Sensusum Pædagogus, Mens sit. Propterea eum, qui sola mente utendo, in rerum humanarum despicientia moderate versatur, perfecte philosophari, hoc est, sine labore, à materia seiunctum, ac sine præstigijs affirmat. Sensus enim Menti coniunctus, fascinare Rationem, atque flectere studet, ut quod materiæ coniunctum est, bonum sibi proprium existimet. Qui vero Sensus Mente gubernat, eum demum liberorum cum Philosophia amantem appellat: cui Mens contemplationi dedita pro custodia sit, ac munimento, ne Sensus operando fallatur, cuius quidem mentis imagines pingere publice priuatimque amat, mores hominum dirigens, dum, quoad eius fieri potest, Dei amantes, hoc est, pios reddat. Quod autem in imagine pictor perspectum habuit, diuino vsus exemplari, id alijs quoque insculpere conatur, nihilo quidem hic altero Philosopho Mente inferior, cum humanitate superior appareat, quemadmodum ille huic priuatis commodis antecellit. Atque hoc quidem inter se discrimine differunt, Philosophus quidem perfecte, hoc est, parum aut nihil humana curans negotia; amatorius vero, hoc est, cognatotum, atque affinium negotia gerendo, in eos beneficis, nihilominus quia æqualiter Philosophiam adepti sunt, pari quoque perfectionis gradu censentur, pari tempore veluti alii sublati, & eadem euectione digni habiti.*

E L I B R O T E R T I O

C A P I T E X.

Leges, rationes, virtutes, & si qua similia, Prouidentiam inducere.

NON frustra, inquit Hierocles, Leges conduntur hominibus, neque Ratio ijs temere data, neque voluntas frustra est, nec vota facere superuacaneum, si res humane Prouidentia regantur. Iustitia & Lege mercedem liberis actionibus tribuente. Neque vero si hæc necessaria, honesta & vtilia sunt, idcirco Fati prouidentis vis tollitur, quod Fatum externis malis id quod in nostra est potestate, corrigit: sed hæc per se magis inuicem confirmant, quam mutuo se destruunt. Prouidentia enim existente, etiam Leges necesse est, Rationes, & Vota plurimum nobis prodesse: illa vero sublata, non solum nihil profuerint, sed nec tueri quidem Remp. imperiumque poterunt. Propterea quod in nostra est potestate, Prouidentiam inducit, & vicissim Prouidentia, id quod in nostra potestate est. Nostra enim voluntas iustum Fatum corroborat, & rursus Fatum liberum arbitrium confirmat. quod si purum ac mediatum Deo adiunxerimus Legibus stantes, Votisque vsi, & Prudentiam sectantes, ac per omnia curam eorum gerentes, maximis fruemur bonis: contra vero, dolores perferemus, his præfixos, sed qui medicinam adferant, experimnto officium edocti. ut autem bene aut male afficiamur

mur à deteriore voluntate purgatione liberi, plurimum conducunt Lex, Votum, Consilium, & id genus alia, quæ nos pios, Deoque consentientes efficiunt.

Arbitrii nostri libertas qualis sit.

NON tale est, inquit, liberum nostrum arbitrium, ut suis liberis actionibus omnia quæ sunt, quæque fiunt, transferre possit. Sic enim singulis hominibus nouus mundus conderetur, aliisque vitæ apparatus esset, quandoquidem non omnes eadem cupiunt, sed pro singulis cuiusque affectibus (siquidem essentiam constituere possent) omnia traducerentur, mutata subitis humanarum voluntatum commutationibus. Merito igitur potestas hominis libera, facile mobilis, idque quotidie, impotens omnino est ad aliquid vel conficiendum, vel transferendum, nisi aliunde iuuetur. Itaque res conditas, inquit, humana non transferat voluntas, cum Lex diuina illa conferuet, neque eorum quæ fiunt, conferat quidquam ad mundum fabricandum.

Cur res humane non fluant ex voto.

LIBERA voluntas in nullum habet imperium, præterquam in se, utque se ipsam meliorem peioremve affectionibus reddat, res solum iudicans externas, factaque recipiens. Quo fit, ut pro virtutibus aut vitijs acquisitis, bene aut male in suis actionibus dirigatur. Libertas enim hoc solum penes nos esse demonstrat, nimirum ut nos applicemus, prout visum fuerit, vicino corpori, externisque rebus, quæ libera minimè sunt. Si enim arbitrium, (quo de hæcenus) essentiam, in qua situm habet, transcendere, ac veluti in aliena regione alia penes se esse vellet, verbi gratia, corpus, aut possessionem: sexcenta aduersaria haberet, rebus ei ex animi sententia non succedentibus, infinitisque auxiliantibus indigeret, ut aliquid ex voto flueret. Non est autem in nostra manu possum, ne nobis aduersa accidant, aut ut auxiliantia nanciscamur, sed alicuius alterius in potestate est, longèque antea propositi, & qui hoc consequitur, ordinis: quæ Fatum complere dicitur. Quod Fatum diuinum quoddam est iudicium in ijs, quæ in nostra potestate non sunt, ad iustam eorum, quæ in nostra sint potestate, mercedem. Non enim arbitrij tollitur libertas, si penes Deum sit, externa prout vult distribuere, ac singulis pro meritis præmia dare. Maxime enim ad virtutem, aut vitium libertate nostra prouidens Fatum indiget, alioqui iusta non esset inæqualis illa rerum distributio, nisi occasione ei arbitrium nostrum præberet.

Plato in extremo Timæo de corporis differens affectionibus, earumque curationibus, verat ijs vti temere purgationibus, quas medica ars adhibet; quod naturalem morborum maturitatem expectare, ne sectionibus violentis illi augeantur, oporteat. Et sic serie quadam procedens, singulis morbis tempus aliquod à natura præscriptum, ab simili animalium compositione ostendit, quorum congressus ordinatè fit, vitæ continens tempus, atque in suo quæque genere. Verbi gratia, equus quidem tot annos vixerit diutissime, bos autem tot, & sic de cæteris, ut bos decem vixerit, annos nisi fera, aut alia aliqua externa calamitas accedens prius illum necarit. A natura enim singulis præfinitum tempus est, ad quem terminum, nec vltra perueniri potest. Non omnes autem ad terminum vsque pertingere possunt, impediante extrinsecus casu aliquo violento, quem Dei erga nos Prouidentiam ordinare, in brutis autem fortuito accidere, diximus. Neque enim mortis ratio, iuxta cuiusque merita attributa, eodem modo est merienda, quo brutorum ac plantarum interitus, quando nec illa, eodem quo nos modo nascuntur. Homines enim parentum meritis, Deorum iudicio generantur, vitamque accipiunt, qua hæc continentur, natio, ciuitas, parentes, natalis dies, corpus denique, & educatio, Fortunæ bona ad vitam tuendam, mortis genus, tempus destinatum, horumque omnium custos, ac minister Genius: quorum omnium brutis nihil accidit. Nam quæ ratione præditis, quæ prædita sunt, accidunt, ea omnino à brutis aliena sunt. Non igitur æquum est eandem rationem haberi animalium Rationis expertium, atque præditorum: siquidem illa Prouidentia tantum adipiscuntur, quantum ad speciem conseruandam satis est, quæ æterna est, & immortalis. Nisi enim prouidentiam singulati expertiamur, ut nihil non ab ea regatur, non debita erga nos sollicitudo apparebit. Decet enim nos à Deo certo aliquo ac definito numero conditos, iuxta ortus productione Prouiden-

Providentiam eius singularim sortiri. Neq; enim vnicam condidit animam Deus, à qua singulari pattem mutuarentur, aut in quam vicissim resolverentur; sed singulas animas terminis suis circumscripsit. Quamobrem etiam singularum est Providentia, & iudicium, & pœna, & expiatio, & ad orcum missio, vitæque terminis conveniens, mors quoque non fortuita, & post mortem ad inferos cum Genio, qui nobis obrigit descensus. In brutis vero, ac stirpibus, cum quod ab humana pendeant voluntate, tum quia iniucè se deuantur necessitate adacta, denique ob varios ac fortuitos casus, fit vt sine ordine ac termino, ante tempus à natura præscriptum, extinguantur, vt nulla ijs constituta sit pœna, neque ratio reddenda eorum, quæ in vita egerunt, aut perpessa sunt. In hominibus Providentiæ leges, Deorumque iudicia, vitæque conditiones, & male ante actæ vitæ pœnæ, cum alia omnia, tum tempus, mortisque genus definiunt; vt quæ liberè sunt acta, vel fortuito accidisse visa sint, cum cuiusque Fato coniungantur, & pœnam meritòrum implent, dum ante actæ vitæ sequentia respondent, & ea quæ in nostra potestate sunt, eorum quæ non sunt in nostra potestate, necessitatem attrahunt. Quo fit, vt humanæ voluntates Fati legibus, quas conditor Deus præscripsit, regantur.

EXCERPTA E VITA

Gregorii Pont. Rom.

Græce hanc Vitã ac Dialogos nũc excudi Lutetia cum Operibus, à Frõnone Ducão cognoui.

LE G I M V S. excerpta è vita Deo charissimi Gregorij, quomodo pie Romanam administrans Ecclesiam, quatuor illos dialogorum libros vitæ vtilissimos concinnarit.

Hic D. Gregorius natus est matre Siluia, patricius Rom. Vixit in solitudine S. Andree Apóstoli, cui nomen cliuus Scauri: postea cæteris in illa sanctitate præluit, alia quidem faciens quæ pio necessaria sunt, manum operi simul & scriptioni applicans. Viriutibus vitam instituens, eleemosynis claruit. Inter alia enim multa, quibus illius miseratio & clementia erga inopes apparebat, hoc etiam maximè mirum ad humanitatem eius, & eleemosynas animum declarat.

Venit aliquando quidam petens, & naufragium esse causam dicebat, cur stipem posceret. Ille promptè dat sex aureos nummos. Ille secundò eodem die reuertens, non iustificere respectu calamitatis magnitudinis id quod dedisset dixit, & amplius poposcit. Ille vero animo donisque æqualibus illum affecit: & tertio contigit, similia vt secundo & dixit & petijt. Hic autem tertio non auerfatus petentem est: sed rursus iussit per eundem, qui prius in eare operam præstitisset æqualem em, & similem portionem dari. Cum vero nihil pecuniæ relictum esset, & quærens diligenter qua re potissimum inopi subuenire, cognouit argenteam scutellam qua mater consueuerat iuculentum aliquod leguminum filio mittere nondum datam, hanc dari perenti iubet. Atque hæc quidem ita tum gesta.

Deinde, iudicio quidem diuino, suffragijs sacrorum Antistitum Pontificum sortitus thronum ad regendum, duodecim pauperes, vt solent patriarchæ facere, conuicio simul adhiberi voluit, mandauitque, vt qui eleemosynis præesset, illos conuocaret. Cum mandatum perfecisset, & mensam conuiuæ implessent, visus est Pontifici & tertius decimus accumbere. Reprehendit igitur inuitantem, quod vnum amplius quam duodecim vocasset. Ille crimen negabat, & numerans comedentes, vidit non plures quam duodecim. Cum vero S. Gregorius & decimum tertium vidisset, & forma non aliorum modo similis, sed & sui interdum dissimilis hospes appareret, hunc de numero cæterorum non esse intellexit. Mensa remota hunc secreto vocauit, & seueris iuramentis constrinxit, vt quis esset manifestaret. Hic illum ipsum se esse dixit, qui olim aliquando ter eodem die ab eo eleemosynam petijisset, & toties in petendo non offenderat. Quæ res Deo ita grata existit, vt ex illo in hunc vsque diem summam iudicandi potestatem ditinuitus nacto, ego tibi semper vitæ custos, actionumque director assistam. Angelum vero Dei se ab officio vocari. His auditis, genibus accidens adorauit, Deoq; gratias egit. Ille euanuit, & non conspicuus beneficium custodiuit. Admirandus hic Gregorius multos quidem, & viles in primis libros Latine conscripsit, vt Homilias quibus Evangelia populo explanauit. Quin etiam vitas eorum, qui in Italia clari essent, salubribus admittis narrationibus, quatuor dialogis concinnauit. Etenim centum & sexaginta

761 sexaginta quinque annis ij qui Latinam linguam ignorarent, soli vtilitate huius operis frustrari sunt. Zacharias vero, qui huius sancti viri post illud tempus successor fuit, cognitionem, vtilitatemque in Italia conclusam, in Græcam linguam vertens, communem vtilitatem orbi terrarum benigne exhibuit. Nec solum dialogos, sed & dignos lectione alios labores in Græcam linguam transferre operæ pretium duxit.

MARTYRIVM SEPTEM PVERORVM CCLIII.

dormientium sub Decio tyranno.

LE G I è Martyrio septem puerorum [vnde hæc summam describit] Martyrium septem puerorũ, Maximiliani, Iamblichi, Martimi, Dionysij, Exacustidiani, Antonini, & Ioannis. Hos septè patricios, & cognitos quod Christianã pietatem amplecterentur & amplificarent, ductos esse à Decio Tyranno, imperiũ Rom. Dei contentum tyrannide cõmutante: ductos autè egregiam confessionè edidisse. Imperatorè cũ aliò traheret oria, securitate inuenta, in speluncã in monte iuxta Ephesum fugisse, & seruitũ ipsi in ijs, quæ corporalis necessitas postularer, ab vno eorũ, qui Iamblichus fuisse perhibetur. Paulo post Imp. fuga, & loco, vbi essent, & viuendi ratione explorata, ira plenus, obstrui speluncæ os iussit, vt fame Martyres enecarentur. Deinde post annos septuaginta duos, [& trecentos] Theodosio à tertia vsq; progenie regalem dignitatè fuscipiente & administrante, Maro autem Ephesi Præsule (ò nouum & naturæ inuitatũ spectaculum) apparatus victores Christi egregij illi Martyres, vitã recuperatã, ad quos accedentes Imp. & Episcopus (illum enim qui longius aberat admirandũ illud spectaculũ etiam vocabat) cum quibus & alij multi, acciderunt ad genua eorum, precibusq; & benedictione eorũ digni habiti sunt. Assedit illis Imp. & Archiepiscopus, & mutuo colloquio habito, quæ Martyribus accidissent confirmata sunt, certa que reddita. In conspectu enim Cæsaris, & præsentium, in ipso iterum antro, in quo iacuerant, simul quiescerunt: vt omnibus eorum mors clare patuerit, & incognita prius ipsorum ex hac vita communi migratio.

762 Octauum & tricesimum annum tunc Theodosius regnarat, quando hoc maximum miraculum orbi ostensum voluit Deus. Exigebat tum ea tempestas tale prodigium.

Theodorus quidam, vti nam ita non fuisset, Episcopus Aegæorum erat. Hic neficio qua ratione, luto infidelitatis absorptas, graue-olentes euomuit voces, mortuorum Resurrectionem negans, & multos cum suis sectarijs eodem errore inuoluens. Hoc miraculo clarum Resurrectionis testimonium in omnem terram diuulgante, ipsi, & quicumque gentiles reliqui erant, partim rubore confusi obmutuerunt, partim certam firmanq; Resurrectionis spem conceperunt. Modus vero quo spelunca aperta est, hic est.

Adolus, ad quem tunc mons ille pertinebat, in quo spelunca excisa erat, pecorũ stabulum seruos coegit extruere, resque intra biduum confecta est, domusque adificata, translatis lapidibus, qui os speluncæ obstruxerant & munerant: sicque aperta spelunca est. Martyres qui illic iacebant, in auditu Dei iudicio rediuiui emittunt Iamblichum, qui solitus erat olium ipsis ministrare cibos emprũ atque allatũ: Qui ingressus urbem Ephesum, comprehenditur ob eos quos proferebat nummos, tanquam thesaurum antiquum eruisset. Exindeque Martyrum miraculum ad omnium aures penetrauit, ac veluti res miranda propofita fuit.

Theodorus.

MARTYRIVM TIMOTHEI CCLIIV.

Apostoli.

LE C T A sunt scripta de Martyrio Timothei Apostoli. Refert historia Timotheum primum Ephesi Episcopum fuisse, clauaque interfectum, propterea quod prohibuisset Ephesios execranda & cruenta Gentium festa, & ludos agere: quorũ vnum appellatum fuit * Catagogium, quod quia ille abrogarat, * de quo pag. seq. martyrij honore affectus est. Domitianus tunc Romanum imperium tyrannus gerebat. Cum D. Timotheus hac ratione, vt diximus, vitam finijset, & Domitiano mortuo Nerua in imperium successisset, D. Ioannes ab exilio liber venit Ephesum; vnde prius à Domitiano relegatus fuerat (etenim ibi habitauit, naufragium iam ad litus passus, & è mari adhuc spirans eiectus, dum Nero crudelis in Christianos seuiret.) Quo

** de quo pag. seq. Domitianus. & Nerua. B. Ioannes Euan.*

tempore tomos, qui varijs linguis cotinebant salutarem Domini Passionem, miracula, doctrinamque à ferentibus accipiens, in ordinem digessit, distinxitq; & tribus Evangelistis quartus accessit. Etenim, vt dixi, Neruæ sententia ab exilio reuocatus, Ephesina * præfuit sedi, & per se cum septem Episcopis, Ephesiorum diacessum exiit, perdurauitque pietatis verbum docens, vsque ad imperium Traiani. Hæc, aliaque continet Martyrium S. Timothei, humili stylo conscriptum.

Timotheus Apostolus à Magno illo Paulo primariæ sedis Ephesiorum Episcopus declaratur & inauguratur. Est apud Ephesos abominabile & execrandū festum, quod *Catagogium* nuncupant, & hoc celebratur modo: Indecoris se laruis induunt, ac ne agnoscantur, personis facies obtegunt, multaq; idola circumferentes, & quædam carmina cantantes, inuadunt viros & honestas feminas more latronum, multamq; committunt cædem in publicis locis ciuitatis, & prompte nefaria committunt, & sceleribus illis illegitimis gloriantur tanquam legitimis.

CCLV.

MARTYRIVM DEMETRII

sub Maximiano.

LECI Martyrium Magni illius Martyris Demetrii, eodem modo editum. Hic Christi Martyr Demetrius, præco & doctor pietatis, Apostolorū peregrinationes, & certamina imitabatur, & Thessalonicensem vrbe lumine doctrinæ suæ ab erroris tenebris abducta, ad Christum adduxit: Vita doctrinæ respondens splendebat. Maximianus autem Dei hostis tunc regnabat, & Thessalonicæ commorabatur. Ibat vero Tyrannus ad spectaculum gladiatorū, & Martyr vincus ad illud stadium q̄ propè erat, ab impijs ministris tanquam Christianus vita ac doctrina, adducitur. Ille ad spectaculum festinans, sanctum virum iussit prope stadium, cui publicum balneum vicinum erat, in * fornice custodiri. Erat autem gladiatorum alter maximus Tyranni amicus, qui omnium optimè videbatur pugnare, nomine Lyæus. Qui autem cum illo eo die depugnaturus venerat plebeius erat, iuuenis ætate, nomine Nestor. Tyrannus cogitabat illius ætati, quanquam omnium cædem spiraret, parcere, & pecuniam, cuius amore ipsum existimabat cum tanto antagonista singulari certamine pugnare velle, daturum se illi promisit. Vt itaque à pugna desisteret, lethali futura monuit. Excepit Nestor, non pecuniam amare se, sed gloriam, quam qui Lyæum interemisset, consequeretur. His dictis, in arenam descendens confestim eum, qui omnium iudicio primas ferebat, prostratum necauit, sed nihil consecutus est eorūque victoribus proposita erant: intolerabili vero dolore & ira Tyrannum compleuit, & surgens è cathedra, ira incensus illinc impius domum discedit. Cum vero illi quidam à Demetrio martyre nunciarent sermones: quasi furore atque impietate ebrius, simulque ratur, omen infaustum oblatum, cum sanctus ei ad stadium properanti occurrisset, hastis eo quo concludabatur loco, iuber interfici. Pij vero corpus Martyris, clam de nocte, quando illis impiorum terror permittebat, in ruderibus in quibus interfectus erat, effossa terra sepeliunt. Et sic aliquandiu iniuria permansit immunis: miraculorum enim gratia, & curationum fama iniuriam depulit. Quidam vero Leontius vir pius (postea præfaturam, qua Illyricum administrauit, adeptus) locum expians, in quo sancti Martyris reliquæ conqueuerant, & amplians, excitauit templum eo loco Martyri commune propitiatorium & perfugium non Thessalonicæ solum, sed & omnibus finitimis.

Templum Demetrii Martyris nomine.

Constantinum Imp.

Diocletiani persecutio.

CCLVI.

EXCERPTA EX METROPHANIS,

et Alexandri actis, in quibus de vita Constantini Imp.

LEGI librum, qui inscribitur Politia SS. Patrum nostrorum Metrophanis, & Alexandri, in quo etiam vita Constantini Imp. non minorem editione præbens utilitatem.

Decimo nono anno Imperij Diocletiani, anno Christi 305. rursum in Christianos grauis sæuijt persecutio, quo tempore Constantinus Constantij filius ex ephelis nondū excesserat. Constantinum vero nescio vnde scriptor hauriens, scribit sacris Christianorū à parente imbutum, & Cæsarem ab eo renunciatum: se autem vidisse Constantinum inter ephellos, merentem in Palæstina sub Diocletiano cum Aegyptijs bellum gerente. Seditio

Seditio autem, atque defectio belli causa existit. Refert Constantinum, quod vitæ suæ insidiari Maximianum cognouisset, ideo ad parentem fugisse, & à moribundo imperij successorem declaratum. Tunc Constantinum pium aiunt dixisse: *Nunc mors mihi vita iucundior, cum tuum, fili mi, imperium maximi instar sepulchri sit futurum. Quod enim relinquam in terra Imperatorem, qui Christianorum lacrymas valeat detergere, & siffere iniq̄us cades, quas Maximianus contra Christianos machinari non desinit, iam felicem mihi dat quietem.* Tertius tunc agebatur annus persecutionis in Christianos excitata, quo Constantinus cum æterno regno caducum commutauit, filiumque declarans Imp. præconem pietatis, Christianorumque propugnatores reliquit.

765

Seuero, inquit, morbo extincto, Licinius Constantini * sororius imperauit, deinde Maximianum reliquam Orientis partem tenuit. Maxentius vero Romano in Occidente imperio præfuit fratris Maximiani filius. Etenim alter quidē erat Maximiani prioris, alter Diocletiani.

+ dicit ad hanc partem.

Constantinus pius Imperator, homicidia, cædes, virginum stupra, & raptus alienarum mulierum, & violentiam, quibus nefarius ille Maxentius delectabatur, cognoscens, & per Legatos Romæ à Senatu vindicem se, atque assertorem appellari, hortatur tyrannum per litteras, vt abstineat ab impijs operibus. Persuadere cum non posset verbis, bello tentauit, pugnaque congressus, primo non procul abfuit quin succumberet. Cum autem in cælo ei Crucis forma appareret, materiæ experte lumine figurata, & litteris eiusdem modi victoria promissa esset, ita enim inscriptum erat: **IN HOC**

Eusebium in Constantini vita. lib. 1.

Labarum Constantini, et Victoria. Vide D. Baronij Eccles. Annales.

VINCERE: prælio congressus, & belli, & tyranni imperium victor cepit. Ante prælium hanc quæ apparuit Crucem in signis figurauit, & aureis lapidibus adornans, dedit qui ante equitaret ferendam, & Maxentius prædecessit. Nam ijs laqueis, quibus Constantinum capere decreuerat, captus est. Feceerat enim pontem alium iuxta Pontem Muluum non procul à Roma, actu quodam, quo ponte Constantinum irruentem perdere cogitabat. Versis in fugam ijs qui Roma venerant, maximaque orta trepidatione, Maxentius doli auctor cum suis, rupto fallaci ponte, præcipitavit in flumen, & extinctus est. Itaque Maxentius perijt, & imperij pars illius ad Constantinum redijt, & subditi non modo ab iumedicabili malo respirarunt, sed & læri festum diem egerunt. Licinius autem gentilis in pios sæuijt, primo quidem occultè metu affinis, deinde aperto Marte. Inueteratum enim malum plerumque & forum intus perpetuo latere nequijt, & pridem meditatam foras tandem erumpit. Quare infanda persecutio in Christianos mouit vnijs Imp. contra impium affinem ad iustum odium, & ex odio natum bellum. Multis varijsque pugnis commissis terra marique, Licinius inferior est. Sed Imperatoris benignitate fretus, seipsum dedit, & frustra non fuisse compertum est. Dimittitur enim liber multis obnoxius pœnis, & Thessalonica illi, vt cum omni securitate ibi degeret, assignatur. Ipse vero humanitatem armis amens cladi restaurandæ permutans, conditionem concitauit, quæ illum iusta vindicta vita priuauit.

Maxentij mors.

766

Moritur sanctus Martyr Petrus, & Achilles sanctum virum in dignitate Alexandriæ consecutus est, & illum Alexander. Cum Ecclesia persecutionibus liberata esset, Martyrumque certaminibus illustrata, malus turbo, & mundi quedam tempestas Arius, læticiam Ecclesiæ in dolorem iterum vertit. Creaturis enim filium Dei, Deumque velut in ordinem redigens alligauit, cuius manus opus omnis est creatura. Cum vero Alexander Alexandria Episcopus, & monendo hortandoque nihil proficeret (nam zizaniorum vis & copia Verbi semen oppreserat) ancipiti Ecclesiæ gladio hunc resecat.

Petrus Martyr et Achilles.

Arii hæresis.

Alexander Alexandria Ep.

Ariani.

Eusebius Berytam despiciens, & Nicomediæ Ecclesiæ inhians, cum impudè eam occupasset, elatus, Arium eiusque sectatores defendendos in primis suscepit, quorum è numero Episcopi erant olim facti Secundus, & Theonas. Inter diaconos & sacerdotes Arius hæreseos initium, Achillesque alter Arius, & nonnulli alij eiusdem dignitatis, & societatis, numero nouem. Quos Concilium centum propè Patrum Episcoporum, qui ex Aegypto, & Africa conuenerant, anathemati subiiciens damnauit. Quibus Constantinus auditis inique ferens, mittit Alexandrum Hosium, nomine & re sanctum, quem Hispaniæ ciuitas Corduba Episcopum habebat. Trahit autem ei epistolas ad archiepiscopum Alexandrum, & Arium hæreseos fontem, quarum altera sum Arii humaniter agi petebat; altera vero vt rabie deposita, cum Ecclesia consentiat. Hortatur autem vt contentione & controuersijs cum alijs abstineat, siquidem multis multorum

Hosius Cordubensis Episcopus de quo item D. Baronius et B. Isidorus de Scripser. Eccl.

Nicana Sinodus prima.

S. Paphnutius.

S. Spiridon.

Socr. Eccl. hist. lib. I. cap. 2.

Alexander.

Paulus lector.

Metrophanes Constantinop. Patriarcha.

rum malorum causa fuit. Cum autem Arius hæreticus, nec præsentia clari illius Hosij, nec doctrina, neque Imperatoris admonitione errorem suum deferebat, Concilium Episcoporum Nicææ in Bithynica Imperator conuocat. In quo Episcopis confedentibus, ipse in medio stans, non alia conditione sedere voluit, quam si illi totus cœtus annueret. Hæreticam impietatem Arii Eusebius Nicomediz, Theogonius Nicææ, Marcus Chalcedonenſis Episcopus defenderunt: Pietatem Alexander Constantinopolitanus, presbyter vicem Archiepiscopi tenens, (S. enim Metrophanes, propter affectum ætate senilem, morbumq; non adfuit) cum quibus Athanasius Alexandriæ ecclesiæ Archidiaconus, & huius vrbis Archiepiscopus Alexander. Aderant quoque in Concilio & aliqui facris nondum, ac ne baptismate quidem initiati: nimirum differendi arte celebres, quos senes quidam non ingenti apparatu, minimèq; fucato Dei verbo, sed inhiante diuina gratia, ab errore ac gentilismo, Arijq; hæresi, pro qua tum maximè illi depugnabant, ad Christi ouile traduxerunt. In hoc Concilio aderat & S. Paphnutius admirandus, natione Aegyptius; certaminibus vero confessor (cui Maximianus Christi hostis dextrum oculum eruit, & sinistrae cubitorum neruus præcidit, & ad vnguentis metalli fodinas damnauit) homo multorum supernaturalium operum, & miraculorum patraror: quem etiam pijsſimus Imperator omni honore affectit, & osculando effossi locum oculi dextri satiari non poterat. Quin etiam venerabilis Spiridon aderat, de quo è millibus vnum aliquid narrabimus. Paut aliquando oues suas, tamenſi Episcopi dignitate præditus esset. Latrones autem inuaserunt ouium gregem, & in alpe clauibus, atque inuisis vinculis ligabantur, & accipiens ligatos, quos ille precibus ligarat, pari sapientia soluit vinculis: arietem insuper dedit in mercedem nocturnæ ærumnæ ac cruciatu. Virginem autem filiam habuit domi, & ipsa à quodam auri depositum cum accepisset, mortua est. Qui deposuerat (peregrè enim profectus fuerat) reuersus aurum reperijt & quæsiuit. Quæsiuit etiam domi Spiridion, & non inueniunt. Quare accessit ad sepulcrum virginis filie, & ait: filia Irene (ita enim vocabatur) vbi depositum? illa respondit è sepulchro, & locum significauit, & inueniendi modum & facile inueniens depositum reddidit. Sed his tanquam ex vngue Leonem ostendimus. Hi igitur trecentorum & qui excurrunt conuentus, condemnant impietatis Arium, eiusque affectas, & Filium Parti *ἰεροσολιμου* consubstantialem asseruerunt, vnanimem pronunciantes sententiam. Septendecim numero Arii sententiæ accedente visi sunt, sed factò exsilij Imperiali decreto, sex in impietate tantum perdurarunt: alij reuocare se errorem simulantibus, & sanæ doctrinæ, tamenſi non syncerè, sed fictè ac subdole, consentientibus: quorum princeps Eusebius. Hinc omnes Ecclesiæ à multis tumultibus & factionibus liberatæ respirarunt, & Hosius quidem Cordubæ Episcopus cum socijs, quæ in Concilio gesta erant ferens, Occidentalibus pacem ac quietem attulit; Athanasius zelo ardens Aegyptijs, & Afrijs: Alexander vero, quamquam senex (septuagenarius enim erat) Thracibus simul, & Illyricis communionis pacisq; Ecclesiarum nuncium, vt præscriptum erat, tulit, socium itineris habens beatissimum Paulum, tunc lectoris & subscriptoris Constantinopolitanæ Ecclesiæ fungentè officio: qui tempore Concilij duodecimū ætatis annū agens, cum Alexandro ixit. Sed de his paulo post. Primum venit in conspectum sanctissimi Metrophanis, & læto nuncio, præsentiaq; recreans, sed non recreans quod discessurus esset, cum faulta appreciatione ad commissum illi officium dimittitur. Venientes autem in Thraciam & Macedoniam, & Theſſaliam, Achalam totam, Hellada, continentesq; terras, ne insulas quidem neglexerunt, sed nauigando omnem zizaniam radicitus euellentés, bonum semen Euangelicæ doctrinæ, & Synodaliū decretorum disseminarunt.

Concilio tritennio, sexq; mensibus finito (cæperat enim mensè Aprill decimo quinto die, finitum vero est tritennio iterum in Aprilem deuoluto, & vique Septembrem excurrente (sic enim doctus Alexander acta describens Synodi annotauit) finito, inquam, sacro Concilio, Imperator stans in medio SS. Patrum, petijt sibi vnam rem gratam fieri: qui libentes concesserunt. Beneficium autem illud erat, vt in vrbē secum proficiscerentur, in qua Archiepiscopum viderent, quem patrem suum Imperator appellabat, & vt vrbis Byzantio, quam ipse fundasset, sua præsentia & precibus conditoris nouum nomen inderent. Inuisentibus autem Episcopis clarissimum Metrophanem, die dominica, & Imperator præsens inter alia dixit: Video te, pater maximè venerande, &

767

768

Alexander. Athanasius.

769

770

de, & senectute, & morbo defessum, & creari atq; designari nobis post te gregis pastore postulo. Ille ad Imperatorem alacri vultu conuersus: annuo, inquit, in Domino, quia nunc Spiritus sanctus, ð fili, per linguam tuam loquitur. Mihi enim hac de re sollicito indicauit Dominus ante septem hos ipsos dies, moriturum me intra decem dies, & dignitatem sacram suscepturum sacerdotij dignitate parem Alexandrum, & dignum, vt verè loquar, electione, & sancti Spiritus denunciatione. Ad hæc verò hunc veluti filius Paulus lektor excipit. Respiciens autem ad Alexandrum Alexandriæ Episcopus: Et tu, inquit, frater egregium successorem tui relinques, & manu Athanasij Archidiaconi apprehensa: En, inquit, strenuus Christi miles, hic te sequetur, qui non solum cum fratre meo Alexandro contra Arii hæresim decertauit, sed & cum illo magna certamina, & multa subibit: non solum autem secunda excipient certamina, sed & tertium cum strenuo Paulo sustinebit. Hæc dixit, & tanquam alios Spiritu suo recreans, venit cum Episcopis in templum: ac post Euangelij lectionem nonnulla ad populum locutus, & differens, Alexandrum sacerdotem absentem archiepiscopalis sedis successorem renunciat. Populus vno ore cum ipso Imperatore horis aliquot exclamauit: Dignus est. Deinde sacræ mensæ altaris humerale imponit, præcipiens hoc successori seruari: venturum autem illum post non diu prædixit, post septimum videlicet diem eius resoluti corporis in Domino. Acciderunt igitur, vt prædixerat & præceperat, omnia. Moritur centesimo & decimo septimo ætatis anno, quarto Iunij.

Constantia soror Imp. Constantini pij, vxor quæ erat impij Licinij, moritur ra fratris dixit: Vnum, & vltimum à te peto beneficium, vt ab exilio reuoces Arium falsò accusatum: consentit enim cum Synodo. Erat enim apud illam sacerdos quidam Arianus, qui seipsum primò Constantiæ eunuchis insinuauit, per quos & ad illam accessum habuit, verbisque blandis, atque assentationibus persuasit, Arium inuidia eiectum esse: rectam enim Ecclesiæ doctrinam tueri. Quibus ipsa ad Imperatorem illa referens, permouit, statimque scribit, vt Arius ab exilio reuocetur. Allegat verò vna ad fratrem sacerdotem, qui adulationis vitio non minus quàm hæreseos laborauit, & irrepente ingenio, ac verbis blandiloquis, post non diu liberè cum Imperatore agere cœpit: ac de Ario sermonem iniecit, quibus illum redè sentire demonstrat. Tum Imperator: Si Arius, inquit, cum Synodo consentit, videbo illum libenter, magnoq; honore habito, eum Alexandriæ restituum Ecclesiæ. His dictis illum per literas accersendum curat. Arius cum excreando Eusebio Constantinopolim venit, & suscipit illos Imperator benignè, & quæ sentiant interrogans audit dicentes, non aliud se sentire quam quæ trecenti & octodecim sancti Patres decreuerint: quin & insurandum miseris falsæ confessioni addiderunt. Imperator scriptum ab illis iubet dari fidei professionem. Illi autem promptè mendacia scripserunt. Credere enim se, & suos scripto testantur, lingua negant. Mutauit autem decretum Cæsar, quod pietatem confessi essent, & statim Alexandriam illum, & qui cum eo erant, honorificè mittit. Alexander verò Alexandrinus Archiepiscopus, conspirante cum eo Athanasio, apostatam non admittit, & iterum Arius hæresim detexit, Ægyptum que turbauit. Imperator verò ad se Arium accepit, & interrogat, an manerent in sententia, quam coram illo confessus esset. Ipse verò iterum expedite iisdem se inhæreere testatus est, & iureiurando confirmauit. Omnia autem facta erant, magisque ipsa theatri scena ex composito facta. Aiunt enim occultè eum scripsisse librum, & sub axilla ferentem (qui liber impudenter impietatem eius continebat) iurasse se sic credere: chartam verò piæ doctrinæ, cui iam subscripserat, protulisse. Paulò post Imperator caducam hanc vitam cum immortali commutauit, cum annos triginta & vnum imperasset, sexaginta quinque ipsos vixisset.

Moriens autem sacerdoti hæretico testamentum committit, mandans id tradidit Constantino filio, quæ testamenti tabulis paternæ sortis & imperij successorem, Imperatoremq; designabat. Sacerdos nec Deo, nec hominibus seruans fidem, dat occultè testamentum Constantio, & simul proditor patris, & testamenti, & hæreditatis filij apparuit. Adiuuabat & in ea portione & Eusebius impius Episcopus, & alij nonnulli, & impietatis, & semiuiri sodales. Tradit ille sacerdos Constantio commendatum sibi testamentum, & infidelitatis suæ erga homines petijt mercedem a Constantio, prodicionem nimirum synceræ fidei præmio postulans, & Eusebium Nicomediz Episcopum socium adiungit, & hoc agunt, vt Arius non Alexandriæ, sed Constantinopoli causam

causam dicat, facile rati fore vincere, Athanasio non præsente, & simul Imperatoris auctoritatem sibi vniertes. Multa cum Alexandro Constantinopolitano Patriarcha differentes de pactis, quæ pietatis doctrinam corruptura erant. Cum non persuaderent, mandatum Imperatoris proferunt, vel susciperet Arium cum sua hæresi, vel sede exturbaretur. Si vtrumque detrectet, sciat se in exilium depellendum. Persuaserunt autem Constantio, vt accersito Alexandro, nisi iisdem pareret mandatis, etiam seruitutem minaretur, & malorum memoria, non pietatis studio, odio Arium habiturum. Qui Christi virtuti, & inculpatæ vitæ, & conscientia confidens, Imperatori respondit, veritatem eorum qui accusantur tempus deinceps ostender. Ego verò tantæ impietatis conuictum, & à tot Episcopis iudicatum, non possum in communionem venerandorum mysteriorum admittere. Constantius verò: Vide, inquit, Episcopo, (conuocatur enim concilium Episcoporum) ne vel inuitus illum admittere cogaris. Hinc assurgens Archiepiscopus, egressus est, & ad Dei Ecclesiam se conferens, gemitibus, lacrymisque inuocabat Deum, ne pateretur ingressu Arii gregem suum vastari: & preces Episcopi prostrati ante altare tota nocte peractæ. Eusebius vt erat seruidus impietatis sectator, accedit cum turba hæreticorum ad Arium, & iuber in concilium prodire, quo sibi, inuito etiam Alexandro, redderet ablatam iniuste sacerdotij dignitatem. Igitur tumultus oritur, & seditio his motibus per totam urbem: his quidem ab Ario stantibus, illis quidem veritatis prodicionem non ferentibus, sit conuentus in Ecclesia, & cum suis affectis præcedens Arius, & descendens ex equo, secessum publicum ingreditur, qui erat ad forum Constantini, & exonerando ventrem cum excrementis intestina, cum intestinis & animam miser exhalauit. Quo moram trahente, & quid factum esset cum ignoraretur, aiunt accessisse Eusebium, & reprehendisse tantam moram, & increpauisse hanc in suos iniuriam, seruilique conditioni hanc moram attribuisse. Ille autem silentio magis eos offendit, quam tarditate quamdiu ignorabatur. Sed Eusebius accedens, surgere bono animo iubet: expectari enim à tota Synodo, vt absolueretur. Sed ille in æternum silet. Et tandem infelix ille Eusebius mortuum esse intellexit: sic Synodus dissoluitur: & qui Alexandrum exilio condemnaturi erant, abrogantes, abiectis impijs suffragijs, hæreticorum ducem viuum ad inferos derridentes, magnum inde capiunt dolorem. Post diuinitus immissa plaga pudore confusi, sed non diu, rursus conciliabulum indicunt, Dei que iram in Arium ad communem hominum sortem referre conantur. At si tempus spectes, quo Ecclesiam Dei inuadere tentabat, non tam fatali morte, quam Dei vltione extinctum interpretaberis. Illi tamen Constantio persuadent Arium naturæ debitum persoluisse, neque diuinæ vltionis pœnam subiuisse. Sic miser Alexandri precibus tam sædè vitam finit, beatus contra Alexander piè & sanctè paulo post pro terrestri, cœleste domicilium adeptus est. Tres quidem & viginti in Episcopatu exegit annos, ætatis verò nonaginta octo.

Hæc historia, vnde ista excerpimus, non omnino elaborata, ac docta elocutione ac sententiis, neque proorsus vilis, aut neglecta. Si quæ contra atque alij narret, hoc alterius instituti & iudicij est, non excerpentis & contrahentis.

EXCERPTA

E vita Pauli Episcopi Constantinopolitani Martyris.

LEGI librum qui inscribitur: Vita, seu certamen S. Patris Pauli Episcopi Constantinopolitani Confessoris, ad eundem modum excerptum.

CONSTANTIUS Romani imperij ad Orientem regebat sceptrum, prodicione hæretici sacerdotis, & consensu eunuchorum irrepens. Ariani autem iterum pios persequuntur, & Athanasium statim Occidens suscipit. Diuinus verò Alexander morti vicinus, nullum Constantinopolitanæ Ecclesiæ sibi successorem designat. Duos inter alios delegit, suam contra hæresim populo hanc sententiam exponens, vt eligerent, si vellent, doctum & pium Paulum, quem ipse sacerdotem ordinauerat: si verò formæ & exterioris ornamenta habita ratione cuperent, Macedonium, olim ordinatum Diaconum, & iam senescentem acciperent. Hæc referens post moritur, Episcopatum tres & viginti annos cum gessisset, annos natus nonaginta octo. Orta autem contentio est in duobus illis eligendis. Ariani ad Macedonium inclinabant, at fideles Paulum malebant.

Arii heretici infelix exitus.

CCLVII.

bant. Vicit piorum sententia, & ordinatur Paulus Episcopus in Ecclesia S. Irene & Pauli Episc. in Paulum concepit, quod non illius suffragio electus esset, & Ariarum in dicto concilio, Paulum abdicare coegit. Eusebium, iam tertio sedem mutantem, ex Nicomedia, Constantinopolis creat Episcopus. Quibus impiè patris, Antiochiam reuertit. Eusebius autem omnem mouebat lapidem, vt Symbolo eximeretur illud *ὁμοούσιον*, CONSUBSTANTIALE. Erat tunc Antiocheni templi dedicatio, quod Constantinus pius exadificarat: Constantius verò consecrandum curauit, & prætextu dedicationis nonaginta conuocantur Episcopi. Maximus Hierosolymitanorum præsul vir pius non aderat: sed neque Romanus Pontifex Iulius, nec per se, nec per alium legatum, Congregatur Synodus, præsentem Constantio. Contendunt Eusebiani vt primò Athanasius deponatur. Initio accusant quasi contra Canonem egerit, quem ipsi tunc ediderant. Rediens enim aiunt ab exilio, non omnium iudicio, sed suo arbitrato Episcopatum assumpsit. Secundò quod eius ingressu, seditione concitata, multi perisissent. Tertio ob ea quæ Tyri acta essent. Vnde & condemnantes strenuè athletam, illi Gregorium, eiusdem sectæ, sufficiunt. Et hæc ausi, ausi sunt & fidem permutare, nihil eorum reprehendentes vel verbo, quæ in Nicæa Synodo tractata essent, improbo & fraudulento animo semina iacentes, vt *ὁμοούσιον* tollatur. Antiochena Synodus hæc & alia similia ausa, & nonnulla decernens, dissoluitur. Eusebius ad Rom. Pontificem Iulium legatos mittit, hoc moliens, vt quæ aduersus Athanasium decreta essent, fata haberet, sed spe sua frustratus est. Paulus verò Archiepiscopus Romam profectus, & alij nonnulli Episcopi, vna cum Athanasio Eusebij dolo expulsi, simul Romæ agebant. Iulius verò audito omnia quæ de Episcopis acta essent, calumnias esse, epistolis illos confirmans in Orientem remittit, propriam vnique tradens sedem, eosque qui damnassent, meritò accusans. Omnes hinc Ecclesias suas recipiunt, sed & epistolæ iis quibus scriptæ erant, destinantur. Eusebio mortuo, Paulus suæ sedi restituitur. Ariani pro hac Ecclesia pro Paulo Macedonium creant, qui Filium Patre minorem esse blasphemabat, damnans & *ὁμοούσιον* *Consubstantiale*, & Spiritum sanctum omnino à diuinitate remouebat. Athanasio quoque suam recipiente Ecclesiam, Antiochiæ iterum conuenientes (conuenerant enim Iulium Rom. vicissim criminari volentes) impium Gregorium statim, quem ipsi præter fas & æquum ordinauerant, * Antiochiam mittunt, & Alexandriæ præfectus illum septem millibus militum adduxit. Quo cognito, Athanasius Romam iterum adnauigauit. Alexandrini non ferentes hanc iniuriam, B. Dionysij templum, non re ad tamen (quid enim, si insaniant homines, contra culpæ expers sumenda pœna est?) incenderunt. Constantius Antiochiæ degens intellecto Paulum veritatis præconem propriæ sedi restitutum esse, Hermogeni duci in Thraciam misso mandat, vt Ecclesia sanctum virum expelleret: & ille quidem Constantinopolim veniens conatus est, quod mandatum erat, nefandum imperium exequi. Populus verò non patiebatur, quin & domum illius incendit, & pedibus tractum interficit. Quo cognito, Constantius urbem ingreditur, sanctumque Paulum expellit. Mulctat urbem frumento, auferens illis doni dimidium, quod Constantinus clemens illis dederat. Erat verò summa muneris, panes diatij octogies mille. Iratus est & Macedonio, non solum quod se inuito ordinatus esset, sed etiam ob cædes, quarum ipse seditiosus auctor extiterat. Tamen relinquens illum in Ecclesia, in qua ordinatus erat, Antiochiam reuertit. Diuinus Paulus quidem iterum Romam proficiscitur, & Athanasium conuenit. Refert igitur Romano Pontifici, quæ passus esset, & rursus eius, & Constantis Imp. munus litteris, statim reuertit, & sedi suæ cum magna vrbis eum recipientis voluptate restituitur. Constantius rursus indignatus, iterum exulare perpetuò iubet. Etenim Philippus præfectus hoc admittens, sanctum virum in exilium ablegauit, & Macedonium S. Spiritus impugnatorum in Ecclesia reponit. Exilio autem pulsus est non apertè, sed occultè. Nam Hermogenis interitus prudentius rem gerere Philippum docuerat. Honorificè enim Dei Episcopum Paulum ad balneum vocat, quod Zeugippi appellatur, tanquæ de rebus publicè profuturis, & arcanis consulturi essent. Inde ad Imperatoris palatium mittit, & exinde Thessalonicam in eius malorumque patriam. Hinc ad Orientis partes redire vnquam vetuit, nec ad vicinas vrbes. Impius Macedo-

Synodus Antiochena.

Calumnia Ariarum in B. Athanasium.

Macedonium hæreticum.

** Alexandriam lega.*

EXCERPTA
è Pauli Episc.
Const. mar-
tyrio.

492

PHOTII

nus armata vi adiutus, & vna cum Præfecto vectus, Dei Ecclesiam intravit. Multa editur strages, & tria millia ac quinquaginta occiduntur, & Catholicorum cædibus ter-execrandus inauguratur. Eodem tempore Constantius magnum templum, cui nomen *Dei Sophia*, exadificarat. Et diuinus Paulus paulò post in Italiam tertium contendit, & Athanasium commilitonem sibi adiungens, Constanti Imp. Occidentis omnia, quæ passi essent, narrat. Hic atrocitas quæ sustinissent attentius cum audisset, fratri scribit, tres vt ad se Orientis Episcopi venirent, qui rationem redderent eorum, quæ aduersus Athanasium & Paulum ausi fuissent, & scriptam fidei professionem vnà adferrent. Mittuntur verò Episcopi quatuor, Narcissus Cilix, Theodorus Thrax, Maris Calchedonius, * Maras Syrus. Hi non ausi fuerunt cõferre sermones cum Athanasio & Paulo, fidem verò quam erant Antiochiæ professi occultantes, aliam quæ componentes, quæ apertam reprehensionem effugeret, sed tamen τὸ ὑποκρίσιν *Consulstantiale* nō confiteretur, regi tradunt, & nihil amplius neq; agentes, neq; passi, recesserunt. Triennio euoluto, rursus Orientis Episcopi conueniunt, aliam quæ fidem decernunt, & Italici mittunt. Ministri Synodi erant tunc Eudoxius Germaniciæ Episcopus, Martyrius, Macedonius Mopsuestiæ. Declaratio eorum fidei eadem erat cum priore, additis tamen nonnullis absurdis in fine, longius extendebatur. Conuentus Patrum Romæ hanc non suscepit, dicens sufficere sibi Symbolum fidei, quod Nicææ decretum esset. Sic cum omnia tumultu occuparentur, & indiscussa contentione, conuocatur generalis Synodus, sententia duorum Imperatorum vndecimo annò a morte Constantini. Conuenerunt igitur Sardicem ex Occidente supra trecentos, Episcopi: ex Oriente solum sex & septuaginta, & Orientales cum Occidentales conuenire noluerunt, idque hac de causa, quòd Paulus & Athanasius veritatis defensores cum illis congregati essent. Cum verò neque pij Athanasianos reuerent, neque illi inimicitias contra fidei propugnatores deponerent, à se inuicem disiuncti sunt. Orientales omnes Philippos Macedoniæ urbem accedentes, publicè rursus congregantur, & ibi apertè τὸ ὑποκρίσιν, *Consulstantiale* execrantur. Sardicenses verò absentes illos condemnant, accusatores Athanasij, quasi calumniatores deponentes, fidem Nicæna Synodo confirmatam stabiliunt, contrariam quæ anathemati subdunt. Quibus auditis Occidentis Imperator Constans edocet per literas fratrem suum Constantium, & monet, vt amicè Paulum & Athanasium tractet, neque impediat, quo minus suis sedibus restituantur, addens, nisi volens iusta petenti annuat, se venturum, & illo inuito ius & æquum iniuria affectis redditarum. Meruens igitur minas fratris Constantius, diuinum Paulum non prohibuit in proprio Episcopatu residere, eius quæ commilitonem Athanasium multis litteris ad se vocat, & venientem libenter suscipit, ac suæ dignitati restituit. Sic magnus tumultus sedatus est, & Ecclesia suos pietatis propugnatores adepta lætata est. Cum autem Magnentius tyrannide occuparet omnia, & Constantem Occidentis Imperatorem interemisset, iterum Ariana impietatis procella omnes Ecclesias perturbavit, & Athanasius rursus fugit, eius quæ; sedem Gregorius rapit, & ablegatur Paulus Cuculum Armeniæ, pietatis propugnator, & inuadentibus noctu impiis laqueo martyrem efficiunt. Macedonius Constantinopolitanæ Ecclesiæ præsul constituitur, & expelluntur etiam aliarum Ecclesiarum pastores, inuadunt lupi, atque Ethnicorum in Christianos immanitatem Macedonij furor obscurare nititur, totus quæ Oriens graui calamitate inuoluitur, & maximè Constantinopolis. Quando etiam * Agelius Nouatianorum Episcopus, quòd ὑποκρίσιν confiteretur, in exilium pellitur, & malum erat incredibile, quod non solum ad Episcopos extenderetur, sed & ad mulieres & pueros, quicumque Macedonij communionem non admitterent, se effudit. Vbera mulierum (ò impietatem) operculis cistarum includentes, & comprimentes, excindebant, alia ferro, alia autem ouis ignitis, quorum fragmenta fasciis inuoluebant, exusserunt. Venit enim impiis in mentem, etiam quæ impios gentiles cõtra naturam excogitare pudor humanus prohibuit. Extendit & crudelitatem in Paphlagoniam: multos enim audierat cum orthodoxos tum Nouatianos illic agere: & quatuor cohortes militum armatorum parat, vt aduersus illos mitterentur, & ad impietatem suscipiendam cogent. Mantinæi congregati, & zelo pietatis falces, securæ, & obuia quæ que pro armis arripientes, militibus se obiciunt, & pugna commissa multi è Paphlagonibus occiduntur: ac milites penè omnes. Hæc strages, & illud impudens factum non solum

* Marcum Syrum
est in Meta-
phrasia.

Synodus Sar-
dicensis.

Magnentius
Tyrannus.

Paulus Mar-
tyr.

Arianorum hæ-
reticorum sa-
ncti.

* Agelius hæ-
bet Metaph.

BIBLIOTHECA.

493 EXCERPTA
è Pauli Episc.
Const. mar-
tyrio.

solum apud eos qui violati essent, sed etiam qui eiusdem sectæ essent, Macedonio iure optimo odium conciliavit: quin & ipsam Imperatorem ad inimicitias commouit. Neque ob eam solum causam, verum etiam quod corpus Imperatoris Constantini piissimi (videbatur enim templum, in quo iacebat, ruinam minari) accipiens, sine illius consilio in templum S. Acacij transfuisset. Cum quæ omnibus hæc translatio non placeret, verum multis impium videretur mortuorum corpora effodere, maxime quæ Imperatoris pietate illustris, magna editur strages, & multorum atque adeò grauium malorum, quæ ausus fuerat Macedonius, parua pœna multatus est, dignitatis nimirum priuatione. Inualecebat tamen Ariana impietas, quam diu Constantius imperauit: amplius verò temporibus impij Valentis, donec illum diuina ultio puniuit. Theodosium autem Hispanum iustum suffragium Gratiani, Occidentis imperium ad ministrans, ad sedem Imperatoriam prouexit Orientis, & orthodoxæ fidei per illum confirmatio iuualuit. Sic quidem Ariana hæresis Ecclesias xl annos vexans, pietate Theodosij exterminatur, & suis orthodoxæ fidei honos redditus. Cõuocat igitur concilium pius Imperator, meditans & Macedonianos conciliare orthodoxis, & qui Consulstantialitatem confiterentur. Quamobrem capita hæreticorum conuocat, & conuenerunt è Catholicis, Alexandria quidè Timotheus, Thessalonica Achillius, Nyssa Gregorius, & alij plurimi, quorum numerus ad centum quinquaginta excreuit. Hæreticæ verò turbæ præerat Eleusius Cyzicentis, Marcianus Lampfacenus, Euechius Ephesius, alij quæ nonnulli, quorum numerus sex & triginta complebant. Hortabantur Imperator ipse, & alij orthodoxi hæreticos, vt illa factione relicta ad vniõnem conuenirent, & ὑποκρίσιν, *Consulstantiale*, amplecterentur, quemadmodum & antea, nemine hortante, missi ad Liberium legatis, polliciti erant confessuros se vnà ὑποκρίσιν: in memoriam interim redigentes, vtrò ipsos communionem cum orthodoxis admisisset. Hæretici verò iustæ reprehensionis, & bonæ admonitionis nulla habita ratione, suam impietatem non reliquerunt. Ideoque concilio eiiciuntur, & vrbe, concilium quæ creat Nestarium, senatorij quidem sanguinis, Episcopum, moribus facillimis, ob quos maxime colebatur. Hæc autem Synodus fidem in Nicæna publicatam confirmat. Probat omnia Imperator, & perferri curat magna cum reuerentia reliquias S. Pauli confessoris: & Episcopi quotquot aderant vnà cum Nestario, longè extra Chalcedonem obuiam procedunt, multoque cantu, & comitatu suscipiunt, & per mediam urbem corpus ferentes, collocantur in Ecclesia S. Irene nominis antiqui, quam Constantius Imp. in latitudinem & magnitudinem è parua excitauit, cui & Paulus aliquam diu præfuerat, & totam noctem cantibus transigentes, manè iterum tota ciuitas æquali honore & gloria, in Ecclesiam, quæ nunc ab illo cognominata est, omnibus Episcopis, & Clero, & ipso præsentem Imperatore, sacro tumultu imponunt.

778 Vita, vnde hæc excerptimus, eiusdem est in elocutione artificij, & in mouendo facultatis, paulò tamen est melior.

EXCERPTA

Ex Athanasij vita.

LEGI librum, qui inscribitur: Vita & certamen [sancti Patris nostri Episcopi Alexandriæ] Magni Athanasij, eodem modo conscriptum. ADERAT tempus festi sancti Petri Episcopi & Martyris, totaque Alexandria memoriam colebat, huius quæ successor Alexander, post sancta sacrificia, mens priores Cleri susceperat. Quo tempore vidit ex edito loco in litore pueros sincero animo ludentes, lusuque puerili sacra & veneranda mysteria imitantes, non illa irridentes, sed spectandi gratia, ausi sunt quæ audere eos non oportuit. Hoc in lusu creatur Athanasius à pueris Episcopus: reliqui partim catechumenorum, & baptizandorum, partim sacerdotum & Diaconorum speciem representabant. His finitis percussus Alexander, pueros ad se vocat, audit quæ non illos sacra irrisisse, sed vt ex euentu colligas, fecisse diuino quodam instinctu, animique simplicitate ad bonum illos iam tum erigente. Qui enim baptizati fuerant, Alexander inunctos Christi signaculo confirmauit. Athanasium autem parentibus tradit, mandans illis, vt disciplinam

CCLVIII.

QQQ

plinius

*Hæc Metaphra-
ses copiosus.*

Synodus Tyri.

plinis eum imbuerent, & iam adultum sibi traderent, vel potius Ecclesiæ, tanquam as-
terum Samuelem ab illis Deo oblatum. Faciunt itaque parentes, vt Azebiepiscopus
illis mandauerat, & tempore iam euoluto, puerum illi tradunt. Ille recipit, & con-
tubernalem illum habuit, participem consilij, & pietatis adiutorem. Ariana autem
rabies cum orbem inuaderet, multa certamina initio vnâ cum diuino Alexandro,
postea verò & in se pietatis causa suscepit contentiones. Etenim Arium, post dam-
nationem & excommunicationem factâ quidem Catholicum se mentientem, & hæc
larua suam hæresim confirmantem, comperit sapiens ille Athanasius, & ad Alexan-
driam Alexandriæ Episcopum à Constantino Imperatore pio missum (nouit enim
facta fraus etiam prudentes sæpe decipere) recipere noluit. Deinde mortuo sancto
Alexandro, ipse successor ordinatus, paulò post multa certamina subiit. Quare hære-
tici in illum solùm linguas vibrabant, & eum calumniabantur. Moliuntur & struunt
insidias in illum maximè Episcopus Nicomediæ Eusebius, & asseclæ, & conducunt
quosdam Milesij, & per illos accusationes multas consunt. Primò, lineam vestem
Ægyptios suppeditare Alexandriæ Ecclesiæ ex auaritia Athanasij cõsinkerunt. Secun-
dò Imperatori insidias moliri. Philumeno enim cuidam Imperium affectanti colle-
ctam pecuniam suppeditasse dicunt. Tertio Ischyram, & euerfam mensam, & pocu-
lum mysticum contractum, & Mareotem, & Macarium presbyterum, & instar la-
tronum ingressum, & quod toto orbe fabulam notoriam concitasset, obiciunt.
Hæc & similia Imperatorem edocent asseclæ Eusebij, quibus ad iram contra Atha-
nasium concitantur, accusantes, quod virum Imperatoris mandatis parentem, recta-
que sentientem non admisisset. Eodem tempore ad Encænia Hierosolymorum
omnes ferè Episcopi conuenerant, & Constantinus pius Imperator scripsit Syno-
dum rursus congregandam ad ea discutienda, quæ de sancto Athanasio dicebantur,
& ad Arium in fide stabilendum. Quod si inuidia Arium ab Ecclesia disiungerat,
vt studerent vtrosque conciliare: si verò vsus esset facta quadam fraude Arius, Ale-
xandriam veniret, & ibi iudicium de eo, & examen accuratum fieret. Diuerentes
igitur à via, prius Tyri congregatos Episcopos ea quæ contra Athanasium erant, obi-
tere disputare, & quæ contra Arium, iussit. Tricesimus autem hic erat annus regni Con-
stantini. Aderant verò Tyri ex diuersis ciuitatibus Episcopi sexaginta, Dionysio con-
sulari conuocante illos, cum quo & Præfectus oræ illius, & quidam magistratus ad Syno-
dum conuenerunt. Adfuit & Athanasius, quin & Macarius presbyter Alexandriæ
ferreis catenis vincus copiis militum adducebatur. Primum itaq; accusatores de veste
linea calumniati sunt, sed illam calumniam non solùm Tyri motam, sed & prius Nico-
mediæ ab Imperatore intellectam, Apis & Macarius presbyter ciuitatis Alexandriæ,
qui tum illuc casu aduenerant, facile refutarunt. Hinc quidem accusatores Imperator
per litteras perstrinxit: Athanasium verò ad se venire iussit. Litteræ ad Synodum Tyri
congregatam venerunt: quibus lectis Eusebiani eum dolorem contraxerunt, quem
Athanasio antea intulerant. Quod Imperator illos grauius accusasset: deinde quòd
calumnia de linea veste Imperatoris aures antea occupasset. Hæc calumnia cum
minus procederet, Ischyram, & Macarium producunt. Magnus verò Athanasius asse-
clas Eusebij, vt hostes, legitima exceptione reiecit. In primis autem demonstrari vole-
bat, an Ischyras verè esset sacerdos, in quem sacris operâtem irruisse fingunt Macarium,
viniq; intrulisse missum ab Athanasio, sacram mensam euertisse, calicem fregisse, & sacra
Biblia combussisse. Sed hic illa duo cõmuni legi opponit. Iudices autem iudicare detre-
ctarunt, & calumniis confirmandis tempus traxerunt. Quamobrem eorum quæ iuste
dicta erant, rationem nullâ habuerunt. Accedunt ad accusationem Macarij & Ischyrae,
& promptitudo calumniantium erat intolerabilis; inopia verò in demonstrando ac præ-
bando, alacritatem illorû fraudem esse, ac maleficium impietatis atq; inuidiæ ostende-
bat. Mora autè ac dolo repulsæ dedecus tegentes, mittunt in Mareotem factionis eius-
dem homines, simulâtes eo in loco examen eorum, quæ ibi gesta essent, fieri oportere.
Cum autem Athanasius videret eos mitti, quos reiecerat iudices, Theognium, Martin,
Theodorum, Macedonium, Vrsacium, proclamauit, & cõtestatus est omnibus, maximè
manifestam esse iniuriam: Macarium quoq; presbyterum in vinculis haberi, qui prior
accusationem instituerat, accusatorem verò Ischyram illegitimis adiungi iudicijs.
Cum videret nullam sui rationem à Patribus in Synodo haberi, clam ipsis decessit, & ad
Impera-

Imperatorem quasi accersitus accessit. Qui verò missi erant in Mareotè ex vna solùm
parte (quemadmodum illis mendacium, atque inuidia imperabat) factò accusationis
libello, ad Synodum reuersi sunt, quæ Synodus antea iam absentia causa S. Athana-
sium condemnarat. Cum autem rediissent, condemnationem confirmarunt multis
calumniis additis, & festinantes Tyro Hierosolymam ad festum consecrationis Eccle-
siæ, nefatis nimirum, ac pollutis manibus iuerunt, qui statim eo venerunt, & Euse-
biani Arium Præfecti loco recipiunt. Fideles autem auersati sunt desinentes, vt
Alexandriæ Arius eorum, de quibus accusaretur, rationem redderet, quam vbi acce-
sit, captus est. Dum hæc ita geruntur, redditæ sunt Imperatoris litteræ, vt Athanasius
ad ipsum veniret, iubentes, & Ariani quoque quamprimum Constantinopolim veni-
rent. Hæ litteræ mœstitiam Synodo pepererunt. Quamobrem plurimi domum re-
gressi sunt, Eusebius verò, & Theogonius interim ibi moram trahere decreuerunt,
temporis mora soluere mœrorem cogitantes. Interea temporis alterum crimen, de
auro ad Philomenum misso, S. Athanasius diluit coram Imperatore, in Pflamathia in
781 suburbio Nicomediæ agente, & cum honore mittitur Alexandriam, cum Impera-
toris litteris, innocentiam eius populo declarantibus. Aderat etiam Darius missus,
vt diximus, ab Hierosolymitanis, & iterum turbatur Ægyptus, quod Athanasius Im-
peratori significauit, qui Arium mox euocandum curat. Eusebius & Arius in via
Cæsareæ conueniunt, & alias rursus in sanctum virum calumnias consingunt. Vt
autem serò tandem, & ægrè Eusebiani Constantinopolim venerunt, cætera crimina
dicebant in examen non venisse: de Ischyra verò examinasse, & apertè cognouisse
quæcunque Athanasius ausus esset. Similiter quod rei frumentariæ procuracionem
inhibuisset, quæ de more Alexandria Constantinopolim importabatur, cuius furti
Athanasius reus occultè fugisset. Itaque persuasus Cæsar, & ad iram commotus, ex-
silio mutat Athanasium, in Galliam ad Treuiros abire iussit. Turbis igitur & se-
ditione non vulgari orta in vniuersâ Ægypto, & hæresi instar pestis omnes Ecclesias
insufficiente, Constantinus finem viuendi fecit in quodam suburbio Nicomediæ, tri-
ginta vno annis in regno consumptis, totum vitæ eius tempus sexaginta quinque an-
nis completum. Reliquit autem testamentum cuidam sacerdoti Ariano, præcipi-
ens illud Constantio cognomini reddi. Hoc enim testamento paternum pro Oc-
cidente, Orientis imperium pro hæreditate obuenebat. Sed fraudulentus ille,
multis interrogantibus, an Imperator testamentum fecisset, factum esse negauit,
habens doli mali adiutores eunuchos. Paulò post venit ad eum Constantius, cui
presbyter occultè patris testamentum exhibet, vnam gratiam hanc postulans, vt
cum Ario sentiret. Eusebiani per hunc presbyterum aditum ad Constantium ade-
pti, Eusebiumque Præpositum, & per illum reliquos eunuchos: quin & reginam ad
Arianam hæresim conuertunt, & Arij res rursus confirmantur. Hac autem tem-
pestate Maximus Ecclesiæ Hierosolymitanæ præerat, & Alexander Constantinopo-
litana: Athanasius verò exsulabat. Arius autem veniens Constantinopolim, Dei
Ecclesiam corrumpere satagebat, sed dignum factis suis finem consecutus est. Pre-
cibus enim sancti Alexandri Episcopi Constantinopolitani, in secessu regiæ vrbs vi-
782 scera sua delecta confessim emittit. Statim igitur Ariani paulò antea quieti, post
omnia conturbant, opportunam se nactos occasionem rati tempore exsilij Atha-
nasij. Sed Dei prouidentia præuertit eos, Athanasium ab exilio reuocans regis
litteris: quibus illum Constans Occidentis Imperator Alexandriæ, commearu dato,
restituit, & quotquot Orthodoxi erant libenter pastorem susceperunt. Hære-
tici contra seditiones mouent, quæ causam exhibuerunt Eusebij asseclis, calumni-
andi eum apud Imperatorem Constantium, & calumniis ad eum Imperatorem ad iram
prouocarunt, vt eum iterum exsilio damnaret. Hi mortui cuiusdam manu resecta
ad calumniam sancto viro faciendam abusi sunt. Arsenio enim cuidam dicebant ab
Athanasio amputatam esse, qua ad veneficium vteretur. Atqui exsilij decretum non-
dum fertur, sed concilium Tyri, mandante Constantio, agitur. Igitur Archelaum
Domesticum, eademque sentientem mittit Tyrum cum Præside * Phœnicia, vt
concilio cum Eusebians inter sint, & quæ aduersus Athanasium dicerentur, ex-
pendant. Tempus itaque Tyri extraxerunt, moræ colorem impij prætexentes, quasi
Alexandria accusatores expectarent, quorum in conspectu crimen commissum esset,
& Ar-

*Athanasius
apud Treuiros
exsulat.*

*Arii Sindicta.
S. Alexander,
Episc. Constant.*

** Nuntius est
Metaphrastes.*

& Arsenium probè nosset. Sic autem dispensante diuina prouidentia res gesta est. Erat enim Arsenius ille lector Alexandrinæ Ecclesiæ, qui cum ob flagitium aliquod pœnas dare deberet, à beato Athanasio liberatus, fuga salutem sibi quaererat. Cumque exsul non appareret, hinc calumniandi audaciam impij rapiunt. Sed commiseratione ductus Arsenius, quod qui se liberarat, pateretur (accusationis fama vbique vagante, dum cunctatur Synodus) Tyrum aduolauit, ratus sibi potius moriendum esse, si necesse sit, quam ut Athanasij causa Ecclesiam prodar. Itaque secreto se exhibet S. Athanasio, cui is consilium dedit, ne ante sententiam spectandum se exhibeat, ne quid mali ab inimicis patiatur, aut solliciti cogitarent de dilatione, & soluerent hanc accusationem. Conuocato itaque concilio, primum accusationem illi de adulterio intenderunt, adducta muliere quadam impudica, quæ impudens, & mercede conducta, ingenti clamore iactaret, se noctu ab Athanasio per vim constupratam. Erat autem cum illo Timotheus presbyter, & concilium sapiens planè ac diuinum capiunt, quo statim accusatorum calumnia concidit. Cum in conspectum mulieris venissent, 783 Athanasius quidem tacitè DEVM precatur: Timotheus verò (impudente muliere Athanasium illum, ut edocta erat, corruptorem suum vocante) presbyter, quasi Athanasius esset: Dic mihi, inquit, mulier, egone apud te diuersatus sum, vel tu me domum tuam admisisti, vel noctu te violauisti? Ipsa verò, ut meretrix vulgaris, impudenti vultu, & fixis oculis Timotheum aspiciens: Tu es, qui noctu me inuitam compressisti, & ad iudices iurata vociferabatur, Timotheum digito ostendens, ac trahens: Hic est, non alius, qui me corruptit. Cognita insani scorti temulentia, Iudices cum satellitibus ridebant, & prudentiam sancti Athanasij mirabantur, quod tacendo accusationem in aduersarios retorquens impudentem esse calumniam demonstrasset. Ipsi verò seipsis meliores non sunt redditi, vtius, & æquum seruarent. Accusatores verò, quos beneficij loco ducere oportebat, quod calumniæ pœnam effugerent, mox ad dextram Arsenij se conuertunt, & cædem simul, & præstigias illi obiciunt. Tum Athanasius interrita voce ac mente ad eos: Quis vestrum nouit Arsenium, aut hanc esse ipsius dextram scit? Respondentibus autem plurimis ex accusatoribus, se probè nosse Arsenium. Tum Athanasius: Quandoquidem, ait, constanter ac firmiter confessi sunt, se nosse Arsenium, adest ille, ingrediatur. Ut autem Arsenius aduenit, interrogat iterum, an adductum nosset? an esset Arsenius? Cum illi negare non possent, traxit illum propius in iudicium, & primum dexteram tendere iubens manum, deinde & sinistram, clamant: Ecce Arsenius, ô ciues: ecce etiam manus hominis: ô mirandos iudices! Dicant igitur aduersarij, cuius sit illa manus, & vnde illam refecerint: quo enim sine hac vbi sunt, nemini amplius dubium esse potest. Homini enim manum amputarunt, ut nos occiderent. Sic ille iterum dolose eorum euerit. Sed iudices cæci, & muti, cum quia Constantio placere studebant, tum quia hæreticis addicti erant, deserentes iudicium, confutatam calumniam tegere nitentur. Decedentibus illis, calumniæ non amplius ab aduersariis intenduntur, sed impudenter cædem tertium iam victori intendant. Hi quidem verbis, illi verò manibus eum pulsabant: alij comminabantur ei mortem ab Imperatore illatum iri. Itaque Archelaus Athanasium, quem iam impij dilaceraturi erant, vix domo egressus (tametsi concilij respectum non haberet, naturali tamen quadam verecundia tenebatur,) satellitibus periculo eripit, occultamque fugam apparat, ac suadet. Rursus igitur aduersarij eius Concilium cogentes, nefanda, atque conficta crimina ei, ut capiatur, obiciunt. Quæ mendacia diuersis libellis inscripta Constantio mittunt, ac toto penè terrarum orbe spargunt. Itaque sancto Athanasio omnis locus perfugium præbuit, quia valde quaerebatur, aded ut scienti, & non indicanti Athanasium capitale foret: præmia verò proponerentur iis, qui aut viuum adducerent, aut caput adferrent. Qua re cognita, adamantinæ hominis patientiæ in fouea aquam non habente, totos sex annos latens contriuit. Pridie verò eius diei qua prodendum erat ille locus, reuelatione quadam diuina in alium locum profugit, & in Occidentem venit, imperante ibi Constante, suo & fratris sui Constantini imperio. Etenim illum exercitus affectato imperio interfecerat. Tum Athanasius profectus Romam ad Iulium Pont. commemoratis ipsi omnibus, quæ ab Arianijs passus esset, in conspectu Constantis Impe-

784

Imperatoris, & Synodum Antiochiæ ad euerfionem Orthodoxæ fidei coactam esse, & Georgium sibi successorem illos contra legem dedisse, & pro illo etiam Gregorium. Eusebius quidem ijs peractis quæ volebat, legationem ad venerandū Iulium Pont. Rom. legauit, hoc agens, ut Athanasium vna damnaret. Iulius vero, acceptis ab Eusebio litteris, tantum abest ut damnandum, ut etiam absoluendum compererit, iniuria affectum litteris confirmatum Alexandriam mittit, & postliminio restituit, non parum reprehendens eos, qui iniuste eum loco deturbassent. Ariani Constantium magis magisque deprauantes, Gregorium, quem illi ordinauerant, Alexandriam armata vi deducendum curant (quibus præerat copijs Syrius) quæ quinq; millium erant. Igitur S. Athanasius exercitum fugit, & milites, qui in eius necem conspirant: & iterū Romam se contulit. Gregorius autē impius Ecclesiam occupauit. Alexandrini id factū non 785 ferentes, Ecclesiam S. Dionysij incenderunt. Igitur S. Paulus Constantinopolensis Episcopus vna cum Athanasio exsulans Romæ erat, & palmæ socius fuit. Constantius autem scribit fratri Constantio, vtgente simul ipsum Iulio Pont. vt proprios episcopatus reciperent affectū iniuriæ, sed ut nihil effectum est, postulant igitur Athanasius, & Paulus, vt Oecumenica Synodus decerneretur, quæ ad fidem Orthodoxam, & eos pertinerent: [quod ijs violatis simul fides etiam casura esset.] Inducitur ergo iterum Synodus Sardicæ consensu vtriusque Imperatoris, vndecimo anno à morte Constantini, horum patris, Itaque è partibus Occidentis supra trecentos conuenerunt Episcopi, ex Oriente vero tantum septuaginta sex, in quibus & ipse Ischyris Mariotis, quasi Episcopus numerabatur. Igitur dum conuenissent Sardicæ, Orientales in conspectum venire Occidentalium recusabant, nisi prius Paulum & Athanasium Concilio eiecissent. Protogenes autem Sardicensis Episcopus, & Hosius Cordubensis, alijque Episcopi postulatis non auerent: nimis viros, quos iudicaturi uenerant, indicta causa damnari ac repelli. Secessione itaque facta, Orientalium Episcoporum ab Occidentis Episcopis, Philippis congregantur, neque amplius recta sententia, sed aperte, & audacter τὸ ὑμῶν condegnantes, inæqualitatem decernunt, & impiam hæresim vbique disseminant. Sed in Sardicensi qui erant, primum quidem priuaram illam Synodum condemnant. Deinde accusatores S. Athanasij calumniæ reos dignitate priuauerunt: & tertium iam Nicænæ Synodi decretum confirmant, & promulgant omnibus ὑμῶν; inæquale vero in Trinitate condemnant, atque repudiant: concriptasque & ipsi epistolæ vbique diuulgant. Cum autem intellexisset Occidentis Imperator, quæ in Sardicensi Concilio acta fuerant, statim fratrem certiore reddidit, & Paulo, & Athanasio, & suis, proprias reddi sedes partim monebat, partim mandabat. Athanasio autem iterum sustinente insidias Arianorum, & Romam veniente, Occidentis Imperator rursus scribit fratri, si vtrum libenti animo susciperet, & in sede sua collocaret, se promptè eum missurum, si minus, se vindicem fore. Metuens itaque Constantius, vocat S. Athanasium, proprijs litteris non semel, sed iterum, atq; etiam tertio scribens, mitrensque qui allicerent, & adducerent. Consectim autē Imperator Constantius adiunctis multis satellitibus dimittit magnum Athanasium, & Iulium Pont. multis eum litteris muniuit. Venientem igitur S. Athanasium accipit Constantius Imperator, & suæ eum Ecclesiæ restituit, comitate exprobatiori adiuncta. Nam in contumeliam meam, inquit, eiusmodi fuga vsus es, cū ego paratus essem humanius te complere. Verum mihi vnare gratificare. Ille autem ad eum: Libenter, inquit, præstabo, Imperator, quantum possum, quod rogas. Constantius autem: Vnam Ecclesiam ex ijs quæ Alexandria sunt, Arianijs concedas. Ille vero dicit: Faciam, Imperator, ut iubes, si & tu mihi vicissim Constantinopoli præbueris Ecclesiam, quæ caret, ad conuentum Orthodoxorum. Constantius autem promptè promissit, ignarus Arianos, qui secum sentirent, summum dolore sese affecturum. Itaque Imperator viri prudentiam admiratus, ac sollicitiam, eum, magno honore habito, dimittit: scribens etiam (Nestorio) Augustali, inter cætera ut magno honore eum deduceret, & omnia quæ ipse Constantius, & Ariani contra illum statuisent, irrita haberet: quin & clerum eius eandem iubet obtinere dignitatem, libertatemque res sacras publice administrandi. Athanasius itaque cum peruenisset Hierosolymam, Maximo Episcopo & Confessori, nota facit acta Sardicensis Concilij, quodque Constantius Imp. erga se bene animatus sit. Deinde congregat Synodum Episcoporum, quæ B. Athanasio & communionem, & dignitatem Episcopalem decernit, & scribit ipsa Synodus Alexan-

Sardicensis Concilium.

786

QQQ 3

dntis,

dinis, & omnibus in Aegypto, & Libya Episcopis, quæ de Athanasio decreta essent, & gesta. Athanasius autem Alexandriam cum venisset, conuentus Episcoporum in Aegypto egit, quæ Synodus consentiebat ijs, quæ in Sardicensi & Hierosolymitana Synodo decreta essent. Sed Magnentio tyrannidem affectante, & Constante interempto, Ariani iterum dolose contra Athanasium concitauerunt Constantium, ac rursus impia decreta, rursus fuga, rursus inquisitio, & Sancti sit indagatio. Georgius vero Alexandria Ecclesie inuasor, item Acacius, & Patrophilus sectatores Atij, S. Maximum Hierosolymitanum expulerunt, & Cyrillum substituerunt. Georgius vero tot mala Alexandria intulit, vt ea quæ in Christianos fecerunt Ethnici, humana putes. Nouæ excogitantur pœnæ, igni virgines nudæ apponebantur, & mors multos alios, & vita & pœna eripuit. Exsulabant in Aegypto triginta duo Episcopi, & sacerdotes. Constantius cum videret se iam fratris imperium nactum, Episcopos Occidentales conatur inducere, vt Athanasium condemnarent, & Arianam sectam susciperent, & propterea Concilium conuocabat. Mediabant in Italiæ ciuitate, etiam multos in suam sententiam tradidit. Dionysius autem, & Eusebius, Rhodanus, Paulinus, Lucifer, piam sententiam cum deferere nollent, neque damnati Athanasium sustinerent (Videbant enim interitum fidei cum Athanasij interitu esse coniunctum) Ariminum in exilium ablegantur. S. autem Athanasius cum iterum comperisset Arianos in se querendo amplius grassari, atque crudelius, clam omnibus in vrbe ad virginem quandam fugit, nulla suspitione illic latitans. Erat enim iuuenula & formosissima, vt cohabitare illi virum aliquem, aut Episcopum nemo suspicaretur, quæ annorum viginti erat. Igitur ei virginis cultos, & magister Athanasius armatos commemorat ad eadē Arianos, extra vrbe in omnibus se locis questum, & Dei monitis salutem ei procurantis, se ad illam venisse. Illa gaudens hominē suscepit, & apud illam sex annos delituit, donec mors Constantij Athanasium liberauit. Toto enim tempore prompte & religiose sancto viro illa ministravit, quod parui & magni, amici inimicique iuxta ignorabant. Quare Constantius eos qui nollent per Italiam Arianæ sectæ subscribere, Ecclesia eiiciendos, & alios eorū loco subrogandos esse censit. Exsulauit tunc etiā Liberius, qui post Iulium Ecclesiam Pontifex reuinit, & pro illo creatur Felix, qui statim oculorum priuatione diuinitus immissa torqueretur, postea pestilenti morbo consumus perijt. Eadem Meletius Antiochiæ Præful patitur, & eius loco Euzoium hæretici sufficiunt, Constantinopoli Eudoxium, viros impios, & ob flagitiosam vitam hæresi dignissimos. Eodem tempore Constantius Imp. Iulianum Cæsarem creat, & in Gallias mittit. Eodem tempore & Ecclesie nuper ædificatæ, cui nomen *Sophiæ*, dedicationem innouauit. Impius Eudoxius cum thronum Constantinopoli suscepisset, in ipsa dedicatione primam illam audacem, atque impudentem emisit vocem; *Pater impius: Filius pius.* Tumultu igitur magno, & seditione super hac re orta, malo malum restinguere conatur: Ne turber, inquit, vos dictum meum. Pater enim *zæcchis* est, quia neminem colit: Filius autem *iouachis*, quia colit patrem. Dicente hæc impio Eudoxio, tumultus quidem sedatus est; risus vero multus pro tumultu subsecutus est, adeo vt multi eorum ridentes ex Ecclesia decederent. Verū in Gallijs Iulianus agens, partis multis de Barbaris victorijs coronatus, à militibus Augustus creatur. Quod cum rescisceret Constantius, *baptizatus ab Euzoio Dei aduersario, ad bellum contra illum, qui exurgebat, accinxit. At cum esset in Cilicia oppidulo Mopsochrone nomine, præ sollicitudine ob bellū apoplexia correptus expirat, viginti quinq; anis post mortē patris superstes, natus annos quadraginta quinq;. Georgius Alexandria templū desertum (in quo gentes olim Mithræ sacrificia facientes viros, fœminas, & pueros matabant, extis inspectis diuinantes) expiare volebat, vt oratorium construeret. Expiauto autem loco inuentuntur multorum capita occisorum. Christiani igitur hisce inuentis, ostentantes Gentium mysteria veluti in pompa, nudas populo calumnias exhibebant in ludibrium. Græci pagani non ferentes opprobrium, ira accenduntur, & quidquid ad manum erat pro telis rapientes, imperum faciunt in Christianos. Hosque gladijs, illos lapidibus, alios clauis, alios obujs quibuscunq; interfecerunt, quosdam etiam in crucē egerunt. Georgium vero Ecclesia eductum, & camelo alligatum, & discerptum, cum illo combusserunt. Iulianus autem imperio potitus, adhuc gentilis studuit omnia Constantij facta abrogare, ac relegatos omnes reuocauit. Athanasius concepta spe exit è domo virginis, vbi latuerat, & nocte inuentus est in Ecclesia, quem Alexandrini festiui agen-

Iulianus Cæsar apostata.

* *Carri* *Baronius* *Curd.* *Tomo III.* *Annal. Eccl.* *pag. 671.* *Mithra.*

787

788

agen-

agentes libenter acceperunt, veluti ex mortuis reuiuiscerentem. Quicumque Arianum vrbe reliqui erant, pro Georgio Lucium creant. At Iulianus, qui idolis delectabatur, sacrificia Constantinopoli Fortunæ offerebat publicè. Quo tempore etiam Mares Chalcædonis Episcopus manu ductus (laborabat enim præ senectute oculorum hebetitudine) Imperatore apostaram iurgio laceffuit. Ille vero vicissim conuicia regerebat, cœcum, & improbum eum vocans, nec posse ei Galileum Deum mederi exprobat. Mares vero libere Regi respondit: Gratiarum ago, inquit, Deo, qui occæcavit me, ne tuum impudens os, ac tenebricosum viderem. Tunc sanè & Iouianus, & Valentinianus, qui post hunc etiam imperarunt, solutas zonas protecerunt Tyranno ante pedes, dicentes: Accipe zonas, habe tibi honores tuos: exposita tibi etiam sunt corpora nostra, si punire vis. Imperator ergo cum socijs deliberavit, vt Athanasium eijceret, ratus Christianos aliter ad impietatem minimè traduci posse, nisi Alexandria ille pelleretur. Quare iterum oriuntur accusatores, iterum dux, & milites: rursus Athanasius quaeritur, & fugit. Furtim itaque ex vrbe fugiens conscendit nauem, in Thebaidem venit. Satrapa illum à tergo securus est; quod cum ille intelligeret, diuina voluntate iubente veritè nauigium, & obuiam insequenti nauigat. Illis vero, qui Sancto aderant inhihentibus, quin etiam plorantibus, ne in apertū discrimen se suosque conijceret, ait S. Athanasius: Confidite, nolite timere, Deus enim vnà nobiscum pugnat. Itaque conuerso cursu retro feruntur Alexandria versus. Occurrunt persecutores, & rogant num Athanasium fugientem viderint. Illi autem responderunt se viderisse, nec procul abesse: si maturent affecuratos, sic illos errantes dimiserunt. Ipsi vero celeriter Alexandria nauem appulerunt. Paruoque tempore latitans Athanasius, Iuliano in Persia diuinitus interempto, cum libertate verbum Dei predicabat, & salutarem fidem enunciauit. Iulianus enim in Perside sublatu est, alijs quidem Persæ cuidam transfugæ mortem impunitibus; alijs vero alicui è militibus. Sed verisimilius est, à pluribusque creditum diuinitus illum interfecum esse. Itaque viginti tantum menses in imperij fastigio fuit Iulianus: vixit autem annos vnum & triginta. A morte igitur Iuliani, consensu totius exercitus Iouianus regnum cepit, cuius paulo ante meminimus. Sed ille octo menses tantum imperio potitus in Bithynia obiit: cui Valentinianus succedit, pietatis propugnator, & regni socium fratrem Valentem (quod vrinā minime factū) accipit. Sed Valentinianus triginta tantum dies Constantinopoli subsistens, Valenti Orientem concessit, ipse ad Occidentem se recepit. Cumque in Occidentem venisset, frater eius verius quidem, sed fide hostis, implacabile bellum Orthodoxæ Ecclesie mouit. Ac primum quidem sanctum Meletium à Iuliano reuocatum, & propriæ sedi restitutum, & alios multos Episcopos, & cleri præcipuos exilio multat. Deinde totam etiam Aegyptum turbat, tumultus, persecutioque maior, quam antea vnquam, Alexandria inuadit. Metuens itaque Athanasius, ne in se seditio transferretur, totos quatuor menses in patrium monumentum seipsum abdidit. Tatianus tunc Aegypti Præses cædium, quibus multis Aegyptios afflixerat, statim pœnas diuina vindicta dedit. Simul enim dignitate, & pecunijs priuatus stipe petijt, & cæcus ignominiose mortuus est. Tantis igitur malis vbiq; grassantibus, terræ motus superueniens vniuersalis, multas vrbes euertit, & decem in Creta mare etiam terminos excessit. Quædam enim loca adeo inundauit, vt quæ constituta ante fuerant, nauigarentur. Alijs autem locis tantum recessit, vt in sicco repeti sint nauigantes. Sed his omnibus non resipuit Valens, Quoniam autem propter absentiam S. Athanasij totus populus Alexandria eius de siderio tumultuabatur, dicebatque non tantum se onerarias naues, verum etiam publica ædificia igne consumturum, nisi Athanasium reciperet, cum rescisceret impius Valens, per litteras significauit, vt intrepide Ecclesias regeret Athanasius. Antiochiam autem profecturus Imperator, cum impius Eudoxius, qui * nouendecim annos contra pios implacabile gesserat bellum, mortuus esset, in via ad Nicomediam detinetur: tum vero Ariani in mortui locum Demophilum subrogant. Orthodoxi vero Euagrium quendam, cui manus B. Eustathius ordinando imponit, qui olim ante Meletium Alexandria præfuisse Ecclesie, & ab Ariano eiectus, ab exilio autem reuocatus, à Iouiano pio Constantinopoli tunc morabatur. Quibus cognitis, Valens facta Arianorum cum gaudio probauit: præcones autē pietatis, Eustathium quidem qui ordinauerat, armata manu Bizyen Thraciæ vrdem in exilium pellit, Euagrium vero ordinatum alio ablegat. His ita confectis, Valens impius Antiochiam

Iulianus apostata. *Mares Episc.* *ca. cum. D. Baronius Tomo IV. Annal. Eccl.* *ad annum Chr. 362.*

Iuliani apostata cædes.

Valens Imp. impius.

Prodigijs ** Centum habebat Metaphrastes.*

* *Alia vj inha scribo, non dddi- na vj inha: quo modo & Metaphrastes legit.*

789

790

B. Athanasij
mors.
* Sex & quadra-
ginta Simonis
Metaphrastes.

tiociam venit, eadem in pios faciens, & excogitans, & his multo deteriora. Diversa enim morte Christianos afficit, & multos in fluvium Orontem mergit. Seditione itaque hanc oram occupante, post multa, & diuturna pro pietate certamina, & labores, ad communem dominum, quem dilexerat, & pro quo passus erat gaudens athleta, ut coronas consequatur, Athanasius commigravit, consumtus * quadraginta annis in sacerdotio, vel potius in labore pro fide Orthodoxa.

Libert, unde hæc excerptimus, negligentiam potius quam diligentiam redolet, maxime vero distributione sensuum multis capitibus recentia præ alijs narrat.

ORATIONES DECEM GRÆCIÆ
ORATORVM

- | | |
|---------------------|---------------------|
| <i>Antiphontis.</i> | <i>Aeschinis.</i> |
| <i>Isocratis.</i> | <i>Demosthenis.</i> |
| <i>Andocidæ.</i> | <i>Hyperidis.</i> |
| <i>Lysia.</i> | <i>Demarchi.</i> |
| <i>Isai.</i> | <i>Lycurgi.</i> |

CCLIX. ANTIPHONTIS ORATIONES.

Decem Græcia
Oratorum hæc Elogia, Plutarchi nomine magnam partem, Opiusculis, et vocant Morum libris circumferuntur. at hic longe, quam ibi, antiora. Certe Strabone colle-
branea serius, quâ integra scripto, apparet, que Photius, si Plutarchi esse putasset, cum non longe hinc è Palleis Excerpta dederit, hæc dubie non præterisset. Lamprias tamen, ne quid dissimulæ in censum Plutarchi recipit, est quædam in Demosthene hic, quam in eius Vita, dicitur narratur

LECTAE sunt Antiphontis variæ Orationes: quæ accuratam, persuasionem, & inueniendo gratitatem continent. In quæstionibus dubijs artificiosus, & ex obscuris ratiocinans, & ad leges, & affectus orationes conuertens, decore maxime studet. Cæcilius quidæ Siculus ait non uti hunc Oratorē figuris sententiarum, sed directè ab illo non fictè animi cogitata efferri. Conuersionem vero callidam & mutationem, neque illam quærere, nec uti, sed per ipsos sensus, & naturalem eorum consequentiam, quo velit auditorem trahere. Antiqui enim Oratores sufficere sibi arbitrabantur, inuenire Enthymemata, & phrasim eximia pronuntiare. Toti enim circa dictionem occupabantur, & eius ornatum. Primum quidem, qua ratione esset significativa, & venusta: deinde modulata eorum compositio. In hoc enim se ab idiotis differre ac præstare credebant. Deinde cum dixisset sine Figuris sententiarum esse Antiphontis orationem, tantquam corrigens seipsum: Non hoc, inquit, dico, quasi nulla in Antiphonte figura sententiarum inueniatur (etenim interrogatio & responsio, & alia similia apparent in eius orationibus) sed quia non de industria, neque continenter vsus est illis, sed quo natura ipsa sine aliqua methodo duxit. Quod videre est in orationibus passim obuijs imperitorum. Ideo & cum aliquis sine figuris dixerit esse orationes non omnino putet illas Figuris carere, (hoc enim fieri nequit) sed quia artificium perpetuusque ductus ac vehementia figurarum in ipsis non apparent. Dicuntur illius orationes sexaginta, quarum Cæcilius viginti quinque falso illi adscribit, ut restent tantum triginta quinque. Hic patri suo Sophilo operam in studijs dedit. Cæcilius vero huius Oratoris magistrum facit historicum Thucydidem. Dissensisse vero illum à Socrate non contentionis, sed inuestigandæ veritatis gratia. Primum autem condidisse dicit orationes iudiciales. Præcedentium enim nemo hoc genere orationis vsus esse deprehenditur: neque reperias iudicialem orationem scriptam ante tempora Antiphontis. Primum quoque artem Rhetoricæ referunt tradidisse, sollers cum esset, & inde Nestoris cognomen sortitus. Plato in Pisandro illum ut avarum incesit. Fama est illum etiam Tragedias composuisse, priuatim quidem, & cum Dionysio Tyranno cohabitantem. Studentem vero prius poetæ, artem aiunt illum reperisse qua tristitia depelleretur, & iuxta forum Corinthi domunculæ cuidam à se constructæ sic inscripisse, Se oratione sua dolorem posse pellere. Etenim interrogando mæroris causas tristes consolabatur. Hoc studium minus esse putans, quam ingenij sui præstantiam deceret, ad oratoriam iterum se conuertit. Scripsit etiam orationem contra Hippocratem Medicum, & illum indicta causâ damnauit. Floruit autem ea tempestate qua bellum gestum cum Persis paulo ante Gorgiam Sophistam natus. Extendit vero vitam vsque in id tempus, quo popularis status est

* cccc.

à * cccc. Tyrannis sublatus, cuius mutationis & ipsum causam vna fuisse aiunt. Quæ obrem & soluta horum tyrannide, in ius vocatus damnatur, & proditorum poena in sepultus proiectus est, & infamia notatus non modo ipse, sed eius etiam omnes posterij. Lysias vero contra narrat, illum potius à quadringentis Tyrannis interfectum esse. Alij ferunt illum legatum ad Dionysium tyrannum profectum, & quæstione quadâ propolita, quodnam esset optimum es, illud optimum esse dixisse, ex quo statua Hermodio, & Aristogiton factæ essent. Audientem vero Dionysium, & in se hæc dici suspicantem, & necis suæ incitamentum esse, capitis Oratorem condemnasse. Alij vero propterea occisum commemorant, quod Dionysij illius Tragedias libetius perstrinxisset.

* Quadragesima
habet Plutarch.
Et ibi numeri no-
ta peccati appa-
rent, & v, pro p
reponendum.

ISOCRATIS ORATIONES.

LEGIMVS varias orationes Isocratis. Dicuntur numero sexaginta, quarum quinque & viginti Dionysio legitimæ sunt, Cæcilio viginti octo. Scripsisse autè illum artem Rhetoricæ tradunt, quam & eius nomine inscriptam scimus. Alij vero tradunt hunc in orationibus magis exercitatione quam arte vsu esse. Natus est circa Olympiadè octogessimam sextam. Inuit Lyfia annis viginti & duobus, Platone septem annis antiquior. Etat autem filius Theodorici sacerdotis inter mediocres ciues. Etiamnum puer audiuit Prodicum Chium, & Gorgiam Leontium, & Tisiam Syracusanum, & Theramenem Rhetorem. Iam vir Reip. curam non admisit: quia gracili voce erat, ac timidus: paternasque respiciens calamitates bello Laconico acceptas, vnam solam de * Retributione orationem habuit, & à dicendo deinceps abstinuit. Institutoque ludo, philosophari & scribere est aggressus, ac Panegyricum, & quasdam in genere deliberatiuo scripsit orationes, rarisita Græcos ad ea quæ officio honestatiq; sunt consentanea, posse incitari. Quod institutum cum minime feliciter succederet, desistit postea alias orationes scribere. Ludum autem tenuit primo in Chio, eum, vt nonnulli tradunt, nouè haberet auditores: ex quorum videret numeratam mercedem, collacrymans ait: Vt me ipsum his præbui vendendum. Auditores postea habuit centum, multos quidem alios, sed in primis Timotheum Cononis filium, quocum multas adiit ciuitates, cum illas scriberet eoiscolas, quæ sunt à Timotheo missæ ad Athenienses: inde talentum dono accepit. Dedit se quoque illi ad audiendū Xenophonem Grylli F. Theopompum Chium, & Ephorum Cumæum, quos ad scribendam historiam incitauit, ad captum cuiusque apte argumenta historię distribuens: ad hæc & Asclepiades, qui Tragedias scripsit, & Theodectes Phaselites, qui etiam postea Tragedias composuit. Quin etiam Leodamas Atheniensis, & Lacritus, qui auctor legū Atheniensibus ferendæ fuit. Ferunt autè nonnulli & Hyperidem & Isæum auditores fuisse, & Demosthenem ad eum studiose accessisse, dixisseque se mille drachmas, quo pretio ille docebat, præbere non posse, daturū vero ducentas, ut quintâ artis partem disceret. Isocratem autè respondisse: Artem non in frustra discemus, sed si discere voles, totam benedicendi artem tibi vendam. Itaque orationem de * Retributione, Panegyricū, & alias in Suasorio genere, vt diximus, quasdam composuit. Panegyricum aiunt de cæ annis alijs, alijs quinque annis elaborasse, quanquā à Gorgia Leontini, & Lysie Enthymematis, & Epicherematis parum mutata est oratio Panegyrica Isocratis. Credat iure aliquis tam longo tempore orationem hanc edolasse, Oratorē, dum inhæret compositioni, propter ornatū orationis, & absurdantiam, & propter sedulâ electionem in verbis, & mutuam partium concinnitatem, imo accuratâ incisorum ac membrorum constructionem, tantum temporis exigere arbitrabitur. Maxime vero rerum inuentio & dispositio, hanc occupationem præbuit. Capita. n. & Epicheremata, quibus oratio directâ perficitur, si quis diligenter & singulas partes attendiderit, inueniet eam non nisi longo tempore absolui potuisse. Quare & multis iudicialibus orationibus præbuit, propter mutuas inter se diffinitiones, cum alijs exercitationi & curæ orationum incumbere, alijs specie tenus recitabant. Licebat autem videre alios ad iudiciales causas aptos esse, alios autem dicendo his * inferiores esse. Panathenæicum anno ante obitū, vel vt nonnulli ferunt, quarto conscripsit: illas ad Philippum paulo antequam est mortuus. Vixit, vt nonnullis placet, annos centum; vt alijs octo & nonaginta. Mortuus autem est nunciata illi clade Chæronensi, quom quatruduū cibo abstinuisse, vt qui nollet iam quatto Græciam seruitute oppressam videre. Satis vberes magnasque diuitias tenuit, non solum quod à familiaribus & ipsi notis exigeret pecuniam, verum etiam quod à Nicocle rege Cyprj, qui ipse erat Euagora filius, viginti ta-

* επι ἀντιφόντου

* επι ἀντιφόντου

Panegyricum Isocratis.

* ἐπιθετικόν

* *Horatius ex-
pressit in arte
Poet.* — Fugor
vice cotis, acu-
tum Reddere
quæ ferrum va-
let, exfors ipsa
secandi.

lenta pro scripta ad illum oratione accepit. Quæ res cum illi magnam confaret invidiâ, ter ad trierachicum munus designatus, bis quidem filij opera, imbecillitatis excusatione deprecatus est: tertio vero cum suscepisset, cõsumpsit non pauca. Et cum interrogaretur, cur ipse, qui doceret alios, sibi docendo non esset satis? respondit * coriculus quidẽ ipsas secare non posse, eas tamen ferro secandi vim ac facultatem dare. Cum pater quidam diceret, se solum seruum cum filio misisse: Ergo discede, inquit: nam pro vno duos habirurus es seruos. Socratis mortem immoderate ferre visus est, vt atratus ipse sequenti die in publicum prodiret. Bis tota vita in certamen est vocatus: primum quidem, cum ad re-tributionem illum Megacides conuocauit, cui respondendi facultatem morbus præci- dit, sed misso filio Aphæro superior fuit in causa: secundo vero, cum ad retributionem vitremium causa suscepta est à Lysimachio vocatus: à quo cum victus esset, Trierarchiæ onus subiit. Puritatem, perspicuitatẽ, & curam orationum eius omnes norunt, & illas nõ venustatem modo innatã, sed quæ etiam in incisis versetur, cõdecorare. Quamquã figuris non abundaret, nec etiam varietate earũ ornetur. Ideoq; propter raram figurarũ mu- tationem in oratione, non est contentioni aptus. Continuatio vero in orationibus ar- gumentorum propria illius. Forte vero quis illum furti redarguat, qd multa in oratione Panegyrica ex epitaphijs sermonibus Archini, Thucydidis, & Lysias sic mutuatus: verum nihil prohibet iisdem uri argumentis, cum eadẽ res incidant, nec supponere aliena, cũ res argumenta talia producant, qualia & priores habuerunt, ostenditur. Mortuus hono- rificè sepultus est cum patre, matre, sorore, alijsq; amicis. Est & illius in Eleusine ænea statua erecta, cui ita inscribitur:

TIMOTHEVS HONORI, AMICITIÆ, ATQVE HOSPITALITATIS
DEABVS, IMAGINEM ISOCRATIS DEDICAVIT.

Quod opus Cleocharem auctorem agnoscebat. Aliam illi statuam æneam adoptatus filius Aphareus statuit ad Olympiũ in columna, qui natus est ex amica Lagisca, quam tri- um liberorum matrem Isocrates duxit, quorum vnus erat Aphareus, qui illi statuam po- suit, & inscripsit:

APHAREVS PATRIS ISOCRATIS HANC STATVAM HONORI
IOVIS, PARENTVMQ. VIRTVTI POSVIT.

ANDOCIDÆ ORATIONES.

LEGIMVS quatuor orationes Andocidæ, quas quidem hæcenus vidimus: vnam De mysterijs, De reditu suo secundam, tertiam De pace cum Atheniensibus, quartã in Alcibiadem. In his sine ornatu & admodũ tenuis, simplicia seclatur, & quia ornatũ non adhibet, ornatus. Floruisse autẽ tempore Socratis dicitur, & natus circa Olympiadem septuagesimã octauam, patre natus Leogora, qui bono natus loco erat. Scribit Hellenicus altius eum genus suum vsq; ad Mercuriũ retulisse. Postea vero impietatis accusatũ, qd etiã ipse Mercuriales statuas concidisset, ac mysteria Cereris violasset. His de rebus cum esset factũ iudicium, elapsus est, cum se sceleris auctores indicaturũ promitteret. Itaq; omni cura studioq; intentus, eos reperit, qui in sacra iniuriosi fuissent, in quibus patrem etiã indicauit. Cumq; ceteros omnes conuicisset, persegit vt extremo supplicio afficerentur: patrem vero licet iam vincũ liberauit, cum illũ multas vtilitates ciuitati allaturũ polli- ceretur, nec se fellit opinio. Multos enim Leogoras conuicit, qui pecunias publicas in pri- uatũ vsum conuerterent, & alijs quibusdã flagitijs essent obnoxij. Cum vero Andocides ob eas res, quas in Rep. gessisset, magnã gloriã esset consecutus, nauium & ipse gubernator, & administrator factus est, ac Cypri regibus, multisq; alijs illustribus hospicio fuit cõiunctus, cum Aristidis filiam, vnam ex ciuibus consobrinã suã, clam domesticis & fa- miliaribus eduxit, & ad Cypri regem dono misit. Cuius rei causa cum videret se in ius mox vocatum iri, rursus illam è Cypro est furatus, eumq; deprehensum Rex in vincula coniecit. Cum vero aufugisset, venit in ciuitatem quo tempore quadringenti viri Remp. administrabant: à quibus cum esset vincens, aufugit, ac rursus euerso illo paucorum do- minatu in exilium pulsus est. Hoc exilij tempore Elidem incoluit, & cum Thrasylbuli fa- miliaris in ciuitatẽ rediret, ipse quoq; est reuersus. Missus vero pro Pace ad Lacedæmo- nios, cum improbe videretur in hoc studio versatus, fugit. Porro ab illo denominatur etiam Mercurij statua. Ea enim quamuis à tribu Aegeide posita ac dedicata sit, ab Ando- cide tamen nomen habet, quod ille statuae proxime habitaret.

LEGI varias Lysias orationes, quæ dicuntur esse numero trecentæ & viginti quinque, quarum legitimæ sunt, ducentæ & triginta tres. In quibus bis tantum solum dicendo victus dicitur, cum tamen sepius cum aduersarijs cõtenderit. Est in orationibus suis bre- uissimus, & ad persuadendum perappositus, & si quis alius grauitè dicendi peritus, ta- meti non appareat. Etenim quanq̃ facilis videtur esse, nihilominus tamen imitatu est difficilis. Multas orationes priuatis hominibus dedisse dicitur. Scripsit item in genere orationes, conciones, epistolas, laudationes, epitaphia, amatoria, & Socratis defensionẽ. In plerisq; orationibus est moralis, & quidẽ ad intelligentiam, cum bonum fortitur ar- gumentum, & qd ad meliora contendat. Vnde non tenuiter dicendũ, quid rei gestum, sed & ratio addenda, ob quã singula sint gesta; verbi gratia, si difficilia dixerit; caulari ne- cessitatẽ erga amicos, aut alios moderatos: sin vero meliora, voluntatẽ prætereundere. Hæc vero maxime probabilis est, si causam addas. Causas vero non oportet vilitatis gratia af- fumere. Prudentis enim hoc magis est viri quam frugi ac probi. Difficilis hic est seruandũ facit, sed non rectã ad amplificationes, & aggerationes, vt multifaciunt, conuertitur. Etenim non sunt hæc proptia primæ rei explicationis, sed locum habent in sequentiõ. Magnam autem puritatẽ & perspicuitatem in rebus & verbis, etiam in principio oratio- nis ostendit, vt in narrando sine ambagibus, & nihil externum aliunde adsciscendo. Ve- nustatem autem compositionis non quibus facile animaduertit. Nam simpliciter & casu vt res dat se, dicere videtur, assurgit tamen ornatu in immensum, estq; oratio eius & propter schemata digna admiratione, & propter sensum, & verba, & concinnam ho- rum compositionem, & inuentionem, & ordinem entymematum, & epicherematũ. In dubium autem à nõnullis vocatur oratio *πρὸς τὸν οὐρανὸν*, quæ est species sacræ oleæ. Sed verum eius esse auctorem Lysiam è capitibus apparet, & ex argumentis, & proœmio, nar- ratione & epilogo. Felicissime enim, & cõsuetã huic grauitate in simplicitate sunt illa composita, & secundum Entymemata, & non epicherematis singula demonstrare, Lysias tenorem maxime indicat, quin etiam orationem, non vni immorando producere, solertia Lysias est: vt & soliditas orationum; denique magnam breuitatem voluptatem adferre (in quo post Demosthenem solus inter ceteros Oratores excelluisse videtur) & pulchritudo descriptionis, quo in genere neq; Platoni, nec Aeschini, nec Demostheni cedit. Proprium autẽ Lysias est antitheta proferre, quæ non ostendant captiosum quid, sed à rebus ducta demonstrant. Signum Lysianæ facultatis est, & in omni periodo mem- brorum concinnitas, & cum puritate floridum. Paulus Mylus orationẽ eandem *πρὸς τὸν οὐρανὸν*, cum dicta non intelligeret, à genuinis Lysias orationibus exterminat, & multas pulchrasq; alias orationes tanq̃ alienas reiiciens, magnam vilitatem hominibus eripuit non inuentis amplius his quæ ab eo in reprehensionem ceciderunt. Semel enim seclusa, neglectæ sunt, quod reprehensio fortior esset, quemadmodũ in alijs multis, veritate detecta. Dexter autem & acer fuit Lysias ad cõmouendos affectus, & orationis ampli- ficandæ egregiè peritus. Nonnulli igitur. Rhetores non rectè de Lysia dixerunt, osten- dere crimina præcæteris, qui antecesserunt, posse, amplificandis vero ijs multo inferio- re esse. Etenim aperte reselluntur eius orationibus, quib; iudicium eorũ falsum esse con- uincitur, & maxime oratione contra Mnesiptolemon. Mirũ enim in modum accusa- tionem auget. Errat & Cæcilius, qui cum hunc inter alios inuentione præstare asserat, inuenta tamẽ disponere perinde posse negat, licet hac virtutis dicendi parte ægimpi ce- dere videatur. Vidit Demosthenem adolescentẽ Lysias, patremq; habuit Cephali Ly- saniam Cephali filium. Is natione Syracusanus fuit. Athenas cum migrasset, partim vrbis desiderio captus, partim Periclis Xanthippi F. famã excitatus, ibi primo quidẽ cum cla- rissimis Atheniensibus erudiebatur: postq̃ vero ciuitas coloniam Sybarum misit, abiit vnã cum fratre Polemarcho natu maximo, vt hæreditatis paternæ particeps fieret. Cum iam xv. annum ageret, apud Tisiam, & Nictiam Syracusanos inuituit, eumq; domum comparasset, atq; hæreditatẽ esset consecutus, vixit in summa abundantia vsq; ad Cleat- chi Præturam, sequenti anno accusatus, quod partes Atheniensium sequeretur, cum alijs tribus, est patriã expulsus. Athenas vero cum venisset, cum iam quadringenti viri

797

e

798

Remp. in suam ditionem redegressent, in ea egit. Cum vero triginta viri Kemp. recepissent: mansit annos septem: priuatus vero facultatibus, ac fratre Polemarcho amisso: ipse egrè effugiens imminentem interitum, egit Megaris. Tribulibus vero illius reditum vrgentibus, vtilissimus omnium fuit, data mille drachmarum pecunia, & clypeis ducentis, missusq; cum Hermone subsidiarios milites mercede còduxit trecentos & duos, persuasitq; Thrasylulo Eliensi hospiti, vt duo talenta daret. His de causis cum scripsisset Thrasylulus ius ciuitatis illi post reditum dandum esse, populus Atheniensis donum ratum habuit. Archinus vero eum accusat violatarum legum, quod nondum factò Senatusconsulto, donum accepisset. Postquam vero decretum abrogatum est, iure ciuitatis excidit, & reliquum tempus perinde ac si ciuis fuisset, transegit, obiitq; ibidem annos natus tres & octoginta, alij septem subtrahunt.

CCLXIII. ISÆI ORATIONES LXIV.

LEGIMVS varias orationes Isæi: quarum numerus, vt semel dicam, sexaginta quatuor: quarum germanæ solum quinquaginta. Lysiam autem potissimum imitatus est, cuius & discipulus fuit. Imitatū vero illum fuisse arguit nominū concinnitas, & rerū grauitas. Sic enim orationes illius Lysiam imitantur, vt nisi quis diligenter attendat, vtriusque styli differentiam vix dignoscat, schemata si excipias. Etenim prima. Isæus schemata adhibuit, & animum ad civilem artem conuertit, quod maximè Demosthenes, illius discipulus, imitatus est. Genere erat Chalcidensis. Athenas vero missus Lysia præceptor, vt diximus, operam dedit. Floruit vero post Peloponesiacum bellum, & vsq; ad Philippi imperium peruenit. Hic relicto ludo suo, Demosthenem decem millium drachmarum pretio instituit, ob idque maxime excelluit. Ipsi etiam Demostheni de tutoribus scriptis ferunt orationes.

CCLXIV. ÆSCHINIS ORATIONES & EPIST.

LECTAS sunt orationes Aeschinis: quarum tres numero sunt, & epistolæ nouem. Nam Deliaea non est Aeschinis. In orationibus suis suauis, purus, distinctus, & & Enthymemarum perspicuitate excellens. Oratio vero in Timarchum habita, quod meretriciam factitaret, accusat. Timarchus vero tertius, iudiciumq; defugiens se suspendit. Nunciavit primus secundā victoriam in Tamynis Atheniensibus, quam obrè corona donatus est. Ferunt autem primum ipsum ad populum contra Philippum orasse, cumq; oratione gratiam comparasset, legatum ad Arcadas missum esse, ad quos cum venisset, *decem millia contra Philippum armasse.

Aeschines hic patre natus est Atromero, qui initio cum sub triginta Tyrannis exsularer, ipse postea populū ad libertatē reuocauit: Glaucos matre, tribu vero Cothocides, neq; genere, neq; opibus celebris. Adolescens cum esset acrobustus viribus, ad Gymnasia studiū laboremq; còtulit. Postea cum vocis firmitate ac robore valeret, se Tragœdijs agendis exercuit: &, vt Demosthenes scribit, scribæ vicarius, ac * tertias agens partes in Bacchanalib. Aristodemi arbitratu semper fuit: & iuuenis etiā nū litteras unā cum parente docuit: prouectior autē militauit. Nonnulli etiā Socratem & Platonē audisse ferunt. Cæcilius vero † Leodamantis discipulū facit. Veratus in Rep. est non in gloriosus: q̄ Demostheni, eiusq; suffragatorib⁹ aduersaretur; cum quo Legationes obiit cum multis alias, tum de Pace ad Philippū, in qua accusatus à Demosthene est: quodque ipse Pylagoras existens auctor belli introducendi fuisset, cum ab Amphictyonibus ad Amphissæos legatus est creatus, ipsiq; Amphictyones portū struxissent, quo factò ad Philippū confugerunt, & Philippus, auctore Aeschine, res ipsas esse aggressus, & Phocidē cepit. Eius sententiæ patrocinante Eubulo Spinthari F. & Prouallio, qui tum summā apud populum potestatē obtinebat, subleuatus, triginta suffragijs euasit. Postea vero, cū Philippo mortuo, Alexander transfret in Asiam, Ctesiphontē in ius vocauit, q̄ decernendis Demostheni honoribus ipse contra leges fecisset. Quo in certamine cum quintā suffragiorū partē non obtinisset, Rhodum còfugit, cum à multa mille drachmarū persoluentia, ad quā fuerat damnatus, animo ac voluntate abhorreret. Ludoq; Rhodi aperto docuit, vbi cum Rhodij orationē à se habitā contra Ctesiphontē ostendisset, cumq; omnes mirarentur, potuisse illū his pro se dictis in iudicio superari. *Minime sane, inquit, miraturū fuisset, Rhodij, si contra ea dicentē Demosthenē audissetū.* inde autē Samum nauigans, atq; in insula habitans, nō ita multo post mortuus est.

Impudicitia.

* uulgus.

* Cic. Diuinat. in Ferrē. Si in actoribus Gracis fieri videmus, se periculum qui est secundarum. † Sic & Plutar. in X. Orator. Alcidamantis Eleata. Suidas in Aeschine.

DEMO-

Orationes.

LEGIMVS omnes penè Orationes Demosthenis. Dicuntur illius germanæ sexaginta quinque: quarum elegantiores quæ ad populum, quàm quæ ad Senatū habitæ, à pluribus iudicantur. Nonnulli orationem de Haloneso (quæ contra Philippum secunda inscribitur,) quia cum ea pugnat oratione, quàm contra Philippi epistolam dixit, illius propriam esse negant, & confirmare opinionem suam conantur nominibus & verbis, & compositionis modulatione: multum enim à Demosthenis stylo abhorere. Attenuatam enim & dissolutam huius orationis esse phrasim, & oratoris facultate inferiorem: alij verò abiudicantes Demostheni, Hegesippo tribuunt. Equidem eū obseruatum diuersorum orationes oratorum similes interdum existere, & contra eiusdem auctoris dissimiles nonnunquam euadere orationes (non enim in dicendo facultas, præsertim in propriis ac maximè opportunis orationibus, vt nec in alijs rebus omnibus, immutabilis est, ac sui perpetuò similis) eumque hanc diuersitatem hic animaduertam, pronuntiare non ausim, siue Hegesippi hæc, an Demosthenis oratio. Similiter & orationem, quæ inscribitur de Conditionibus ad Alexandrum, Hyperidi potius quàm Demostheni attribuitur, quod cum multis alijs Demosthenes artibus reliquos oratores vicerit, tum potissimum verborum delectu superarit. At hæc oratio habet nonnullas voces non oratorias, vt *ἐὐπαιστὸν, ἀλαργεύειν δὲ αὐτὸν*, & alia similia. Sunt etiam qui duas in Aristogitonem orationes quasi non germanas reiciant: sed tamen non indicant auctorem earum, inter quos vnus est Dionysius Halicarnasæus, non magnū sententiæ proferens testimonium, nec inuestigare studens, vt pluris fieri debeat Aristogiton contra se Demosthenem dixisse confessus, quàm Dionysij negatio. Etenim defendentem se non obiter, sed accuratè exaduersum contendisse ea oratione appareat, quæ inscribitur Apologia contra demonstrationem Lycurgi, & Demosthenis. Oratio quoque contra Midiam, & contra Aeschinē in causa fuit, cur Demosthenis esse non dicerentur, quod non idem stylus. Etenim in his duabus orationibus ex interiectis quibusdam vrgens, iisdem argumentis, secum ipse pugnare videtur, quasi dimicans & non reuera pugnans. Hinc & nonnulli dixerunt, vtramque orationem in aduersariis dumtaxat relictam, neque integrè ad editionem relictam. Hoc enim timidius ac circumspectius agere videntur. Sed qui has damnant, quid illi de Aristide iudicent: qui ad nauicam vsque hoc stylo vitur, vt qui in opere modum excedat, & superfluitate magis, quàm mediocritate vtatur? Maximè verò oratio contra Aeschinē afferendi ansam dedit in aduersariis, relictam esse, nondum tamen perfectam. Quamobrem quæ in accusatione magnam habent obscuritatem & leuitatem, extrema oratione afferuntur, quod orator non attendit, magis de proprijs verbis sollicitus. Etenim non talis oratio Lysia in Mnesiptolemum, sed in omnibus, quibus oportet, partibus affectum seruans, nec impetum reprimat, nec desinit auditores ad extremum vsque exaltare. Quamquam & orationem de falsa legatione nonnulli aiunt in commentarijs relictam esse, neque ad endum, neque integrè conscriptam esse. Quamobrem quæso? Quia post Epilogos, qui multi sunt, & maximam occupant orationis partem, cum antea obiectiones multas resutarit, hic rursus easdem refellit, quod contra artificiosum est, ac leges dicendi. Et orationem pro Satyri tutela contra Charidemum, recti censors Demosthenis esse dicunt. Callimachus, censor non bonus, Dinarchi esse putat, nonnulli Lysia: pugnat tamen temporum ratio, totiusque aded orationis stylus, & res, & elocutio. Demosthenis verò esse arguunt obliqua enuntiatio, continuatioque periodorum, ac vehementia. Ab ipso enim principio his oratio exornatur, adhibeturque bonus verborum delectus, & concinna compositio enter. Testantur id etiam figure: sunt enim cum acrimonia coniunctæ, & varietatem orationi adferunt. Etenim addit interrogaciones, reditones, asyndeta, quæ maximè Demostheni familiaria, sed & accurata constructio, quæ suo ornatu efficaciam tamen non tollit, ipsæque periodi vndique perfectæ, decorum vbique seruant. Nullam enim compositionem prætermittere, sed periodis omnia completi, Demostheni est cum Iocrate, ac Lysia commune. At periodorum varietas in magnitudine membra adimplens, diuersita-

Parallelas nostras Sitarum Demosthenis atque Aristotelii cum his comparare licet. Oratio de Haloneso.

Oratio de Conditionibus seu federe Alexandree.

Orationes dua contra Aristogitonem. Dionysius Halicarnasæi. pag. Græc. 197. quæ cum huius conferre licet.

Aristidis orator.

Lysia in Mnesiptolemum oratio.

Oratio Demosthenis falsa legationis.

Oratio contra Charidemum Callimachus criticum.

R R R 3

Oratio de pace: que Helicurusasso sexta Philippica est.

Oratio contra Nearam & alia.

Oratio contra Leptinem.

Eluius Longini Dionysii meminit & Eunadium Sardinianum, & exstat libellus in 12. libris. De sublimi dicendi genere.

Affectus rhetor.

Oratio contra Midiam.

* περιεχεται + περιεχεται.

Olynthiaca tri.

Ex Plurarchi X. Oratorum libello.

* περιεχεται + περιεχεται.

tem inter illos parit, cum Isocrates plerumque ambitum producat: Lyfias vero contra- hat, in utroque decorum seruet Demosthenes. Oratio autem quae de Pace est, com- posita quidem, sed non habita existimatur ab aliis, & maxime à Libanio sophista. Ora- tor enim Aeschinonem accusans, nihilominus se etiam accusat, quod suafisset Athenien- sibus Philippionem esse Philippum decreto renuntiandum, qua illum acerbe re- prehendit, quod eius rei auctor, suafisque existisset. Nam suafisse illum ut Amphi- ctyon Philippus crearetur, clarum est. Orationem vero contra Nearam, ut languidio- rem ac remissiore, Demosthenis nonnulli de familia citant, ut & amatoriam, & fune- brem laudationem. Atunt & Demosthenem quatuor & viginti annos natum oratio- nem de Immunitate contra Leptinem conscripsisse, cuius proœmium agonisticon 802 esse putat Longinus criticus: qui Claudio imperante floruit, causasque plurimas egit, Zenobia Ostroenorum regina imperium tenente, mortuo iam Odenatho marito, quem prius tradunt scriptores ab impietate gentium ad Iudaeorum mores traductum, Verum Longinus sic quidem de hoc proœmio iudicauit, ceteri enim morale esse non rectè pronuntiant. Pluribus autem hæc oratio in iudicando contentionis materiam præbuit, (in his Aspasio rhetori, qui exordium satis accuratum esse negat,) ut & oratio contra Midiam. nam & de hac non pauci certarunt, multisque altercandi ansam præ- buit. Alij enim formam illi * affectionis plenam & grauitatis: nonnulli ÷ negotialem characterem attribuunt, & omnino verborum grauitas hæc est, & compositionis mo- dulatione, & rursus argumentis & enthymematis affectu plenam, patheticam quoque pronuntiationem accommodat, pragmaticis vicissim quæ ipsis conueniunt, adaptat. Seruat & affectus leniores, non in hac modo oratione, sed & in aliis. Verum difficil- limum est oratori, in contentioso dicendi genere leniores perpetuò retinere in aduer- sarij affectiones, ei præsertim, cui vehementius atque acrius ingenium obuenerit: quale Demostheni atque Aristidi obtigit. Hinc fit, ut efferantur sæpenuero, natura longè argumentum superante. Neque enim ars voluntatem dirigere valet, nisi & subsidium ingenij accesserit. Annos natus octo & triginta Atheniensis populo per- suasit, Olynthiis auxilium contra Philippum mitterent.

DEMOSTHENES Demosthenis, & Cleobulæ F. tribu Pæanienfis, relictus à patre cum esset annos natus septem, & soror quinque, totum illud tempus quo patre orbatus fuit, apud matrem egit, cum se Isocrati ad audiendum daret, ut quidam aiunt: ut autem plurimi, Isao Chalcidensi, qui & ipse Isocratis erat discipulus, studio amu- landi Thucydidi & Platonis philosophi incensus: alij enim aliter de oratoris instituti- one ac doctoribus narrant. Cum vero ad ætatem maturam peruenisset, ac pauciora, quam esset æquum, à tutoribus accepisset, qui tres erant, nimirum Aphobus, Theri- pides & Demophon, qui alius Demeas est, à singulis talenta decem multæ causa postu- lante, ipsosque vicit. Ipsam vero condemnationem parui fecit, aliis quidem pecu- nia, aliis vero etiam * obsequio liberatis. Choragus factus Midiam Anagyrsium, qui illum præbitoris officio fungentem percusserat, in ius vocauit, acceptisque tribus drachmarum millibus, ab accusatione destitit. Nec desunt qui dicant, eum multa nat- uræ vitia exercitatione vicisse, & adhuc iuuenem in speluncam descendere solitum, in eaque eloquentiam exercere, abrafa dimidia capitis parte, quo sibi exeuendi faculta- tem eriperet. Deinde lecto cubare angusto, ut citius excitaretur, & p̄ litteram, cum natura pronuntiare non posset, labore didicisse. Et cum humerum exercendo inde- core moueret, obelisco, vel, ut nonnullis videret, gladiolo de laquearibus suspenso co- ÷ercebat, ut timore ab ea deformitate cessaret, seque in decenti gestu contineret. Ipse ad Phalericum se conferens iuxta fluctuum imperus exercebatur, ut assuetudine natu- ram corrigeret. Quin & speculum iustæ magnitudinis sibi comparauit, in quo se ipse contemplans gestus obseruabat, ut si quid in actione vitij esset, hoc animaduersum ad rectum dirigeret. Cumque angusto esset spiritu, ut longiores ambitus vno ductu es- ferre non posset, Neoprolemo histroni decem millia drachmarum dedit, quo illum spiritus extensione doceret: & cum angustis esset ad vsum meatibus (quibus attrahen- do per palatum aerem veluti aëra quadam peccus calefactum refrigeramus, atq; inde halitus fumosos educimus, & in eo maxime claræ vocis sonus consistit) oliuam ori in- ferens, & per accliuia decurrens latiores reddidit, ac naturæ aptiores: quo motu oliua

802

803

ad nares

ad nares illisa & absorpta, tenuiores illos angustioresque meatus naturæ functioni idoneos redderet.

804

Cum vero sese ad Rempubl. contulisset, & in duas partes ciues diuisi essent, ut alij pro Philippo starent, alij populi, honorumque omnium vtilitati studerent, eam partem delegit, quæ Philippo aduersaretur, eandem rationem administrandæ Reipub. secutus, quam & Hyperides, & Nausicles, & Polyuctus, & Diotimus. Ex quo etiam ciuitati socios fecit Thebanos, Eubœenses, Corcyraeos, Corinthios, Bœorios, multos præterea alios. Cum vero aliquando concionando indecore in theatro explosus esset, tristis domum abiit: cui cum forte Eunomus Thriasius iam senex, factus esset obuius, cognita mortoris causa, bono esse animo iussit, ac recreauit, in primisque Andronicus histrio, cum ita diceret, orationes illius pulchras & splendidas esse. Cuius rei gratia permotus Demosthenes, seipsum Andronico tradidit, ibique actionis artem didicit. Hinc etiam interrogatus, quid primum in dicendo esset, respondit Actionem: quid secundum & tertium, similiter Actionem respondit; ostendens magnam esse partem eloquentiæ ad populo persuadendâ, actione iurabat autem, ut Phalereus ait, per ter- ram, per fontes, per fluuios, per lacus, quo pacto cum iurasset, apud populum tumul- tum consciiuit. Iurauit quoque pro Asclepion, antepenultima acuta Asclepion. Cum vero otium ac studium audiendo Ebulidem Milefium, qui in Dialecticis secundus erat nemini, consumeret, omnia in quibus ipse deficeret & claudicare videretur, emen- dauit. Cum autem essent, qui habitas à Demosthene contra Philippum conciones ad eum ipsum deferrent, dixisse admirandum narrant: Equidem si orantem audiuisset, non alium, qui contra me bellum gereret, duces delegissem. Cum autem quidam il- lum interrogaret, vtrius orationes essent fortiores, & ad persuadendum aptiores, De- mosthenis, vel Isocratis, ipsius orationes militibus propter bellicam virtutem, Iso- cratis vero athletis similes esse dicebat, quod hæc quandam talem delectationem ad- ferrent, qualem in theatris percipere homines solent. Cum post condemnationem (actionis de Corona contra Cresiphontem) Aeschines fugeret, illum equo Demosthe- nes est profecutus, & aliis rebus consolatus, argenti talentum, alia omnia expectanti, inopinato donauit. Etenim insequentem intuitus Aeschines, ratusque ad iniuriam calamitatemque rapti genibus accidit, & capite obuoluto salutem deprecabatur. Hic vero, ut iam diximus, officium non tam oratore, quam philosopho dignum præstitit. Hortante autem Demosthene, ut exsilium æquo animo ferret, subiecit ille: Qui pos- sem, inquit, cum eam relinquo urbem, in qua eos inueni hostes, qui benignitate ami- cos alibi longè superent. Hic etiam Demosthenes annonæ præfectus, furti que accu- satus, absolutus est. Cum vero Elateam Philippus occuparet, ipse cum iis, qui pugna- uerant in Chæronea, militauit, in quo prælio ordinem fuga deseruisse visus est. Cum autem fugientis Chlamydem rubus retinuisset, tum Demosthenes conuersus impre- cabatur, & iura, setua: viuam, inquit, cape. Notatum hoc in clypeo habuit, & signa- tum: BONA FORTUNA, orationemque habuit in funere eorum, qui in bello ceci- dissent, quæ si fortunæ tunc statum, conditionemque spectes, fortè non indigna De- mosthene videatur, at si cum allarum virtutibus orationum componas, non parum deterior. Postea vero cum ad vrbs refectioem studio curaque intentus esset, mu- rorum curator factus de sua pecunia ad eam rem impendit minas centum: ad specta- cula autem decem minarum millia contulit, triremesque conscendit, & vndique ad socios nauigans pecunias coëgit, quas ob res persæpe ipse aurea corona est donatus, primum quidem à * Demotele, Aristonico, & Hyperide: postremum vero à Cresi- phonte. Cumque decretum hoc tanquam contra leges factum, Diodotus atque Aeschines accusassent, ipse pro se defensione vsus vicit. Postea vero cum Alexander in Asiam exercitum duceret, Harpalusque Athenas cum facultatibus pecuniisque fu- geret, hunc quidem primò recipi orator prohibuit: deinde postquam nauigio est in- gressus, acceptis mille Dariat acquiriuit. Cumque Athenienses hominem Antipatro dedere vellent, repugnauit, scripsitque ut ea, quam secum attulerat Harpalus, pecunia in summa arce deponeretur, quæ Harpalus eius ipsius pecuniæ numerum ac sum- mam diceret, neque populo pecuniæ summam indicauit. Cum autem dixisset Har- palus septingenta talenta à se allata, & in arce collocata, octo tantum & trecenta, aut paulè amplius reperta sunt. Postea cum Harpalus è carcere aufugisset, atque in Ceteram,

Funebris lam- datio.

* Δημοτέλης ὁ ἐν Πλάτωνα.

Polyeuctus.

Cretam, vel, ut alij volunt, in Tanarum agri Laconici oppidum venisset, accusatus Demosthenes acceptorum donorum est, vocatusque in iudicium ab Hyperide, Pythia, Menesachmo, Himerao, Procle: quorum opera effectum est, ut Areopagitarum sententia condemnatus exsulatum abiret, cum multæ in quintuplam soluendæ non esset futurus satis. Accusabant autem quoddam triginta talenta accepisset, vel, ut nonnulli dicunt, non expectato iudicio illum fugisse, iam iudicibus sententiam ferre parantibus. Postea vero cum Athenienses Polyeuctum legatum ad Arcadas misissent, ut eos à Macedonum societate abduceret, neque Polyeuctus persuadere potuisset, prodrens Demosthenes, & vnà dicendi partes assumens, persuasit. Cuius rei causa cum eum admirandum quendam hominem omnes ducerent, paucis elapsis diebus decretum de illo reuocando est factum, ex eoque missa est trirēmis quæ illum adueheret, decreueruntque Athenienses, ut triginta illa talenta, quibus mulctatus fuerat Demosthenes, ex æratio ad struendam aram Ioui in Piræo conferrentur, atque ita liberaretur. Et rursus Rempub. administravit. Cumque Phatalum cepisset Antipater, minaturusque nisi Athenienses oratores dederent, se urbem obsessurum: Demosthenes, relicta ciuitate, sibi salutem fuga quaesivit, ac primum quidem in Æginam confugit. Sed cum vereretur Antipatri iram, se in Calauriam transtulit. Cum autem Athenienses oratores, ipsumque Demosthenem dedere statuissent, in Neptuni templo supplex condescit. Cumque ad eum Archias, qui Phygadotheres (quasi exsulum venator) cognomento dicebatur, accederet, eique suaderet, ut exiret, beneque de Antipatro speraret. Tunc Demosthenes: Neque cum tragædias, inquit, ageres, mihi persuasisti, neque hoc nunc suadens, persuadebis. Et cum Archias vim inferre conaretur, prohiberunt illi, qui ad vrbs custodiam erant constituti. Tum Demosthenes strenue & fortiter: Non salutis, inquit, egens in Calauriam confugi, sed ut impietatis & violentiæ in Deos Macedones conuincerem. Et codicillum postulans inscripsisse fertur, statue inscribendum distichon, quod postea ab Atheniensibus inscriptum:

ΕΙΠΕΡ ΊΣΗΝ ΤΝΩΜΗΙ ΡΩΜΗΝ ΔΗΜΟΣΘΕΝΕΣ ΕΙΧΕΞ
ΟΤ ΠΟΤ ΑΝ ΕΛΛΗΝΩΝ ΗΡΞΕΝ ΑΡΗΣ ΜΑΚΕΔΩΝ.
SI PARIÀ ELOQVIO DEMOSTHENES ARMA TVLISSES,
NON CADERET MACEDVM GRÆCIA VICTA MANV.

ut refert Demetrius Magnes: aut, ut nonnullis videtur, repertum est hoc scriptum: Demosthenes e Antipatro salutem dicit.

Genus verò mortis quo obiit, varij tradunt: alij epoto veneno obiisse: alij calamm veneno insectum momordisse, quo epistolam scribere cœperat, eoque gustato, mortuum esse: alij in circulo concauo quem circum brachium ferebat, venenum seruasse. Sunt verò qui eum compresso spiritu, mortem sibi consciuisse dicant: alij venenum, quod in annuli pala condiderat, hausisse. Vixit annos, ut multi dicunt, septuaginta: ut alij, sexaginta septem. Rempublicam duos & viginti annos gessit. Liberos ex vxore nobili reliquit duos. Est autem ipse imago in Prytæo, gladio cincta: eo enim habitu orationem habuisse fertur, cum Antipater oratores ab Atheniensibus dedi sibi postulauit. Post paulò Athenienses in Prytæo vicum propinquis Demosthenis præbuerunt, aliisque honoribus mortuum exornarunt, eique statuam in foro statuerunt. Feruntur plurima illius Apophthegmata, ac sententiæ, quæ identidem apposite proferebat: audientes verò memoriæ ac scriptis mandantur. Cum aliquando in concione ab Atheniensibus dicere esset prohibitus, dixit pauca habere se quæ illis dicere optaret. Itaque factò ab Atheniensibus silentio: Adolescens, inquit, ætate asinum conduxit, quo ex vrbe Megaram proficisceretur. Cum autè dies medius esset, aë Sol vehemèter effertur sceret, locator & conductor sub vmbra asini quiescere cupiebat. Vgebat alter alterum: locator quidem cum diceret, se asinum non vmbra locasse, conductor verò cum se circa asinum omnem potestatem habere confitaret, & hæc cum dixisset, abiit orator, aures eorum ad, reliqua cupidè audienda exacuens. Hunc autem cum Athenienses retinerent, orarentque ut fabulam ad finem perduceret. Itane, de asini, inquit Demosthenes, vmbra audire vultis, me verò de rebus necessariis dicentem audire recusatis. Batalum nominatum alij dicunt, quod iuenis ac lasciuens

De asini vmbra fabula & proverbium.

Batalus

807

lasciuens vestibus muliebribus abusus esset: alij diminutè ipsum sic cognominatum à nutritis nomine conuiciantur: alij verò, quos inter & Libanius Iophista, quod iuenis imbecillo esset corpore, & valetudinarius. Quare neque in palæstram venire, ut omnes Atheniensium pueros, solitum. Ideoque virili ætate ab inimicis propter effeminatum animum irrisus est, & Batalus nominatus. Fertur Batalus quidam tibi- cian fuisse, qui primò calceis muliebribus in scena vsus est, & membris fractis, omnino artem mollem, & enervatam reddidit, vnde & dissolutos & effeminatos Batalos nominant.

HYP ERIDIS

Orationes.

CCLXVI.

LEGI varias orationes Hyperidæ: quarum germanæ quinquaginta duæ sunt, & viginti quinque in dubium vocantur. Sunt autem in vniuersum sexaginta septem. In componendis orationibus egregius, ut dubitent nonnulli vtrum Demosthenes eum vincat, an Hyperides Demosthenem. Sunt qui Hyperidem anteponant, & hoc epigramma, quod nonnulli Demosthenis statuae subscribunt, huic, solo nomine mutato, attribuunt. Scribunt enim:

*Hic si quantum animo tantum valuisset & armis,
Argolicas Macedo non domuisset opes.*

Hyperides patre natus erat Glaucippo, Dionysij filio, tribu Colitensis. Filium habuit eodem quo & pater illius erat nomine Glaucippus, rhetorem illum, & orationes scriptitantem. Is cum Platonis philosophi auditor vnà cum Isocrate fuisset, Rempublicam Athenis gessit, quo tempore Alexander rerum Græciæ potitus est: eique de ducibus & trirēmis, quas ab Atheniensibus petiit, contradixit. Idem non dimittendi exercitus, qui in Tanaro erat, auctor fuit. Honores Demostheni decreuit: accusatusque à Diondota violatarum legum, mox absoluitur. Amicus vsus est, Demosthenes, Lyficles, & Lycurgus; quam tamen amicitiam perpetuò non seruauit, sed posteaquam Lyficles, & Lycurgus è vita excessissent, iudiciumque subiret Demosthenes, quod ab Harpalo pecunia corruptus videretur, designatus ab omnibus ipsum Demosthenem accusauit. Ceterum ab Aristogitone legum male-latarum actio contra hunc est intentata, quod decretum fecisset, ut alienigenæ post pugnam ad Chæroneam, eiues fierent, atque seruis libertas daretur, & sacra, & liberi, & vxores in Pyræum deferrentur, quo ille iudicio absolutus est. Cum autem accusaretur, quod in decreto à se factò multas leges neglexisset: Nisi, inquit, Macedonum arma mihi tenebras offudissent, non ego decretum illud scripsissem, sed pugna ad Chæroneam commissa coëgit. Primum, nondum orator ab Atheniensibus electus, mercede accusauit. Persicæ visus est pecunia cum Ephialte participasse: deinde commissa illi cura trirēmium, quando Philippus Byzantium obsidebat, & promptè Byzantinis supplicatis cum portasset, choragi officium suscepit eo anno, omnibus aliis à publico munere abdicatis. Decreti quoque ab eo sunt honores Iolæ, qui Alexandro Magno venenum lethiferum miscuerat, fuitque socius ac particeps belli Lamiaci cum Demosthene, funebremque pro iis qui in eo bello cecidissent orationem, magna cum omnium admiratione habuit. Cum verò Philippus in Eubœam nauigare contenderet, Atheniensesque sibi ab eo metuerent, ex publicis largitionibus trirēmes confecit quadraginta, primusque pro se ac filio duas trirēmes dedit. Cumque Delij cum Atheniensibus contenderent, vtros templo Apollinis Delphici præesse necesse esset, delectusque esset Æschines, qui ea de re diceret, decreuit Areopagitarum consilium, ut ad id muneris Hyperides vocaretur, estque ipsius Hyperidis Deliaica inscripta oratio. Cumque ab Antipatro legati venissent, ipsumque Antipatrum, ut optimum, laudarent, his se opponens, Hyperides: Scimus, inquit, istum esse optimum, sed tamen nobis nihil optimo domino est opus. At cum Phocionis largitionem accusasset, quam Midias Anagyrasus retulerat, causa cecidit. Post illam ad Cranonem cladem acceptam postulatus est ab Antipatro, cumque eum populus dedere veller, Athenis fugit Æginam. Cumque Demostheni occurrisset, propter illam quæ ex

SSS causa

causae ditione contra illum orta fuerat contentionem, illinc discessurus, vi (licet simulacrum amplexaretur) comprehensus in templo Neptuni ab Archia est, qui Phygadotheras nomine dicebatur, hinc ad Antipatrum, qui cum Corinthi agebat ductus. Cumque torqueretur, ut proferret arcana ciuitatis, adeo se virum praebuit, ne quid contra patriam diceret, ut linguam corrodens, ne quid inuito sibi excideret, mortem oppeterit. Referunt nonnulli hunc linguam sibi praecidisse, cum in Macedoniam duceretur, eumque a morte insepultum proiectum, nisi quod amici illius, inuitis Macedonibus, ossa eius cremantes Athenas retulerint.

DINARCHI

Orationes.

LECTAE sunt variae orationes Dinarchi, quae sunt numero sexaginta quatuor, quas omnes plurimi Critici germanas esse diunt. Sunt qui nonnullas Aristogtoni, qui tempore Hyperidis floruit, attribuunt. Orationes autem eius interdum Hyperidis stylum redolent: magis vero ad Demosthenem inclinare videntur, quibus incitationem ipsius & vehementiam, & schematum formas & varietatem imitari conatur. Socratis, aut Socrati erat filius, indigena ut nonnullis videtur, ut quibusdam Corinthius. Cum vero admodum adolescens Athenas venisset, quo tempore in Asiam duxit exercitum Alexander, Theophrastum audiuit, versatusque cum Demetrio Phalereo est. Maxime vero se reipublicae tradidit post Antipatri mortem, ex oratoribus aliis quidem morte e medio sublatis: aliis vero fuga ereptis. Hic quum Castandro Macedonum duce amicitia esset coniunctus, maximam vim argenti coaceruauit, venditis orationibus, quas orantibus conscripsit. Porro se quibusque clarissimis oratoribus opposuit, non quod publice causas ageret, (neque enim poterat) sed cum orationes iudicio aduersus illos disceptantibus scriberet. Cumque Athenas Harpalus fugisset, plures scriptae sunt ab eo contra eos, qui accusati pecuniarum ab hostibus acceptarum essent. Post vero illud tempus, accusatus quod ad Castandrum colloquendi gratia venisset, ex facultatibus constata ingenti pecunia fugit in Chalcidem. In exilio vero cum mansisset annis quindecim, multis opibus comparatis, rediit opera ac studio Theophrasti, qui illi, ceterisque, qui vna exulabant, reditum in patriam aperuit. Cum autem diuerneret apud Proxenum eius socium, iamque senex, & oculorum acie debilis argentum amisisset, diem Proxeno dixit, ac tum primum in iudicio dixit, eaque exstat oratio. Nouem oratorum orationes, quas legitimus, hic continentur.

LYCVRGI

Orationes.

NON fuit otium legendi orationes Lycurgi, qui non pauciores, quam ceteri oratores, orationes scripsit. Scriptas vero ex eius historia solum quindecim didicimus. Patrem habuit Lycophronem, Lycurgi filium, quem triginta tyranni interfecerunt, tribu Ereobutades fuit. Primum quidem, ut historia testatur, Philosophiae studio se dedit, in quo magistro est vsus Platone philosopho. Deinde factus Isocratis familiaris, versabatur in republica praeclearè, tum dicendo tum faciendò: & iam illius fidei pecuniarum administratio erat commissa. Quaestor vero est creatus, & per tria iustra quaesturam gessit * quatuordecim millium talentorum. Ad bellicos apparatus delectus, rempublicam fractam multis rebus meliorem & firmiterem reddendo instaurauit, triremesque populo trecentas instruxit, multaque opera imperfecta relicta ad finem perduxit: naualia item & rerum necessarium armamentarium: ipse quoque fundamentorum iacendorum in stadio Panathenaeico 810 auctor fuit. Penes hunc fuit ciuitatis custodia, & sceleratos comprehendendi potestas: quos omnes ita eiecit, ut sophistarum nonnulli dicerent, Lycurgum non atramento, sed sanguine calamum contra improbos intingentem conscribere. Tantum sui desiderium, amoremque Atheniensibus reliquit, ut cum esset ab Alexandro cum ceteris oratoribus postularus, populus nequaquam hunc dedendum existimaret.

* Hec sunt octo myriades, & quadraginta millia scutorum Dudaes, et singula talenta sexcentis coronatiu assimen- tur.

existimari. Legationes multas obiit: cum * Demosthene vero ad Peloponnesios. Magna fuit Athenis gloria, semperque aequitatis laude valuit, ut in iudiciis Lycurgi sermonem protulisse, patrocinio adderet auctoritatem. Tulit vero leges, quarum quinta est, ne mulier Eleusinem vehiculo iter faceret, ne tenuiores ditioribus essent inferiores. Cum autem veigalium exactor quidam manus in Xenocratem Philosophum iniiecisset, eumque in custodiam abduceret, huic datus obuiam Lycurgus baculum in caput impigit, ipsumque Xenocratem liberauit: illum autem turpis atque infamis facinoris auctorem, in carcerem compingi iussit. Hanc ob causam cum esset collaudatus Lycurgus, paucisque elapsis diebus Lycurgi filij Xenocrati obij fuisent, Ciro, inquit, o filij, patri vestro gratiam reddidi. A multis enim laudatur, quod me contumelia & iniuria affectum vindicari. Tamen vero abundaret diuitiis, ut nemo in urbe magis, vestem tamen vnicam gestabat & astate, & hyeme: quin & non calceatus plerumque incedebat, nisi cum honestas calceis uti cogebat. Dies noctesque rerum meditatione defixus erat, quod eum natura ad dicendum ex tempore non satis aptum genuisset, ut quod naturae deerat, labore pensaret: & quo facilius excitaretur, & cogitatione uti posset, lectulum habebat suppositum, in quo pellis tantum erat villosa, & ceruical. Erat in eo summa in loquendo libertas propter generositatem. Cum Athenienses aliquando ipsum concionantem non ferrent, ad eos exclamauit: O flagrum Corcyraeum, quam multis talentis es dignum? Cum vero instare mors videretur, se in * matris Deum delubrum, ad Senatum deferri iussit, cupiens rerum a se in Republica gestarum rationem reddere: vbi cum illum ut omni calumnia superiorem accusare praeter Menesachmum auderet nemo, domum est relatus & mortuus. Neque in hac modo contentione victor, sed & saepenumero accusatus criminibus facile refutatis, aduersarios superauit. Saepè etiam coronas a populo accepit. Filios autem ex Calliste Abrohem, Lycurgum, & Lycophronem reliquit, quos, mortuo Lycurgo, ingrati Athenienses Vndecemuiris tradiderunt, accusante Menesachmo, Thrasycle accusationem scribente. Sed cum Demosthenes in exilio agens, per litteras Atheniensibus significaret, male illos audire ob tanti viri filios vinculis traditos, quod pater Rempub. administraret, quem etiam viuum reuenter admirati essent, & coluissent: infontes declarant.

LECT diuersorum sanctorum virorum libros viginti & vnum, diuersorum omnino argumentorum: vnde haec septima, pulchritudinem venustatemque verborum comprehendens, eò hisce omnibus Exceptis respicit, quanquam alia nonnulla cum his coniungantur.

EX HESYCHII PRESBYTERI HIEROSOLYMITANI Encomio in beatum Thomam,

Thomam,

Dominica in Albis forte pronuntiatio. Ioan. 20.

LEGIMVS nonnulla Hesychie presbyteri Hierosolymitani ex encomio S. Thomae: Sacra illa tuba Andreas, primus Apostolorum factus, prima Ecclesiae columna, ante Petrum petra, fundamenti fundamentum, initij primicia, vocans antequam vocaretur, adducens antequam adduceretur, nos ad conuentum hunc solemniter agendum incitauit. Euangelium cui nondum credebatur praedicauit, & fratri prius quam disceret, vitam reuelauit. Tantas illi diuitias illa interrogatio attulit: Vbi habitas? Quamquam magnum aliquid responsio habuit, ut Andreas menti alre insigens, viderit. Veni, inquit, & vide. Quomodo factus es Propeta? vnde adeo diuinus? quid Petri auribus obstrepis? quid consequi illum conaris, quem nequis comprehendere? Qui vbi que est, quomodo inueniri potest? Etenim sciuit Andreas quid diceret: Inuenimus quem perdidit Adam, cui Eva damnum attulit, quem peccati nebula ab oculis nostris abscondit, quem inobedientia a nobis alienauit, quem quaesuit Dauid: In die tribulationis meae Deum exquisiui. Et Sophonias clamat: Quare Deum omnes mansueti terrae. Percussit nos Deus, quando Adamum ad mortem

S. Andreae laud.

Ioan. 1. 39.

Psal. 76. 2.

Soph. 2. 6. 3.

* μαρτυροι υμης humiles terrae.

Offic. 6. 1.
Istius 53. 6

Offic. 6. 3.

Ioan. 7.
S. Petri laud.

Iac. 1.

CCLXXX.

Ab. 11.

Ab. 17.

Ab. 17.

* ερημ. 19. 21.
τιου.

CCLXXXI.

Luc. 1.

1. Cor. 12.
Ioan. 1.

Matth. 16.
Ioan. 21.
* ερημ. 19. 21.

Ab. 2. 37. Ibid.
8. 3. & 12. 4.
Ephes. 6. 20.
Ab. 8. 1. &
14. 19.
2. Cor. 11. 25.
Exod. 29. 2.
Psal. 50. 18.
Luc. 13. 7.

tem molestamque vitam condemuauit: *Sanauit nos, percussit, & curauit nos.* Quando crucifixus pro populo, languore & resurrectione omnes sanauit. Nudus in cruce CHRISTVS pependit, insons, veste non indigens. Innocens fuit, & multam manifesto dependit. In eo factum nihil fuit: ipse enim nostram factitatem in ornatum conuertit. Inuenerunt vnguenta ferentes mulieres, quod per Euam amiserant. Inuenit lucrum quæ pœnæ causam dederat: *Veniet nobis, ut ros manuum & serotinus terra.* Aspice igitur Dominum, post resurrectionem manè mulieribus, vesperi Apostolis apparentem. Mane quidem mulieribus, Auete, vesperi in ciuitate Sion pacem discipulis denuntiauit. Illis quidem vt mœrorem detergeret: his verò vt solueret inimicitias, quas serpens inuexit: *Tu vocaberis Cephas*: ante confessionem metces, antequam in vinea laboraris denarium accepisti. Antequam aram tetigeris, sacrificium Deus suscepit: antequam prædicares, coronam accepisti. Mendicos & indoctos Christus elegit. Ipsa sapientia patronos non quærit, sed ministros. Nemo dat quidquam illi, ab ipsa autem omnes omnia accipimus.

EX IOANNIS CHRYSOSTOMI

Oratione in Diuum Paulum.

LECTA ex Ioannis Chrysostomi oratione in D. Paulum. Venit Antiochiam Paulus, & tantam fidelium copiam plantauit, vt primum Christianorum nomen Antiochiæ efflorerit. Diuinus ille noster orator, ex inscriptione arz occasionem capiens dicendi, suamque è dæmonis litteris veritatem confirmans, doctrinam producit. Posuisti hanc aram sic inscribendo: *IGNOTO DEO*, quem ego veniens annuntio vobis. Orem nouam! Ara Diaboli CHRISTI causæ patrocinata est, inscriptio erroris veritati testimonium præbuit, fraudis fraudem * detegendo publicauit. Cùm Prophetarum oracula Athenienses non caperent, ara & inscriptio dæmonum Pauli sapientia verum DEI cultum annuntiauit. Doluit sanè dæmon, videns argutias suas in CHRISTI laudem conuersas. Ingemuit aspiciens Paulum ducem quondam suum contra se certantem, propriisque armis prosternentem.

ASTERII AMASEÆ EPISCOPI

Sermo de Pœnitentia.

LEXI adhortationem ad pœnitentiam S. Asterij Episcopi Amasææ. Lucas magis animarum quàm corporum medicus, Deum nostrum, & Salutem clementer * cum hominibus pœnitentibus versatum scribit, non vt eorum malitiam assumat, sed propriam iustitiam illis largiatur. Etenim Sol, quasi iam ab ortu creatoris prouidentiam ostenderit, non parentes modò campos illustrat, sed etiam concauas, & cauernosas. Qui de remedio desperat, totum se morbo mancipat, si qui malas passiones vicerint, & verè super serpentes scorpionesque ambulant, illos non oportet secundum suam fortitudinem vitam aliorum æstimare & dirigere, sed suæ virtutis largitori DEO gratias agere, imbecillioribus non insultare, sed humaniter dextram porrigere. Amulemini charitatem CHRISTI, qui iam ad homines homo venturus, Ioannem præmisit, vt pœnitentiam prædicaret. Interroga Petrum quo pacto pœnitendo mundatus sit, neque in Simonem iterum se induit, sed in apostolatu permanfit. Equidem arbitror, Iudam proditorem, nisi sui * carnifex fuisset, si ad genua accidens misericordiam deprecatus esset, veniam quæ omni petenti conceditur, consecuturum fuisse. Testes sunt ij qui etiam è crucifigentibus ad pœnitentiam reuersi, & pœnitendo salutem adepti sunt. Ligauit quondam Christianos Paulus, sed postea ipse pro CHRISTO ligatus crimina dissoluit. Lapidauit Stephanum, sed lapidatus peccatum expiauit. Hæc noscens Moses (homo enim fuit, naturamque nocebat, vitulum pro Sacerdote peccante, & qui mundatione opus haberet, offerri iussit. Vitulus qui tum carnalis erat, iam est pœnitentia sine corpore, & oratio sine sanguine. In tantum oportebat Sacerdotem clementiæ studere, vt etsi Dominus quandam succidi iusserit, tanquam arborem infæcundam, hanc tanquam frugiferam debemus referuare, & poscere. Hunc enim sensum de sterili ficu nobis Euangelium dixit.

Attende

Attende mulierem peccatricem, cui non conuiuarum numerus pudorem incussit, quæ tempore confitendi licet importunum, in conuuluo non reliquit: sed ingenti commora dolore, ne vno quidem temporis momento medicum peccatorum dimisit, nec in conspectum veniens supplicauit, sed indignam se, quam aspiceret, iudicans, & stans retro pedes apprehendit, & solutis comis, ea omnia, quibus animam lugere fecerat, promulgans, lachrymis pedes Saluatoris irrigans, veniam cum ingenti commiseratione postulauit.

Eiusdem Asterij in Steph. protomart. Sermo.

SCITET solus à populo interficiente circumdatus, nemo nec amicus nec domesticus, cognatusue eo tempore aderat. Consolari enim solet eum, qui in periculo est, astantem videre quendam è notis. Orauit etiam pro lapidantibus se. Lapidantes inuiti beneficium illi fecerunt, & oratio quo contendit? Non oraui vt peccata inimorum impunita essent, hoc enim Dei ordinatio non aduerfatur, quæ iustam homicidii pœnam illis irrogat. Sed quid obsecro dicit? *Domine ne illis statuas hoc peccatum*; hoc est, da vt respicendo compungantur, incita eorum mentem ad pœnitentiam eorum quæ nunc conmittunt. Et erat veluti minister custodiens vestimenta * populi carnificis interficientis Paulus. Propter alia & propter Sabellium Afrum, ante conuellsens damnū Ecclesiæ, ostendit seipsum Deus in propria ac perfecta gloria. Ostendit autem Filium in perfecta persona. Stat ad dextram illius, vt distinctione personarum hypostasies ostenderet, & S. Spiritus simul ordinaret. Etenim supra dixit: *Et non poterunt resistere sapientia & spiritui qui loquebatur.* Vide igitur & S. Spiritus personam hic aperte demonstrari. Si Spiritus prius descriptus est, deinde Pater, & Filius, ordinis mutatio nihil fidei nocet. Sic enim loquitur S. Scriptura, aliquando enim Filium solum nominat, aliquando Spiritum cum Filio, alias incipit à Patre, desinit in Spiritum, & contra incipit à Spiritu, descendit per Filium ad Patrem, itaque solet maxime sanctus Paulus.

Eiusdem Asterij in illa verba: Homo quidam ab Hierusalem in Hiericho.

VIDNAM Christus ad legis peritum se tentantem dixit? *Quid scriptum est in lege?* In memoriam redigens caritatem ad Deum & proximum, tantum non dicens: Vt si tibi Deus videar, charitatem mihi debes: si non credas, & me putas * purum hominem tui similem, & sic ex legis præscripto amare debes. Illos vocamus fratres, qui eodem editi semine, & eodem vtero geniti. Qui vero eundem habemus Creatorem, & eandem matrè terram, è qua conditi sumus, & eandem animæ dignitatem, vnum pietatis & vitæ vinculum, & eandem futuræ vitæ spem, quomodo inuicem non magis diligimus, quam fratres aut sorores? Videns hominem, seipsum in eo vides. Quare oportet eum, qui eius calamitates, famem, sitim, nuditatem, aliamque necessitatem & morbos, & alias afflictiones, aspicit tanquam proprios dolores, & damna clementer respicere. Multos nouimus, qui verbis se pericula adituros dicerent, sed cum probandum est, benevolentiam mentiri sunt. Saluator adeo creaturam suam dilexit, non vt seipsum, sed plusquam seipsum: nobis vero non tanta dilectio imponitur, diligere scilicet proximum vt seipsum, non supra seipsum, ne præceptum graue impleta daret, & vt per opera manifestus caritatis legem ostenderet. Rem plenam misericordiæ, quæ eo tempore contrigit sub oculos ponit. Legis doctorem docens proximum cuiusque esse, qui eandem gestans carnem miserij obnoxiam auxilio & ope mutua indiget. Res sic gesta est: *Homo quidam descendebat ex Hierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impostis abierunt, semiuivo relicto.* Res hæc commiseranda oculis misericordiam habentibus, vel saltem scientibus. Christus Iudæis loquens & docens, tanquam dementes, & frustra in hac lacrymarum valle versantes, sic alibi ait: *Vos de deorsum estis, ego de supernis sum*, ex nominibus modo sursum, & deorsum, bonos & malos distinguit; & nunc descendentem dicens eodem sensu dixit. Fuit ille Adam, lapsus è beata illa, & superna vitæ consuetudine in barathrum, & humi depressam, atque afflictam vitam. Quis est Sacerdos, quis Leuita? Hi sunt speculando Moses & Ioannes, ambo in Parabola obscure denotati, & quos plerique ignorant. Illi enim suscipientes

SSS 3

hominem

ASTERIVS.

Samaritanus.

Iumentum.

Ecclesia.

Luc. 18, 10.

hominem, hoc est, genus humanum, pietate, virtuteque nudum, & ab hostibus vulneratum, inspexerunt quidem, sed sanare non potuerunt. Samaritanus vero veniens, licet ignominiosum præferret nomen, bonorum tamen thesaurum circumferens, medicinam adhibuit, qui Saluator noster est, in ignominiosa appellatione Samaritani litans, prostratoque salutis fontem aperiens. Euangelium enim Christum Samaritanum nominat, confundens amantiam Iudæorum, qui illum sic appellabant, quia magis quam Leuitas & Sacerdotes, misericordem & vulneratum sanantem Samaritanum irriserunt. Quid sibi vult *iumentum*, cui vulneratum imponendo in diuersorum, qui opem ferebat, duxit? Nimirum verbi Dei vehiculum, & ut ita dicam, iumentum subingæ est eius corpus, simile nostro quod gestauit: in quo, & per quod accipiens ac gestans, ducit ad sanitatem, & Ecclesiam. Etenim hic est perfecta vulnerum sanatio, & medela.

Eiusdem in illud: *Duo homines ascenderunt in templum,*

ut orarent.

Precatio ad Deum.

* Anaphora.

Crucis signa.

* Reg. 20, 11.

Luc. 18, 11.

Sermonem de oratione duabus Parabolis complectitur. Partim quidem constanter orare docens nos per iudicem & viduam; Partim vero cum reuerentia orare iubet per Pharisæum & Publicanum.

Optimum est continuo cogitare creaturas non esse, & animalia infirma, creatorem vero Deum, & optimum vitæ nostræ curatorem: hoc vero ante omnia oratio rectè præstat. Nemo enim petat res, quæ profunt, nisi prius certam accipiat fidem, Deum preces exaudire, & implere posse quod petitur. Precatio autem vitæ nostræ auxilium est, colloquium cum Deo, obliuio tertenorum, via ad cælum, & rectas tendere in cælum manus, formam est exhibere Christi cruci affixi. Si verè oret, & orans placeat Deo, non modo in figura Crucis representat, sed etiam affectu. Ut enim in Cruce clavis affixus, sic & orans necat omnem carnis concupiscentiam, memoria expellens, omnium diuitiarum, gloriæ, parentumque affectum. Nulla res adeo ab illo amatur & concupiscitur, quam inuenire tempus, aut ortum quo se ipse colligere possit. Sed ad hæc duo potissimum collineat tanquam in scopum, ut pœnam illam effugiat, vitæque cito decedat, & præterea nihil mente ageret, quam oratione ad Crucifixum proficisci. Oratio Ezechiam ab Orci faucibus liberauit, & Solem prius (ut alia illius opera taceam) monstrauit seruum esse, & seruorum vsui seruire. Licet etiam aliquid facere bonum, & non bene facientem laborem perdere. Ut Pharisæus oratione se extollens, & si quis alius, eleemosynam suam manifestat, & in similibus non tam grauiter Pharisæus peccasset, si publicanum non damnasset. Nunc vero & vno verbo omnes publicanos abentes, & hunc præsentem condemnat. Quare Pharisæus è gloria in ignominie barathrum decidit, publicanus à vita sua infami ad felicem beatumque statum conscendit, ille à Deo magno interuallo recessit; hic in quietis locum delatus est.

Eiusdem in Zacchæum Sermo.

Luc. 19, 1.

10. Ios. 6, 1.

Luc. 18.

Publicanum.

Luc. 19.

ibidem 19.

Hiericho metropolis est Chananæorum, quam olim Iesus Nauæ filius bellando cædendoque intercept. Nunc autem verus Iesus sanare adueniendo dignatus est. Cæcus quidem illuminatus est, populus vero credidit, omnis lingua Iesum celebravit, & omnis oculus cæcum vidit videntem, medicum illum vltro oblarum miraculi & salutis, non verbis, sed operibus Apostolos veritatem edocentem. Omnis quidem iniuria mala est, odioque digna, sed publicanus omnes excedit. Non enim vllum legitimum peccandi prætextum habet. In alijs quidem inuenitur mali quædam necessitas, & origo, vnde iniquitas procedit. Publicanus feta est pestis, quæ prætextum non habet, vijs regijs incumbens. Hoc morbo Zacchæus ægrotauit, priusquam ad Iesum accederet, qui morbus cæcitate cæci Hierichuntis deterior erat: quia hic corpore, ille animo ægrotauit. Ne des alijs aliena, sed defraudato propria restitue. Non enim Deus eleemosynam recipit, quæ furto rapta est. Publicanus bonus rerum suarum iudex & dispensator. Et si quid aliquem defraudauit, reddo quadruplum, inquit, non alijs (hoc enim mercedem non meretur, & Deo gratum non est) sed ijsipis quos fraudauit. Hodie salus huic domui facta est, eo quod ipse filius sit Abrahæ. Quomodo igitur ex Abrahâ ille qui ex Hiericho

ex Hiericho est Chananæa vrbe? Quid commune habent Abrahami genus, & Chananæorum? certe manifestum est, quod si non secundum carnem filius Abrahæ fuerit, sed moribus & operibus, simulatque ad Christum se contulit, multo magis legitimum filium & factum esse, & cognitum, quam qui ex Abrahæ visceribus prodierunt. Sic Apostolus Elymam vocauit filium diaboli; & Iesus ad Indæos: Vos ex patre vestro diabolo estis. Zachæus igitur cum fidem Abrahæ imitatus esset, (quemadmodum enim ille iustus reliquit patriam, sic iste telonium, & ibi partas diuitias abdicauit) idcirco Christus, qui est ipsa veritas, merito illum filium Abrahæ vocauit.

Idem in parabolam de filio prodigo.

Astor. 13, 102
Ionn. 8, 44.

Genes. 12, 1.

Luc. 15, 11.

Parabola Patrem Deum & factorem omnium vocat, filios maiorem natu, & minorem, homines duos. Illum quidem datam gratiam & hæreditatem conseruantem, & nequaquam ecclesiam, nec communionem venerandorum Sacramentorum propter vitæ luxuriam respuentem, hunc vero iuuenili quodam more hæc omnia contemnentem, ideoque à vero Patre digressum, & data muera dissipantem, ut luxuriosi consueuerunt. Porro substantiæ, quæ hic describitur, quam à patre petit iunior, est Baptismus & participatio venerandi corporis Dominici. Etenim multi iuuenes hæc petunt, & accipiunt, sed qui mentem habent senilem, donum hoc omni diligentia custodiunt. Ex æquo enim omnes partem accipiunt, sed accipientium pro cuiusque studio discreti men diuersitatem quoque donorum maiorum vel minorum efficit: vel omnino dissipat & consumit, ut prodigus. Hanc quidem portionem Parabola indicat: In longinquam vero regionem proficisci, est à Dei donis & præceptis longe discedere. Dissipauit & Adam substantiam, & omnem felicitatem paternam amisit, & expulsus regione bonis abundante. Acerbum fuit iuniori à patre discedere. Dilapidationem enim prodigam, & luxuriam, & colloquia mores corrumpentia, parentis oculus pellit atque eiecit. Cum autem iuuenis sui sit iuris, nec vllus ad est timor nec pudor (qui duo fortes sunt lasciuientis iuuentutis custodes) Tunc tandem omnia pessum eunt, & sursum

deorsum vertuntur. Istius vero regionis à Deo semotæ atque sepositæ, incolæ est diabolus. Etenim peccatorum ciuitas cinem habet & gubernatorem diabolum, vndique cogentem prodigos, & in vnam ciuitatem compingentem, & incitans illos ad actiones turpes, ac suis dignas. Etenim agit gregem porcorum titu vinentium, at vero non est pastor hominum ratione vrentium, quemadmodum Dominus, qui animam suam posuit pro ouibus suis. Magister igitur porcorum mittit miserum iuuenem ad pascendum porcos, & felix non erat vel porcorum victu, comedens siliquas. Tale enim peccatū est: ad modicum dulce, nullum tamen alimentum, aut vtilitatem ferens. Ad se igitur rediens ac resipiscens (Nam sui compos non fuerat, perturbationibus seruus factus, ac mancipium, menteque alienata) mercenarium post conuersionem & pœnitentiam, prodigus seipsum nominat, & omnes infamiæ appellationes sibi imponit: ut nos Euangelium doceat, sic oportere peccantes humiliari, & corde ac verbo conteri. Non oportere pœnitentem, & Deum placare studentem, fixis cæli oculis aspicere Parabola docet, sed pudore animi mœsticiam, & dolorem significare. Vide quomodo Dei bonitatem describat. Venientem enim prodigum non modo non auertatur, sed despicit, sed obuiam procedit, & currens, ut celerius errantem recipiat, & collum amplectitur, & stringit, lacrymansque suscipit, & reconciliationis dans symbolum, & priorum obliuionis factorum pignus. Prima itaque stola est non ipsum Baptisma, (non enim quis secundum baptismum potest accipere) sed gratia Dei quam in baptismo singuli accipiunt. Nam pro lauacro regenerationis, regeneratio datur à Deo per pœnitentiam, quæ maculas nostras lachrymis eluens, rursus mundos & puros reddit. Datur prodigo post stolam & annulus, signum intelligibilis confirmationis spiritus. Ut enim in regeneratione per baptismum & stola & confirmatio doni Spiritus S. datur, sic & in regeneratione per pœnitentiam. Adducuntur & calcei, ut possit caput serpentis calcare. Tu enim, inquit, seruabis caput eius, ille tuum calcaneum. Ad vtrumque enim calcemæta vilia sunt, cum ad conculcandam serpentis caput; tum ut pes læsionis iniuriam effugiat. Ne contrister patris te bonitas, si filium errantem suscipiat, qui misericors est non rigidè iudicat, sed benignè accipit. Et hæc quod pater sit facit, quasi ad misericordiam vi quadam traheretur.

Ciuitas Diaboli, quæ est à B. Augustino libris de Ciuitate Dei C. 19. describitur. Ioan. 10, 11. * negatiu. Siliqua Latine: a garophias Elymas, ni vocant.

Stola, pœnitentia est.

Annulus quid significet. * ophiuris. Calcei. * trophæus.

Eiusdem

Eiusdem in seruum centurionis, quem Dominus sanauit.

Dominus ac seruu.

Hæc concione argumentum à seruo capiens, in hortandis seruis ac dominis defudat. Illos monens vt promptè syncereque dominis seruiant: hos vt clementer humaneque seruos tanquam sodales & fratres tractent. Eadem enim ambò terra, eadem artificis dextra conditi sunt, eadem vtrique opera naturæ, eademque patiuntur, & constitutionis eadem forma & figura in vtrisque apparent. Quare si aliud quid præciperet lex diuina, & innatus erga proximos amor, fraterno paternoque amore complecti illos oporteret. Etiam medicos ad clementiam hortatur.

Medici.

Vidi, inquit, Scytham nuper adolescentiam ingressum celerius Græcam linguam addiscentem. Deinde cum Dominus liberalibus illum studiis informaret, tantum ille profecit, & omnes artes addidit, vt & Græcis & Romanis inelaresceret: nam & iuris prudentiam professus est. Dominus verò qui emerat Syrus erat, ciuis Antiochenus, qui & libero Grammaticam docebat. Quin etiam pius hic scriptor Asterius se hucus Scythæ empti discipulum fuisse profiteretur, vbi, aut quibus in studiis non exprimit. Tu etiam, Deus, Mosem ex fulem, populi ducem constituens facis, non iam Noë arcæ yectum per mundam aquis obrutum, sed imperiosè iam mare transeuntem, & per vadum pedibus ambulantem. Tuus filius discipulus Eliæ Hel. zæus, qui puerum * Sunamitidis à mortuis excitauit, & post mortem † reliquius depositum mortuum viuificans. Ad hæc verò fidei gratia, tanquam aromatis spiritus durans fidelis sepulcrum fensit.

Asterii præceptor Scythæ.

Exod. 14. * Σωμανιτιδι. 3. Reg. 17. † Λειψύμοις.

Eiusdem de Ieiunio, Homilia.

Genes. 9. 6.

Genes. 25. 6. 27.

Nemo qui conuiuia sectatur, virtutis est discipulus. Vna ebrietas & patrem honesta veste, & filium libertate priuauit. Propter ventris cupiditatem Esau filius Isaac damnum accepit. Inhians propter famem pulti, fratri primogenita vendidit, & inde patris benedictionem non habuit. ne frangas ieiunium, ne quod cauponibus tibi accidat. Si enim quia vino aquam misceant, puniuntur, quomodo austeritati ieiunij falsas miscent voluptates ciborum pœnam effugient? fugiamus voluptatem. Fieri enim non potest eundem & Deum, & voluptatem amare. Assyriorum olim rex, qui ventri viuere, & voluptariæ vitæ, sicut bos prælepi, alligatus. Trespueri vinum fugiebant libandi gratia, & carnes propter sacrificia: magis erat illis cordi Deus & pulchrum ieiunium, quam delitiæ. Da aures arcanorum doctrinæ, & obliuiscere delictarum, vt populus sequens Christum verbo & opere docentem, qui relicta improborum synagoga, in templum venit. Si adhuc Iudaicis alligatus sis, quid tibi prodest ieiunium? an Nili crocodilos imitari vis: quos aiunt capita hominum, quos vorârunt, deslere, & mortuorum reliquias deplorare, non facti pœnitentia adductos, sed dolentes, vt mihi videtur, ipsum caput carne carere, quam deuorent. Ieiunium pædagogus est obesi ventris, ac decentis habitudinis magister. Chœrea, animi lætitiâ declarat, & vniuscuiusque rei excellentes sunt figuræ, quæ ex apparenti specie interiorem animæ habitum ostendunt. Cum enim legem ad normam vitæ capiens, & ordinatam constitutionem, debeat timere & pœnam ex præuaricatione, idè Deus vitæ nostræ præcepta hominibus scripta tradens, statim tubæ vocem addidit, in signum futuræ resurrectionis, vt qui præcepta ediscerent, per resurrectionem iudicium prospicientes, mandata non transgredienda custodirent.

820

Dan. 1. 13.

Nili crocodili.

Isa. 9.

Eiusdem in cæcum à natiuitate.

Asterius pius.

Ioan. 8. 59. 10. 39.

Exod. 9. 3. 4.

Hæc oculi enarratio, & species, quæ diuinæ clementiæ formam ostendit, magnam viciniam cum pulchritudine habet, quia non alius, & alius, sed idem creator vtriusque explanationis est. Pius hoc loco manifestè est æqualem prædicans Patri & coæternum Filium. Quamobrem Arianus non sit, qui explanationem figuræ verborum elegantia subiciat. Cum Saluator veritatem Iudæis enuntians, pietatem non persuasit, præfens occultatus erat, & apprens non videbatur: vt his miraculis traheret Iudæos, vt concederent, illum Deum esse cum non videretur, & non alium, sed eum qui cum Mose apprens locutus est. Videbatur enim tunc ignis & rubus, & non loquebantur, veruntamen vox audiebatur, & verbum monebat, & futura securè denuntiã.

denuntiabat: & oportet homines mente præditos ex hac reru cognitione faciem cognoscere. Saluator verò videns cæcum stetit, & ad sanandum paratus fuit arte diuina supra hominum captum. Medicina enim & sermo, de eadem ipsa re considerationem morborum illis proponit, qui morbi, postquam natura setum formauerit, in lucemque produxerit, casu aliquo euenire solent, sed qui corpori adnascuntur nœui, eorum medicinam non ostendit, neque omnium qui post contingunt. Neque enim mutilati corporis membra sanat, nec aliud quid simile curandum suscipit. Quare discipuli commiseratione moti, & videntes hominem pulcherrima luce non perfruitum, causam rogant, nec prudenter interrogarunt. Neque enim pro patribus nullius culpræ reus filius condemnatus est, nec suorum peccatorum, priusquam in lucem prodeat, pœnas dedit. Cæcitas, ait CHRISTVS, non propter peccata accidit, sed præparatio est alterius dispensationis alio tendentis, vtque creator vniuersorum post primam creationem inueniat & iam occasionem creandi, atque singulis vniuersa confirmet. Partem hominis, & partem pulcherrimam non fecit alius, nisi qui primi intj generis creationem monstrauit. In oculo exigui membri, & partis circumscriptiōne, omnipotentem variamque Dei sapientiam licet videre, in qua tantum artis ostenditur. Primum quidem venustus quædam illi indita, & mollissimus est, & sine carne: & vt ita dicam, in delicato membro soliditas est, & in molli ordo variis coloribus distinguitur. Media enim pars nigra est, & illa non tota vniuersa speciei, sed variis circulis colligata est. Medium ipsum & centrum profundum est, ambitus extrinsecus desinit in colorem flauem ex parte. Hunc extra albedo splendida & lucida ambit, non solum habens albedinem, sed in vitrea quadam, radiantique forma factam. Rubedo ad pupillam iacet, vt nigredini venustatem adderet. Ad hæc aded pellucidus est & læuis in spissitudine, vt rerum vicinarum formas suscipiat, & tanquam speculum quoddam egregium characteres repræsentet: & circuli medium idè κερν, hoc est pupilla vocatur, quia semper formam exaduersum videnti humanam ostendit. Homines enim mutuo se in spicientes, mutua sibi specula fiunt. Quare oculus in creaturis admiratione sanè dignus est. Hic & Deum mihi interpretatur, omnem cognoscens creaturam, & per ipsam creatorem ostendit, & è visibilibus animæ inuisibilia explicat. Per hunc cum alia multa intellexi: tum colorum varietatem, & tenebrarum caliginem: tum denique lucis splendorem. Quod si * oculus non esset, sine teste creatura senesceret, nemine vidente Dei sapientiam, & virtutem in illa seruatam. Propter hoc igitur admirandum oculorum opificium, etiam nunc, pro re nata, visus est restitutus, vt cogitationes parum decentes de vnigenito, quas nobis caro ingenerauit, repellamus: & magnitudine eorum quæ facta sunt, animi abiectam omnem ac vilem opinionem deponentes, cognoscamus fictile ac luteum vas beatum lumen, ac diuinitatis splendorem suscepisse, vnde lux nobis, tanquam è lucernis, administretur. Dominus verò nunc medicinam facit non solum verbo, vt allas passim, sed & ore, manu, aliq; prouidentia, vt per plurimas res fidem infidelibus inderet. Spiritus, & lutum facit, terra simul vsus, vt vnde totum animal ab initio condidit, inde & partes eius singulas factas esse ostendat: salua demonstrans, virtute oris eius per verbum omnia esse facta: Verbo enim Domini cœli firmati sunt, &c. Si verò & hoc scire libet, vt detestari assuefaciat eos, qui illum paulò post spiritus fœdabunt: etsi furiosorum audacia maior fuit omni prouidentia, & correctione. Siloè salutem nostram per aquas inchoat, quam Siloè emissus omnibus largitur. Tunc enim verè videmus, quando omnia esse facta: mur aqua. Nihil ingratos Iudæos ad intelligendum traxit, non verbum, non operã, non miracula, sed etiam hæc ipsa quæ ad salutem eos vocabant, omnibus modis obsecrare nitebantur, etsi in contrarium illos malicia impelleret. Quantum enim non credere, & interrogando inuertere omnia conati sunt, tantò magis veritas inualuit. Prima ipsorum curiositas, an hic esset ille cæcus: secunda an à natiuitate cæcus fuisset? Ac sanatus cæcus Saluatorem aperta voce prædicat, & remunerationis loco confessioem dedit. Incredulorum patrum similes filij. Etenim parentes etiam è bello præter spem seruabantur, & danti salutem non credebant: nutriebantur cibis naturam superantibus, & magis ingrati erant quàm esurientes. Sic hæredes & vos patrum ingratiudinibus, quibus est opus correptione, non virgæ nuceæ, sed ferreæ.

Ezech. 18.

Oculi forma.

* ὀφθαλμὸς ἐστὶν ἰσχυρὸν. Sic emendo.

Matth. 8. 13. Ioan. 4. 5.

Isa. 32. 6.

Ioan. 9. 6.

In Iairum, & mulierem sanguinis profusio laborantem.

DIFFICULTER homines ad virtutem trahuntur, ut apparet, & parum curant ea quæ verbo docentur. Ideo Saluator ad homines fragili & mortali carne descendens, quia vidit Iudæos surdos, res mutavit, factum factio addit, & miraculum miraculo, & diuinitatem quam non credebant, beneficiorum experimento confirmare contendit. Verum res malè homini cessit. Filla, eaque vnica, domus fundamentum, 823 familiaris hæres, quæ ante nuptias efferenda erat in tumultum, & ante torum in sepulchrum: mulier quædam grauer infirmâ venarum inordinatione, & omnem vitæ substantiam exhauriens, quæ tabe corpus, & propter medicos opes consumpsit, vnam in re dubia spem vidit, ad Christi pedes procidere. Dominus mulierem non cogitata proloquentem intellexit, & tacendo tacentē sanauit, cum simbriam tetigisset: & hæc quidem donum surripuisse videbatur sibi: at ille gratiam surreptam tolerat. & primò se sanasse non dicebat, tandem verò euulgar, non quærens gloriam (absit: vbi enim prærit miraculo vana gloriatio?) Sed mulieris fidei fructum omnibus declarans, & presentium alios quidem ad Dei cognitionem conuertens, aliorum verò vesaniam, opere verboq; publicè notans. Vidi, inquit, eam quæ à tergo me tetigit: non enim mihi solus oculus qui supercillis subest, & palpebris tegitur, sed etiam alius est, qui terram simul & mare intuetur, omnemque ad eò creaturam. Mulier præ pudore tacitè accessit, & non ignorata à Christo. Nouit enim Dominus mentem vnus cuiusq; nostrum, etiam tacentis, ut nos libros legentes nouimus. Quare & Moysi lingua tacente, cordis voluntatem audiuit. Si gratiam qui dedit, tacuisset, fortasse illi quæ accepit, nil profuisset, donum ad casum fortuitum referenti. Hoc vidit miraculum infinita multitudo. Spiritus verò sanctus ante multos annos per Malachiam vaticinatus est: *Orietur, inquit, vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in alis eius.* Solem iustitiæ Dominum vocans: alas verò simbriam vestimenti. Discamus huius sanatae mulieris gratitudinem. Cùm enim esset à ciuitate Peneade (est autem hoc opidulum Palestinae) ænea statua sanantem honorauit. Hoc donum beneficio non indignum putans, & statua illa per multos annos durauit ad redargutionem eorum, qui Euangelistis mendacium ascribere audebant: & statua ad nostra vsque tempora seruata fuisse, ut vtrumq; ostenderet, & Dei miraculum, & mulieris gratum animum, nisi Maximinus ille, qui ante Constantinum Rom. Imperator fuit, impius idolorum cultor, & Christo in statua inuidens, æneam statuam sustulisset, etsi rei factæ memoriam auferre non potuit. Ecce igitur statua quidem non apparet, Euangelium verò miraculum illud vbique prædicat, 824 & hæmorrhoufa ab Oriente vsque ad Occidentem celebratur: & laborauit in vanum, qui materiam sensu comprehensibilem sustulit. Statua enim erecta & apparens, tacebat inanime miraculi monumentum, sed fama opus cum verbo assumens, quotidie vbes, & vicos percurrit, beneficium Domini deprædicans.

Exo. 14. 15.

Malach. 4. 2.

Statua Syrophenissa, seu Hemorrhoufa.

CCLXXII.

LEONTII EPISCOPI ARABISSI

Sermo de Creatione, & Lazaro rediuiuo.

LE G I beati Leontij Episcopi Arabissi sermonem de Creatione, & Lazaro rediuiuo. Silentium non opportunum, audaciæ orationis simile est, & quod habet vituperium os futile, hoc etiam meretur per negligentiam tacens. Optimi Imperatoris est, per victos excitare de hostibus trophæum, & quibus telis hostis vsus est, iisdem illum interficere. Ne igitur tacens peccare dicatur, & festi diei celebritas taciturnitate putrida periclitetur, etsi audacis facti sit labris impuris Domini Sacramenta attingere, respiciens præsentia, hymnum audacter canam, reliqua dignitati permittam miraculi. Mortui enim ferens fœtorem, ut propriæ humanitatis bonum odorem ostenderet, & nostrum os cum sepulchro Lazari aperiret, mundans vitæ maculam, ut illius mortem. Vox aquas viuificat, peperit terra, & sine congressu factu impleta est. Quid dicis, ô hæretice? Vides pro immiissione seminis, Verbi mandatum

Mat. 11. 39.

CCLXV.

datum factum, & quomodo dubium dicis virginæ conceptionis mysterium? Quæ enim iam sine femine non concipiuntur, cum his aliquando concurrat vox vocantis ad generationem, & conceptionis modum præcepti lex imitata est, & vna voce omnia incarnata sunt: & qui tunc creaturam carne indult, & semen sine femine omnibus contulit, ille à carne terra carne indutus, sine femine descendit, maris radicem, quam caro plantauit, falce virginæ generationis præcidens. Creator ponens hominem in paradiso, colere terram, & seruare iussit, ne ignauia se dedens ad libertatem nimis procliuus, hostium insidiis pateret, inuidiæ accessu Dei beneficium commutans. Hæc videns, qui nostris assidue bonis inuidet, inimicitarum occasionem hinc sumpsit. Inuidorum enim natura est pugnare cum aliquo nulla de causa, ex se malitiæ semen seminans: & pugnam tanquam contumeliosam fugit, quæ certa de causa accidit, rata hæc esse imbecillitatis argumentum. Inimicus è cælo lapsus, contra homines in terra bellum gerit: post casum regnum persequens, quod adhuc stans tenere non valuit, & contra Euam arma mouit, fraudulentis illam telis vulnerans, & sine dolore prostrauit, tanquam gladio eius verbis vtens, & sui exitij administram illam capiens. Vnde cùm eadem inuentum perfecisset, neque homicida putabatur, sed vt bonus consiliarius credebatur, simplicitate gladij vulnera molliora reddens, & dulcem doloris sensum exhibens. Ipsa verò manu contumaci defectionis scribens legem, acquisiuit præuariando sibi pulchrum fructum, & flore mortis maturum. Eua autem cum temerè de ligno gustasset, ipse huius mortem petens, incoctum peccati cibum habuit, & fame liquefactis nutritus, & illius induens nuditatem, purpuram esse regalem ficus folia existimarunt. Deus ex alto peccatum inspexit, & coniuere noluit, iniuriam primæ creaturæ suam esse ratus, & iudicans venit, quamquam rei ad iudicium venire non auderent, fugientes, & priori delicto aliud adiungentes. Cogitarunt Dei præsentiam loco esse circumscriptam. *Adam vbi es?* Non sunt hæc verba irati, sed misericordis: non vox repudiantis, sed miserentis. Mutatam imperij formam video, dignitatis alium ordinem. *Vbi es? Vocem tuam audiui ambulantis, & abscondi me:* & cur timebam satis erat vel pedum tuorum strepitus. Tanti enim iudicis omnia clamant membra, & quum rem cum tali reo habeas, non habeo causæ dicendæ libertatem. Suscipe timorem qui peccatum meum purget, & qui sis patronus tuæ iustitiæ. Vincere te ostendi fugiens sententiam tuam: crimina fuga detexi, ostendens errorem defendi non posse. Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Habuit elementem iudicem, & inuenit causam commiseratione dignam. Ad imbecillitatem Eua confugit, audiens iudicem inquire rem. *O patientem iudicem!* Permisit omnem causam referri ad serpentem, ut leuius statueret deceptis crimen: *Maledictus tu inter omnia animalia, & bestias terra:* ut qui aduersus omnem creaturam scelus patrauit! Cælum iniuria affecisti, inuidiæ veneno fœdatus. Angelos tua defectione contristasti, minuire studens beatorum numerum, ignarus sublato peiori succedere melius. Augens augebo dolores tuos, & deinceps. O Domini commiserationem! indignatio humanitatem supergrediens, legis dolores terminat & gemitus, ut his inualescens mortem ex delectatione exuat, multitudinem humani generis comminatus. 826 Additionem successionis promittit dolens, matrem mundi elegit iratus, cadentem trahens in progressum. *In doloribus paries filios:* per ventrem docet, per quem in mundum venit, veritum capiens fructum, ipsa puniatur partus doloribus, & magnæ cupiditatis damnum contrahens, & multitudinem generis opponens serpenti, & per multos prosternens lætantem per vnum. Parias cum dolore castè, cum læta peperisti sine damno, & ad virum tuum conuersio tua. Subditam Euam Adamo fecit. Libertas enim inutilis iis, qui perse sapere nesciunt. Ipse dominabitur tui, habe virum Dominum, & non serpentem. Deinde ad meliorem vitam conuersa, vnde sumpta venisti in mundum. *Et Adam dixit &c.* Noua clementia quæ priorem superat. Animus paterni plenus amoris, minæ plenæ consolationis. Oportuit quidem te, inquit, mihi obedientem mulieris consilium non attendisse, nec legem, quam mea manu scripti, digitis Eua delere: cùm verò separatione mulieris, & peccato non separeris, accipe legem, quæ tuis peccatis conueniat, maledicta terra. Adam peccauit, terra pœnam luit, inde incepit doctrina, vnde causa fraudis ortum duxit. Cum plantis deceptus mea præcepta neglexisti, tribulos & spinas habeat. Sapientium medicorum est, morbi materiam

Genes. 3. 9.

Esai. 50. 5.

* murebubum.

Genes. 3. 16.

in sanitatis remedium mutare, & quæ nocere putabantur, vilia esse laborantibus ostendere. Bifida lingua serpentum, spinas, & tribulos imitata, ex vno ortu in tres diuisa stimulos. Hanc ad opem sumpsit inuidus, tanquam contra Trinitatem pugnaturus, & per vnam Adami imaginem, totam Deitatem calumnians. Vnde illi parens rebellis est Deo, per similes res accipit doctrinam, vt ab hac reprehensus, serpenti merito indignetur, inimicitias cum illo perpetuo gerens. Vidit creaturam ad remedij desperationem ægrotare, vno impietatis fœdere victam, & alium modum non esse sanandi, nisi is, qui cum naturas prouidisset, ac voluntates, medicinam adhibuisset ægrotis, tunc demum sciret sanare, cum sanitatis capax omnino esset. Ided dixit: *Domine inclina celos tuos, & descende, & similia.*

Psal. 144. 5.

* Luc. 11. 44.

Imitatus est Ioannem Lazarus. * Ille in ventre matris exultrauit, errorem dissolutionis iri exultans: hic in sepulchri vtero eorum qui erasent, reuersionem demonstrauit. Et miraculum duplicem habuit seriem, & potentiam Domini extollentem, & Iudæorum linguam confundentem. Mortuus obedit, & viui non item. Inferis maledixerunt, quia Lazarus reddebant. Conuitiabantur Christo, nouam à mortuis suscitacionem inducenti. Pueri hymnos Deo decantant, prophetiam loquebantur, eundem & vnum esse in cælo, & in terra, & locis non separari, ramos palmarum tenebant, non palmas. Nondum enim legis sterilitatem prætergressi, gratiæ dulcedinem gustarunt. Cùm Christus amaram serpentis euellens plantam, incorruptionis plantauit dulcedinem.

Ioan. 12.

THEODORETI

In S. Chrysostomum libri V.

CCLXXIII.

LEGI è libris S. Theodoret, quos in S. Ioannem Chrysostomum scripsit, quorum nos tantum quinque libros vidimus, vnde hæc excerptimus.

LIBER I.

Primus liber, alium pro illo videtur admittere, vel partem illius esse, nisi quod addat, quomodo post vocatus Constantinopolim venerit, vt que Archiepiscopus sit constitutus, & quomodo sacerdotium, & summum sacerdotium ad antiquam normam omnino reuocare niteretur, & quæ contra Cainam egregius ille Ioannes dixerit, hoc verò pro communi reipublicæ negotio peregit, & ob inuidiam in exilium pulsus est, & aliqua eorum vsque ad finem prosequens, quæ vir sanctus perfecit.

II.

Secundus liber aliquas paruas laudes, quamquam & ipse paucioribus breuis sit, adiungit, sic incipiens: Iterum nobis Ioannis memoria.

III.

Tertius etiam laudandi modum excedit. Distinguitur ab aliis libris pulchritudine, & dine verborum & nominum. Et sic incipit: *Argumentum, viri disertissimi, ruba indigenis, in puerili lingua video periclitari, & decus pugilis, mille artificis descriptum, nunc imbecillo mihi artificio ad describendum impostum.* Hoc est proœmium. Alius illum raptens in auxilium trahit, alius iudicatus patronum vocat, alius famelicus cibum orat, nudus vestem, alius illum exuit, alius dolens consolationem petit, alius ligatus solui postulat, alius trahit illum ad morborum inspectionem, peregrinus hospitium efflagitat, alius sese siltens debitum deplorat, alius arbitrum & pacificatorem domesticarum turbarum accersit, nec seruus ad alium fugit, amaram Domini indignationem exponens. Vidua clamat: Miserere; alia viduitatem deplorat. Multæ ac varis patrie nata in singulos, pro singulis mutationes: rapitur quis, & patronus pater, famæ vexat, & nutritor ex patrono fit: aliquis ægrotat, & in medicum pater mutatur: dolore aliquis concidit, & nosocomij curator solatium adfert. Si hospites curandi, omnia factus, benignum se exhibet. Et quid singula attinet, quæ per omnem eius vitam gesta sunt, commemorare, cum de solo sacerdotio referre nequeam, tanta homines operum salutarium varietas supradicta non reliquit. O egregium post mortem ducem! O tristem etiam hostibus post sepulturam militem! O lytam omni harmonia præditam, morte iam solutam! O theatrum tanto tibicine orbatum! O salutarem hominum sagemam, in cælum raptam! O arborem in cælum iam, & terram extensam, & huic quidem corpus, illi verò animam tradentem! In sepulchro Ecclesiæ os concusum est. Quantus ocellus pietatis hominum raptus est! Non mortuus es, sancte Pater, sed ve

Sol oc.

Sol occidisti: non te, vt mortuum dolemus, sed vt nobis absconditum: non te vt mortuum querimus, sed vt in cælos eleuatum. Sic ferè tertius liber.

Laudantis partes agit quartus, nimirum quod oporteat parentes colere, laudem trahens, vnde & hæc deprompta. Ioannes horum pastorum vauis, intellectus sine malitia, mens oculata, Euangelicæ experientia liber, cera commutabilior, pelagus gratiarum, contra dolos hostium infractus, Ecclesiæ munimentum. Nullus illum hypocryteos serpens lauit. Vnde tibi vis ostendam Ioannem celebrem? ab hospitalitate? Ecquis Ioanne magis hospitalis? à grauitate in honore? Ecquæ illum potestas prostrauit? A studio in Ecclesiam? Cuiusnam est illa concinna modulatio Psalmorum in hanc vsque diem publicè instituta? Sed hæc quarto libro.

Sequens liber eadem nequit laudum corollas: clarius verò cogitationum suarum iubar exponit. Videntur illi omnes libri quinque, post reuersionem ab exilio compositi. Hæc quoque eius libri fragmenta sunt.

Da nobis, ô Pater, mutuum lyram tuam, & tuum ad tuam laudem concede plectrum. Est enim manus natura soluta lege sunt, sed lyra per omnem terram sonat dono gratia. Da nobis illam immortalem linguam. Sola enim tua lingua par est ad enarrandas res tuas. Propterea Ioannes Ioannem antecessit, liberè loquens amulantem. Qui morte reprehendit, prædicantem post mortem, deserti incola totius orbis sapientem. Habes aliam cum Apostolis cognationem, primus apud Scythas, qui quod in curribus viuunt, Hamaxobij dicti aras erexisti, & barbarus vix ab equis distilliens, didicit genu flectere, & ad pauimentum incuruati, & qui captiuorum lachrymis non mouetur, didicit pro peccatis flere. Quin etiam iaculatorum Persam vulnecans prædicatione, & ferrei didicerunt crucifixum adorare. Vicit tua lingua Chaldæorum & Magorum imposturas, & Persarum inculta natio templa germinauit, non amplius Babylon pietatem auersata est. Hæc te similem Apostolis fecerunt, adhuc apud nos femina linguæ vigent. Quando Ioannem aliquis nominat, magnus sonus exauditur, Ecclesiastica lyra antiquum plectrum cognoscit, & pro digitis sufficiunt syllabæ nominis tui. Constantinopolis vidit Syrorum vela, & contempsit. Vidit lapillos Indicos, & irrisit, nec Tyri illam color purpureus delectauit. Luteam concupiuit linguam, quæ immortales doctrinæ liquores distillauit. Vidit te antiqua Ephesus, & Ioannem nouum appellauit, vidit, & Euangelici recordatus est tonitrus. Hinc, ô dilecti, fluxus orationis cum impetu currit. Sed ne asperitatem fugiamus, pace tandem fluctui viam sternente. Si quid enim de tuis nauis, pater, conquereris, si quid contra tuos conuigantes contristat, intellige huius tempestatem, procellam, & mare effertuescens coëgisse illos vel inuitos Ionam mari immergere. Non eorum odium, sed tua exercitatio: non eorum arma, sed tua certamina ea quæ facta sunt, non illi à fraterna sententia expulsi sunt, sed oportuit & te stadium Martyrum currere. Arcana quædam prouidentia, * scammata tibi, & certaminis locum præparauit. Omnino dictum est de te contra hominum communem hostem: *Nunquid considerasti seruum meum Ioannem, &c.* Debit claræ vitæ clara etiam mors addi. Oppugnauit Diabolus Iob, aduersari amici nolebant. Ided postea Deus opem tulit amicis Iob, & amicis amicum Iob reddidit. Hoc etiam nunc, vt video, factum in te, ô Pater, & dexteras Patrum cum inuicem copulatas animo cogito. Recepit Iob plura quam prius habuit, recepisti & tu cum auctario gloriam ab omnibus maiorem. Hanc extremam orationis partem inscripto in Apostolico templo habitam significat. Proœmium verò indicat, auctorem post alia hæc scripsisse. Sic enim ait: *Postquam & ego dicere ordine debui, cum ego cum ceteris assurgere ad dicendum cogor, cum oporteat & me patria bene precari, & multi debitorum inexcusable petentes: apud nos verò nihil simile paterna virtutis: da nobis, ô Ioannes, mutuum lyram.*

829

IV.

V.

Ioan. Baptistam imitatus est Ioannes Chrysostomus.

1. Pet. 5.

Mar. 3. 17. Scammatis Sacem pro arena meta, & palastra adhibet Tertullianus, & B. Hieronymus. Vide Paulum Leopardi lib. 1. Miscellan. cap. 22. & hic Græci exemplaris scolia. Iob. 1. 8.

830

IOANNIS CHRYSOSTOMI

In XL. Martyres Oratio.

CCLXXIV.

LEGI Ioannem Chrysostomum in laudem xli. martyrum. Celebrantur martyres non vt ipsi laudem accipiant, verum vt nos per eorum laudem ad imitationem incendamus. Molestias passi sunt pij & impij, sed illi ad exercitationem iustitiæ, hi ad

TTT 3

peccati

IOAN. CHRYSOSTOMUS. Math. 13. 16. 1. Reg. 9. Psal. 44. 12. Psal. 48. 5. Martyrum cunctis. Genes. 2. Ioan. 19. 34. Psal. 35. 12. Leuit. 8. 22. Matth. 5. 12. Genes. 15. 7. Psal. 18. 12. Gen. 14. 23. Matth. 16. 28. 1. Cor. 6. 2. Luc. 18. 7. & 8. 1. Pet. 2. 16.

peccati castigationem. Ideo iustorum mala Scriptura Tribulationes vocat, malorum contra Castigationes. Vestri beati oculi, quia vident, id est, quia intelligunt. Si enim in videndo felicitas, etiam iudei, qui Saluatorem viderunt, beati fuissent. Sed videre in Scriptura est capi de intelligenti animi oculo, & profunditatem veritatis intelligere. Ideo Prophetas olim videntes vocarunt. Beata praeicat Saluator instrumenta virtutis, etsi corporis sint, oculos bene videntes, & aures cum discretione audientes. Oportet enim audientem intellexisse, & intelligentem audisse, vt scriptum est: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. pro his, obtempera, intellige. Quemadmodum hausturus aquam ad fistulam acclinatur, sic auditus iusti ad diuinæ legis fluentia se inclinat: Inclino enim in parabolam aurem meam. Quare inclinabo? Cum omnis vna aquam capiens, capit se inclinando, ideo & omnis auris suscipiens fluxus verbi Dei, ad hoc se inclinare dicitur. Prædico beata martyrum latera, quæ pietatis robur inexpugnabile ostenderunt, pietatem non amisisse. Etenim vt plurimum percussi sunt toris costis, quandoquidem per costam peccatum intravit. Peccatum enim non est scæmina: ipsa etenim etiam Dei creatura est, sed quia per eam præuaricatio viam inuenit. Poliuntur igitur martyres in costis, vnde peccatum irrepsit. Ideo Saluator in latere hastam suscepit, & exiit sanguis & aqua, quo mundus ablutus est, & antiquum vulnus depulsum. Quemadmodum enim iustorum membra singillatim laudibus celebrantur, sic & impiorum membra infamia norantur, & singillatim infelicia deprædicantur: Non veniat mihi pes superbia, & manus peccatoris non moueat me. Pes superbiæ via est factus, manus vero est actio, vt, neque factum peccati, neque semita accidat mihi, neque profectus in deterius. Ideo Moses aurem dextram Sacerdotis sanguine arietis vngit, & pollicem manus eius dextræ, similiter & pedis. Aurem quidem quasi suscepturam Verbum Domini. Manum quasi opera ostendat: pedem verò, quia progressionis & perfectionis in virtute signum est. Duo fons Euangelij cooperatur, mundat, & potum præbet: potum quidem scientibus præbet: mundat verò animas sordidas: Merces vestra copiosa est in caelis: in Euangelio semel dictum, vt hic & vox copiosa, & in antiquo Testamento Abrahamo semel dicta est, postquam reges occidisset, captiuosque liberasset, & cum mercedem accipere laborum, victoriæque, quam de capientibus retulerat, nolisset. Tum enim ait illi Deus: Noli timere, Abraham, quia merces tua magna nimis: ad verbum semel, & semel [merces tua] copiosa dictum est, sed in significatione sæpius. Etenim dicit Dauid, retributio multa, pro merces copiosa, & alibi, cum dicit Deus, copiosa merces, intelligit quod dictum est, intelligit & ineffabile verbum, copiosa. Aliud est enim dicere rustico copiosam, aliud vrbano, vtroque adhuc maius duci exercitus copiosum. Quod autem à Rege proficiscitur, multis partibus adhuc maius est, quàm quod ab aliis datur: quod verò à Deo datur, adhuc omnibus est longè copiosius, nec explicari potest. Copiosa igitur merces martyrum, qui nullo iure ad necem rapiuntur, quique ob Deum accusantur, qui angustiantur, quique humanam gloriam, vt Abraham, calcant. Nam ille regibus Gomorrhæ & Sodomorum omnem equitatum dantibus, & illis honorantibus, vt ipsis seruaret captiuos pueros, atque vxores, respuit eorum honorem, non cupiens sui laboris mercedem ab hominibus accipere. Ideo dignus fuit audire à Deo: Merces tua copiosa. Ait σφαιρωτήρι dici, quam vulgus ligulam seu corrigiam appellat: σφαιρωτήρι autem nominari, quod artifex corium rotundum elaborat, & sic fecerit. Nonnulli dicunt nomen ei inditum esse, quia pedis talum seruat. Iudicabunt hi duodecim tribus Israël: iudicabit & Paulus, orbis præco, orbem, & illi, qui eadem cura Paulo sentiunt. Audi enim quid ille dicat: An nescitis, quia sancti de hoc mundo iudicabunt? & si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis. Alia est * iudicatio, vltio gentilium: alia verò populorum ελεγε. Ελεγε enim in iis qui omnino non crediderunt: populus autem nolens in eorum agnitionem venire, de quibus arguuntur, ελεγε non subibit. Exactio enim hostium est: redargutio verò peccata reprehendentis Domini est. Anima iusti cum hinc excesserit, Angelorum manibus portatur, qui illum in regiam vrbem referunt, quæ est cœlestis Hierusalem.

In de-

In decollationem S. Ioannis Baptiste.

Hæc oratio S. Chrysothomi nomine inscribitur, non tamen mihi eius videtur. Argumentis enim modoque scribendi multum à reliquis eius orationibus distinguitur, nisi quod quædam ex iis huc reiciantur. Est autem dictio satis vilis, & ab eius stylo aliena. O rem nouam! Ioannes animam Herodis ligatam vinculo peccati, redarguendo soluere voluit: ille verò soluentem ligauit.

Matth. 14. Marc. 6. Luc. 3. 20.

Eiusdem oratio inscribitur in idem argumentum, & est omnino priori similis.

MANDATVM fuit Iudæis, vxorem fratris sine prole defuncti ducere, prohibitis nuptiis cum gentibus, quæ solitæ erant ad idola currere: tale igitur matrimonium concedebatur, vt tolerabilius quàm idololatria. Tripudiauit filia Herodiadis: dignus festo honor, delectatio celebritate. Iurauit iliquisquid petiisset: & illud turpitudinem auget, iuramentum * indefinitum, & hoc propter saltationem. Regalem auctoritatem puellæ pedibus stultus subiecit: petiuit regiam dignitatem conculcari, sub qua se iuramento constrinxit, qui cupiditate cœca captus erat: inuitus postea puellæ nurui obsecundauit, quin potius Euzæ iterum vir esca capitur. Audacia petitionis sanè magna, petere iusti caput in disco, & dolore gaudium commutare, mensam sepulchrum facere. Decebatne, ô miser, dare in mercedem tripudianti cædem nefariam, & mortem in ebrietatis delectationem adferre? Iuramentum te obstringit? sed cædes prohibet. Promissionem reposcit, sed æqualem tripudio. Non est cum vita mundus comparandus. Nouum est Herodis iudicium, mensa, ebrietas, & tripudium iudicant. O iustitiam iniqua audentem! Sanctè se iurare fingit, & occidere non erubescit. Vtinam rectè peierasset, & non iniquè sanctè iurasset. O conuiuium iusti admiscens mortem! O conuiuium legis obseruantissimi aspersum sanguine!

Deut. 25. 5. Marc. 6. 24. * & qd. dicitur.

Eiusdem in idem.

VIDETVR hæc oratio cognata esse Chrysothomi orationibus, non tamen est, nec conuenientem cum illis sensum præfert: quemadmodum & illæ duæ ab se inuicem diuersæ non sunt, sed proprio exordio incipit.

Ioannem prædicabo, & illius sapientiam vobis omnibus notam faciam. Ioannem, qui diuisit cum Patre prædicationem vnigeniti. Etenim ille: Hic est Filius meus dilectus, desuper è cœlo testatus est, hic verò infra terra: Ecce agnus DEI, qui tollit peccata mundi: & Pater per columbam dilectum suum ostendit, ille digito ostendit mundi redemptorem. Oportuit voce genita verbum Patris solui. Dum enim Zacharias non crederet, Elizabethæ sterilitatem iri solutum, mutus factus est, ne incredulum os loqueretur, postquam soluta est sterilitas, & vox prodiit: soluta est etiam Zachariæ lingua, & locutus est. O vocem æternam, & post mortem etiam orbem terrarum replentem.

Matth. 3. 17. Ioan. 1. 29. Luc. 1. 20.

HESYCHIVS HIEROSOLYMITANVS

Presbyter

CCLXXV.

In Iacobum, & Dauidem psalmographum.

LEGI Hesychium presbyterum Hierosolymorum, in Iacobum fratrem Domini, & in Dauidem Christi dictum patrem.

Nisi Saluator humiliasset semetipsum, factus pro nobis, obediens vsque ad mortem, non domestici cognati dicerentur, non lutum Pater figuli diceretur. In Sion Bethleem vt præsens te saluto, in filia matrem video. In te rædiferæ stella vna eluxit, in hac multæ. Illa Magos duxit: hæc Parthos, & Medos, & Elamitas, & omnes gentes luminis fulgore illustrauit. Tu lac trahis ex vberibus virginis, hæc Spiritum ex sinu trahit paterno. Tu panem fermentasti, sed Sion cœnam ostendit. Tu vitulum in præsepio nutriisti,

Philipp. 2. Sion & Bethleem. Bethlehem domus panis significat.

HESYCHIVS
Hierosolym.
presbyter.
Hierosolymo-
rum primus E-
piscopus fuit.

Ado. 15.

nutriiſti, ſed Sion ad aram duxit. Tu IESVM factiſ inuoluſti, hæc latus Thomæ
attractare volenti nudauit. Tu virginem habes parientem, clauſis naturæ organis:
hæc thalamum clauſis oſtiſ Inruſ ſponſum & accipientem & habentem. Quomodo
prædicabo ſeruum Chriſti, & fratrem, nouæ Hieruſalem ſummum ducem, ſacerdotum
principem, Apoſtolorum caput, in capitibus verticem, in lampadibus ſuperſplenden-
tem, & inter aſtra maximè illuſtrem. Petrus prædicat, Iacobus decernit, & pauca vo-
ces magnitudinem quæſtionis comprehenderunt. *Ego iudico non inquirari eos qui
ex gentibus conuertuntur ad Deum, &c.* Ego iudico eum, cuius iudicium abrogare non
licet, neque deprauare decreta. In me enim omnium iudex uiuorum & mortuo-
rum loquitur meo organo, ſed artiſex ſupra eſt. Ego linguam præbeo, ſed vocis
opiſex uocem ſuppeditat. Attende non calamo, ſed ſcribenti: auditui obedientia
ſuccedat.

MODESTI ARCHIEPISCOPI HIE-
roſolymitani

In riuuenta ſerentes mulieres.

Septenarium nu-
merus.
Luc. 8. 2.
E. Maria Mag-
dalena.

* Primitia.

Ioan. 4. 27.

Luc. 8. 3.

SEPTIMUM numerum, & de uirtute & de peccato in Scriptura acceptū inuenimus.
Merito igitur elegit Mariam Magdalenam Saluator, è qua ſeptem dæmonia eiecit,
ut principem peccati per illam ab hominibus expelleret. Hiſtorie tradunt Magda-
lenam hanc virginem fuiſſe, & martyrium huius memoratur: ubi dicitur, propter ſum-
mam illius uirginitatem, & puritatem, illam tanquam vitrum purum tortoribus uisam
eſſe. Poſt obdormitionem ſanctiſſimæ dominæ noſtræ Deiparæ profecta eſt Ephesum
ad dilectum diſcipulum: ubi curſum Apoſtolicum per martyrium uingentifera Ma-
ria perfecit, nolens ad extremum uſque ſpiritum à beato Ioanne Euangelista, & vir-
gine ſeparari. Quemadmodum, inquit, * princeps Apoſtolorum ab immobili fide
quam habuit in petram Chriſtum, Petrus appellatus eſt: ſic & illa princeps diſcipu-
larum ob puritatem & amorem, quo Chriſtum complexa eſt, ab ipſo nominata eſt,
cui idem fuit nomen, quod Dei matri. Quemadmodum Dominum diſcipulorum
chorus ſecutus eſt, ſic Dominam & matrem Domini chorus diſcipularum. Mirati
enim aliquando diſcipuli erant, quod cum ſemina loqueretur: hinc patet Dominum
cum mulieribus conſortium non habuiſſe. Sed matre Domini Euangelicum curſum
vnâ cum Filio & creatore complete, & ipſæ illam ſecutæ, communi Domino & di-
ſcipulis de facultatibus ſuis in rebus neceſſariis miniſtrabant.

Legi eiuſdem orationem quæ inſcribitur, Encomium in obdormitionem Dei-
paræ uirginis. Longa quidem eſt oratio, ſed nihil neceſſarium, nec præcedenti quid
familiare cognatumque adferens.

EIVSDEM

In Occurſum.

Leu. 1. 16.

Leuit. 12. 8.

Matth. 5. 37.
Luc. 12. 34.

Matth. 27. 46.
Luc. 23. 35.

ANNA cum viro ſeptem annos, ſabbatum colens, precibus & ieiuniis adhæ-
rens, octuaginta quatuor annos cum exiſſet, carnem è quatuor elementis com-
poſitam vincens, & mentem mundans ad S. Spiritus receptionem, & generalibus [vul-
gè cardinalibus dictis] ſe ipſam uirtutibus exornans, octogefimum annum poſtquam
exceſſit, in templo inuenit futuri temporis Saluatorem, vnus geſtatum. Merito lex
ut cauſam peccantis uolupratis, filias Euæ iuſſit afferre pro purificatione par turturum,
vel duos pullos columbarum ad ſacrificandum. Lege ſcilicet ſignificante, eum qui
ad DEVM accedat, debere & animum & corpus ab omni peccato liberum habere.
CHRISTVS legem implet, non debitor eſt legis, in ruinam & reſurrectionem mul-
torum poſitus eſt. In ruinam peccati, in reſurrectionem iuſtitie, & in ſignum, cui Iu-
dæi, qui Chriſtum occiderunt, contradixerunt: Si tu es Filius Dei, deſcende de cruce,
& credemus tibi. Et: Tuam ipſius animam pertranſibit gladius, ut reuelentur ex multis
cordibus cogitationes. Quia mater es, quæ uerè patiebatur dolorem matris pro Filio, &
Deo, pro nobis carne paſſo.

Oratio prima in Paſcha.

CCLXXVI.

LEGI primam orationem S. Nili in Paſcha, cuius hoc initium:
Reſurrectionis uerbis reſurrectionis diem honorabimus. * Animæ eſt quæ
dam, altera hominum reſurrectio, ad uirtutem excitans, & ſi illam ab hominibus ſuſtu-
leris, mortuum ad actiones uirtutū corpus reddideris. Igitur quaſi pro communi ca-
lamitate ad bellum pro reſurrectione accingamur, omnem creaturam nobis armatam
adiungentes. Pugnat enim nobiſcum cælum contra incredulos. Quem enim è reſur-
rectione Dominum ſuſcepit, uidet reſurrectionis gloria priuari. Terra quoque ad bel-
lum nobiſcum parata. Vidit enim reſurrectionem blaſphemari, per quam ſepis ipſi
mortui ſunt prærepti. Idè & Paulus creaturæ amorem tribuit reſurrectionis: *Nam
expectatio*, inquit, *creatura, reuelationem filiorum Dei expectat.* Quemadmodum
enim ciuitas regij aduentus recipiens præcurſores, ad eius præſentiam tota ſe præparat:
ſic reſurrectione tanquam regina aliqua, creaturæ prænuſtiata, tota ad illius præſen-
tiam ſe comparauit. Et ne mireris creaturas ipſam reſurrectionem deſiderare. Eſt enim
hominibus inſtar nutricis, quæ feſtina præmiſſum regnum uidere, & futurorum tar-
ditas non diſſoluit ſpem nutricis. Habet enim in ſe ſemper ſemina reſurrectionis,
quorum grana oſtendit uiuentes, mortuorum reſurrectionis in paruis ſpem nobis con-
firmantia. Sepeliuntur in illa, ut uidemus ſeminum grana, cum ſulci ſint ſatis pro ſe-
pulchris. Ipſa uerò, ſeminibus acceptis, imitatur monumeta, & putrefacit grana,
ut ipſum ſepulchrum corpus, & accipiens uiuum, mortuum reddit, & medium grani
planè putrefaciens corculum, etiam ipſis formicis inutile ad comedendum facit. Cor-
ruptionem autem tanquam conceptionem quandam poſſidens, mortuam ſeminum
ſecturam putrefactione geſtat, & ſit mater uitæ, grani corruptio, & mors partus pater
deſignatur. Noua illa doloris terræ parturientis lex eſt, niſi fiat mortuus ſectus, non
ſingitur: ſi uixerit, non formatur. Hinc igitur & formicæ diſſecta grana in terram de-
fodiunt, ſectioe getmen è corruptione impediens. Oportuit enim & fornicarum
naturam reſtificari, terram poſt corruptionem producere ſemina: & uide pariendi tali
modo miram naturam. Accipiens ſolum granum, corrumpit, corruptum uerò mul-
tipliciter pullulare facit, granum in varias partes formans. Calamum ſpicis dat pro oſ-
ſibus, & tenuem pro pelle exterius adaptat tuniculam, radicem inferius uinculis qui-
buſdam tanquæ neruis, & uenis cingit, pro uingibus graniſ addit aſtiſ ſpicarum, quæ
contra uolucres cerent. Quomodo hæc omnia ex vno grano corrupto oriuntur? Hoc
uerò eſt multo mirabilius reſurrectione. Nam tunc quidem mortuos, quos natura ac-
cepit, reddit: nunc uerò multa pro vno mortuo ad regenerationem grana profert. O de-
mentiam gentium incurabilem! Vident terram tradentem agricolæ, quæ non accepit:
Creatori uerò redduntur, quos illi prius mortuos credidit, ſperare nolunt. Idè
& Paulus ſeminum exemplo uſitur. Quamquam clariſ habeat exemplum de infantibus
è uulua matris prodeuntibus. Formatur enim tanquam in ſepulchro, in utero non-
dum exiſtens inſans, naturæ factiſ inuolutus, & ſimilis eſt mortuo, factiſ ſepulchra-
libus circumſcripto. Nam mortuorum quidam uultus arctius concludiſ eſt, os in utero
mutum, manus & pedes in ventre tanquam in tumulto extenduntur. Matrix egregium
foetibus ſepulchrum eſt, & ſepulchrū quidam foetoribus non carens. Tali foetuiſ for-
matus in ſepulchro, formantiſ nutum uocatus ſequitur. Quid igitur tali B. Paulus ex-
emplo uſi cum potuiſſet, tacet formationem ad uitam in ſepulchro uulua? ſeminum
uerò ſimilitudine reſurrectionem cõfirmat. Sciuit uiuum in utero ſemen formate fo-
tum, quæ ſuit uerò mortuorum quorundam reuiuſcentium aſpectabilem ſimilitu-
dinem, & idè ad ſemina reſpexit. Grana enim poſt mortem & corruptionem ex pu-
treſactione reuiuſcent, & aperte mortuorum reſurrectionem declarant.

Iniuriam faciſ animæ prætextu patrociniſ, & in pugna aduerſus corpus contra
ipſam animam armariſ. Factorum enim remunerationes cum anima non communi-
cans, & carni debitam pœnam animæ, tanquam ſola peccaſſet, irrogas. Si enim anima
ſola remunerationem bonorū operum, laborumque habeat, pater etiam eorum quibus
homo peccauiſ, pœnam ſolam eſſe daturam. Sed uide ne corpus & animam aduerſus
ſefe

* ueris lege.

Rom. 8. 19.

Seminum cum
reſurrectione
ſimilitudo.
1. Corin. 15. 36.
Factus in terra
generatus.

Animi & cor-
poris comparatio.
legenda eſt au-
rea Gregorii Pa-
lani Epifc. Theſ-
ſalon. rom. 9. Bib-
lioſ. ſſ. Patrū.

fese inuicem in iudicium voces. Meritò enim corpus cū anima exposulārit, si honores rectè factorum sibi adimeret: animaq; vicissim cum corpore, si debitas illi pœnas se solum videret sustinere oportere. Quin potius vtrumq; contra iudicē incitas: corpus quidem, quia retributione, quā meretur, priuatur: animam verò, quod eorū quorum non est conscia, pœnæ ab ea exigantur. Copulastime, ô Domine, corpori incorporeā, & soli mihi restere tenas non cōmisi, & à me sola pœnā exigit, & do pœnas eorū, quibus corpus peccauit, ebrietatis, fornicationis, gulæ. Vbi enim sunt hæc animæ propria, vbi inuidia forte, vel hæresis? Quemadmodū enim hæc non sunt corporis, sic neq; illa animæ, etsi alterum sine altero ad vtraque ineptum. Corpus verò cum alia pro se dicat iusta, tum, ego pro te mortem oppetij, non anima. Non enim meum est laborare ob leges tuas ieiunij, & vigiliis. Per membra mea virginitas. Quomodo igitur non ini- quum, eam mea sint certamina, animam sine me coronam accipere. Quæ est sen- tentia eorum iudicij? *Communis merces, & communis pœna, quia etiam vtrique com- munia opera fuerunt.* Quanquam in aliquibus contentione vnū superat alterum; & sibi inuicem coniuncta fuisse ab initio ad communes labores obsequiosos, consen- dum, & sciendum, & fore, vt communes coronas, parta victoria accipiant, & in- quis peccarunt, communes pœnas luant.

Eiusdem altera oratio in Pascha.

Resurrectio.

Genes. 7.

Χωνυρησι.

† πλδςυ.

8 ap. 7. 1.

Psal. 103. 2.

Psal. 139. 14.

RESURRECTIO est caput prouidentia Domini: capitis verò anima memor, & gratias agens benefactori, inimici laqueis capi non potest. Ascende ad antiquorum historias, & videbis resurrectionis adumbrationem. Brutorum enim natura animata creata est, anima cum corpore simul condita. Adam autem sine anima è luto sic illi for- matus est, deinde anima inspiratione formata est, quin, vt verius loquar, superinducta est. Et mortuorum resurrectionis creator primordium statim fecit. Non enim è solida protoplastum fecit materia, sed terræ puluerem in formam adduxit, tollens ab initio hominum infidelitatem, quia etsi pulvis sit mortuus & immobilis, facile anima resur- gere facit, & nullum ferens vestigium viuificationis, nec accipiens, participem reddit vitalis coniunctionis. Non enim corruptibile corpus fecit, sed tempore quodam solu- tionis tradit, vitiositatem vasis ex peccato purgans ac sanans, & putrefactū peccati mor- talitate inueniens, mortis* fornace dissoluit, & vbi soluit, vas putrefactum de nouo format, ne admireris, quasi altiore captu mortuorum reformationem. Tanta enim ars est † fictoris in fingendo, vt etiam aquæ naturam in simulacra in ventre formet, hoc mihi magis miradum videtur, quam ipsa resurrectio. Ibi enim è puluere mortuus for- matus, & figulus vas è terra format, nostris artibus similia representans: hic verò nuda quadam gutta factorum est lutum, & è gutta fit animal ratione præditum. O artem ex aqua simulacra formans. Et nō hoc solum mirum est, aquam sculpi in animarum simu- lacrum, sed intus formari fluctuans semen. Sanguis enim vndique bulliens, semen huius atque illuc nutans & ægrè stabile facit, & illis decumanis securum fluctibus, animata tamen statuâ perficitur. O pictorem in fluctuanti linteo securè pingentem. Sanguis enim tanquam linteum subiacet formato fœtui. Hoc Salomon etiam cum stupore ad- mirans. *In ventre, inquit, matris figuratus sum caro, decem mensium tempore coagula- tus sum in sanguine.* Fœmina enim tanquam pictoris officina proposita est, colorum verò materiam vir addit. Est verò quis pictor in vtero, ex vno colore è multis compo- sitam pingens imaginem. Sed quomodo è fœculento semine oculis addidit eleganter pupillam, quo modo è substantia fluxa ossa condidit? quomodo ex soluto semine ner- uos compegit? quomodo sanguinis canales venas desculpfit? quomodo cerebri in ca- pite custodiam ossibus aptauit? quomodo fœtus in obscura depictus officina, aptum membrorum situm accepit? Sed tanquam radio vterum illustrante, cuique parti pro- prium membrorum locum pictor distribuit: *Amictum enim lumine sicut vestimento, est occultus fœtus pictor.* Quem David celebrat dicendo: *Non abscondisti os meum à te, quod fecisti in occulto.* Hanc è gutta cogitans fictilem artē, respectu figmenti è terra non ambigo. Quoties enim video artificem ex aqua condentem statuam, melius illum sta- tuas è terra credo facere. Quemadmodū enim si quis in aqua pingit literas, & lineas du- cit, idem melius in cera eas efformabit, sic fluxo semine pingens & sculpsens membra, **facilius**

339 **facilius** in terram membrorum figuras pinget, & formabit. & qui ante vllum virtutis meritum sic corporis in vtero curam gessit, post opus virtutis quomodo terram disso- lutam sine honore relinquit? Interime corpus, & creaturam occideris: non erit nauis sine nauibus, neque nauigabile erit mare, corpore mortuo. Mille animalium genera frustra erunt, neq; nutrimentum ex illis esset, neq; aliud alimenti ministerium. Artes verò vbi erunt, corpore non existente? Horæ verò & temporum ordinatæ mutatio- nes, & ineffabilis celestis motus sapientia, quam vtilitatem præberent, si corpora non essent? Et quot alia quis considerarit? Vnde igitur inueniam corpus futuris donis indignum, cui tantum ab omnibus concessum honorem video! Verum existimatis Deum corpus quod pisces comederunt inuenire non posse? & quomodo qui infinitas cogitationes animi agitas, immixtas & inconfusas, habet cognitatas, naturam corpo- rum mixtam non poterit discernere? Facitis nimirum diuinitatem inferiorem nostris artibus. Nos enim è terræ arena vitrum, aurum (exempli gratia) æs, argentum, igni dantes, scrupulos separamus, & deterimus, tametsi nihil horum in lapidis natura ap- paruerit, & vinum aquæ immixtum iterum in propriam naturam discernentes, vtrum- que restitimus. Sed Dei potestas & sapientia infinitis modis humanam artem & in- tellectum excedens, & vniuersorum naturam in se comprehendens & continens, & variam corporis compositionem, & missionem in naturæ promptuario puram conseruat. Non enim extra naturam in creatura, corporis natura est, etsi per mille mortes fluat soluta. Ided in propriam facile formam reuertitur, & de honore participat, cuius illam participem fieri oportuit, cum etiam vna certauerit.

Eiusdem Homilia prima de Christi ascensione.

IN cœlum & terram creaturæ natura diuisa est: non permittit me diuisionem videre gratia, quæ hodie creaturam connectit. Quisnam deinceps dixerit, cœlum & terram diuisa esse, quum supra & infra natura mea regnet? Sed infra quidem corruptione ad- huc premimur. Quando verò in cœlum oculos conuertimus, corruptionem natu- ra* deponit. Videt enim supra eorum qui infra mortui resurrectionis radicem (Chri- stum) è luctum è damno proueniens! Deorsum missi tollimur in altum, expulsi in cœ- lum reducimur. Intra paradysum vulnerati, extra illum remedium inuenimus. Vbi tibi pirata, maleficcium est: Crux quam gubernatori fixisti, vertitur naturæ naufragæ in cla- uum nauis, & ad celestem nosportum fluctuantes ducit, ac sistit. Quemadmodum A- postolorum oculi è terra ad cœlum sublati erant, carne paulatim sursum translata, sic & celestes spiritus incorporei de cœlo in cœlos aspicebant ore hiante, corporis natura supra ipsos ascendente, donec in sinum Patris suscepta est. O secura hominum spes, in cœli regem eiusdem naturæ possidens, qui iterum eadem cum carne omnibus ap- parebit.

Eiusdem Homilia secunda de eodem festo.

O religionem omnibus regibus magis regiam! Quæ enim armis reges acquisue- runt, illa sine armis ostendit se euertere. Quæ macantes vetabant, hæc macata *Religionis ac fidei præstantia.* applausu excepit, & cædibus contra macantes trophæa statuit. Ecclesiæ palmites succi- cisi erant, & fructus fidei magis progressus est, & florem immarcescibilem proferebat. E radice enim palmites enati sunt, quæ verè dixit: *Ego vici mundum, ego sum vitis, vos* *Ioan. 16. 33.* *verò palmites.* Stephanus tanquam ramus ab Ecclesia excisus est, & alius palmes Ma- *Ibid. 15. 5.* tyrum pullulauit. Iacobus & Petrus amputati sunt: alius rursum martyr enascitur: quo exciso, alium rursus vberem palmitem radix protulit. Vindemia decerptus est Paulus, & alius racemus martyrio maturescens Thomas apparuit, & vndique radix vindemiata fructum tulit vberiore, & germen durabilius, quam qui vindemiarunt. Etenim qui excidebant paulatim arescentes extincti sunt. Ecclesia verò fructibus omni tempore onusta, fines terræ suis plantis comprehendit.

Eiusdem Homilia tertia in idem festum.

PRO O E M I V M.

DIVINÆ bonitatis imber incipiens hominibus effundi, hodie supra modum au- ctus est, & magna olim [exhibita] beneficia maioribus hodie obscurauit. Nam erāt quidem

quidem ante hoc beneficium illustria, & summi amoris signa: Adam è virgineo sanguine nouus factus, corpori morbi fugati, & ex animabus deumonia eiecia. Latrones principem latronum vincunt, & de eo triumphant: Resurrectio morti succedit. Sed hæc æternus hæc plena sunt honoris & splendoris, sed donum quod nunc celebramus, non admittit comparationem. Et amor creatoris erga nos vincit seipsum, & vnà cum victoria ornatur: & quæ illam vicit, nihilominus quàm si hori singula victoriæ coronam reportarent. Terrigena natura terram relinquens, quin potius ferens, in cælum transfertur. Et hoc quod dictum est: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, 841 magis reformationis, quàm formationis esse videtur. Exemplar immortalitatis est forma hodie assumpta, adumbratio huius & typus est initium creationis nostræ ad imaginem Dei. Loqui debet asinus, ne quis sit incredulus, ante locutus est serpens, Virgo parit. Ne tibi nouum videatur, parit quæ antea sterilis fuit, pariendus erat Adamus morte superior, ne quærendo vt credas defatigeris. Primus Adam accipit sententiam de immortalitate, & Enoch habes, & Eliam, qui immortalitatis mysterium adumbrant. Creator enim hos adhuc tenet in corpore, naturam exultantem consolans, qui etiam post exilium iterum immortalitati sit illam restitutus. Lapsi parentis quæ in epfit mortalitas, non peccantis filij in solutionem indiget supplicio, quem expectare natura per Enoch, & Eliam antea consuevit. Te volente nõ moritur mortalis, vt Enoch, & Elias me docent, & per illos resurrectionem speramus, quia nondum mortui sunt. Mortui verò, quam quæso præbeant expectationem resurrectionis ij qui nondum mortui sunt? Sed si quis à mortuis excitatus in cælo regnat, ille omnibus hominibus certum immortalitatis beneficium dat. Idem naturæ format Deus immortalitatis è natura faciem, & ostendit supra naturam è natura naturæ ducem. Qui mortem gustauit, in cælo à mortuis collocatur, vt è terris natura ad eum qui in cælis est respiciens, nihil de immortalitate addubitet, videns regem in æternum in cælis è se natum regnare. Quis potentias Domini enarrabit? Regnat cum diuinitate natura, quæ prius in paradiso nec diuinam vocem audire sustinuit, sed præ timore fugit, & sese occultauit. O Dei erga me bonitatem! Non meminit transgressionis, non recordatur pacti, quod cum serpente malum pepigimus, ingratitude hominum non reputat, lapsum naturæ non erubescit, sed in barathro mortis iacentem, in ipsi impietatis adytis complectitur inenarrabilibus amoris diuitiis, & illam ex inferorum penetralibus retrahens, vnà cum diuinitate sua creator creaturam eleuans, paterno sinu imposuit. Idem Paulus clamat: *Conuersus est, & confedere nos fecit in cælestibus.*

EXCERPTA EX HOMILIA I. IOAN- NIS Chrysostrami

De Spiritu sancto.

LEGI primam Homiliam Chrysostrami de Spiritu sancto, cuius hoc initium: Hæc nobis, o amatores Christi, pseudochristi à semetipsis loquebantur, non ex lege, non ex Prophetis, sed à proprio suo animo ac impetu: Saluator autem non recessit à lege, nõ reliquit Prophetas, sed dixit nunc quidem: *Benè prophetauit Isaias*: nunc verò: *Non est in lege vestra scriptum?* & talia infinita. Cum igitur qui venerit ante Christum, & illius nomen falsè sibi imposuerunt, non è sacra Scriptura, sed ex propria væcordia 842 errorem proferrent, dicit Christus: *Ego à me ipso non loquor, vt illi.* Nam à seipso loqui, est extra sacras litteras loqui, quia verò à seipso loqui, pseudochristorum & pseudo prophetarum est, dicit Deus per Prophetam Ezechielem: *Non misi illos, à se ipsis locuti sunt, & de corde suo dicunt.* Quia igitur pseudo prophetæ à seipsis loquuti sunt, illam suspicionem amoliri volens: (blasphemabat enim ingrata Iudæorum natio, & mundum in errorem trahebat) idem dixit: *Ego à me ipso non loquor, sed à lege ac Prophetis: Omnia quacunque audisti à Patre meo*, in lege, in Prophetis, (in persona carnis hæc dicit, & ad impiam suspicionem tollendam) *vos verò quacunque audistis à Patre vestro diabolo*: filij enim paternam hæreditatem suscipiunt, & idem eorum hæredes fiunt, vt idem hic esse videatur, & eodem recidere ad ex seipso loqui, & loqui ex patre suo diabolo. Quemadmodum Christus veniens legem & Prophetas impleuit, sic & Spiritus sanctus Euangelium impleuit. Christus veniens confirmavit ea quæ sunt

quæ sunt à Patre in lege & Prophetis dicta. Idem & Paulus dixit: ** Finis legis Christus.* * al. *videtur, ple-* Spiritus sanctus veniens, Euangelium impleuit. Quæcunque sunt in Christi doctrina, Spiritus implet; quæcunque in lege, Christus. Non quod Pater sit imperfectus, sed quod sit interpres, & perfectior eorum quæ sunt Patris. Sic Spiritus sanctus explicat & illustrat opera Filij. Etenim ait: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: cum autem venerit Spiritus sanctus, docebit vos omnem veritatem* &c. à se ipso non loquitur, non enim contradicit Filio, sed opera Filij implet, vt Filius Patris. In hac homilia in fine inuenies Chrysostrum dicere, missionem neque Filium neque Spiritum minorem facere Patre. Quod & ipse Pater mittatur à Spiritu, & à Filio, dicit his verbis: Si tibi ostendero factorem cæli & terræ missum esse à Spiritu & Filio, quid facies? vel nega Christum, & dele Scripturas, vel seruus Scripturæ, submitte te Scripturis. Et vbi dicitur, inquit, hoc? Audi Deum per Prophetam dicentem Isaiam: *Audi me Israël quem ego voco*, & cum integrum locum eousque protulisset: *Etenim Deus misit me & Spiritus eius.* confirmat Patrem hæc dicere, ex prædictis confirmans hanc orationem, & statuens: Clarum est Patrem nunc loqui, & mitti se à Spiritu & Filio.

Eiusdem ex oratione, Christum esse orientem, & in illud: Descendit & ascendit: & quod Spiritus sanctus sit omnipotens.

DEVS Verbum, ait Ioannes, brachium de dispensatione Saluatoris, & eiusdem deitate interpretans. Multa, inquit, signa faciente in populo IESV, non crediderunt in eum Iudæi, vt impleteretur quod dixit Esaias: *Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Dei cui reuelatum est.* Ipse igitur etiã iustitia: appropinquat enim iustitia mea accedere, ipse Saluator, ipse brachium: idem & Paulus omnia comprehendens, ad vnium refert, dicens: *Qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, ille nobis protulit exortum iustitiæ.* Ecce enim, inquit, proferam exortum iustitiæ domui David. Ipse & rex iustus. Vnus igitur exortus [sive oriens] multi eius fuerunt radij, humanitatis, curationis, pacis, iustitiæ, radij infinitorum aliorum. Idem & David præuidens cecinit: *Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec auferatur Luna.* Hic igitur oriens ex alto ortus est, & è terra: ex alto quidem, secundum deitatem: ex terra verò, secundum dispensationem.

Eiusdem in Domini incarnationem Jesu Christi, & quod singulis regionibus Angelus præsit.

SERVIVIT creatura homini, Sol & Luna, stella, mare, terra, & quæcunque in eis sunt: non verò vt digno (etenim præuaricator & reus fuit) sed Deo iubente ei seruire: ne per omnia imago iniuria afficeretur: licet homo præuaricatus fuerit. Omni igitur creatura rebellante, Deus creaturæ mandat non repugnare, sed præbere quidem Solem radios suos, mare pisces & negotiationem, & singulas creaturas, vtilitatem suam & commodum hominibus. Hunc sensum Apostolus explicans dicit: *Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat: Vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe, & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Hæc ed pertinent, sciuit Deus hominem lapsurum, & creaturam peccatoris imperium detrectaturam, idcirco refrænauit eam, & etiam nolentem iustitiam parere, vt antea, dum legi parendo, regale ac summum imperium seruabat. Pudebat enim creaturam obnoxio peccatis domino se subicere, & 844 seruire ei, quem seruum peccati esse videret; sed creator iussit transgressorem non abnegare, sed ostendere communis Domini immensam gratiam, & firmum beneficium. Promittens etiam creaturæ, renouato & liberato corrupto & captiuo homine, etiam ipsam renouatum iri, quasi diceret: Cecidit imago, & per lapsum interit, & per inobedientiam corrupta est. Patere seruire corruptione corrupto, vt quando ipsum renouaro, meam imaginem, corruptum hominem, cum illo & te creaturam renouem, & eadem qua ille afflictam miseriam, cum gloria resuscitem. Quid est hoc, hominis dominium fugere creaturam. Dicit enim: *Vanitati subiecta est creatura, non volens: cui vanitati*

A quo enim tempore homo à Deo deflexit, vanitas vocatur. Audi canentem Davidem: *Veruntamen uniuersa vanitas, omnis homo uincens.* Omnis homo vanus est Deum relinquens, & vanitatem sequens.

Constituit Deus Angelos secundum climata orbis uniuersi custodes, ut quod & Moses dicit, à singuli singulas gentes seruent. Constituit uero, ut inanimatas creaturas frænent, Solem, & Lunam, & mare, & terram, & quæcunq; in his sunt, adseruiendum hominum uisui. Rursus Angelisangebantur seruientes indignis, & pœnæ obnoxii hominibus: præsertim uidentem illos maximè honorem idolis, vni Deo debitum, exhibere. Proculit terra vinum, & aræ libationes accipiebant, alios fructus idolis consecrabant. Ideo Angeli sunt indignati, uidentes ea quæ nõ sunt, coli loco eius qui est. Hinc & alia quæstio, quæ ad Prophetam relata est: *Venit ad illum, inquit, Angelus Gabriel, & dicit ei: Daniel serue Dei, ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendũ, ut te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt uerba tua, & missus sum ut hæc tibi nuntiarem.* Princeps autem regni Persarum restitit mihi, nisi Michaël princeps gentis uestra uenisset in adiutorium meum.

Dubitauerit enim aliquis, si Persiæ Angelus præfidens à Deo ordinatus sit. Si uero & Gabriel à Deo missus est, ut populum Israël è captiuitate educeret, quomodo ei Persarum princeps restitit? Ea quæstio sic solui potest. Mundus idololatria plenus fuit. Angeli gentibus præfecti indignabantur & affligebantur. Daniel uero captiuus cum suis cõtribulibus Babylonem ductus, Dei cognitionem prædicauit: similiter & tres pueri, quibus ignis tanquam suauis aura refrigerationi fuit. Ideo & multos ab idololatria ad pietatem traduxerunt. Angelus igitur Persarum lætatus est, uidentem in sua regione pro idolis Deum coli. Nabuchodonosorẽ non iam ad idolis immolandum cogere, neque ultimis suppliciiis non parentes subicere uisit: sed clarè Deum prædicantem & dicentem: *Sidrach, Misach, & Abdenago, serui sunt Dei altissimi,* taliaq; multa. Cùm igitur beatus Daniel peteret à Deo, imolētis septuaginta anni captiuitati præscriptis, ut è captiuitate Israël educeretur: missus est Gabriel, qui Daniels liberationem significaret, restitit Gabrieli dolens Angelus Persarum, quia iterum terra cui præerat, doctoribus pietatis hinc ablatis, ad pristinã impietatem & errorem reuersura esset. Restitit igitur non pugnando, sed iusta dicendo. Quæ reditus, inquit, festinatio? propriam habitans patriam Israël, rebus secundis, sapiens ad idololatriam cõuersus est: Nunc uero piè uiuit; regionem alienam inhabitans, & nõ modò piè uiuit, sed etiam pro pietate pugnat, multosq; errantes ad uerum Deum conuertit. Quando igitur & gratiam suscipientibus nihil secundum animam est uilius futurum, & qui pietatem: per illos colere incõperant, in summum malum, qualis impietas est, iterum sunt lapsuri, quoniam nõ melius erit Israël è captiuitate non reducere, & ad pietatem reuersos, in ipsa pietate conseruare? Missus, inquit, sum ad restituendum populum in patriam: in quam patriam, quam inhabitantes fœdauerunt, demonibus sacrificantes, & idolis. Non hæc accusat Ieremias: *Secundum numerum ciuitatum tuarum erant Diuini Iuda, & secundum numerum uiarum tuarum Ierusalem posuisti aras confusionis ad libandum Baal.* Infinitis tunc à Deo afficiebantur bonis, & à malitia impietateque non recesserunt. Multa nunc sustinent mala, & à Deo non recedunt. Quod igitur reditus erit emolumentum? Erat igitur Angeli contentio, non mali aduersus bonum: (non enim dixit Scriptura, pugnavit, sed restitit. Etenim sæpe restitit iustus bono, ut sæpe legi clementia, & vicissim clementiæ lex. Lex peccantem castigat, clementia uero regis erga peccantem commiseratione sapenumero mouetur, & à pœnis liberat. Hic igitur pugna non aduersarij contra aduersarium, sed cognati contra cognatum, neque enim iustitia extra bonitatem, neque bonitas absque iustitia inuenitur. Creatura, inquit, ut dictum est, molestè ferente & indignante, quod inuita transgressori præbuit uisum, & seruiuit, & Angelis dolentibus ob hominum ingratiitudinem, & toto mundo malis afflictio propter inobedientiam. *Viderat enim, inquit, Deus terram esse corruptam, omnis quippe caro corruperat uiam suam,* non erat creatura talis, qualem initio eam Deus crearat. Non erat stellis cœlum, ut antea splendens sine ulla macula. Non dabat terra ut prius, fructus pueros, nec mare, nec aliqua alia creatura. Præuicator enim in eam ingressus, contaminauit ac fœdauit omnia, blasphemias Deo inuisis, turpibusque uocibus, & cadibus, mare piratis & latronibus, fontes & fluuios idolis & nymphis statuisque complendo,

847

Angeli custodes uniuersi.
a. Vr LXX. habent. Deuter. 32. 8.
Vulg. sic: Constituit terminos populorũ, iuxta numerum filiorum Israël.
Dan. 10. 4.

Dan. 3. 27.

Ierem. 2. 28. & 11. 13.
* Gracè hic est: in buio Ierusalem sacrificabat Baal.

Genes. 1. 12.

846

omnes res conditas in Deos homines formabant. Nihil autem sic creaturam maculat & adulcerat, quam si in Deum conseruetur. Ideo Saluator mundi uenit in illam per carnem, & eandem ab infinitis illis maculis mundatam renouauit, & à longe difficilioribus morbis & affectionibus, quam corporea corruptione liberauit, renouat per primũ aduentum creaturam, ut discas eundem esse, qui eam in principio creauit. Non enim alterius est creare, & alterius corruptam instaurare, sed eiusdem uirumq; est sapientia & artis. Renouat creaturam priori aduentu, ut credas secundum etiam aduentum eam instauratum iri, & te ante illam renouatum in incorruptibilitatem perturbationum uacuitatem, & ineffabilem pulchritudinem. Si enim quando uolens in infirmitate carnis erat in sudoribus, in doloribus, quando seductor & Samaritanus vocabatur, creaturam ab his tantisq; & maxime diuturnis morbis, & maculis mundauit, quando ueniet iudex uiuorum & mortuorum, quando Angelorũ infinitis myriadibus stipatus, quando omnium dominator & dominus, quando omnia horrore concuientur & tremant, quomodo mutatio corruptionis in incorruptibile non uideatur quam facillimè consecutura, Deo digna?

Venit Saluator prædicentibus Prophetis, ne quis putet, quomodo homo à primo proposito & auxilio aberrans, aliud arripuerit; eodem agendum esse Deo. ne igitur quis hoc putet, longo ab hinc tempore Prophetæ illius aduentum prædixerunt, ut ostenderent, Deum non meditando inuenire commodum, sed à principio omnia præuidisse. Nam nos quidem homines meditamur, ac si priori conatu frustremur, ad alium accedimus. Deus uero non sic, sed dedit Legem, Prophetas, & post illa Euangelium; non tempore, quod esset uile, discens, uerum ab initio uidentem, non aliter potuisset creaturam, & in ea hominem fieri, nec manu- duci, neque incorruptionis dignitatem recipere, nisi eo modo, quo ineffabilis prouidentia & humanitas dispensauit.

847
Si, inquit, Deus prauidit Adam peccaturũ, quare eum produxit? Et multa sunt, & per pulchra huius dubij solutiones. Dicit itaq; Chrysofostomus: Non hoc solũ aio, quod præsciuit, sed etiam quod lapsum hominem per dispensationem reparaturus esset. Et non primo quidẽ sciuit lapsum, nisi etiam præsciuisset resurrectionem. Sciebat enim lapsurũ, sed resurrectionem tanq; remedium præparauit, & permisit hominem usque ad periculum mortis peruenire, ut disceret, quid sua culpa consequatur, & quid per Creatoris gratiam. Sciuit fore ut Adam caderet, sed uidit ex illo proditurum Abel, Enos, Enoch, Noe, Eliam, Prophetas, admirandos Apostolos, nobilitatem naturæ, uidit Martyrum nubes, diuinitus motas, pietatem destillare. Vidit hæc: & ubi erat honestas, ubi iustitia, ubi dignum opus Deo? Propterea quod unus erat peccaturus, ideone ex nihilo illũ producere non debuit? & tot hominum, quatum nec vno dignus erat mundus, fructũ amputare, & demerere radicis tantum germen generis humani & florem, & contra illud subornare iram ac falcem, præsertim cum post peccaturus, tum neq; peccarit, neq; peccare cogitarit, quippe nondum existens. Si enim prudentum uirorum est non ab eo pœnas exigere, qui peccare quidem cogitarit, nondum tamen peccarit, quomodo Dei esset ab eo, qui ne meditatus quidem sit peccare, pœnas peccatorum exigere, præsertim cum graue quidem, tunc esset peccatum (quomodo enim non graue relinquere Domini præceptum?) non uero incurabile ineffabili conditoris clementiæ, primum hominem ad pristinam reuocaturũ dignitatem. Itaque si non productus fuisset primus parens quod peccaturus erat, efficeretur Deum punire nondum peccantem, & posteriore uocatione & salute priuare: & creaturam tot tantisque uiris orbam ostendere.

Cum dicat B. Paulus: *Primogenitum omnium Creaturæ,* hæretici, inquit, non intelligentes de qua creatura loquatur, ad creaturam filium ipsi insipientes referunt. Duplex enim est creatura, una quidem facta, altera renouata. Paulus namq; iterũ clamat: *Si qua in Christo noua Creatura,* utq; manifeste ostendat se dicere Christũ esse primogenitũ creaturæ renouatæ, addit *primogenitum ex mortuis,* ut sit in omnibus primus. Primus renouatorum, ad incorruptionem uocatorum, ex mortuis resuscitatorum, & suscitatorum. Primus non secundum deitatem (Apagæ: eo autem melius enim est in Deum, uocari illum primum creaturarum, qui ineffabili uerbo, & incomprehensibili excellentia super omnes creaturas ascendit sedetque.) sed primus est secundum humanitatem, princeps factus resurrectionis nostræ, & mutationis ex corruptione in incorruptionem. Si enim Elias filium uiduæ excitauit, & Elifæus filium Sumanitidis, & Saluator quattuoridum Lazarum

Colos. 1. 15.

Duplex creatura.

1. Cor. 15. 20.

Colos. 1. 18.

3. Reg. 17. 22.

4. Reg. 4. 34.

1. Ioan. 11. 38.

zarum

Rom. 6.

Ephes. 1. 20. 1. Corinth. 2. 12.

Orationum distinctio. * iuxta.

g. Reg. 19. 10.

Rom. 11. 3.

zarum exultant; sed nemo eorum ad incorruptionem, & immortalitatem excitatus est, iterum enim eos mors postea oppressit. Christus vero surgens e mortuis, non amplius moritur, nec mors amplius illi dominatur, sed neque illis quos in secundo suo aduentu exciabit. O malam & dementem vestram opinionem! Venit Christus ad nos: dedit nobis spiritum suum sanctum, & assumpsit corpus nostrum, & contractus præcessit, & induens nostram humanitatem exaltavit illam, & constituit illam in dextera Patris: & ingratitude beneficium contumeliâ afficit. Accipit à nobis signum, & constituit illud in dextera patris. Accepimus ab illo spiritum, & iniuriam facimus, in creaturarum & servorum ordinem illum redigentes.

Petitio quidem dicitur, quando Deum aliquis rogat, rei cuiusdam gratia; precatio vero quando Deum laudat; gratiarum actio, quando quis pro acceptis beneficijs gratias agit Deo; * Intercessio vero, quando quis contra iniquos accedit ad Deum, vocans illum ad ultionem. Intercedere vero non est, inquit, supplicare, sed interrogare, & responsum accipere. Dicit Deus ad Eliam: Quid tu hic, Elia? respondet Propheta interrogatus: *Quo zelatus sum pro Domino exercituum, quia dereliquerunt partem Domini filii Israël, &c.* non est hic petitio, sed interrogatio & responsio, & intercessio [vel, interpellatio] fit ex utroque. Et vnde id manifestum? Paulum dicentem audi: *An nescitis in Elia quid dicit scriptura, quemadmodum interpellat Deum aduersum Israël.* Igitur *in iuxta* non est *denis*. Sed hæc Chrysostomus. Oportet vero adhuc subtilius differentias dictorum nominum perpendere, & considerare, vt non solum satis idonea sint quæ plebi dicantur, sed & eorum, qui eas voces volent acrius excutere, reprehensionem & iniuriam effugiant.

Ex oratione, quod antiqui Testamenti vnus sit Legislator, & in vestes Sacerdotum Exodi 28. & de Penitentia.

Rom. 16. 17.

AIt Paulus: *Non enim erubescio Evangelium, Iustitia enim Dei in eo reuelatur.* Quomodo igitur Iustitia Dei in illo reuelatur, Quomodo? cum prima lex Iudæis solis data sit, licet alij homines eiusdem existerent naturæ & originis, Evangelium vero omnibus æqualiter gentibus, merito in illo Iustitia Dei reuelatur, & Iustitiæ Evangelium vocatur. In veteri igitur testamento non erat vocatio iusta, non enim similiter omnes vocabatur & illuminabatur, sed solos Iudæos. Non erat igitur iusta, sed dispensatio præparans viam iustitiæ! non dico hanc iustam, illam vero iniustam, sed illam viam huius & præparationem. Putabant Iudæi sibi solis etiam Evangelium datum iri, quemadmodum Legem, sed expectatio præter spem euenit, ideo & David dicit: *Suscipimus Domine misericordias in medio * populis tuis.* Deinde: *Secundum nomen iuniorum Deus sic & laus tua.* Non solum in medio populi tui, sed etiam in fines terræ; & vt ostendat quod misereri finium terræ iustitiæ sit, addit: *Iustitia plena est dextera tua.*

Psal. 47. 10. * An. Vulg. 100.

Psal. 29. 1. 26.

Dominus regnavit, inquit, Quomodo Dominus regnavit? an quasi nouam capiens dignitatē regni? Nam si dixisset, *Dominus regnat*, æternā Domini potestatem ostendisset, dicens vero: *regnavit*: dispensationē per carnē dicit, per quam natura nostra iugo diaboli, peccati, mortis excusso, creatorem cognouit, vt verum regem, largitorē incorruptionis, resurrectionis. Nunciū igitur lætū adfert David ijs, qui à peccato, morte, diabolo olim regebantur, quod iugum illud contritum, imperium solutum sit, & omnibus Dominus dominetur, vt ipse quoque post resurrectionem dixit: *Data est mihi omnia potestas in celo & in terra*, prius vero dominata est nobis mors, & peccatū. Regnavit enim mors ab Adam vsq; ad Moysen & cætera: & Dominus de diabolo: *Si Satanas satanam eicitat, diuisum est regnum eius.* Itaq; regnavit ante aduentum Christi super genus humanum diaboli, imo & peccatum. Dicit enim iterum Paulus: *Quemadmodum regnavit peccatum in mortali nostro corpore, sic & gratia regnabit per Christum.* Dominus regnavit, (finita est victoria diaboli, peccati, & mortis) exultet igitur terra, natura terrigena, olim errans, nunc vero gloriosa, olim in sepulchris, nunc in thronis.

Dispensationis erant plurima in veteri testamento, non autem satis Deo placebant, rerum futurarum figuræ, & vmbra, sed non res ipsæ, & est videre in illis alias quidem figurat, alias vero notiones. Veluti non omnino placent Deo hyacinthus, purpura, & 850 cocculus, & byssus (Deus enim requirit animarū puritatem, non corporis florem aut nitorem) Sed corporeâ elegantia imaginem virtutum depingit. Si enim vere stolis illis acquiesce-

Sacerdotis vestes Exodi 28.

acquiescebat, quomodo Moysen ante Aaton non induit, sed quia ipse non vestiebatur, illam sacerdotibus attribuit? Et Moyses quidem aqua ablatus non est, sed lauit. Quamobrem? vt discas, non hæc Deo potiora esse, & perfectio ad sui ornatum sufficere virtutem, & hæc fuisse typum Virtutis, non ipsam virtutem.

In capite, inquit, serebat, Pontifex tiam, quia caput omnibus designatum oportuit capite habere potestatem, & scire, quod creatus caput aliorum, & ipse sub capite sit communi omnium Domino & principe. Absoluta enim auctoritas, nec cuiusquā subiecta imperio, intolerabilis est & difficilis. Ideo in Lege gratiæ, qui Pontifices maximi sunt, Evangelium in capite recipiunt, vt electus intelligat, quod veram Evangelij tiam accipiat, & tametsi aliorum caput constituatur, legibus tamen isdem subijciatur, & alijs imperanti Lex imperet. Sed tiam potestatem designabat, quam ipse in populum habebat, & qua ille Deo tenebatur.

Aurea vero bractea, in qua Dei nomen exaratum erat, in pectore erat, custodiam designans cogitationi cordis, & quod oporteat has aptare ad Dei nutum & referre.

In humeris erant Smaragdi duo, quorum alter hinc sex tribus, totidem alter continebat. Erant autem typus aspectus sacerdotalis: habet enim Smaragdus & viriditatem egregiam, & claram puritatem, instat speculi radians. Etenim oportet sacerdotem & pia exercitatione sobrium esse, & vitam subditis suam tanquam speculum virtutū ostendere. Erat vero in humeris, quod actionum signum est, Smaragdus. Actionis enim potentia ab humeris dependet, ideo & Deus ad Hierusalem loquitur: *Dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti, filia vaga, quia creavit Dominus nonum super terram.* Etenim manus & humeros ad actionem scriptura accommodat, vt quando de Dattide loquitur: *Et in intellectu manuum suarum deduxit eos.* Inerat vero * Logio in pectore duodecim etiam lapides impositi, qui duodecim tribus significabant. Et videt, supra quidem, & in humeris vna erat natura lapidum Smaragdus, infra vero & in pectore duodecim. Quo significatur, Antea quidem ab vna omnes prodijisse natura: progressu vero temporis, diuersis opinionibus diuisos esse, & hoc quidem tribuit opinioni, illud vero naturæ. Infra vero in simbria sacerdotis, quæ dicitur ora, aurea mala, & punica, & campanula dependebant. Et quomodo hæc, prima ratione Deo vt diximus, placerent? Sed in vestitu & habitu sacerdotis virtutes effinxit, infra flores & fructus, virtutum opera, cuiusmodi sunt Eleemosyna, Iustitia, & humanitas, & chorus reliquarum ipsis affinium.

Non mutabis verba Dei vini. In Patrem & Filium, & Spiritum sanctum baptizatus es, quid tollis nomina viua, & introducis nomina cogitationum tuarum, dicens ingenitum, genitum, semper existens, & non semper existens. Deus ne hæc inania verba toleret? Vnum verbum vt mutaret, Propheta olim de vita periclitatus est: *Ecce vide emphasim exigui verbi.* Verba Prophetarum vocarunt quidam per ignorantiam Domini * onus. Dicit Dominus per Esaiam: *Si igitur interrogauerit te populus iste, vel Propheta aut Sacerdos dicens, quod est onus Domini: dices ad eos, quia vos Domini onus estis. Proiciam quippe vos, & relinquam, ne dicatis onus.* Vnum verbum ne mutetur, minatur Deus, & tu totam doctrinam commutans, putas te manus Domini effugiturum.

Eiusdem in illud: Sufficit tibi gratia mea, Virtus enim in infirmitate perficitur.

Venit à Parte Christus ad homines legatus [mactatus legatus est] & tunc pacem fecit. Sed legati venientes, & dona ferunt, & dona accipiunt. Quod igitur donum tulit, & quæ accepit? no uum donū, quia & nouus Legatus. Tulit nobis donū corpus, & sanguinē suum: & quid à nobis accepit? Fidem. Et quid pro illa nobis dat? Gratiam. Credidimus nos, ille gratiā dedit, soluta est [ita &] odium. Cum venit legatus ad aliquam gentem, non dignatur cum aliquo paupere aut plebeio loqui, sed statim ad Regem accedit. Hic vero legatus cum venit, statim cum metretice, latrone, & Magis locutus est. Vides legati benignitatem? Non enim ad vnum & alterum venit, sed ad communem naturam, & venit carne nostra indurus, ne pura diuinitate accedens bestiam terreat.

Legati enim mha. Rom. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Ex eadem Homilia in dictum Apostoli: *Si qua ergo in Christo noua creatura: vetera transferunt, ecce facta sunt omnia noua.*

Iudæi & gentes dicunt: quid gloriatur Paulus dicens: *Vetera transferunt, ecce facta sunt omnia noua.* Si qua in Christo noua creatura. Ego vero, inquit, nihil nouum video. Non enim habes oculos, vt videas hæc. accede huc, & faciam tibi oculos. Et vides, & tu facis oculos? Ita. Et creator es? omnino. Tūne demens es? nequaquam. Igitur facies oculos corporis? nequaquam, sed maius aliquid, Oculos mentis? & facis mihi oculos? Ita. Non enim habeo? nequaquam. Tu vero habes? Ita. Quomodo, dic mihi. Cum veneris in templum, nudamq; ibi statuas videris, lapidem mutum, & dixeris, ille Deus est, an oculos habes? Non enim vtilitas aliqua otulorum externorum, si interni caligant. Vides opus esse, vt faciam tibi oculos, vt videas lapidem esse, lapidem, & lignum esse lignum, Oculosne habes quando vides lignum, & adoras? Atqui ego si accipiens comburam, num habes oculos, id Deum, quod exustum est, vocans? Quando affectus & perturbaciones Deos esse dicis, oculosne habes? Ebrius est homo, & circummagitur, & irridetur, & ex homine fit bestia. Tu vero dicis, ebrietas Deus Bacchus est. Furtum Deus Mercurius. Vidēsne indigere te oculis? Lex affectus punit, & hos te Deos facere non vides? Si autem vis attende, quomodo facta sint omnia noua. Dicitur in Scriptura, creatura non solū è nihilo in aliquid productio, sed etiā ex aliquo in melius immutata. Creauit Deus cælum, hoc est, è nihilo fecit. Creat & quando malū hominem bonum reddit. Hic vero creatio est rerum mutatio in melius. Et audi Dauidem dicentē. Cum enim erat ipse, & cor eius creatum, sordibus vero adulterij & cædis macularū est, & ad corruptionē ferebatur, prouocat Deum dicens: *Cor mundum crea in me Domine.* Non quod prius cor nō habuerit, nec de cordis substantia loquitur, sed de meliori eius conditione. Ecce igitur creatio dicitur, non solum eorum, quæ è nihilo producta sunt, sed etiam corruptæ naturæ in melius mutatio. Sic creatur munda ipsa adultera; sic misericors qui ante ea raptor; sic mutatur in ouem lupus, in columbā vultur. duplex creatio. Ideo & lauacrū creatio dicitur, lauacrū inquam, regenerationis. *Exuentes enim, inquit, veterem hominem, & induentes nouum eum qui renouatur secundum imaginē eius, qui creauit illum.* Vides igitur nouam esse creaturā. Quid enim mihi prodest, si fiat cælum nouum, & terra noua, ego vero in peccatis meis inueteratam? Cælum domus est, ego vero habito in ea ægrotus. Si quando medicus in domum ægroti veniret, & nulla morbi ratione habitā, inalbarēt parietes, & auro laqueariā incrustaret; nonne diceret illi, bone vir cura ægrotum, quid domum exornas? adiua decumbentem. Christus venit in hunc mundum, in quo decumbentem naturam meam inuenit, & ægrotantem, & ad eam sanandam omne subit certamen, & renouat instauratq; naturam. Quid igitur medicū tu reprehendis, quia non illa facit, Christum vero reprehendis, quod hæc faciat? Sic transferunt antiqua, sic facta sunt noua omnia, sic noua creatura, & alia multa similia quis coaceruet.

Ex Homilia post Calendas, &c. & contra ebrios.

Christus magnam multitudinem in deserto contulit excipiens, non illos ad tentorium & somnum misit, sed ad diuina verba audienda vocauit. Sic & nos faciamus, & tantū nos edere asuescamus, quantum ad vitam tuendam sufficit, non quantum noceat & grauet. Non enim idcirco nati sumus & viuimus, vt edamus & bibamus, sed ideo edimus vt viuamus. Non vita propter cibum, sed cibus propter vitam ab initio factus est. Nos vero quasi ideo in mundum venerimus, sic omnia in eam rem consumimus.

In dictum Apostoli: *Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut & ceteri, &c.*

Vare Paulus, cum de Christo loquitur mortem ipsius vocat *mortem*, cum vero de nostra morte verba facit *dormitionem* illam, & non *mortem* appellat. Nam in eadē oratione ter mentionē mortis hominū faciens nunquam *mortem* dicit, sed *dormitionem* decessum nominat. Non enim temere his vsus verbis Apostolus est, sed magnū & sapientis quiddam preparat. In Christo igitur *mortem* vocat, vt passio credatur, in nobis vero *dormitionem*

* Virgil. LX. *Armeid. Ser. 189.*
— *Dine hanc ardorem mentibus addunt. Euviale? an sua cuiq; Deus sit diuacupido? & in Hippolyto Seneca Tragicis.*
Creatio duplex: externa & spiritalis.

Psal. 50. 21.

*Luc. 7. 37.
Luc. 19. 5.
Ab. 9. 13.*

Colof. 3. 2.

Matth. 14. 13.

1. Thess. 4. 13.

Mors & dormitio.
*Rom. 6. 3.
1. Cor. 11. 30.
1. Cor. 15. 6.
18. 20. 31
1. Thess. 4. 14. 15*

dormitionem, vt dolorem consoletur. Vbi enim præcessit Resurrectio, confidens vocat mortem: vbi vero in spe adhuc manet, dormitionem appellat: & hac appellatiore nos consolans in bonam [vitæ] spem erigit. Dormiens enim omnino resurget, cum mors nihil sit aliud, quam diuturnus somnus.

Ex Homilia Chrysofomi de Pœnitentia.

Comedunt Iudæi manna, & cepas Aegyptias quærebant. Adeo turpis res est consuetudo, quin pessima. Licet per decem dies præclare te geras, licet per viginti, per triginta, non acquiesco, non gratiam habeo, non te complector: modo ne defatigeris, sed sustundaris pudore, teque accuses. Iterum de charitate differuimus; audisti, abijisti, rapuisti, non operibus sermonem ostendisti: ne iterum ingredi Ecclesiam erubescas, erubescere peccare, non erubescere pœnitere. Duo hæc sunt, Peccatum & Pœnitentia: vulnus quidem peccatum, remedium pœnitentia: in vulnere putredo; in pœnitentia putredinis mundatio: in peccato probum, & derisio, in pœnitentia laus, & libertas dicenti, ac è seruitute liberatio. Sed Sathanas ordinem immutat, datq; ijs qui illi obediunt, in peccato licentiam, in pœnitentia pudorem. Tu vero ne credas illi, sed vtrique actioni suam tribuere stude.

Visio quam vidit Esaias contra Iudeam & Ierusalem.

Dic visionem quam vidisti. Ipse autem dicit: *Audite caeli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est.* Alia promissisti, alia loqueris. Incipiens, dixisti, *visio super Iudeam & Ierusalem*: & omisa narratione, cum terra & cælo loqueris. Homines relinquis, & cum brutis elementis loqueris. Ita, inquit; cum homines ipsis brutis magis sint facti irrationabiles, & non ideo solū, sed etiam quia Moses ducturus illos in promissionis terram, & præuidens futura, sic ait: *Audi cælum & loquar, attende terra verba oris mei.* Testor vobis, inquit Moses, Iudæi, cælum & terram, quia cum veneritis in terram promissionis, & reliqueritis Deum vestrum, in omnes gentes dispergemini. Venit igitur Isaias, minæ erant cessaturæ. Non potuit vocare Moïsem, iam mortuum; nec qui aliquando audiuerunt: elementa tandem vocat, quæ etiam in testimonium ipsis Moses vocarat, & quancquā ille potuit Aaronem etiam vocare in testimonium, & alios multos, sed ideo (diceret) illos non vocavi, quandoquidem illi erant morituri, neque testari poterant. Cum vero Israel præuicatus sit, ideo adhuc durantia elementa merito in testimonium voco. Sic & Isaias facit, non modo propterea quæ diximus, sed etiam postquam cum Iudæis locutus, vidit illos sibi non attendere, ad elementa se conuertit, & testes sibi assumit. *Audi cælum.* Tu enim manna pluisti. *Inclina aurem tuam terra.* Tu enim coturnices dedisti. *Audi cælum,* nam illis ea quæ supra naturam dedisti. *Sursum mansisti,* quomodo te Deus firmavit, & imitationem aræ non despexisti. *Attende terra,* tu enim infra eras, & mensam illis subito apposuisti. Ideo & alius Propheta videns regem insanientem, idolum colentem, Deumq; contumelijs afficientem, alios timentes: nullum horum alloquitur, sed conuersus ait: *Audi, altare, audi me;* cur lapidi loqueris? certe inquit, cum minus quam lapis rex sentiat, *Audi altare hæc dicit Dominus,* & statim diuisum est altare, & fractum, & effudit hostiam. Homo autem non audiuit, sed Rex manum suam extendit, cupiens Prophetam comprehendere. Deus vero quid fecit: manum eius arefecit, non autem arefecit manum à principio, vt ille ruptura lapidis fieret prudentior. Cupiuit enim eum sine castigatione sapere, cum, inquit, discissus sit lapis, & tu non emendaris te, iustam in te iram conuerto.

Ex oratione in prodigum, in pœnitentiam, in lignum scientia boni & mali, & in latronem.

Agmen iustorum non vult in se rapere potestatem creaturarum, sed quæ sunt dispensationis, Patris prouidentia subiecta esse. Ideo etiam parabola iuniorē introducit, accepta paternā hereditare, proficiscentē in regionem longinquā. Sed longitudo stadijs non determinatur, sed moribus circumscribitur. Etenim peccator non tam loco remotus est, quam moribus. Accepta itaq; bona paternā, perdidit pro dige viuendo, Accepit Solem

*Exod. 16.
Peccatum & pœnitentia.*

Esaias 1. 2.

Deut. 23. 1.

Exod. 16. 13. 14.

1. Reg. 13. 2.

Luc. 15. 12.

Solem ad per fructuonem, & donum vt Deum adorauit. Accepit fontes ad delicias, & donum Deum fecit. Ignorauit donantem, & donum supra modū coluit. Eadē creatura, sed non omnibus eodē modo conspicua. Paterna substantia ille quidē recte vsus est; hic vero abusus. Ordo autē hic & ibi, tamen diuersus, pius pulchritudinem videt cœli, & inde Creatorem laudat: *Uisbo enim cœlos opera digitorum tuorum*. Vidit impius, & ad creatorem sensum non conuertit: sed persistens in pulchritudine cœli, creaturam esse Deum imaginatus est. Pius non iniuriam facit creaturæ, sed Domino adorationē tribuit. Honorat creaturam, sed vt conseruam, non auferens autem cultum creatori, præstat creaturæ: laudat artificium, sed artificis gloriam illi non attribuit; impius vero benē quidem vidit, sed malē adorauit, & omnem ordinem inuertit.

Diabolus cur dicitur. Luc. 10, 19.

Sæpe Scriptura Diabolum vocat draconem & serpentem tortuosum.

Manichæorum error.

Deo & Saluator dicit: *Ece dedi vobis potestatem ambulandi super serpentes, & scorpiones*. Et ne reptilia intelligas, subiecit, *& super omnem virtutem inimici*. Diabolus draco & serpens est, non tanquam mali radix, vt Manichæi dicunt, sed vt princeps dæmonum, & auctor illis factus defectionis.

Ex adhortatione ad pœnitentiam.

Luc. 12, 18.

De illo qui dixit: *Destruam horrea mea, & maiora faciam*, sententiam à Deo latam, 856 in memoriam homines reuocantes ipsi vobis, aperite thesauros vestros, & date eleemosynas; facite vobis thesauros indeficientes in cœlo, vt Dominus iubet, qui futilis diuitias & fœnore & iniustitia colligitis, *facite vobis amicos de mammona*, vt Dominus imperat, *vt cum vos dereliquerint, recipiant vos in aeterna tabernacula*.

Luc. 16, 9.

Ex oratione * in terremotum, & Lazarum, & diuitem.

* Integram hanc de terremotu cōcionem euulgauit nuper P. Frōto Ducanus societ. Iesu, Burdigala, Anno 1604.

Non cesso dicere, etsi non audiar. Medicus sum, medicamenta appono, præceprofum, monere iustus sum. Et nemo se emendat? Quid hoc rei est? sed ego nihil minus mercedem accipio, & hoc incredibiliter dixi. Fieri enim non potest in tanta hominum multitudine vt nemo se emendet. Audio, inquit, indies, & non facio: audi, etsi non facias. Ex auditione enim factum oritur, etsi non facias, pudesies ob peccatū, etsi nō facias, mutas sententiam, etsi non facias, condemnas te ipsum, quod non facias. Acculare enim se; principium est emendationis. Quando dicis *hei mihi audi*, & non facio. illud, *hei mihi*, initium est mutationis in melius.

Luc. 16, 24.

In illud dictum: *Mitte Lazarum, &c.*

Sapient. 1, 8.

ET vbi nunc sunt pincernæ tui, parasiti, & adulatores? vbi nunc arrogantia, & phantasia? Folia fuerunt, & hiems abstulit, omniaque perierunt. Somnium erat, & ortus est dies, & somnium dissipatum. Ideo vero non Noë, vel Iacob, vel Isaac, vel Abraham diues vider. Quare? quia Abraham benignus in peregrinos fuerat, & illius inhumanitatis maior est accusatio, huius hospitalitas.

Ex Homilia: *Non adeo uehementer desendos esse mortuos.*

Mors, ærurnarum solutio. Nisi mors esset, nos ipsos ederemus: nisi puniremur, nequaquam à malis cessaremus. Vides Domini benignitatem? pœnam ex præuaricatione in salutis ansam conuertit. Si igitur iustus est qui mortuus est, gaude, quia cū fiducia ad dominum profectus est. Sin peccator, ne doleas: lucratus est, quod accumulatione peccatorum priuatus sit.

Epistola ad Cyriacum.

In epistola ad Cyriacum Episcopum, quam scripsit post secundum exsilium, punit Artacium, vocans illum delirum, & adulterum. Laudatq; eos, qui illius familiaritatem auersantur, vt qui propter Deum, & impietatem in Archiepiscopum suum ab illo declinent. quamuis in alijs videatur hortari, ne ab Ecclesia recedant. id autem postea, vt apparet, voluit, cum ij, qui hunc iniuste elecerant facti non acquieuerint, sed moti etiam fuerint imperum, insidias, & exsilium ijs, qui ipsi addicti essent. 857

Fragmentum de animalibus, que colorem mutant.

LEGI ex Theophrasti libro de animalibus, quæ colorem mutant. Quibus verò mutatur color, & plantis, locis, lapidibus, quibus se applicant, similis redditur, polypus sunt, & chamæleon, & fera tarander, quæ apud Scythas vel Sarmatas nascitur. Mutatur igitur chamæleon in omnes colores, præterquam in album, & rubrum, & non solum ad subiectos colores, sed etiam ipse in se; si quis solum ipsum tetigerit, colorem mutat. Tarander quidem magnitudine bouis est, similis figura ceruo, nisi quod latior, tanquam è duorum ceruorum figuris compositus, bifida est ei vngula, & cornu. Habet verò hoc ramos vt ceruorum cornua, & omnino pilosum est. Ossa tegit extensa cutis, vnde pili existunt. Pellis digitum densa est, admodum dura, ideò & eam aptantes, pro thorace militari vtuntur. Rarò hoc animal videtur: mira eius est mutatio, & penè incredibilis. Alia quidem animalia in pelle mutantur, mutato interno humore vel sanguineo, vel alio, vt manifesta sit sympathia, hoc est, naturæ consensus. Pilorum verò mutatio, eum aridi sint ac pendentes, & frequenter mutari non soleant, omnino admiranda & incredibilis est, maximè cum variè illa fiat. Polypus autem videtur anhelitu colores mutare: est enim naturà flatusuosus. Argumentum verò respirationis pulmonis magnitudo est: penè enim per totum corpus diffunditur. Simul verò & eleuatur manifestè, & inflatur.

CCLXXXIX. Inter opera Theophrasti nuper editum Francof. apud Vechelos, Chamæleon.

Tarander.

Πολύπους.

Ex eiusdem de resolutione neruorum.

DICIT resolutionem neruorum è frigiditate, vt omnes sentiunt, oriri: & alij quidem à spiritu: (est enim morbus pulmonarius) alij defectu & priuatione spiritus. Hunc enim esse, qui colorem & motum omnino faciat. Cum autem motus non est, frigiditas est sanguinis, vel, vt paucis perstringam, humoris. Ideò in pedibus oritur torpedio, vel in partibus superioribus, quando à sede expulsi fuerint, vel alio modo: tunc enim diducit compressione spiritum, & motu proprio priuatur, sistit & refrigerat sanguinem. 858

Paralyssi.

Eiusdem de animi deliquio.

ANIMI deliquium priuatio est caloris, vel frigiditatis circa pulmonem, id etiam contingit ab ipso calore. Maior enim ignis tollit minorem, id experientia testatur. Nam ab æstu præfocante & alio calore, & maximè condensato, cum hæc nos opprimunt, animo deficiamus, & deliquium patimur. Extinguitur verò quod in nobis frigiditatem non recipit. Fortassis verò respirationem omnino suffocatio impedit, vnde & ariditas nominatur. Suffocatur enim, vel suffocato similis est is, qui respirare non potest. Testatur id defectus animi in balneis, ac fotionibus. Manifestum enim est deliquia illa calore, & propter calorem fieri, extinguente externo calore internum. Fit verò animi defectus, deficientibus his, in quibus calor nascitur, vt sanguine, vel simpliciter naturali humore. Quemadmodum in sanguinis fluxu, & vterum gestantibus videmus animi defectiones: sed propter labores etiam fiunt deliquia.

* in ipis lego.

Nimium etiam adfert animi deliquium: nam & minus tabefacit, & respirationem impedit, & refrigerationi aditum intercludit.

Propterea plerumque qui lauantur, animi deliquium non patiuntur, frequentius verò quiescentes, quia humorem factum à liquefactione eorum qui lauantur, calidum esse contingit: eorum verò qui lauarunt, frigidum. Frigidus verò cum sit humor, incidens in locos principes, gignit animi deliquium, nisi spiritus remissio ante dissoluat. Ideò continere iubent in deliquiis spiritum. Prohibet enim continens exire calorem: remissus verò ingerit.

† λουόμενοι.

Aspergens aqua animo delinquentes, concludens poros, & condensans meatus, & cogens in us calorem (* resistit enim) adiuuat.

* ἀντιπυλν. εαται.

Gaudium ac mæror etiam animi deliquium generant. Per vtrumque enim humorum copia nascitur. Gaudium quidem liquefaciendo ac dilatando: mæror verò coarctando. Cum autem ad pulmonis sedem humor pertenerit, hinc animi deliquium patimur.

VERTIGINES sunt, quando alienus spiritus in caput venit, vel redundans humor, vel ab aliquo nutrimento, ut à vino, vel ab aliquo alio succo. Ad hæc, cum quis mouerit caput in orbem. Locus enim circum cerebrum humidus cum sit, si susceperit aliquid alienum, plus æquo transeundo vim infert, & ad venas agit priorem humor in gyrum. Cum autem agitatio sit instar turbinis, & humor non sit admodum densus, sed in continuo motu, altero accipiente, altero deficiente ob inæqualitatem ponderis, similiter vertiginem parit, & sæpe profernit.

Quare cruda oua non circumuerti possint.

OVA cruda circumuerti idem non possunt: partim quia ab humore inæquali, & non eiusdem ponderis proferuntur: partim verò, quia non habent substratum quod deiciatur, cum vnum sit & continuum intus. Ex hac consideratione soluitur hoc, quare in circo agitati vertiginem capitis patiuntur, & magis si in paruo circo, & adhuc si celeriter currant, & quod, si cum aliis, magis quam soli. Et quare in sinistram currentes potius quam in dextram? Omnium enim horum & similibus causa dicta est. Si enim vertigo sit, si quis eodem verterit caput, manifestum est quod si quis iuxta hunc similiter verteratur, celeritè & maximè ante alios vertiginem patiatur. Proximè verò qui in minore circulo caput vertit, & quo celerius, eò magis. Idem & currentes magis quam ambulantes vertiginem patiuntur, & qui celerius magis quam qui tardius: (currunt enim inclinantes ad centrum.) Qui verò in sinistram currunt, potius quam ij qui in dextram, quòd acutiorem angulum faciant ad circulum. Grauiora enim cum sint dextra, magis ad interiorem partem vi tendunt, propter imbecillitatem partium sinistram, & si cum multis currunt, magis quam qui soli: propterea quod ad circumferentiam circuli aspectus accedens currentibus non continuus, facit aliquem motum & turbationem in cerebro. Idem vertiginem magis patiuntur, eò quòd dupliciter moueatur cerebrum, partim agitatione in gyrum, partim aspectu in cerebrum delato. Quod autem propter oculorum motum sæpe vertiginem multi patiuntur, ex multis patet. Nauigantes enim celerius & magis vertiginem patiuntur, cum fluctus intuentur, & agitationes & trochos videntes, statim tenebras patiuntur. Vertiginem quoque patiuntur ij, qui profunda admodum & prærupta aspiciunt, quod contingat oculos longius extensos moueri & agitari. Oculi verò moti & agitati turbant & mouent interiora, qui verò superna aspiciunt, hoc non contingit, quia non longè aspiciunt, sed lumine impediuntur. Fiunt vertigines, quando continuò rem vnam aspiciunt. Illud autem dubium est, cur interdum oculo in orbem agitato, & quiescente idem vsu veniat? Causa verò motus illius in circulo, dicta est. Cur verò in attentione & in continuo aspectu iste dolor contingat? quòd quæ in motu salua erant, statim ac quies agitata. Stantibus igitur oculis, & alia continenter in cerebro stant. Stantia verò diuiduntur, & separantur grauià, & grauantur & faciunt vertiginem. Et cursus in gyrum separat grauià à leuibus. Facit verò oculorum demissio etiam vertigines. Nam demissione oculorum separantur grauià à leuibus. Hæc quidem sursum, illa verò deorsum feruntur. Oportet verò simul esse, ut dictum est. Vertiginem quoque adfert abundantia & indigentia. Indigentia consumptionem, abundantia superfuitatem facit, ut pleni sint pori. Hæc enim vbi ascendit, mox descendit, & diuidit * circuitus: hinc vertigo.

Ebrietates & veneficium, & alia similia, vertigines faciunt: Humor enim aliunde incidens, turbationes creat.

Stantes magis quam sedentes vertiginem patiuntur. Nam quiescentium humor in capite magis consistit. Quando verò iidem mouentur, humor dissipatur, & in vnam partem incidens vertiginem facit.

Eiusdem de lassitudine.

DESCENDENTIVM, loco decliui, femora maximè lassantur, ascendentium contra tibia: quia in ascensu labor est eleuandi corporis onus. cui igitur onus incumbit, & à quo tollitur, eius maximus est labor. At in descendendo labor fit, quia corpus

decidit, & contra naturam portatur. Quapropter in quod magis incidit pondus, huic maximus quoque est labor. Verum ut tibiæ descendendo magis laborant, sic femora in ascendendo. Quod autem grauià deorsum ferantur, difficilius est ascendere, quam descendere.

Molestius est brachio per vacuum iacere lapidem, vel aliud quid graue, quia magis conuellit. Non enim incumbit alicui, quemadmodum qui iacit ponderi quod in manu est.

Æquales viæ magis defatigant, quam inæquales, quòd nimius motus faciat lassitudinem: nimius autem, continuus, & vnus: inæquales verò propter mutationes quietem adferunt: in æqualibus verò, similitudo figuræ facit continuum motum.

Defessi semen ægrius continent, quia calida & humida sunt corpora propter consumptionem. Tale verò quid est seminalis vis.

§ 61 Qui supini iacent, solutionis virium habent causam, iis cooperatur situs ille ad nocturnam feminis emissionem. Corpora humida magis laboriosa sunt quam dura, quia imbecilliora: etsi alio modo dura sint * audaciora.

Eiusdem de animantibus, quæ cum copia visuntur.

ANIMANTIVM quæ cum copia visuntur, non eadem est omnium causa: sed alia horum generantur subito, ut muscæ, quæ in exercitiis, & hominum frequentia, & hisce finitis, plures præterea fiunt. Firmus enim & aliarum rerum putredo, harum ortus causa. Alia verò prius quidem existunt, sed apparent post pluias, ut cochleæ, & parue ranæ. Non enim pluiâ decidunt, ut nonnulli putant, sed tunc prædeunt: cum antea in terra fuerint, quòd aqua in eorum foramina influat. Est & aliud ranarum genus præter eas quæ in lacubus & paludibus sunt. Multitudinem autem harum & aliarum [animantium] gignit ipsarum prosperitas.

Potius post finem conuentuum & exercituum quam dum adhuc durat, muscæ oriuntur. Contingit enim, iis præsentibus, propter quodidianos vias & motus, corrumpi generationes earum, motu semper & mutatione facta, quo modo & in aliis accidit, sic & his cum sordibus eiectis. Quando verò soluta fuerint castra, & conuentus, quiete facta, statim generantur, quia nemo prohibet, donec in ipsis sterquilinis humor exaruit, muscæ, ut diximus, celeriter, & cum copia gignuntur: bruci verò & locustæ vbiq; sunt, ut sic dicam. Abundant verò quia propria loca occupant, & eorum oua non corrumpuntur. Accidit hoc quia non colitur regio. Si enim ager colatur extinguuntur, inde ex deserta & inculta regione feruntur ad frequenter habitam & cultam. Durant verò diu, vel quia locus altis montibus cingitur, & hos superare non valent, vel propter commoditatem regionis: Talis est, mollis tranquilla, & humida, & rosida. Molestæ porro sunt locustæ, at molestiores bruci: & horum maximè, quos vocant baruchos, sed eorum ortus ex sese inuicem mutus. Aliqui verò putant, non euidenti signo, colore similes aliquos eorum esse regionalibus, sponte sua nasci: manifestum enim quod tale quid à nutrimento, sed non à generatione accipiant. Corruptio verò horum alia quidem naturalis est, & pestilens: sub canicula enim æstro agi-

§ 62 tatur, & oritur illi vermiculus in capite, & corrumpitur: alia verò ex motu, & volatu. Nam sublatis [bruci] à ventis in mare feruntur & corrumpuntur. Corruptur verò etiam propter hiemem & frigus, ipsi, & oua eorum: extinguuntur verò & hominum machinatione. Fossas enim effodientes hos in eas deiciunt, & terra obruentes interficiunt.

Serpentes duabus de causis oriuntur: vel è caelo pluuio, vel in bello, & fusione sanguinis, vnde penè alia quoque venenata animalia prædeunt. Vnde quondam & in Thessalia magnam aiunt natam esse copiam serpentum.

Mures in aruis plurimi sunt, & magis in siccis, quam in humidis: inimicæ enim illis sunt aquæ. Fecundum autem animal est. Manifestus eis ex aqua interitus. Illis enim & foris molesta, & in eorum cauernas influit. Occidunt etiam illos mustelæ agrestes. Occiduntur etiam occulto & frequente pestilentia malo. Nascitur enim in capite ipsorum vermis, quem periti obseruant, re cognita prælagiunt, ac prænuntiant interitum eorundem.

Dicuntur mures ferrum & aurum arrodere: Idem aurifabri illis dissectis aurum inde tollunt.

*Muscæ.
Vide Luciani de
muscæ libellorum
& Giraldum de
Diis gentium.
Rana.*

*Bruci & locustæ
sunt.*

Serpentes.

Mures.

*Vide Q. Curt. de
Tyro lib. 4. Mures
sicut arrodentes.*

In Aegypto bipedes, & magnos nasci pethibent mures. Habent enim & ante-
riores pedes, his vero non incedunt, sed vtuntur pro manibus: quando vero fugiunt
saltant.

De animantibus, quae inuidia laborare dicuntur.

Stellio.
Vide Iureconsul-
tos de Stellione,
& Alciatum,
Cervus.
* Opus.
Vide Proverbia,
Equa. Vide Plu-
tarch.
Phoca.
Echinus.
Lynx.

STELLIO, ut alunt, inuidens hominis utilitati, deglutit exutam pellem. Est enim
auxillium habenti comitalem morbum.

Cervus dextrum cornu defodit, contra * bufonis venena aliaque multa perutile.
Equa deuorat hippomanes ex pullis, ad quaedam vile. Phoca iam capienda euomit
coagulum, quod etiam comitali morbo vile est.

Terrestres Echinus pellem vrina inquinat, & corrumpit. Lynx defodit vrinam,
quae ad sigilla & alias res prodest. Ceterum animalia hoc per inuidiam non facere, sed
homines e propria sua opinione hoc crimen illis affinxisse, patet. Vnde enim brutis ani-
mantibus tanta scientia, quam homines multo labore vix discunt? Phoca quidem timore
forsan turbata, coagulum erimit, & stellio pellem deglutit a natura, quemadmodum ca-
nes & sues, & penè omnia quadrupedia. Comedunt enim a partu partus inuolucra, seu
membranas. Echinus timore, vel alio quodam naturali affectu vrinam mittit, sed non
vt corrumpat pellem. Multa alia sunt a brutis, quorum rationem reddere non possu-
mus: vt quamobrem gallina cum pepererit, paleas circumlucit. Quare canes eleuato
crure vrinam mittant? Quare capra, cum eryngium comedit steret, & alias stare faciat?
Quodque de lynce & ceruo narratum est, eodem modo diiudicandum.

De Sudoribus.

SUDOR falsus est, quia alienum excernitur ab adherente carne, exhausta & leuitate
& dulcedine. Tale enim excrementum existens circa vesicam, vtina: in carne vero
sudor vocatur. Excernitur vero sudor per motum, vel laborem, vel per caloris & spi-
ritus virtutem. Sudor cum sit falsus accipit acrimoniam, vel acerbitem, vel malum
vel bonum odorem, propter multas & varias rationes.

Iuuenes difficiliter sudant quam viri, & maxime pueri, quamquam natura calida
sint & humida, vnde oritur sudor, quia densissima est puerorum cutis, & tanquam
conclusa. Ad haec vero calor superans concoquit dum crescunt. Si quid vero sit ex-
crementum, hoc egeritur per aluum. Vt plurimum enim puerorum aluus facilis est:
senes vero raris quidem cutis, sed sicca. Oportet vero sudori tanquam materiam sub-
esse humidam: praesertim cum per quod halitus facile transeat, quodque est rarum, sus-
ficientem excretionem faciat: & quia sit continenter, & multus humor non inest. Idem
quorum ventres humidi sunt, & excrementum fluxit in vesicam, non multum sudant,
ed quod omnem humorem illud mittunt.

Qui cibos non concoquunt, & non dormiunt, multum sudant, ed quod conco-
ctio distribuat humorem, & somnus concoquat.

Qui se exercent, & bene valent, magis sudant quam qui non laborant.

Qui coctum & qui crudum habent cibum, multum sudant, quod quamquam ab-
surdum videatur, non tamen est. Qui enim se exercent, quod soluta habeant corpora,
& poros exercitatos, & quod sint sudoribus affecti, multum sudant. Aliorum vero
pori clausi sunt, quia non se exercent. Qui vero cibum crudum edunt, ob humo-
rum multitudinem sudant plurimum: qui vero cocto vescuntur, per concoctionem
alterius succi, facile sudant.

Non laborantes, sed cum iam quiescunt, magis sudant, neque intendentes, ne-
que continentes spiritum, sed quando remittunt, propterea quod laborantium a spi-
ritu venae inflatae, claudere poros faciant. Quare per latiores poros magis prodit hu-
mor: spiritus autem retentio complet venas, vt prohibeatur exire.

Post labores & cursus, qui in vmbra sedent magis sudant quam qui in Sole sunt,
quod Sol exsiccat & condenses meatus.

Qui pedes in aquam immittunt, non sudant, quia aqua prohibet liquefactio-
nem. Sudor vero liquefactio est eorum, quae male carni adherent, quando per calo-
rem excernitur.

Quia exercitatio continua exsiccat quemadmodum Sol, idem minus sudant.

Fronte

Plutarch. lib. 7.
Symposiast. 2.
Es lib. de tarde
Dei Similita.

Fronte primum & maxime sudatur, quia subest cerebro quod humidum est, ca-
put quoque maxime sudat, quia rarum, idque maxime crines indicant, quodque spiritus
retentio in caput redundat.

Qui animo anxii sunt, pedibus sudant, in facie nequaquam: quia mæror non est
diminutio caloris, sed incrementum, quemadmodum ira, idem in facie rubescunt, quia
magis incalescunt (siccat enim supereminens calor). At ille in pedibus liquefacit, quia
minor est, quam vt possit exsiccare: maior vero, quam qui ante fuit, & cinifus est.

In somnis magis quam in vigilia sudores excitantur, propterea quod humores
& calores* ob contrariorum pugnantiam maiores sint, ex ambobus autem fit sudor.

Eiusdem de * Apibus.

MEL tribus modis nascitur, vel e floribus, & ex aliis, quibus inest dulcedo, vel
ex aere, quando humor liquefactus a Sole, & concoctus cadit: idque maxime mes-
sis tempore accidit, vel ex t arundinibus. Cadit autem mel ex aere in terram, & in ob-
sitas plantas, & maxime in foliis quercus & in tilia inuenitur, quia densitatem illa ha-
bent, & humida sunt. Oportet vero nec omnino esse arida, ne in se trahant, nec omni-
no rata, ne perfluant. Haec vero humida sunt & densa, & tilia etiam dulcedinem habet.
Familiaritatem autem quodammodo cum quercu habet apis.

HELLADII BESANTINOI

Chrestomathia.

LEGITUR ex Helladio Besantino libro Chrestomathiae primum, secundum, ter-
tium, quartum.

65 Nugatur Mosem ἀλαφά vocari, quod corpus habuerit ἀλαφός, id est, vitiligine di-
stinctum, & ad mendacium Philonem testem adhibet.

Dionysius dicit, Atticos non dicere τὸ ὀνόματι ἐπι, sed eius loco ἐπειδὴ, et si
ἀνεῖσαι, & ἀνίστατο & ἀνήμεν & alia id genus in vsu sint.

καλὸς & ἀγαθὸς Attici dicunt, sed non ἀγαθὸς καὶ καλὸς, quoniam ἀγαθὸν τὸ καλὸν
dicant, & τὸ καλὸν ἀγαθόν.

Dicunt auctores ὑπὸ μάλης, sub maxilla: μάλην vero absolute non vsurpant: κισσῶν
dicunt & κισσαίων, sed dicunt λυγῶν, non item λυσιῶν.

Dicit, lapidem qui ferrum trahat, non μαγνήτιν, magnetem, sed ἡερακλείαν λίθον
vocari, multi vero alij dicunt & μαγνήτιν & ἡερακλείαν vocari, reddentes variae appella-
tionis causas. Dicit Galenus eleotrum ad se trahere * putamina fabarum.

Mariti fratrem mulieres δάδωζ vocant: sororem vero non item δάδωζ, sed γάδωζ,
vnde & Homerus ait:

Εἰδομένη γάδωζ Ἀντιγόειδω δάδωζτι
& θείωζ vocant patris fratrem, non sic vero θείαν sororem, sed τῆς δίδωζ. Et πατέρα πον dicunt
patrem patris, μάμμην non item matris matrem, sed τῆς θῆζ. Antiqui vero matres suas
μάμμιας vocare solent.

Didymus decem libros prouerbiorum composuit, & prouerbiorum scriptori-
bus haec nuncupauit.

Quae nunc vocantur κελίδες, Attici vocant κομμώτειας, quamquam Menander et-
iam κελίδες dixerit.

Versus ille prouerbialis: Ὀρκὸς ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδαρ γέγραψα, Iuramenta mulieris
in aqua scribo, Est Sophoclis, quod Philonides per Parodiam exprimens dixit:
Ὀρκὸς ἢ μοιχῶν εἰς τέρρον γέγραψα, Iuramenta mæchorum cineri inscribo. Qui mulieres
irrident, sic dicunt: Ὀρκὸς ἐγὼ γυναικῶν εἰς οἶκλον γέγραψα, Iuramenta mulierum ciuitati-
bus inscribo.

Inter viginti quatuor litteras μῦ, νῦ & ὦ duobus temporibus æquivalent & cir-
cumflectuntur: & aliae monosyllabae, & diphthongo syllaba terminantur, & circum-
flectuntur, verbi gratia φῆς, χῆς, λῆς. ὦ aperte circumflectitur: inter dissyllabas vero quæ-
dam habent primam longam, quae natura sua circumflectitur, vt βῆτα, δῆτα, ἦτα: quae
vero non circumflectuntur, in penultima acuntur, vt ἀλφα, κῆπῶα, δέλτα.

YYY

Ancillæ

ἀβενανῶν, In scribo vino si quia iurat femina. Prouerb. In aqua scribere:

* Ἰδὲ τῶ ἀντι-
πρῆτασιν.

* In Græco forte
legendū πρὸς μί-
αν, De melle.
† Calamita.

Virgilius: Et du-
re quercus su-
dabant rosida
mella.

Alius Diony-
sius.

† Vide Phryni-
ctum in iuueni-
mon pag. 22.

κυσθῆσαι.

iliad. γ. ε. 122.

Proverbia seu
nagia.

* Catullus:
- mulier cupido
quod dicit a-
manti

In ventis & rap-
ida scribere
oportet aqua.

Et Tibullus:
- peritiam iride
amantium
Iuppiter, & ve-
tos irrita ferre
iubet.

Xenarchus apud

Ancillæ nomen Pelusium erat, per quam Pyrrhus Molossus veneno matrem interfecit.

Ανδραγαθός vocatur qui vulgò carbonarius.

Dionysius filius fuit agathonis, qui Siciliae annis duodequadraginta præfuit. *Agathocles figuli filius multos etiam annos Siciliae præfuit. Hermeas castratus & servus cum esset, Aternæ (quæ Thraciæ ciuitas est) rex fuit. Porus Indorum rex filius tonforis. Bradyllis carbonarius cum fuisset, Illyricum duxit exercitum. Orthogoras coquus Sicyoniæ dominans est.

Verbum μέγας vix, aptissime per γ scribi ait, positū pro iis quæ sunt cum labore. Iones & Æoles inepte per λ scribunt μέλις, & pronuntiant.

Ω τὰν, (pro ω ἐτὰν, heus bone vir) diuisum esse dicit, ω quidem solum, τὰν reiecto ω. Integrum est enim ἐτὰν, & coalitione cum ω fit ω, τὰν. ἐτὴν enim amicus verus est: nam ἐτὴν verum significat.

Νεκέρι dicitur de priuatis anima, quasi νικηρός, & per syncopen νεκέρι. Aiunt vs & νη priuatis particulas. Idem & τ νεκέρι (hinnullus) qui cibum alimentumque accipere nondum potest, sed solo lacte nutritur. νεκέρι quod mortales edere non possunt. Νεκέρι enim qui occisi sunt. Est autem νεκέρι verbale à verbo κτείνω, quod significat κτείνω, occido.

Qui δ articulum vocandi putant, falluntur. Articuli enim Vocatiuo non opus habent. Etenim articuli absentium relationem quandam significant. δ verò ad energiam demonstrationum solum vocatiuo adiungitur. Errare autem eos ait, qui putant illud vocatiuum esse, & tempus, & accētus, & spiritus indicant. Etenim leuigatur, cum omnes articuli, qui spiritū recipiunt aspiratione notentur, & illi acuantur, hoc circumflectitur, illi corripuntur, hoc naturā longum est. Quod δ non sit vocatiuus à recto δ, hinc etiam manifestum est. Vocatiuus recto suo æquiualeat tempore, vel tempus minus suscipit, vt Α γαμήμιον, & δ Α γαμήμιον. Hic verò contrarium. Non est igitur articulus, sed aduerbium: Coniungitur tamen cum vocatiuo, cum sit Aduerbium. Quemadmodum & alia Aduerbia cum genitiuo iunguntur, vt apud Poëtam in Odyss. Et cum Accusatiuo νη & με iungitur, Etenim iurantes Accusatiuo iungunt.

Κλέρας alij putant esse à κλέρας. est enim κλέρας φάος lumine vacuum: alij verò per pleonasmum κ. κλέρας enim esse, & κλέρας perfectū per νη priuatiuum, priuatiuum luce significans. Quemadmodum & κλύπ per pleonasmum κ. κλύπ enim est κλύπ, nomen verbale à verbo κλύπαι. & κύντο κύντο δρ, per pleonasmum habet κ. & ναύρ, αὐρ enim est qui mente leuis est.

Musam alij deriuant à μαῖσάδν τινα, id est, inuestigatricem: doctrina enim Musarum nihil à mysteriis discrepat. Alij à μάσσαι deriuant. Querere enim Diores dicunt μάσσαι. Et tertia persona μάσαι extat apud Epicharmum, μάσσαι apud Euphronionem, & μάσσαι participium apud Sophoclem. Aptius igitur est Musam sic dici, tanquam inuentricem omnium disciplinarum existimatam. Μαῖσάδν Homerus quoq; pro quærere dixit, & μάσαν illam dicimus, quæ consulit Medicum de abscondito.

Μακρῆ, inquit, sola vox hac terminatione inuenitur, & in femininis δάμας. Μακρῆ per apocopen à μακρόν, sicuti ὕμν pro ὕμναιε per apocopen.

Μακροῦν antiquum est μη ἀκρίν, vel μη κείν, quod κείν significat intelligere. Callimachus in Hecuba ἐκείνη pro ἐκείνη dixit.

Μακροῦ alij deriuant ex μακρόν, verbi gratia ex μακρόν, quod fato non subiacet, immortalis, vel ex ἀκρίν pleonasmō τῷ litteræ μ, μακροῦ.

Αλευρον addito μ inuenitur αλευρον φάμα. & μελα νη ex ἴα factum addito μ.

De Philomela hæc narrat: Zeten filium Boreæ accepisse Philomelam, filiam Dulichij Pandarei, illis filium natū esse nomine Actylum. Philomela autē suspicata virum Nympham quādam Hamadryadem adamare, zelotypa, cum filius Actylus illi videretur conficius ac adiutor furtiui concubitus, à venatione redeuntem illum inierfecit. Venus autem tantam miserata calamitatem, in volucrem lusciniam matrem mutauit. Pœnitens autem quæ antea femina, nunc verò avis, luget filium, non reperito mali fine.

Τέτλη, quod apud Homerum est, quod dixit Diomedes ad Sthenelum, scripturæ vitium est. Quid enim significet τέτλη ignotum hæctenus fuit: Sed alij quidem vocem honoris esse amici ad amicum dicunt: nonnulli verò, garrule heus tu, vel é bona

Ex humilit qui emerferunt, vide Paterium Max. lib. 3. cap. 4. *Autonius. Fictilibus fama est ecessisse Agathocleam regem.

τ νεκέρι emendat pro νεκέρι.

Plato in Cratylō μίτηρ.

Philomela fabula. Vide Ouid. in Metamorph. & supra Photium.

Ilia. d. Homerus illa stratum.

866

867

vel é bono vir, significare aiunt: alij, heus tu garri. alij rursum, te appello: plures verò Grammatici iunioris esse vocem ad seniores dicunt, quanquam ostendere nequeant, Diomedem Sthenelo iuniorum fuisse. Neque etiam vquam alibi Homerus hæc voce vsus, vt ex sensu aliunde noto, ambiguitas verbi tolli possit: quod in ἔλλον, quod hinnullum significat, fecit. Ibi enim dicit, πόδες ἐν ἔλλον εἶλε ποικίλον κῶον, canis pedibus variegatus.

368 tum hinnullum comprehendit, obscuritatem verbi detegit quod subnectitur, mortuum hinnullum. Similiter & λας ex etymologia apertam vocem ostendit, cum ἀλα fit, non videns lucem. Vel quia λάνν idem est ac frui, quod vehementiorem ostendit affectionem. & alia multa sunt apud Homerum peregrina, quæ Homeri posteris vsu facta sunt perspicua, & dubia omnia submota sunt. Non eadem tamen ratio in τέτλη. Etenim inuenire est τέτλη, multos dixisse, vt Aratum, vbi ait, ἐν χαρίτων πρώτη τέτλη. Ideò & nonnulli verum Homeri non per τέτλη, sed per τέτλη protulerunt, legentes & significantes, errorem accidisse, quòd aliqui secundum τ pro λ accipiant, dante illis breuiore in linea λ imaginationem litteræ τ, cuius vni apud recto alter incumbit transuersus.

Mater regis Corinthi vxor Amphionis, altero laeso pede claudicans, Labda vocata est.

Rectius χερὰ dicitur: sed per ellipsin χερὰ. & herba, potius ποία quàm ποὰ dicta est.

Αῖλα ait leui spiritu scribi: alij secundum significata accuratius distinguentes, spiritibus etiam variare volunt.

Ελαύω φησι irregularē esse: ante finem enim verbum consonantem habens, & in penultima habens syllabam in au terminatam, nunquam grauat. Duorum enim alterum est, vel purum, barytonum, vel consonantem habens, circumflectitur, vt φάω vnde ἔφανσι: alterius exemplum ἀμαυρό, & similia. χαύω nō bene grauat. Formant autem nonnulli ἐλαύω ab ἐλάω. Nonnulli verò vt à βῶ fit βαίω, sic aiunt etiam ab ἐλάω, ἐλαύω factum, & transmutatione diphthongi ἐλαύω. Sed solum est ἐλαύω, & ideò nec regulare coniugationem habet, heteroclitum namque est perfectum, ab ἐλάω enim ἐλάω formatur.

Coniunctio τὰ sola est enclitica, forte quia voce eadem cum expletiuo vtuntur. Ἄοιες verò, siquidem vt cōpulationem assumpserint, similiter vt nos τὰ efferunt. Si verò expletiuè, in ο vtuntur syllabam, & τὰ dicunt pro τὰ.

Γλωσσόκομοίον proprie est vas, quod linguas tibiarum recipit: hodie verò abutenres ad receptacula aliarum rerum accommodant, & hoc quidem tolerabile: alij verò inuertunt & sonum & tempus. Oportet enim penultimam longam circumflecti, illi corripunt, & acutum in antepenultima ponunt.

Spécie mazzæ antiqui δειδυμίνον vocant: herbam verò δειδυμίνον. Medici θεΐδυμίνον lactucam, siue oliu hortense, δειδυμίνον verò siluestre vocant.

Quemadmodum dicimus τὰ νῦ, & τὰ μῦ, cum litteras in plurali efferre volumus: sic & τὰ σίγμα dicendum est, non τὰ σίγματα. Etenim non declinantur nomina litterarum, ideoque quod à Xenophonte in ἐλληνικῶις dictum est τὰ σίγματα τῶν ἀσπίδων non coniunctim degendum est, sed duabus syllabis τὰ σίγμα, & ab alio principio τὰ τῶν ἀσπίδων diuisim.

Aiunt Ἀρχέτυπον à nullo antiquo scriptore, nec oratore, nec poëta dictum esse, vt scribit * Dionysius Halicarnassensis.

Κρήγιον verum significare dicitur, quasi κρηγύλον. Qui enim verè aliquid facturi sunt, illud promittunt capite annuentes. Alij verò κρήγιον, non verum, sed bonum significare aiunt, quasi κρηγύγιον deriuantes, vt demulcens cor, id est animum: bonum enim demulcere animum solet.

Irati est eadem sæpe dicere: infœcundus est enim iræ affectus. Ideò & Agamemnon iratus Calchanti, isdem sæpe verbis conuitiatur. Vates dicens improbe, Μάλα σίλες ἄμπερ predicere, Et, nihil vnquam boni pradixisi.

Ἐπιτάξ apud Callimachum & Aratum, à futuro fit, reiecta syllaba longa finali, quemadmodum & χροῖς à χροῖσα, & πέλας à πέλασα, μή à μήσα, vnde & ἐπιτάξ apud Homerum, & δάξ à futuro δάξω. Iones enim à δάκνω δάξω formant, ex δάξ venit δάξ, à πύξω πύξ, & reiecto etiam τ, πύξ. Sic & ab ἑδίσω ἑδίσ, & ἀμφοδῆς ἀμφοδῆ apud Nicandrum, YYY 2

Odys. τ. κῶον ἴξ ποικίλον ἴξω.

Aratum. Vide Indicem Homer. & Enclitic.

Vide Phrym. chum pag. 17.

Xenophon emendat. Literarum nomina.

* Ter tamen sum Sides in Rhetoricis. Ilia. d.

candrum & à πλῆξω πλῆξ & ἀμφιπλῆξ: ab ἀρχῆσω ἀρχῆς, τύψω τυψ. & αερωτύψ. Similiter & ab ἑλλάσσω ἑλλάξ, & ἑλλάξω, πείσσω, πείξω, & ἀπειξ. Sic ergo & ex ἐπιτάξω, ἐπιτάξω, quod imperio & iussione fit.

Κύρβεις Attici in masculino efferunt, Callimachus in neutro. & idem præter rationem φαττάζειν pro φατίζειν dixit, cum inquit, boni sæpe sunt iuvenes * * * * *

..... & detergere verò significat. superbit autem & gloriatur est βρονδύσται. Fit verò à βρονθιον, quod vnguentum est. Iacitabundi enim & superbi, vnguento vti solent.

Vnguentum. Vnguentorum species sunt Bacarius, Narcitanus, Stractæ, Plangonion, quod inuenit mulier Elea nomine, Plangon, Metaleum, quod Metalus Syracusius repperit.

Euphorion Chalciensis poetæ. Apud Euphorionem origine Chalcidensem, incolam verò Atheniensem, non imitandas voces licet reperire. Nam Iasonem γάσων dixit, quod non tam significat naufragum, quam nauem regentem. & serpentem aurea mala Hesperidum ferentem, Κηροπόρον nominauit. Malè autem æmulator est primum Dionysium Sicilia tyrannum, qui licentia adularorum, & deliciis corruptus, cœpit * tragedias scribere, in quibus has voces congeffit, ἀκόντιον vocans βαλάντιον. κείνον verò ἐκλύδελον ἐπέπαρνον ἔειπον, χλαῖναν ἑυδάνην, vt quæ fuerit perniciosa lanarum, & talia multa ridicula.

Athenæus lib. 9. διπλοσοφ. Versus eius exponit ex Adonide. Plutarchus quoque de Alexandri Similitudine hunc ex Τραγῳδία Dionysii Versum memorat: ἢ δ' ἔτι τρυφῆς ἀδύνατος μνηστῆρ. qui & Antiphrontia oratorem, vt quidam referunt, quidam Τραγῳδία eius reprehenderet, interfectum ait. Philoxenum eadem de causis ad latomias damnatum, atque Æschylū Tragicū tabellam vocemere solitum, vocat Lucianus.

Mortarij pistillum, α δοιδιξ ab Atticis vocatur. ἀλετελεων verò communiter & Atticè dicitur. Dionysius verò tyrannus, de quo ante dictum est, δοιδικα vocat θίεσιν. meritò igitur maluit b ad latomias damnari Philoxenus, quam talia audire.

Comici plerumque seruis nomina à natali solo induunt, vt Syrum, Carionem, Midam, Getam, & similia; partim ex adiunctis, vt à colore quidem Pyrrian, & Xanthian: à moribus Parmenonem, Pistum, Dromonem: item à die, quo emptus est seruus: vnde & Numenias vocant.

Tres dicuntur phitriasi, id est morbo pediculari, mortui esse: per paucorum enim hic morbus. Fit autem cum totum corpus in pediculos resoluitur, sed ex heroibus, qui hoc morbo extincti sunt, est Acastus Pelia: F. Secundus Pherecydes Syrus, qui Genealogiam conscripsit, quem & aiunt ab ortu hoc malum habuisse. Tertius Romanorum sæpe consul Sylla iam senex, vt etiam Felix propter fortunam dictus sit.

Es melius secundum analogiam quam præpositio eis dicitur, & εν quam ἐξ. Omnis enim præpositio vltima breui est. Sed alia contra ratio εν peregrinationis accusat. Nulla enim vox apud Atticos in * definit.

Κυθῳάκω calamitosis per λ scribunt, sed non per δ. Apud Argos enim regio Cyth- 871 nion vocata, cuius viros olim Amphitricon interfecit, exceptis admodum paucis.

Mercenarius ab aliis δης vocatur, vel à θείνας, quod significat manibus operari & facere. Antiquis enim dicendi formula erat ἐθῆνας pro τὶ δεῖν, aliquid agere, vt & laboriosissimus heros idem vocatus est Θησεύς, Theseus, vel mutatione τ in δ, penuria enim vitæ & indigentia multos ad opera seruilia cogit.

Multa contra analogiam committuntur errata, vt pro σίνω dicunt errantes δίνω ενουθίς, & pro ἀνδραχλή per λ (sic enim dicunt Attici) dicunt ἀνδραχην.

εἶσω rectius est quam ἔσω. & . . . proferunt . . . vulgus verò per α. Euphorion, inquit, refert quædam somnia alicubi non videri.

Mulam, qua ferimur, cum iugum non ferat, Atticè ἀσεχῆν vocant: inde dicitur & ἀσεχῆλατῆς. Dicitur etiam ἀσεχῆν pro sella equestri, vt Demosthenes in oratione aduersus Midiam: ἀπ' ἀσεχῆνης ἔρχομαι ἀργυροῖς: Argenteo insidens ephippio.

Αργῶ, inquit, dicitur ex ἀργῆν, quod significat admouere vel capere. Etenim singulis hunc diebus capimus. & ἀργῆα nutrimentum ab Hippocrate & aliis dicitur.

Τεινχῶ balsamentum in neutro genere plerumque dicunt Athenienses: minus verò frequenter in masculino. Grammatici verò in vocibus occupati, dicunt in masculino magis analogiæ respondere.

Αεῖσῶ proprie de iis, qui in bello aliquid præclare gesserunt. Idem δ' αεῖσῆς eos vocamus, & αἶνον, Martem, rei bellicæ ephorum putant, abusiue verò etiam pro quauis in re excellentibus dicitur,

De Atlantibus Vide Geographos.

Plutarchus in Sylla, & Calpurnius in Laert.

Μάρτυρο

Μακτραν vocant vas in quo polenta aut massa subigitur. Articum est, & non, vt nonnulli dicunt, tritum. ῥαφίς acus est antiquius quam Βελόνη, & ἔρυσσα strigilis, quam ελεγχίς, ὀδονόρη almeolum quam ἔχρατον; & ἀλεστροφῶν mola quam μύλον. Lapidem enim superiorum molæ sic vocant, ὄνον vero molam inferiorum. Et μαγίς pro mensῆ, Aegyptium videtur, & omnino illegitimum. Epicharmus vero Doricus, & Cercidas poeta hoc sensu 872 vi sunt eadem voce, & etiam Sophocles, qui Atticus est.

Aristoteles peripateticus princeps scholæ, à Platone * pullus nominatus est, quod præceptori contradiceret. equo enim volupe est etiam patrem mordere.

Proverbum esse dicit, dextrum calcare pedem, & sinistrum lauare. Dicit enim Polemo, teste Didymo, dexterum in calceum, sinistrum in polubrum.

Ait vocari δῆμιον carnificem, qui eos occidit quia ad mortem condemnati sunt, δημολοῖνον vero sortorem.

Ἰππέῖς & νομῆς in nominatio plurali dicendum & scribendum, non vero in accusativo, sed ἰππέως equitus νομῆας pastores, tametsi Xenophon dixerit, τῶς νομῆς, ne miseris si homo bellis assuetus, nec vrbano, aliquam è patrijs vocibus adulterat: ideo non est quod quis illum Atticæ linguæ indicem sumat.

Primo quidem instituta fuerant Panathenea: deinde Eleusinia mortuo Pelia certamina Thesalia instituerunt: post Isthmia in honorem Melicertæ: inde ab Hercule Olympica: dehinc Nemæa, mortuo Archemo: postremo post casum Cirrhæ, Pythia instituta sunt.

Πορνῆσθαι proprie de fœmina dicitur, quando aliquod malum patitur, & supplicat gra.

Dez. Si quis de viro πορνῆσθαι dicat peccat. Mόθῶ secundum Grammaticos non comparatur, ideo μονότατῶ, solæcisimum putant, etsi * Aristophanes vrbatur.

Templum Veneris in Thesalia ἀνοσίτας vocatur, quia Laidem meretricem illuc venientem mulieres supra modum zelotypia prosecutæ sunt, & ligneis scabellis eam occiderunt.

Mos fuit Atheniensibus duos habere expiatores; vnū pro viris, alterum pro fœminis; qui ad expiationem ducerentur. Virorum expiator nigras caricas circum collum habuit, alter vero albas. & συμβάχοι nominati sunt. Hæc vero expiatio fiebat ad pestilentes morbos depellendos: & ab Androgeo Cretensi initium sumpsit: quo inique Athenis interfecto, Athenienses peste laborarunt: & inualuit hic ritus lustrandi vrbem perpetuo expiationibus.

Ὀργῆς quidem communiter omnis dicitur terra, quæ est apta ad fructus procreandos. ἑργάδα autē proprie Athenienses vocant terram, quæ est inter Atticam & Megaridem duabus sacratam Deabus. Quemadmodum & Idam communiter quidem vnquamque montem, nec inferiora cernuntur, proprie verò Cretæ & Troiæ montes. Et 873 ἰθῶν omniem montis verticem dicimus, proprie vero Molyction. Isthmum etiam communiter, omne quod duplici vtrique mari clauditur, proprie vero locum quem Isthma Corinthij vocant. Similiter & Chersonesus communiter omne quod maxima parte mari clauditur, & ab vna parte continens est, proprie vero locus Thraciæ. Et Αἰγίλαον quidem & ἀπτήν communiter omnia littora vocamus, proprie vero Atticam ἀπτήν nominant. Similiter & αἰγίλαον simpliciter dicunt locū circa Helicem maritimū, quum sit Achæi, vnde Achæos αἰγίλαδῆς quidam appellare solent, ἥπειρῶ omnis terra, Æpirus vero proprie & Thesprotias.

Anticyram, vbi album helleborum nascitur, nullo alibi crescente deteriorem Anticyra, vrbem Phocensem esse dicit.

In sequentibus quarti libri, apophthegmata nonnulla refert, & argumenta quædam Atheniensium humanitatis, misericordiæ, prudentiæ, & decori curæ, aliisque sanctitatis: vnde etiam hæc sunt. Fugiens accipitrem struthio in artopago, vni Artopagitæ in sinum decidit; ille per fugam, cum seruare debuisset, interfecit. Senatus iudicauit hunc vt qui impie fecerit. Dedit igitur pœnas non struthionis gratia, sed ob crudelitatem. * Humanitatis item & cōmiserationis exemplū Demosthenem inducit, accusatum ob pecuniā quam ab Harpalo acceperat, quem iam fugam adornantem, Athenienses retinuerunt, & trepidantem circumfeterunt. Vnusquisque aliquid sub axilla tenens illi pro viatico dedit, hic aurum, ille argentum, & clementer illum dimiserunt, bonoque esse animo 874 iusserunt.

Lib. 1111 Πιερίη Hieroglyphica. Quinidil. de pueri cornicem oculos configente, & hic pag sequit. * Humanitas in Demosthenem. Harpalus. Plutarch. in Demosthene, & in X. Græcia Oratori.

Lib. 1111 Πιερίη Hieroglyphica. Quinidil. de pueri cornicem oculos configente, & hic pag sequit. * Humanitas in Demosthenem. Harpalus. Plutarch. in Demosthene, & in X. Græcia Oratori.

Lib. 1111 Πιερίη Hieroglyphica. Quinidil. de pueri cornicem oculos configente, & hic pag sequit. * Humanitas in Demosthenem. Harpalus. Plutarch. in Demosthene, & in X. Græcia Oratori.

Lib. 1111 Πιερίη Hieroglyphica. Quinidil. de pueri cornicem oculos configente, & hic pag sequit. * Humanitas in Demosthenem. Harpalus. Plutarch. in Demosthene, & in X. Græcia Oratori.

Lib. 1111 Πιερίη Hieroglyphica. Quinidil. de pueri cornicem oculos configente, & hic pag sequit. * Humanitas in Demosthenem. Harpalus. Plutarch. in Demosthene, & in X. Græcia Oratori.

hinc. Nos in vitis parallelis ad Olympiadam CXLII. an. 3. & CXLIII. an. 2.

iusserunt, & calamitatem fortiter ferre. Ille suspirans quomodo, inquit, ferre potero talem deferens urbem, in qua multi tales sunt hostes, quales alibi amicos quis non reperiat. Hoc apophthegma Aeschinum dixisse quidam ferunt, quando fugientem arripens Demofthenes, & amicum se ostendens, hortatus est ad calamitatem fortiter ferendam. Et Calliclem in eadem causa pecuniarum Harpali suspectum, cum adduci iuberent Ateopagita, ad domum accedentes qui missi fuerant, ubi vestibulum coronatum viderunt, & cognito nuptias illum iam celebrare, desinentes quaerere abierunt. Non enim equum esse duxerunt ad mulierem ingredi quae nupsisset. Cum contra Philippum Athenienses bellum gererent, & multas epistolas eius ad varios interceptissent: alias quidem in conuentu legerunt, cum vero quaedam sic inscripta esset: Philippus Olympiadi, populus simul acclamauit, ne aperirent neque legerent, quod putarent secreta viri cum uxore communicanda non esse in vulgus, etsi profuisset illis scire. Adeo Athe-

Callicles:

Vide σκυβαλόν in Theophrasto de bellis XVII. cap. 9. Praxiteles. Vide simile in εὐνοῦστια ἑλίμα Seneca, & apud Quintilianum de pueri conuictio- culos confitent. Vide Adagium * ἀπειτυμασθῆναι.

Iudicia Atheni. Car. Sigonius de Rep. Athenien- um. lib. 3. cap. 1. 2. 3. + Vt Orestes Cly- tenestrā matris. Cicero in Milo- niana, & alibi in Rhetoricis. Ariopagita.

φιλῆτιον λέγει.

* Dionysius Ha- licarn. Dictato- rem se vocat.

874 nienfes vile honesto non anteponebant. Magnae vero pietatis signum, quod cum illo & seditione Argi concitata, quam Scytalismum vocarunt, quae inuicem ferientes mille quingentos interfecerint, hoc Athenis nunciatum est, quae re solum audita, & peregrino facinore perculsi, decreuerunt ciuitatem statim vniuersam expiandam. Et Praxiteles quidam nomine arietem vitium excoriat, & hoc factum execrantes, illum * fustibus caedentes punierunt, non arietis vindictam capere volentes, sed virum exosi, quod tyrannicam mentem haberet, & nouam rationem cruciatibus excogitasset.

Antiqui solliciti fuerunt, ne male ominosa dicerent, maxime vero Athenienses, ideo & δεσποτικῶν καρκῶν οἰκιστὰς vocabant, & δῆμιον carnificem κοινῶν appellabant, ἐριν- νῶας Eumenides, vel venerandas deas, μύσους sceleratum vocabant ἀγῶν: ἕξιν vniu acicenis μέλα nominabant: χαλῆν, γλυκκῆν, βόρβερων lotum, ὄχρατον, sed Grammatici illa per anti- phrasim nominant. Noui etiam quosdam Philosophos, qui simiam Calliam vocarunt.

Νῦξ ποτὰ νύξω, id est, stimulo, factum est per apocopen. Stimulamur enim in tenebris offendentes & non videntes: vnde & vulnera, & laesurae. Quinque sunt mono- syllaba in uξ desinentia feminina: τρυξ, fex, εὐξ palus inferorum, νύξ nox, πρυξ plicatura, & πρυξ, concio Athenis seu tribunal. Per γ. declinantur τρυξ, & εὐξ, per χ. πρυξ, & νύξ: πρυξ ἐπὶ τρυξ, & νύξ νυξ, vnde & παννυξ & παννυξ, & παννυξ, & per litte- rarum mutationem νυξ, & additione τ in medio νυκτῶς, κ enim in casu genitiuo abundare solet, vt in ἀνακτῶ & γάλακτῶ; πρυξ vero solum per κ declinatur.

Athenis quatuor iudicia de caede esse dicit, Primum in Ariopago, quod iudicat eos, qui deliberato animo caedem fecerunt. Secundum in Palladio, quod in illos iudicat, qui inuiti caedem patrarunt. Tertium in Delphino in eos qui se * iure occidisse assererent. Quartum Phreaticum, quod iudicat vadimonia deserentes, prius caedis accusatos. Qui in nauis iudicatus extra Pyraem defensus, Anchoram demittit, quod lex illi non permittat in terram descendere. Ariopagita igitur vocabantur qui voluntariam caedem iudicabant: qui autem in alijs iudicijs communiter ἐφέται dicit.

Narrat virum quendam nomine Oēn in rubro mari visum, habentem caetera membra piscis, caput & pedes & manus hominis, & ostendisse Astronomiam, & lit- teras. Quidam dicunt illum natum esse de primo parente Ωον, & restari nomen, hominem autem omnino esse, piscem vero videri, quod piscis pelle indueretur.

αὐτῶν Ionicum est, αὐτῶν vero Atticum: sic etiam μεχρῖ, & ἀρχῖ sine σ Attica sunt, 875 cum σ Ionica.

Attici more aliquo patrio non vtuntur diphthongo ει, dicentes ἐς κόρυμνας, ad cor- uos, vel ἐς μακάρων in Beatorum sedem: sed sine diphthongo praepositionem ἐς pronunciant: in alijs vero omnibus & cum diphthongo & sine diphthongo praepositionem εις vsurpant.

Attici boni omnis gratia κλέπτην furem φιλῆτην dicunt, quasi exosum, vel φιλῆτης fur, quia accipere amat aliena.

* αἰσιμαγῆτης dicitur, qui colit officium. (etenim officium αἴσαν appellant antiqui) aut qui manet ἐν τῇ αἴσῃ, hoc est in officio, Hoc autem nomen verbale irregulariter Ba- ritionum est. Quidam vero non ἀπὸ τῷ μένῃν, sed ἀ νέμειν αἰσιμαγῆτην fieri dicunt.

Ἐξ ὕερ, ab ἕως ductum est; iucundissima enim est veris temperies.

Μέλῃτις ἀρις, vel ἀ μέλῃν dicitur: est enim rei familiaris studiosa, vel quasi μολίχη dicitur, tanquam insidens fructibus, μῆλον enim malum pro omnibus fructibus ponitur.

ponitur. Apum vero examen proprie ἕσμοσ dicitur, quod simul cant, & non separantur. Ideo & recte Ποῖρα [Homerus] ἀθύρας eas vocat, quod ἀθύρ denotat & conferunt volit. Est enim animal hoc congregabile.

δυνατον somnium deriuant tanquam τὸ δὴ εἶρη, hoc est, id quod est dicit. Quare pro veris somnijs haec vox ponenda est: in falsis vero & alijs potius ἐνύπνια, insomnia.

Ideo, inquit, apud Comicos exeuntes pulsant * fores, quia non, vt apud nos nunc, ostia olim aperiebantur interius, sed aduerso modo. Foras enim trudentes exhibant, manu pulsantes prius, vt audirent si qui ad fores essent, & cauerent, ne inscij laederentur, foribus repente in viam protrusis. Loxiam [Apollinem] enim adorabant, quem pro foribus singuli ponebant. Praeterea arā ibi rotundā collocabant, & myrteis coronabant, cui praetereuntes adstant, aram autē illam ἀγυῖαν λοξίαν viam obliquam vocarunt, hoc Dei nomen arae tribuentes. At κτισθῆν ἀγυῖας, apud Hesiodum significat Deis sacrificare.

876 Scriptor qui haec collegit, natione Aegyptius fuit, ciuitate Antinoi, vel vt de se ipse scribit, Belantinoi, Iambico autē carmine haec conscripsit. Vixit temporibus Licinii & Maximiani, ethnicus, quantum ē scriptis colligas, religione. Eodē carminis genere scripsit & alios libros: quorum vnus inscribitur Athene, alius Aegyptium, item Ad- hortatorius, item Fama, alius Victoria, item Ciuitas Antinoi; vnde constat titulis cuius- que argumentum operis indicari.

In eodem codice simili carminis genere continebantur patriae Hermiae Hermo- politani, & alia nonnulla. Sereni quoque Grammatici varia dramata vario carminis genere, & Andronici Hermopolitani ad comitem Phœbammonem * communem vr- bis conditorum. Et hic dramatum auctor varijs versibus libros composuit. Adhuc vero Horapollinis Grammatici * de patrijs rebus Alexandrinorum. Composuit & ille dra- mata simili stylo. Sed & Cyri Antiopolitani in Mauritium ducem, & Imperatorem, qui recitationi interfuit. Iambis & ille laborem suum comprehendit.

Sunt etiam variae epistolae ad varios pigmentis adumbratae, & aliae nonnullae oratio- nes laudatorij generis.

* περί πατριῶν, Vide sup. in Ariano Alexandrino.

EVLOGIUS ARCHIEPISCOPIVS

Alexandria contra Nouatianos.

CCLXXX.

LEGIT B. Eulogio Archiepiscopo Alexandriae librum contra Nouatianos, quinque Libris distinctum, quae ad S. Scripturae interpretationem pertinent.

EX LIBRO PRIMO.

Frustra, inquit, Nouatiani, etiam si mundi sint, vitaque absoluti, quod non sunt, cum alijs conuenire, & preces Psalmodiasque facere detrectant. Abel enim cum Caino, plurimum in omnibus superans, sacrificauit, & illius sacrificium Deus accepit, huius vero respuit. Neque impedit impitius, quo minus iusti dona Deo grata essent. Noe, inquit, omnia animalia munda & immunda simul in arca recipere iussus fuit Et Pharisaeum cum publicano orasse ostendit Dominica Parabola: & coruus immundum animal cibum Prophetæ Heliae tulit. Et hoc amplius, non impediuerunt illum sacerdotes demomonum in sacrificijs quibus intererant: neque ipse pollutus est adstant illis sacrificantibus, quando ille & pinguem ouem illis sacrificare etiam prius permisit. Lot Sodomitis cohabitans, cum iisdem non est extinctus, quia, etsi simul in eadem vrbe habitaret, operibus tamen longe ab illis distidebat. Seruauit vero ipse urbem Segor, in quam se receperat, vna ex his quae circum Sodoma erant. Nouit enim iustus seruare impios, ita vt cum illis minime perat. Et Apostolus dicit: Vnanimus omnes orare, Et vno ore honorificare Deum, & eidem genus alia. Quare epistolae sunt Nouatiani, qui cum alijs conuenire nolunt.

877 Etiam ea quae in Domini parabola de homine lericho descendente & vulnerato leguntur apponit, & similiter vt Chrysostomus explicat: hospitium Ecclesiam esse dicens; duo vero denaria antiquum nouumque Testamentum; hospitem vero Ecclesiae praesides: Eum vero qui in latrones incidit, peccatorem.

De his:

Plutarch. in Pe- plicola, & M. Ant. Murena lib. 1. Variar. cap. 17. Hinc fores diste.

Horapollō Crata- maticus, cuius exstant Hierogly- phica. Mcomgly & Suida. Cyrum. An hic Cyrum prodro- mus, cuius quae- sū a Stobae ad- feruntur, quada- cum Nicophori Callisti Scythiae adita. * κοινοπολιτην.

Genes. 4. Ibidem cap. 31. Luc. 18. 3. Reg. 17. 3. Reg. 18. 22. Genes. 19. Ibidem 6. 21. Rom. 15. 6. Luc. 10. 34.

De his: *Beati quorum remissa sunt iniquitates, &c. remissa sunt*, inquit, de Baptismo; *recta vero peccata*, de Penitentia dicitur. Et ibi: *Beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum*, explicatio est esse ait verbi, *recta sunt*. Recta enim Penitentia tegit peccata, & Deus hæc non amplius reputat. Dicit Paulus ait: *Iesus Christus venit in mundum peccatores salvare*, propterea non dixit, *quorum primus fui ego*, sed *sum ego*, ne putes illum de vita ante vocationem agere, quo tempore hæc dicit. hoc vero, inquit, dixit Apostolus, tum se ipsum humilians, tum ut humilis animi exemplar nobis relinqueret.

Luc. 18. 13.
Math. 15. 18.

In Evangelio publicanus cum Phariseo orans in templo, ideo percussit pectus, quia, inquit, receptaculum peccatorum est. Ex corde enim veniunt, ut ait Christus, cogitationes male, & cætera. Vnde percutit fontem malorum, conscientia victus, ut fluente peccatorum exsiccet.

Gen. 3. 5.
1. Cor. 4. 4.
Math. 12. 31.

Diabolus, inquit, ex *διαβόλεω*, eo quod creatorem creaturis criminatus est. Dicit enim ad illos: *Scit enim Deus quod oculi vestri aperientur, & eritis sicut Dei. Ideo prohibuit, ne de ligno comederitis.*

In hoc Apostoli dicto: *Deus seculi huius, ille quoque ad diabolum refertur. Omne peccatum, & blasphemia remittetur hominibus, &c.* Simplicius ille accipit, & secundum litteram. Ait enim: alia quidem peccata peccatoribus respicientibus remitti: Qui vero in Deitatem contumelia videntur, ijs neque in hoc seculo, neque in futuro remitti, ac ne à Christo quidem ipso Deo nostro, quamquam aperte ab his diuersum sentiat (Cornelius enim propugnans defendit, à quo Nouatus auulsus est) quia negantes Christum, in quo videlicet diuinitas iniuria affecta est, penitentes suscepit. Tamè hoc dictum, fortassis contra Nouatum pugnans, sic accipit.

EX LIB. SECVNDQ.

Math. 16. 19.

Ideo, inquit, nec Ioanni, nec alteri cuiquam discipulo dixit Saluator: *Tibi dabo claves regni caelorum*, &c. sed soli Petro, qui Deum negaturus erat, & peccatum lachrymis, & penitentia expiaturus, ut suo ipsius exemplo erga peccatores humanior esset. alij enim non tentati forsitan seuerius cum peccatoribus egissent. Hoc ait Eulogius verisimilius magis quam vetius. etsi enim Petro dictum est, veruntamen in persona coisophæi & cæteris Apostolis talis potestas data est. Quandoquidem & sequentibus illos sacerdotibus, eandem datam esse soluendi ligandique potestatem credimus. Accepta Petrus potestate ligandi soluendique, interrogat quoties debeat dimittere: *Quoties*, inquit, *spem peccatis in me fratrem meum, dimittam illi*, vique septies dicit, Caini condemnationem soluere volens dimittere toties peccantibus. Saluator vero non hanc solum soluens, sed etiam Lamech illatam, respondet: non dico tibi septies, sed septuagies septies. Narrationem potro de Lamech sic exponit: Septimus erat à Cain, & ultimus stirpis. Huic enim diluuium anteuertens, deleuit Caini genus: & tantum superavit Lamechum, ut multo plura fuerint peccata quam Cain, secundum illud *septuagies septies*. Quæmadmodum ipse Lamech vxoribus peccata annuncians ostendit, interitum stirpis totius narrans, In tantum enim virorum creueuerunt peccata, quibus cum floruit etiam Lamech, ut Deum ad vniuersum ipsorum genus diluuium perdendum excitaret. Et carnem tunc vocauit Deus generationem hominum: *Non maneat*, inquit, *Spiritus meus in illis, quia caro sunt*. Quia toti carni & prauis cogitationibus, & alijs peccatis dedit, verè quem acceperant spiritum ad similitudinem Dei, tunc in carnem conuertebant. Sic quidem, ut dicit Eulogius Archiepiscopus, Lamech damnatus fuerit; plures vero patres per promissionem & penitentiam, veniam peccati illum aiunt reperisse.

Math. 18. 22.
Genes. 4.
Genes. 4. d.
Genes. 6. 3.

Cum Petri principis Apostolorum negationem & penitentiam, ad redarguendam infaniam Nouatianorum proferimus, respondere conantur, quod Petrus non perfectè baptizatus fuerit, baptismate videlicet * Ioannis: Spiritum vero sanctum nondum acceperit. Nam hunc post resurrectionem quinquaginta elapsis diebus accepit. Sed contra illos asserere oportet, Ioannis etiã tunc perfectè fuisse baptismate, at postea ventibus imperfectum fuisse, postquam Saluator modum baptizandi suis tradens discipulis dixit: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S.*

* Ioannis baptis-
ma quale. Vide
P. Maldonatum
aliosq. Theologos
Matth. 28. 19.

378

879 Quando igitur mysticum hoc baptismate traditum fuit, tunc Ioannis Baptisma cessauit; & qui sic postea baptizati sunt, imperfectè baptizati sunt, Domini traditionem contemnent. Prius vero perfectum fuit, idque ostenditur quia illos, quos Ioannes baptizauit, iterum baptizatos fuisse nullibi legitur. Iesus enim, inquit, neminem baptizauit, sed eius discipuli. Vnde rursum apparet perfectum fuisse. Dehinc quia Saluator eo baptismate baptizari non est dignatus, ostendit perfectum fuisse Ioannis baptismate, ipse, ut constat, purificatione non indigens, sed factus purificatio aquarum & sanctificatio, & perfectio ijs qui tunc baptizabantur. Accessum vero ad Christi notitiam illi qui tunc baptizati erant baptismate acceperunt. Cum enim baptizarentur in nomine eius qui venit, quæsierunt deinceps, quis esset ille, qui venit, & quærentes inuenerunt, & instituti sunt, & accedentes ad Christum, non aliud baptismate acceperunt, sed solum præcepta receperunt; quamdiu vero Christus per Crucem nondum glorificatus fuit, perfectum erat Ioannis baptismate, postea non amplius. Ideo & Apollo baptizatum à Ioanne, cum baptismate eius adhuc valeret, nemo rebaptizauit; Sed Priscilla & Aquila, cum adesset Ephesi ex patria Alexandria, assumperunt quidem eum, & Christi doctrinam accuratius docuerunt, sed baptizare non ausi sunt. Ab illo autem baptizatos, quia post Domini ascensum in caelos Ioannis baptismate baptizati erant. non enim amplius erat venturus Christus, sed iam venerat, & omnem dispensationem impleuerat, & proprium baptismate dederat: merito hos inueniens Paulus, & quia neque an Spiritus sanctus esset sciuerant, Dominico baptismate rebaptizari curauit. Ex multis autem, inquit, licet colligere, Ioannis baptismate perfectum fuisse, antequam Dominus suum traderet. Nam Christus Petrum, inquit, & alios discipulos Ioannis baptismate baptizatos, tempore passionis tremendis sacramentis dignatus est, non communicatus illis immaculatum corpus & sanguinem, nisi perfectum Ioannis baptismate largitus fuisset. Sed & quum Petrus recuauit lauari pedes, audit Saluatorem dicentem: *Quilongum est, non indiget, ut iterum lauetur, sed est mundus totus, & vos mundi estis.* Vnde, qui Ioannis baptismate suo tempore baptizatus erat, secundo baptismate non indignis ostenditur: & facultatem habuisse illo baptizatos reddere mundos. Et vero sic Eulogius, cum plurimi patres ostendant Ioannis baptismate omnino fuisse imperfectum.

Joan. 4. 2.
Matth. 3. 19

Joan. 13. 10.

880 Quod dictum est in Actis de ijs qui Baptismate Ioannis acceperunt: *His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Iesu*, hoc est, inquit, quia baptizati sunt iuxta traditionem, doctrinamque Domini Iesu. Quare & alibi cum dicit: *In Christo vel in morte Christi baptizati sunt*, eundem sensum debemus intelligere significari: hoc est, in nomine Patris & Filii, & Spiritus sancti baptizati sunt. Sic enim docuit & tradidit Iesus Christus Dominus noster, ut baptismate fieret.

Act. 19.
Rom. 6. 2.

Apostolus, inquit, maiorem quandam commiserationem ostendens erga Israelitas, qui nondum crediderunt, ait: *Oprabam enim ego ipse anathema esse, &c.* hoc est, cupiui, inquit, ego condemnari, solum ut conuertentur filij Israel ad Dominum.

Rom. 9. 3.

Paulus, inquit, timens Galatarum casum, ait: *Timeo, ne forte sine causa laborauerim in vobis*. Deinde subdit: *Estote sicut ego, & ego sicut vos*. O summam Apostoli commiserationem! quæ tantum se demittit, quantum peccatores ceciderant, ut * de- missione lapsos ad proprium statum reduceret.

Gal. 4. 11.
de. * τῆ συνουσίᾳ
Gal. 4. 10.

Filios, inquit, Apostolus lapsos vocat, quos se iterum parere dicit, donec formetur in illis Christus. Tales & Ioannes filios vocat: *Scribo vobis*, inquit, *filios, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen eius*. Postquam vero conuersione [virtutibus] perfecti essent, non amplius eos filios vocat, sed patres. & fratres. Addit enim: *Scribo vobis, patres, quia cognouistis eum, qui ab initio est, scribo vobis adulescentes, quia vicistis malignum*.

Gal. 4. 10.
1. Joan. 1. 12.

Proferunt, inquit Nouatiani dictum Apostoli hoc: *Eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum celeste, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, & prolapsi sunt, rursum renouati ad penitentiam*. & quod ad Hebræos scribit credentes, pater ex ipsis verbis epistolæ: imo vero plurimi ex Iudæis fidelibus, & ad Christum accesserunt, & Legem Iudaicam seruauerunt, ideoque diuersis vti sunt baptismatis. Ad illos igitur se conuertens Paulus, & à cæteris, excepto vno baptismate;

Hebr. 6. 4.

EVLOGIUS

550

PHOTII

Rom. 6. 4.

Heb. 1. 2.

Heb. 6. 1.

Ibid. 6. 3.

Heb. 5.

Ivan. 13. 10.

Matth. 10. 11.

Luc. 10. 6.

1. Cor. 10. 12.

baptismo, eos dehortatus, hoc dixit. Nequaquam vero penitentiam, quod absit, quam sepe alias predicavit, ut auferret. Quod ergo iam dixit, tale est: impossibile est eos qui illuminati sunt, iterum secundum baptismum expectare. Semel enim Christus in consummatione seculorum passus est, unde & in morte eius baptizatur. *Consepulsi enim sumus illi in baptismo, & simul resurreximus.* Qui enim querit servare baptismata legis, iterum Filium Dei crucifigit, & ostentui habet crucifixum. Si vero essent plures baptismi, oportuisset Christum etiam sepius pati: nunc vero semel passus, non manu factum sanctuarium intrauit, sed in ipsum celum; nunc ut appareret coram Deo pro nobis. Impossibile est igitur eos, qui semel illuminati sunt in morte eius, secundo, vel sepius baptizari, & conari iterum crucifigere Filium Dei. Accusat igitur Iudæos, qui hoc audeant, & ad legis baptismata revertuntur, quæ animam mundare non valent; ideoque dicit: *Cum deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis, ut vos doceamini, quæ sint elementa exordii sermonum Dei &c.* Elementa autem exordii sermonis Dei est Dei cognitio: ut, oportet accedentes ad Christum primum peccatis renunciare, quibus constringeantur, hoc est seiangiab operibus mortuis. Secundo redemptionem priorum peccatorum per baptismum accipere, & hoc in Fide recipientes doctrinam discere. Quid nimirum Iudaicum fuerit, quid vero salutare? Deinde, progressionem facta, dignos reddi aduentu sancti Spiritus, quæ per impositionem manuum Apostolorum fiebat; doceri que mortuorum resurrectionem, ac futurum iudicium. Hæc igitur doctrina initium disciplinae credentium est. quam cum à Iudæis oriundi receperint, & receptam alios docere debuerint, & illos perfectos reddere, ipsi contra iterum disciplina indigent. Veruntamen, inquit, etsi tales estis, ut rursum discere debeatis, quænam sint elementa exordii sermonis Dei, nos non rudimenta fidei iterum vos docebimus. Ait enim: *Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur.* Non oportet iterum vos reducere ad elementa initij, ne videamur aliud fundamentum iacere. Ait enim: *Non rursum iacentes fundamentum penitentia ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, baptismatum doctrinam, impositionis quoque manuum, resurrectionis mortuorum & iudicii æterni.* Hoc igitur significat illud: *Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, &c.* & illud: *Et hoc faciemus, si quidem permisit Deus.* Eiusdem sensus est, non amplius incipendū à doctrina elementalī vobis, quam initio baptizati didicerunt, sed ad perfectionem feramur. Etsi enim lapsi estis, non potestis fundamentum fidei iterum recipere, nec Baptisma secundum, neque manuum impositiones. Sic igitur omittit elementalem illam doctrinam Paulus, & ad perfectionem venit, Saluatoris sacerdotium narrans. Et hoc singulatim profequitur, & quomodo secundum ordinem Melchisedech Dominus sit sacerdos. Sententia igitur dicti Apostolici, ut sepe diximus (et si illud pro se adducant) pro Nouatianis non facit, sed ostendit eum, qui semel illuminatus sit, non indigere secundo baptismo. *Qui enim lotus est* ut Dominus ait, *non indiget nisi ut pedes lauet,* hoc est, non iterum baptismate indiget postquam peccavit, sed ut lachrimis pedes lauentur, hoc est carnis gressus.

Domini, inquit, præceptum: *In quamcunque civitatem intraveritis, & susceperint vos, manducate quæ apponentur vobis.* [nihil dijudicantes] convenit cum illo Apostoli: *Si quis vocat vos in fidelium, & vultis ire, omne quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes.*

Nouatiani explicationi prius allati dicti repugnantes, de ijs intelligi asserunt, qui secundum baptismum requirunt, non autem de secundo baptismate. Impossibile enim esse ait per penitentiam renouari eos, qui semel illuminati sunt, & postea lapsi, non autem per Baptisma. Baptismus autem à penitentia multum differt. Baptismus enim donum & gratia est, & felix peccatorum remissio; Penitentia vero miseratione, lachrymis, & ab ore suum opus peragit. Sic quidem illi dicunt, & nunquam Baptisma vocari penitentiam inveniunt. quod vero dicunt, licet multum inter se Baptismus & penitentia differant, ostenditur tamen ante Baptisma, & post Baptisma penitentia nomen vsurpari. Si quis enim priori vitæ rationi non renunciet, & vitam quæ credenti conveniat, ante oculos posuerit, sicque ad Baptisma accesserit, frustra accedit, de prioribus improbe factis non penitendo, & conversionis vitæ in melius nullam rationem habendo. Sic igitur, etsi varia est penitentia,

tencia; tamen ante Baptismum habet locum considerationis; & post Baptismum. Penitentiam igitur, quæ Baptisma præcedit, impossibile est, inquit, iterare, quia Baptisma nemo potest secundo accipere. Sic & Ioannes baptizans, quando Christi discipulos baptizabat, dicit: *Ego quidem vos baptizo in aqua ad penitentiam: & iterum, Facite vobis fructus dignos penitentia.* Videlicet penitentia per baptismum, & coryphæus, inquit, Apostolis loquens de ijs, quæ in Christum contra legem admisisserint, quando compuncti doctrina dixerunt: *Quid, inquit, faciemus, viri fratres? Penitentia,* inquit, *agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & cætera.* Quare penitentia vox nihil eorum quæ voluerunt, tribuit Novatianis.

88;

Quod dictum est à Simone Mago coryphæo Petro: *Precamini vos pro me apud Deum, ut nihil veniat super me horum quæ dixistis:* Non erat, inquit, penitentia, nec ex affectu. Nam peccati essent, & veniam dedissent, Vidit vero magis Petrus, Spiritu sancto revelante, mentem illius subannationem esse & fraudem.

An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesv, in morte ipsius baptizati sumus? In Christo Iesv baptizari significat, secundum præceptum, & traditionem Iesv Christo baptizari: hoc est in Patre, & Filio, & Spiritu sancto. Illud autem: *In morte ipsius,* typo demonstrantes in baptismate mortem eius.

Quod proferunt Novatiani: *Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quadam expectatio iudicii.* &c. Hoc igitur dictum ad tollendam penitentiam prolatum dissolvitur, cum ait; hic non simpliciter sacrificium amouet, sed legis sacrificium: & non simpliciter interdicit, sed & iudicium ultimum ijs comminatur, qui post agnitionem veritatis, & mystici sacrificij fruitionem, ad illud legale per vitulos & tauros sacrificium revertuntur. Hæc dicendo, ait, Apostolum auocare conatum Iudæos, qui iam Christo se adiunxerant, ab observatione legis. Quemadmodum ergo vetat eos Baptismata legis exequi, sic & cruenta sacrificia. Etenim Iudæi in peccatum lapsi, primum quidem purificabantur; deinde aqua abluebantur: denique offerebant victimas pro peccatis, à quibus auocans illos Apostolus, terribiles minas adfert. Etenim oportebat vera victima semel in consummatione seculorum pro peccatis oblata, videlicet agno Dei tollente peccatum mundi occiso, non amplius reliqua esse, sed omnino cessare: multa illa & typica sacrificia pro peccatorum expiatione. Fieri enim non potest, quemadmodum idem Apostolus ait, ut iterum sanguis taurorum & hircorum tollat peccata, cum semel agnus Dei oblatus sit. Vna enim oblatione, inquit, consumavit, in omnem perpetuitatem eos qui sanctificaverunt. quem igitur admodum impossibile dixit, sanguinem hircorum & taurorum auferre peccata mundi, ad eundem modum & sequentia dicit: *Voluntarie peccantibus nobis post notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia &c.* Etenim tremendum sacrificium corporis Dei, quod à nobis perficitur, non varia sacrificia producit, sed commemoratio est hostiæ semel oblata: *Hoc, inquit, facite in meam commemorationem.* &c. *Quotiescunque enim hoc facimus, mortem Domini annunciamus.* Hæc omnia Evlogius Alexandrinus, ad refellendum Novatianorum dogma dixit.

884

E LIBRO TERTIO.

Vt ait inquit Dominus in hac vita separati peccatores à iustis, & hoc patet ex parabola, quæ dicit: *Simile est regnum celorum homini seminanti bonum semen, & reliqua, usque ad illa, Vis imus, & colligamus illa.* & ait, *non, ne forte colligentes & trahatis cum eis simul & triticum: sinite utraque crescere usque ad messem, &c.* Hæc igitur parabola, inquit, vetat ante consummationem seculi separati peccatores à iustis, etsi Nouati morbo affecti hoc dicant, se ipsos tanquam puros alijs meliores iudicantes. Huc etiam pertinet, quod Baptista dixit: *Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, &c.*

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, significat, facite vobis amicos, qui in mundo egent, & apud Deum diuites sunt, sed melius est illos comparare amicos de proprijs laboribus: *Honora enim Deum de tua substantia, & iustis laboribus.* Si vero nihil superfluum ex iustis laboribus, tunc quæ ex iniquitate collegimus, ijs eos amicos

ZZZ

cos

cos faciamus: *mammona enim iniquitatis* habendi cupiditate vocat. Tales autem opes per pauperes accipit Deus, si modò caueamus, ne in posterum peccemus. Pulcrum enim, etsi per auaritiæ pecuniam, amicos possidere, vt cum vitam reliquerimus, non aliam habentes vitæ iustitiam propter beneficia à nobis in illos collata, in sua nos tabernacula eleemosynis affecti suscipiant. Si veto non ex mammona iniquitatis, id est, auaritiæ, benefacere voluerimus, quomodo quis credat, si accessissent è proprijs laboribus nobis pecuniæ, fore vt illis indigentes commiserando subleuaremus! Si enim his quæ sine molestia laboreque iusto facile, & auara manu nobis accesserunt, adeo facile paratis, & alienis reuera, nulli pauperi benigne facimus, quomodo, de ijs quæ & propria videntur esse, & laborum fructus sunt, alicui pauperum communicare quid credemur?

Amos. 3. 12. Pastoris boni officium.

Dicit Propheta: *Quomodo seruat pastor de ore Leonis duo crura, aut extremum* sed sigillum quod homo in baptisinate acceperit, eripiendū diabolo, ne ob extremum ouis ratione præditæ interitum puniamur. Quædam enim bruta animalia in aure, quædam in crure signantur. Propterea necesse est pastorē vel aurem, vel crus in numerando præbere, & exhibere Domino. Pastor vero ratione præditatum ouium, quando quidem oues, quarum quædam est factio in animo acceperunt, & ibi Domini signum gestant, merito illud eripere diabolo, omni ratione conari debet, vt, si alijs actionibus ouis esca fiat dæmonis, saltem sigillum fidei, quod in animo per Baptisimum inculptum habemus, possit illinc ereptum tempore visitationis exhibere Deo, magnum argumentum præferens, non sua negligentia, & interitu oues amissas esse.

Ioan. 11. 15.

Interrogans Dominus Petrum: *Simon Iona diligis me plus his*, ipse qui nouit omnia, non interrogauit ad cognoscendum, sed cum pastorem illum constitutus esset, vt ostenderet quantam curam ouilis gerat, hoc fecit. Idem enim qui se dominum ingenti amore prosequutum, in pastorem cooptauit, magnam sine dubio erga oues amorem præbuit: ideo & tertio interrogauit, magnam erga ratione præditas oues curam ostendens. Deinde & gradum quandam ouium facit, primo iubens agnos pascere; deinde ouiculas: quæ enim oues fuerunt per aliqua peccata imminutæ à virtutis perfectione, ad ouiculas reuerterunt: & demum tertio perfectas oues producit. Agnis ergo assimilantur, qui adhuc lacte & elementis doctrinæ indigent: ouiculis vero, qui per aliqua peccata à perfectione deficiunt; ouibus vero, qui ad culmen vsque fidei & operum peruenerunt. Et attende quo modo præponat imperfecta perfectis. Propositus enim domino scopus peccatorum salus: *Non enim ueni, inquit, vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam.*

* Alia redditio ratio à Greg. Naz. Orat. in Epiaphia.

Matth. 9. 13.

EX LIBRO QVARTO.

MAGNUM quid, inquit, est homo, quod imago Dei sit, & manibus Dei conditus. Vir misericors honorandus sit præceptis Dei, honorem sibi operibus suis comparans. Diuus Paulus ait: *Ego me non arbitror comprehendisse. Vnum autem: quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens me ipsum.* Et deinde ait: *Ueruntamen ad quod peruenimus, in eadem permanere regula.* Regulam intelligit cursus secundum Deum, quæ ante tradita est. Quæ illa est? Obluisci priorum benefactorum, florere vero & extendi vsque in priora, vt quasi modo bona inchoantes opera, quotidie intelligentes illud H O D I S, & dicentes sibi ad extremum vsque vitæ spiritum. Oportet enim ad id vsque tempus currere cursum Dei, & cum aduersarijs pugnare.

Philipp. 3. 13. Ibid. 9. 16.

1. Cor. 7. 3.

Iacob. 1. 13.

Apostolus ait: *Melius est nubere quam vri*, dicens ardorem, qui ad libidinem ducit. Melius enim esse legitimo matrimonio naturæ infirmitatē iuuare, quam ardore inflammari ad libidinem, & matrimonium fugere. *Nemo cum tentatur dicat, quod à Deo tentetur, &c.* Proprie ille accipit de tentatione libidinosa. Vnusquisque enim, inquit, uisus concupiscentiam accipiens, sibi ipsi tentationem parit, non modo extrinsecus habens aduersus se luctantem, sed & intrinsecus per se incensum. Incumbente enim concupiscentia ob aspectum eius quam uidit, & se in animo efformante, tentatio crescit, & augetur, quam oculis ipsi contemplando incendimus. Tandem hunc factum imperfectum turpium cogitationum tempore nutrens, & formans, cor suscipiens, gerit tanquam in vitro, & parit peccatum, cuius effectus est mors.

Illud

Illud: *Si oculus dexter scandalizet te, &c.* explicans, ait Saluatorem oculo intelligere cordis cogitationes, quem excindi iubet, quando ad peccatum trahit. Excindi uero per cogitationem repressum, & animo eiectum: manus uero ad actionem significat: quæ postquam ad peccandū conuertitur, abscindere eam statim oportet, virtutis acuta & celeri inductione. Et pes gressuum in vita, & conuersationis motum significat, quem sicut & manum & oculum excindere par est, motu bono malum amputando. Sic quidem ille præter alios explicans intellexit supra dictum. Fortasse conducente tali explanatione ad pugnam contra Nouatianos, qui facile à se, & ab Ecclesia resecant eos, qui vel minimum peccarunt. Igitur oportet, inquit, resecato oculo contraria cernente, & actione, ac motu in malum diuisis, singulariter videre, & ac facere bonum, & ad ipsum solum moueri, & tanquam mancos, unipedes, & vnoculos in regni cælorum introitum properare.

Ibid. 2. 30.

887 Quod apud Iob dictum est: **Tigris perit, eo quod non haberet prædam*, diabolum intelligit, *vt tanquam leo circumit quærens quem deuoret.* Superatus uero non amplius ut leo, sed vt formica pudore motus decedit, & perit, prædam in hominibus non inueniens. Præda uero & fortitudo diaboli est peccatum, quod in homine ubi non est, ille perit.

* μωρηκολεων αλις est. Iob. 4. 11. 1. Pet. 5. 8.

Diabolus ipse, inquit, hominem & ad peccandum prouocat, & iterum ipse contra eum qui sibi obedit, uitor est: Dei & inimicus, & vindex in Scriptura uocatus. Inimicus quidem, quia aduersas leges diuinæ legi opponens, persuadet hominibus, vt peiora pro melioribus eligant: Vitor uero, quia cogitur ipse peccatores rursus punire. Tradite enim, inquit, *huiusmodi Satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die Domini.* Vide igitur caritatem Dei, & malitiam diaboli. Deus quidem peccatorem mundare uolens, tradit, vt Apostolus ait, tortori Diabolo. Ille uero stat, ut leo, cupiens deuorare, quem ipse ad peccatum traxit. Et non nouit quod corpus sibi traditum sit non in perditionem, sed castigationem, ut spiritus seruetur: in animam enim nullam foritur potestatem, quod & in forti Iob ostenditur. Etenim in illo aliarum rerū potestatem nactus, prohibetur tangere animam, hoc est, mentem non eripere. Et nota, in Iusto Iob, & in peccatore Corinthio, non accepisse dæmonem in animam potestatem, sed ab illa potius expelli. Traditus enim illi Corinthius est, *ut spiritus saluus sit.* Incidens enim peccator tentatione in interitum carnis, & corporis doloribus pressus, cum cognoscit è qua radice huiusmodi dolores existant, cogitur etiam nolens odisse peccatum, & conuerti, & cum corpore etiam animam seruare. Quomodo autem Satanas potestatem accepit in peccatorem? resecato illo ab omnibus, & ab Ecclesia, Sacramentorumque communione. Idcirco scribit, vt pro merito punitus, & plagis affectus, & conuersus, iam iterum in gratiam recipiatur, à qua antea arcebat, quod consecutus, non amplius in potestate est Satanae, quam in eius corpus habebat.

1. Cor. 5. 5.

Iob. 2. 12.

1. Cor. 5. 5.

Qui sponte ad penitentiam conuertuntur, eos Dominus amplectens suscipit: qui uero non sponte penitentiam agunt, castigans reuocat, & hunc sensum Apostolus explicans dicit: *Quod si nosmetipsos iudicauerimus, non utique iudicauerimur. Dum iudicamur autem à Deo corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.* Illud autem, *ut non cum hoc mundo*, non *creatura* dicit: pulchrum enim est Dei opus. Sed mundum hinc intelligit, improbitatem mundi, & scandala diaboli. Ideo & Dominus dicit: *Pa mundo à scandalis eius.*

1. Cor. 11. 31.

Matth. 18. 7.

Heb. 12. 15.

888 Hoc: *Contemplares ne quis desit gratia Dei, ne qua radix amaritudinis sursum germians impediatur &c.* De cogitationibus ait ab Apostolo dici, hoc est, ne qua sit in nobis cogitatio adherens adhuc diabolo, quæ nos Dei gratia priuet. Quando n. aliqua cogitatio tanquam radix quædam malitiæ in nobis pullulat, etsi plures per conuersionem eradicaui-mus, tamen illa occultè relicta, ex parte crescens & prodiens, inualescit, & inquinat alias cogitationes ad bonum inclinantes. Excindere igitur hortatur omnis peccati radicem, vt omnino homo Dei præcepta sine molestia cum fructu exequatur.

* πωλις λεγεται αμυπητο.

Luce. 16. 21.

Per canes, inquit, parabola crudeliorem illum diuitem coarguit, cuius ante fores Lazarus iacebat. Canes enim commiseratione magnæ illius calamitatis, quantum facere potuerunt præstitere, lambentes vlcera linguis suis. Ille uero canibus erga fratrem suum truculentior, etiam per ipsos canes reprehensus est. Ided illum ignis sine misericordia ambient.

Parabolam de iis, qui ad nuptias vocati sunt, & venire noluerunt, alia- que id genus, sic explicat; nuptias quidem regnum DEI, vocantes verò Prophetas, vocatos autem, primùm Iudæos, qui venire noluerunt, vnde mittens rex exercitum suum, videlicet Romanorum Imperatorem, omnes, qui nō obediunt ad credendum Christo prædicationi, & Salvatori nostro, occidit, & urbem Hierosolymā incendit. Postremò misit alios seruos, scilicet Apostolos, & exeuntes in vias, & * sepes, hoc est, viles & Dei ciuitate indignos, videl. qui proleci, & variis erroribus à Deo separati sunt, illos vo- cant, & aut qui videntur domestici, vocationē audierunt. Et docuerunt Apo- stoli malos & bonos. In consummatione autem: Tunc enim nuptiæ impleræ sunt dif- cum benticibus, tumq; vocatos Rex amicè suscipit, & neminē eiicit, nisi qui vestem nu- ptialem non haberent, scil. qui incorruptionis vestem nō induerunt per baptismum, & nec habuerunt vestem, vel puram illam induerūt, vel impuram pœnitentia & eleemo- synis abluerunt, & ad nuptias introduxit, & amoris sponsi participes ostendit.

E LIBRO QVINTO.

1. Sal. 30. 19. **M**VTa sicut labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum, vt canit Dauid. Hoc face- 389
re ait Nouatianus Alexandriæ, contra Martyres Christi blaterantes. Cōparituri autem, inquit, in vltimo iudicij die, non habebunt sui defensionem, nec aperire os, nec monere labra poterunt, quia hoc tempore contra CHRISTI Martyres linguam exa- acuerunt.

2. Tim. 4. 14. Quod dictum est ab Apostolo de Alexandro arario fabro: Alexander ararius multa mala mihi offendit: reddet illi Dominus in illo die. alij quidem Patres imprecatio- nem esse negant, sed tantum denuntiationem eorum quæ passurus esset à Deo Ale- xander: Hic verò Eulogius planè maledictionem esse illatam affirmat, Alexandro, qui pœnitentiam non egerit, & ab improbitate sua non conuersus fuerit.

1. Sal. 33. 20. **D**avid de iustificatis tribulatione loquens ait: Custodit Dominus omnia ossa eorum, vni ex his non confringetur. ostendit ossa illa vitā dare posse, & accidentibus medicinam præbere. Hæc enim ipsa ossa, quæ à Christo nunc cōseruantur, sibi inuicem vnita ani- mæ cōiunguntur, & mercedem simul certaminum accipient. Et multa alia possem sumere ad demonstrandum inesse virtutem aliquam ossibus sanctorum. Indicat autem mortuus quidā, quem in hostium irruptione ferentes, cum deceter non possent pro- pter vim virgentē suo sepulchro condere, ibi eum sepellerunt, vbi * sancti viri ossa lace- bant. Nam cum mortuus sancti viri reliquias admoueretur, dicto citius è sepulchro assurrexit, & cum domum se contulisset, deprehensum postea est caplam illam sancti viri corpus continere.

Dimitti peccata aiunt aliis quidem per baptismum, aliis verò per confessionem & pœnitentiam. Sunt verò alij Patres, qui aliter hoc dictum explicant.

1. Cor. 6. 3. Non videtur mihi satis rectè dicere, quòd Apostolus ponat tres ordines homi- num. Vnum quidem Martyrum, & iustorum, quos ait non iudicandos, sed iudices fore, his verbis: An nescitis quòd sancti de mundo iudicabuntur. Secundus autem ordo eorum qui non iudicabuntur, vt impiorum, & qui non seruiertur Deo. Resurgent enim illi, nec ad iudicium deducuntur, Ait enim Dauid: Ideò non resurgent impii in iudicio cum iudicandis, qui Deum quidem coluerunt, peccatis autem multis obnoxij fuerunt, pro quibus vt respondeant iudicio sistentur. Sic quidem Eulogius. Sed neque exactè oratio conuincit, iudices constitutos cum Christo esse; neq; non omnes ante tribunal comparituros. Semper enim impij seipos condemnant, veruntamē iudi- cium sustinebunt, ad reddendam rationem. Apostolus enim non collocat sanctos cum Christo iudices, sed redargutionem mundi, & condemnationem eorū, qui sanctorum morte non vixerunt, ostendit futuram. Quemadmodum dicitur in Euangelijs, Nini- uitas & reginam austri, quæ tunc fuit, iudicatos generationem, quæ Christo non credit.

1. Sal. 1. 5. Dauid tres nominat ordines his verbis: Ideò non resurgent impii in iudicio. Vide vltimum ordinem, neq; peccatores in consilio iustorum. Vide eum qui sequitur, quia nonie Dominus viam iustorum. Vide, inquit, optimum ordinem, & horum sin- gulos habere proprium, & attributum sibi pro me- ritis locum.

LIBRO sexto arguit Nouati falsum quod fertur, Martyrium, quod contra Noua- tum, quidam ex octo presbyteris, qui Romæ sub Macedonio Episcopo ordinati erant, solum martyrium confessionis in CHRISTVM pertulerit: septem verò vnà cum Macedonio sacrificasse idolis. At cum ipso martyrium subiisse penè solos Christianis Occidentis Marcellum & Alexandrum, Episcopos Aquileiæ, & Agamemnonem Tiberidis Episcopum: qui cum Nouato post Martyrium priuatim habitantes, & conuer- sautes, noluerint vnà cum istis sacrificatoribus sacrificare. Imposuisse autem illi ma- nus Episcopos, vt Pontificatu Romæ perfungeretur. Factum est hoc Martyrium De- cio, & Valerio Imperatoribus Rom. Perennio Ducentario supplicij Christianos affi- cere iussit. Et Martyrium hoc inscriptum est: Nec flagella, nec tormenta, nec euleum Nouatum tulisse scribit. Quamuis Perennium crudelissimū in Christianos fuisse scri- bat, ad disputationes * nouas Nouati Martyrium adducens. Sic illū producit * som- niorum floribus coronatum. Hoc verò falso confictum paucarū pagellarum scriptū, libro sexto refutat. Dicit autem Nouatum Cornelio Pœnificatum Rom. tenente, pri- mum gradum Diaconi à Cornelio accepisse. Fuisse verò tunc institutum in Ecclesia, Archidiaconum, mortuo Episcopo, in Episcopatu illi, facta manuum impositione, surrogari. Cornelium verò diuina inspiratione cum eum videret nonis rebus studen- tem, & * imperium affectantem, indignum tali dignitate, inter presbyteros ordinasse, fortè. & viam illi ad Pontificatum Romæ omnino præclusisse. Nouatus verò captans occa- sionem instituti exequendi, cum videret Cornelium eos qui verè pœniterent, cum ob 891 alia peccata, tum ob idolo rum cultum, paternis visceribus condolendo in gratiam re- cipere: hac ille occasione vsus, desciiuit ab Ecclesia resectus, & Cornelio pertinaciter restitit. Puros autem nominauit eos, qui secum agmen contra Ecclesiā facerent: Cor- nelianos verò, qui eius ambitionem & dementiam contra pœnitentes detestarentur. Postea verò Cornelium Romanū Episcopum egregio martyrio vitam finisse Alexan- drinus Archiepiscopus Eulogius refert. Non potest autem ille nomen inter eos ha- bere, qui eruditione & historia excellunt, quòd interdum sollecissimos & barbarissimos admittat. In S. Scripturæ sanè intelligentia ne optimis quidem passim cedit. Tali au- tem phrasif genere dicere ad persuadendum & delectare, non profus non potest.

Quæ igitur studiosè nobis priuatim commentantibus memoria suppeditauit, præter ea, quorum studium & exercitatio artes & scientias gignunt, vnde notitia quo- uis modo nobis & de libris iudicium creuit, hæcenus veluti typo breuiter complexi sumus. Productur autem hoc opus ad trecentos & quindecim auctores: prohibiti tamen sumus ad trecentos peruenire. Tu verò, dilectissime omnium quibus cum factus meos communico, si me legationem meditantem humanæ vitæ terminus occupa- rit, habes quod petiisti ex voto amicitie iuxta ac solatij pignus, & primitias atque finem, vt defungar voluntati tuæ obsecutus mentis operatione. Si verò exinde nos DEI opt. max. voluntas atque benignitas incolumes in mutuum conspectum atque complexum stiterit, fortassis aliarum editionum non minorum hæc principium fuerint, quæ simili forma tibi emolumentum adferent.

FINIS OPERIS.

Deo summè misericordie gloria in sacula seculorum,
Amen.

Lacuna in m. f. locum obscu- rant. Cornelius Pœn. maximus.

* φθλαγγον fortè.



INDEX RERVM VERBORVMQVE MEMORABILIVM BIBLIOTHECÆ PHOTIANÆ.

NVMERVS EST PAGINARVM GRÆCI EXEMPLARIS, qui in ora citiore collocatur. p. principium eius pagina: m. medum: f. finem designat. Schol. Scholion marginis vel suo quidque loco positum significat.

A.



- BARIS** Philosoph. 609. m.
Abari Romanos vexant 40. p.
Abyla Promontorium Africa 535. p.
Acacius Berrhoæ Episc. Chryso-
 mum damnat. 25. m.
Acacius Casarea Palestine Episco-
 pus à Philostorgio accusatur XI. m.
Acacius Constantinop. à Simplicio
 pont. ne cum Petro Mongo consen-
 tiat prohibetur 12. m.
 à Romanis sede motus, quod Petro
 Mongo faueret, ibid.
Academici quid à Pyrrhoniis diffe-
 rant 280. p.
Acasius quo morbo perierit. 870. f.
Acephalorum hæresis à quo orta
 468. f.
Acestorida tabula politica 242. f.
Achens seruus 629. m.
Achillas Episc. 766. f.
Achilles unde dictus 253. m.
 cur nodæpuns dictus 252. p.
 Achillis nomine variis fuerunt
 252. m.
Achilles Tatius de amore Leucip-
 pes 119. f.
 eius stylus obscenus, ibid. & 130. m.
Achillis insula 222. p.
Achamenides occiditur 59. m.
 Ἀχαιῶν μέγας 875. p.
Acropolis arx in urbis umbilico
 688. m.
Athens 667. m.
Acridophagi: vide *Locusta*.
Acta Synodi occidentalium contra
 Nestorianos & Pelagianos 20. m.
Actis XII. Apostolorum Agapius
 assentitur 210. p.
Actus Littus 873. p.
Adagium: vide *Proverbum*.
Adagium Sophocleum 865. m.
Adagiorum Didymi libri. 13. 865. m.
Adami corpus an è terra limo
 474. m.
Adaulphus ad Ioninum in Germa-
 niam se confert 107. p.
 non arridet eius aduentus Ionino
 ibid.
 occurrit Saro & profigat, ibid.
 Promittit pacem Honorio 107. f.
Adulatio Honorio reddere recusat
 107. f.
Adulatio dolo intercepta cogi-
 tat sed frustra 108. p.
 vulneratur, ibid.
 prætendit excusationes cur nõ red-
 dat Placidiam ibid. p.
Adulatio uxorem ducit 108. f.
 nuptia Narbone celebrata 108. f.
Adulatio Placidiam habet Theodo-
 sum 109. p.
 occiditur a Gottho, ibid. p.
Adonidia 522. f. 524. p.
Adriani Isagoge in S. Scripturã 1. f.
Adulatores 708. m. 679. m.
 Ἀδύλαδος 873. p.
Adulatio quadrifariam diuisa 722.
 m. 729. p. eius Prefectura 726. m.
 quando in Rom. potestatem vene-
 rit 23. p.
 eius Ecclesia ab Arianiis turbata
 781. m.
Adulatio mortaliu antiquissimos
 putant 546. p.
 iidem contra Chalcedonensem Sy-
 nodum 463. m.
Adulatio nota 536. f.
Adulatio Paulus 377. p.
Adulatio que in ciuitate laudabi-
 lis 542. f.
Adulatio Anchisem sepelit 234. p.
 eius gesta 234. p.
 in Brusiadem regionem profectus
 AEnum condidit 234. m.
Adulatio libri de Pyrrhoniis
 279. f.
Adulatio Thebas vastarunt 524. f.
Adulatio Dencalionis F. 225. m.
Adulatio vnius è X. Gracia orato-
 ribus 25. f. 798. f. 801. f.
 A a eim

I N D E X.

eius orationes tres tribus Gratiis comparantur 28.f.
 Epistola noue, nouem Musis comparantur 28.f. 798.f.
 Deltica an eius oratio 28.f. 768.
 Stylus qualis 29 p. 798.f.
 parentes 29. m. 799.p.
 in Timarchum oratio 799.p. de ea oratione Dionysii dictum 29. m. clara voce prae dicitur. ibid.
 regitayovids tertiarum partium victor, ibid.
 Leodamantis vel, ut Suidas habet, Alcidaematis Discipulus ibid.
 Demosthenis adversarius 28. f. 575.f. & sequi.
 Quid in Demosthene reprehenderit 643.m.
 in Demosthene accusatus 799. p. à Philippo stetit ibid.f.
 in Rhodum exulatum abijt 29. p. 799.f. 804.f.
 Dicitur eiusdem in exilium proficiscentis 29 p. 873. m.
 De eo reuocando declamitat Himeneus 575.f.
 Rhodiludum aperit. 799.f.
 Declamat. 29.p.
 Rhodiensibus orationem contra Cressphontem recitat 799.f.
 in Samum insulam migrat 29. p. obijt 799.f.
 Aeschines Lytania F. Socraticus dicitur 29.f. 173.p. 670.m. 699.f. 700.p.
 Aeschylus puri sermonis regula 173.p. eius cothurnus 595.p.
 Aesculapius Berytus 573.m.
 Aeserinam praeiores migrant 639.f.
 Aesopi fabule 543.f.
 Aesopi regina unde 875.p.
 de Aestu maris rubri ac refluxu 748.p.
 de Oceani aestu quid Apollonius 535.m.
 Aethilla Priami soror nauas Graecorum incendit 221. p.
 Aethiops pscis 748.f.
 Aethiopia sapientes Indis cedunt, quod hi Solis radiis viciniores, & etate priores sunt 13.p.
 nudam vitam agunt ibid. p.
 Aethiopes quales 716. p.
 verenda regunt 728.p.
 telis uruntur 723.f. qua victus ratio 729.p.
 Aet quomodo clamore intenso diuidatur 653.m.
 Aetii Amideni opera medica 290.f.

quid singula tractent. 291. 292. 293. & deinceps.
 Oribasio cedit industria 297. m.
 Aetioridem imitatur 208.p.
 Aetius Hareticus ab hareticis ob impietatem ministerio pellitur 11.p.
 à Iuliano Imp. reuocatur ibid. m.
 à Philostorgio laudatur una cum Eunomio ibidem.
 Aetna 232.p. de eo fabulantur Poetae 537.p.
 Agapius 572.f. instar cubi 573.p.
 Agapii impii libri 209.p.
 dogmata impia ibid.
 reses adhibet gentiles 210.p.
 Aetius Apostolorum probat 210.p.
 eius stylus qualis ibid. m.
 Agatharchide Gnidii historica 281.f.
 alia eius opera 282.p.
 in stylo magniloquus ibid. & 725.f. 731. m.
 de mari rubro Excerpta 717.p.
 uocibus usus Atticis. 738.m.
 Agathocles Sicilia Rex è figulo 866.p.
 Agnoita haretici 464.f.
 unde haresim hauserint, ibid.
 Agrippa Herodis Magni F. Spurium fit Teirarcha à C. Caesare 517.p.
 gratificans Iudaeis Iacobum fratrem in Samum insulam migrat 29. p. obijt 799.f.
 Aeschines Lytania F. Socraticus dicitur 29.f. 173.p. 670.m. 699.f. 700.p.
 Aeschylus puri sermonis regula 173.p. eius cothurnus 595.p.
 Aesculapius Berytus 573.m.
 Aeserinam praeiores migrant 639.f.
 Aesopi fabule 543.f.
 Aesopi regina unde 875.p.
 de Aestu maris rubri ac refluxu 748.p.
 de Oceani aestu quid Apollonius 535.m.
 Aethilla Priami soror nauas Graecorum incendit 221. p.
 Aethiops pscis 748.f.
 Aethiopia sapientes Indis cedunt, quod hi Solis radiis viciniores, & etate priores sunt 13.p.
 nudam vitam agunt ibid. p.
 Aethiopes quales 716. p.
 verenda regunt 728.p.
 telis uruntur 723.f. qua victus ratio 729.p.
 Aet quomodo clamore intenso diuidatur 653.m.
 Aetii Amideni opera medica 290.f.

Albanorum Reges 23.f.
 Albinus urbis praefectus post urbem captam à Gothis 108.
 Alcaeus Poeta Lyricus 698.m.
 Alcibiades à Cleophonte proscriptus 615.m.
 Alcides Cannius Zopyrum saxo nectat 61.f. 24.m.
 Alcinous Phaeacum Rex 220.p.
 Alemundarus Perscor. Saraceno-rum Rex Romanos uocat 35.p.
 Alexander Pontifex & Rex Iudaeorum 98.m.
 Alexander Presb. Constantinop. 119.p. Episc. 781.f.
 B. Alexander Episc. Alexandria 766.p. 768.p.f.
 hinc succedit in Episcopatu Athanasius 778.f. moritur 771.
 B. Alexander Mart. corpus contumelios afficitur 47.f.
 Alexandri collectio de Admirabilibus uocibus usus Atticis. 738.m.
 Alexander Magnus albus 645. m.
 corpus eius sauae oleus ibid. honoris cupidus & Antiquitatis amans 645.f.
 Continentia seipsum uicit 646.m.
 Prodigium eidem oblatum, ibid.
 Eius acta 764. & sequi. laus 577.m.
 Ioui comparatus 601. f.
 sedus cum Atheniensibus inijt. 121.p.
 Persas bello fragit ibid. & 624. m.
 Darii uicit 121.p. à Lysippo sculptus ab Apelle pingi uoluit 611.p.
 septies vulneratus in proelio 121. m.
 Philotam occidit 121. m. & Clitum ibid.
 uicit Scythas & Sogdianos. ibid.
 Roxanem filiam ducit uxorem, ib.
 Indos superat ib.f. Thebas uastat 577.m.
 Cyri sepulchrum adornat 122. p.
 sociis suis uxores comparat 122.m.
 Hephestionis funus adornat ibid.f.
 Italia incrementum praedixit, ib.
 Exules reduxit 576.p. & sequi.
 Tyri antiquitates illustrat 189.f.
 moritur Babylone 123.p.
 eo mortuo quomodo dimissum imperium 116.p. 123.f. Eius filius ex Roxane dicitur Alexander 116. m. & 123.1.
 Alexander Pheraeus à Coninge interfectus 136.p.
 Alexandri Aphrodisi opinio de fato 751.p.

Alexander Rex Syria à suis occiditur 615.m.
 Alexandria & Aegyptia persecutio 790.p.
 Αλεξισαν@ 870. m.
 Allonicius Eusebium sustibus occidit 106.p.
 ideos, mox poenas dedit 106.m.
 Alphaberi Graci literarum tonus 865.f.
 Alpha Moyses cur dicitur 865.p.
 Alphens Rhinocorurorū Episc. Lampetium hareticum defendit 19. m.
 alter Alphens sacerdotio mouetur, ib.
 Althemenses à Dorih. & Ionibus in bellis societatem uocatur 234. m.
 in Cretam appellat, ibid.
 Amazonas 655.m.
 Amastris Opatra F. Dionysio Tyranno Heracleensi, nubij 368.f.
 Amatoris 522.f. 524.m.
 Ambarcyces domo Hunnis 33.p.
 B. Ambrosius Mediolanensis Episc. 469. m. laudatur 445. m.
 Aminias Narcissi amore captus 229.p.
 Ammon Geometra 114.p.
 Ammonius Alexandr. 750.m. 755.f.
 eius asinus 552.p. amarus fuit 572.p.
 Amphiloehus Iconij Episc. praesuit Synodo Sidetana 17. m.
 Amphiloehus Sida Episc. 463. m.
 Amulius Numitori insidias struit 234.f.
 à Romulo & Remo necatur 235.f.
 Amyntianus de gestis Alexandri Magni 166.m.
 in stylo frigidus, ibidem.
 alia eiusdem Opuscula ibid.
 Amyris Megabyxi uxor adultera 161.m.
 adulterii insimulata 58.f.
 Gracos supplicis afficit 60.p.
 Persis oculos eruit & pellem deribat 54.p.
 Amyrtas Rex Aegypti in Cambysa potestatem uisus uenit 55.p. in Susa ablegatur 55.p.
 Anacharsis 512.p.
 per Anaphoram qua in sacris litteris dicta 465.m. (235.f.)
 Anaphe insula iuxta Lacedaemona Anapias & Amphionus parentes per Aetne incendia ferunt 232. m.
 Anastasius Imp. q. d. in imperarij 12.m.
 Persis bellum mouet 32.m.
 eius Duces profligantur 32.f.
 urbes adificat 33.m.
 Anastasius Papa 153.m.

B. Anastasius Theopolitanus 469.f.
 Anaticus Praefectus 612.m. 567. m.
 Anaxagoras 581. m. cur diuinus habitus 540.m.
 Andocides vnus decem Gracia Orationum 795. m.
 Orationes eiusdem quatuor, ibid. dicendi genus, ibid.
 quando uixerit, ibid.
 maiores eius, ibid.
 parente accusat & liberat 795.m.
 mercaturā cum Rege Cyprio exercet, ibid.
 infelix cum amico potentiore successus, ibid.
 Legatus ad Lacedaemonios 796.
 Andocidis Hermia, ibid.
 Ανδραγην 871. m.
 S. Andrea Apollolans 811. m.
 Andreas monachus imperij Eusebio Episc. Thessalon. epistolam mittit παραρωσιν@ 178.f.
 hareticus fuit, ibid.
 tradit unicam tantum uocabuli corruptionis esse notionē 179. 180.p.
 S. Patres deprauatē citat 180.f.
 errores eius uarij, ibid.
 Orthodoxos Phtharolatras uocat, 181. p.
 Androgmi quomodo fiant 618.p.
 Andromeda filia Cephei 230.f.
 abripitur ex deserta insula 231.p.
 eiulatu Perseum ad liberandam uocat, ibid.
 Andronicus Histrion 803.
 Andronicus Hermopolitanus 876. p.
 Dramatum Poeta 878.p.
 Andronicianus scripsit contra Eunomiano: eius stylus. Multa promittit, pauca praestat 14. p.
 Angelorum creatio 308. & 309. eustodes hominum 844. m.
 an ante mundum? 473. m. 528.p.
 an corporei ut homines 471. m. 473. m.
 an Gigantes genuerint 473.f.
 Angelis in resurrectione aequales erimus, & tamen maiorem gratiam adepti 329. p.
 Anima immortalis Platoni & Aristoteli 714.f.
 Animarum migratio παραλύθωσις 713.p. unde manarit 533.p.
 Animalia sponte nata è Theophrasto 861.p. 862. p.
 imuidia obnoxia que 862.m.
 falsū id eis tribuit, ibid.f.

Animantia maris rubri inuicitata 719.p. & sequi.
 Indorum uaria 538. m.
 Animi defectio ex Theophrasto 858.p. m. eius deliquim uendenscaurur 858.p. animi species tres 569.p.
 Animi an è caelo delapsi in corpora 474.p.
 Animus Platoni homo est 547. m. corpori comparatur. 837.p.
 Annus quot diebus constet 525.p.
 Annulus quid significet 818.f.
 Anomoei haretici 457.f.
 eos Basilius refellit ibid. m.
 Anonymi testimonia de Christo 198.p.
 Antandri nomen unde deducit 231. m.
 Anthemius Rom. Imp. 558.f.
 Anthemius disputat cum Chryso-stomo 138.f. (139.p.)
 baptizatur ab Episc. Constantinop.
 Anticyra in qua belleborus 873.p.
 Antigonus Iudaeus Parthos in auxilium uocat 515.m.
 in regnum operā illorum restituitur, ibid.
 ab Herode eiicitur, capitur, ab Antonio securi percutitur ibid.
 Antigonus Macedo expeditionem contra Prolemaum mouet 372. m.
 profligatur classe nauali 372. f.
 occupat Pelemao Macedonia occipit & cum Cleomene dimicat 652.p.
 Antigonus Aristobuli F. Pontifex declaratur à Parthis 98.m.
 Antimachus Epicus 521.m.
 Antiochus Seleuci F. Heracleam in-festat 373.p.
 in Bithinos expeditionē mouet, ib.
 contra Antigonum bella mouet 373.f. (618.f.)
 Antiochus Hierosolimam oppugnat templū Iudeorū ingreditur 619.p.
 gentem delere conatur, ibid.
 post ignoscit, ibid. m.
 Antiochus Deus cognomento 624.m.
 Antioch. Magnus cognomēto 624. m.
 Antiochus omnia sacerdotio submouet 98.p.
 Antiochus Ptolemaides Episc. Chryso-stomum damnat. 40.p.
 Antiochida Antiochi Filia liberos duos subiecit 624.f.
 Antipater Alexandri, Dux 805.m.
 Demosthenem persequitur ibid.
 ius sumi in castris Perdiccae habuit 127.p.

I N D E X.

I N D E X.

militēs tumultuantes alloquitur, ib. ab Eurydice laestitus 127. p. Provincias Asia dividit 127. m. cum Eumene dimicare reformidat 128. f. Græcos profugiat 129. m. milites sedat & dona promittit 129. p. duos se Athenis amicos habere aiebat Phocionem & Demadem 645. p. moritur veneno 514. f. Antipater Curator Iudeæ à Cesare declaratur 514. f. (ibid. filio Phaselo tradit iura Hierosol. Antiphontis Orationes quales 791. p. l. x. numerantur, ibid. quando floruerit 792. m. Antiphontem Plato Comicus ut auarum tradidit 792. p. per Antiphrasin qua Grammaticis dicta 874. m. Antipas Ascalonita pater Herodis Magni inimicitias cum Hircano gerit 514. p. (regula 734. p. Antisthenes Orator puri sermonis Antonii Diogenis libri de Insula Thule ibid. f. eius stylus & narratio, ibid. quo tempore floruerit 189. f. M. Antonii ingenii ac mores 649. p. assentatoribus ac delectatus, ibid. Antonius Rom. Iudæam dividit in Tetrarchias 115. m. Apes ex boum tergorib. nasci 652. f. Apis ad quercum magis mellificat 864. f. C. Aponius Motulus 639. p. Apologus de Ioue 599. p. Apollinarius & Magnus excommunicati 468. f. Apollinarium Hierapoleos Episc. eius que scripta 5. f. floruit tempore M. Antonii Veri, ibid. Apollo Galaxium 525. m. ad que supplicatio lauri ducta, ib. Aegleia 215. f. Nominis cur dictus 523. m. Vulturium 228. f. Apollo Pflamathen gravidam reddi, 222. m. Apollinis Sarpedonii in Cilicia oraculum 615. f. eius spectrum Atheniensis sequebantur 224. f. eius oraculum Socratem cur sapientissimum pronuntiari, 671. m.

Apollinis tripus 640. m. fanū Hierapoli 561. p. Apollodori Bibliotheca de Diis 175. f. 236. f. Apollonia civitas in Illyrico 226. p. Apollonides Cœus Medicus 59. p. eius libido 16. m. defoditur viuis 62. m. Apollonius Tyanens ad Indos profectus 15. p. 528. m. & deinceps. ite ad Gymnosophistas Aethiopia ib. eius vita morata 13. p. & f. è Philostrato 528. m. mors eius obscura, sepulchrum non ostenditur 13. m. 539. f. eius dictum de vita Sapientum & mortis 13. m. Diuitias contempsit, ib. eius prodigiosa opera. ibid. Præstigiator non fuit ex sententia Philostrati, ibid. cur nihil scriberet 540. f. eius discipuli genus 541. p. Apollonius Minutius Dux bello frugiurum proditor 632. p. Apostolica carmina 526. p. Appiani opera libri xvi. 22. p. eius stylus, ibid. Appius Claudius ad Tigranem Legatum missus 386. p. Apthoniis Declamationes 166. m. Aquæ calidæ apud Aethiops 742. p. Ara quintum Euangelium scripsit licet ex parte imperium lingua Hebraea 205. m. Ara Iouis Diabaterii 57. p. Aratus Acheorum Dux 178. p. Aratus poeta 869. f. dixit terebra 866. p. Aratus Sicyonius tyrannide patriam liberat 651. p. eius mors ibid. f. Arbitrii libertas 753. f. 757. m. Arboreis in India olei guttas distillantibus 70. p. Arcapinsaria iudæa 871. f. Archelaus Herodis F. patri in regno succedit 516. f. crudeliter imperans à Rom. regno exiit, ibid. Archelaus Dux Mithridatis Nicomedem profugiat 378. p. cū Sulla pugnans pflugatur 379. p. Archelaus Caesar Cappod. Episc. damnat Messalianos 18. m. Archelaus iudex Athanasium cadi Arianorum eripit 784. p. Archelaus quidam Leprosus sanatur miraculosè 139. f. Aegætuon 869. p.

Archilochus Parus Iamborū principis 522. m. eius dictum 650. f. Archias inopia perit 124. m. Ardaburius Asparis F. Leoni aduersatur 102. p. dux militum 111. p. Areopagiticus Hæmilius 594. m. Arganthonicus longæuis in Taranto 599. f. Argini ab Apolline peste affliguntur 222. m. Arguorum lex 651. m. Argolicum quid de rubro mari 717. f. Ariani Athanasio infestissimi 782. f. & deinceps. Ariana de Spiritu Sancta 476. f. Arianorum dementia 466. m. sententia 776. p. Arianus Pontifex Iudæorum Sadducaus 518. f. Ariarathes Persarum Rex 624. p. Ariarathis vi. in parente pietas 624. f. 625. p. Aridaeus Philippo Regi Macedonum natus 646. f. frater Alexandri M. 115. fratris corpus curat 125. m. Arion Melhymmas 523. m. Dithyrambi innētor Aristotelis, ib. Aristida Panathenæicus 653. f. eius Orationes iv. pro Rhetorica 667. f. ite Platonicæ pro Rhetorica 680. m. Platonicæ tertia ad Capitonē 685. p. eiusdem pro quatuor viris 687. m. Cimon eiusdem 691. m. Miltriades 639. Themistocles 694. eius stylus 800. f. Aristides Atheniensis profugiat Persus 58. m. Iusti cognomen 628. m. Ostracismo pellitur, ibid. Aristobulus Indæus primus Pontifici cū diadema capiti imposuit 98. m. Aristobulus regnum fratris innadit 514. p. Romam captivus abducitur, ibid. remissus item Romam allegatur 514. m. Iulius Cæsar contra Pompeium mittit, ibid. à Pompeianis veneno necatur, ib. eius filius Alexander à Scipione securi percussus 514. f. Aristogiton à Phocione notatus ut claudus tamē bonus 644. f. 645. p. Aristophanes à Comicis pura sermonis regula 173. p. tonare visus 689. p. voces interdum fugit 872. m. Aegæto bello Fortior 871. m. Aristoteles 550. p. mulus & pullus equi cur dictus 871. f. cum Platone consen-

I N D E X.

consentire 750. m. de Arione 523. m. Aristoteli Deus quis? 713. f. animam an immortalem posuerit 714. f. Arius hereticus Constantinum sibi deuincit 778. f. 766. p. exitus eius & 103. p. infelix 771. m. Armatus ab Onulpho occisus 101. p. cum Basilisci uxore adulteratur, ibid. Ei creditur bellum aduersus Zenonem ibid. Armis melior, apud 871. m. Arma apud Hippocrate unde. 871. m. Armenii ad Rom. transeunt 39. p. Arriani scripta 24. f. eius vita & stylus 24. f. 25. p. 129. m. 130. m. dictus alter Xenophon 25. p. eius Bithynica 129. f. libri de gestis Alexandri Magni 121. p. Indica 122. m. Post Alexandrum gesta 123. p. Arface deperit Theagenem 95. f. Arfaces Regis Ochi filius Satiram uxorem ducit 63. f. filix Rex mutato nomine Artaxerxes dictus 64. p. à fratre Cyro bello petitur 64. m. fratrem superatū post mortem ex cruciat 64. f. Arsenius Alexandrina Ecclesia Ledior 782. m. Athanasii familiaris, ibid. quem & Arianorum calumnia liberat, ib. f. & sequ. manum eiusdem ab Athanasio resertam calumniantur Arriani 782. m. Arsinoe Heraclea dominium affectat 360. m. in Ariabris femina bellum gerunt 186. p. Artaxanus occidit Xerxem 58. f. eius corpus à feris intactum, ibid. Artaxerxes Baëtra tumultuaria regno subdit 59. m. ab eo Aegyptus desicit 59. m. moritur 61. f. septemdecim reliquit spurios 61. f. Artaxerxis mater Parsatis 651. f. Articulare carenti vocandi casu 866. m. Artos, panis unde dictus. Artocares Eunuclus 63. m. necatur, ibid. Arundineo niti baculo, Pron. 460. p. Asunder cum Atalo dimicat & frangitur 128. f. Ascanius Aeneæ patri in regno Italia succedit 23. f.

Asclepiades Tragicus Iocratris auditor 793. m. Asclepiodotus ex Masico medicus 560. p. 565. m. Maeandro submersus 559. visus acumen 561. f. Asiani imperii diuiso mortuo Alexandro 116. p. 123. f. alia diuisio facta ab Antipatro 127. m. Asia maior & minor 803. f. Aspar Leonem Illyriū ad Imperium promouet 101. f. 102. p. cum Vitiano contendit 102. p. à Leone cum filis occiditur, ibid. Aspasius Rhetor 802. p. Asfaracus filius Trois 222. f. Astacos vrbs à Nicomede condita 374. f. Asterius Amasia Episc. 812. m. pius dictus 820. m. Eius Homilia varia, ibid. De Poenitentia 812. m. in Stephanum Protomart. 813. f. De eo q. in latrones incidit 814. m. in illud. Homo quidam ab Hierusalem in Hiericho 814. m. De Pharisæo & Publicano 815. f. De Zachæo 816. m. In Parabolam filii Prodigii 817. m. De Centurione 819. f. De Ieiuno, ibid. f. De cæco à natiuitate 820. m. De Iairo & muliere sanguinis profuuo laborante 822. f. Alterii præceptor scythæ 819. m. Asraus Dercyllidis socius 186. p. oculorum incremento & decremento Luna mutationes designat, ibid. Astrone 573. m. Asyages fugit à Cyro, seq. prodit 53. p. fame & media confectus est à Perisada 54. p. eius corpus à feris intactum, ibid. Athanasius Episc. Alexandrinus 469. m. 768. f. eius vita 778. p. & deinceps à Simeone Metaphraste. ωλωαδλ @ merito Græcis dictus 781. m. 785. f. exulat apud Treuiros 781. f. redit ab exilio 782. p. in puteo annos vi. latitat 784. m. Tyrum proficiscitur 782. m. Beneficium & adulterii falso accusatus 782. f. mulieris prociacis impudentiam resellit 783. p. apud Virginem delitescit 787. m.

fugit iterum 789. p. in sepulchro latet 790. p. Alexandria rursus cedit 784. m. Epistola eiusdem & apologia de eius exilio lecta secunda 8. f. Commentaria in Cantica & Ecclesie 168. p. Eius liber contra Arium perspicua dictionis, ib. Athanasii mors 790. f. Arianorum in eū calumnia 773. p. Athenarum mos 579. f. decretū 586. p. & sequ. laus 654. p. 576. f. 664. m. 665. p. & sequ. Athenis quatuor capitibus iudicia que. 874. m. ibidem puteale iudicium. 864. f. Oshophorica caneantur Athenis 525. m. Athenus vultus Xerxes 58. m. Atheniensis Græcos inter præstantissimos 716. m. avaritiam, ibid. eorum superstitione in Hermaphroditas 618. m. mos duplex conficiendi pharmacum 872. f. Taminensis proelio victor existit 799. p. Inaro Regi supplicia mittit 59. m. iudicium eorum de Philippi literis 873. f. Athenio Ciliæ seruorum defectione soll citans, Rex creatur 634. f. diuinationi deditus, ibid. Lilybaem obsidet 635. p. eum Gomon profugiat, ibid. p. Athénodorus pirata 145. p. Attra quo spiritus effertendum 868. m. Attalus Præfectus Vrbi sit Imper. 104. f. imperat contra Honorium 105. f. ab Honorio missus ei Legatus Iouianus & Valens 105. p. suadet Adaulpho ut Iouino se iungat 107. p. Iouinum increpat 108. p. Imperio ab Alarico deicitur 106. m. Attalus Græcus regit copias contra Antipatrum 128. m. tentat Rhodum frustra, ibid. dignis summis dextera manus truncatur 106. m. Attica qualis 716. m. Atticis vltatus Eueuquæ 875. p. Attica Phrasæ ex Dionysio 865. p. Atticus & Cyrillus 477. p. Auditus obiecta 713. m.

I N D E X.

Augustus Rex Edesse 37. p. 7.
 Augustus. Pelagianos damnat 20. f.
 post mortem taxatus 21. p.
 Augustulus expulsus 103. m.
 Augustus Imper. vnus designatur
 641. m.
 Auis quadam in India sinuosus ap-
 pellata 69. f.
 Auis Indorum Leonis instar 533. f.
 Aurelius Episc. Caribaginenf. Sy-
 nodoprefedit 19. m.
 Pelagianos damnat 20. f.
 Aurelius Cotta aduersus Mithri-
 datem missus 381. p.
 eius gesta contra Mithridatem
 384. p.
 Heracleam obsidet 386. p.
 obsidionem tollit ibid. 387. p.
 Heraclea ei proditur 388. f.
 incendit 389. p.
 Roma accusatur & odium incur-
 rit 393. p.
 laius clauus ei adimitur 593. f.
 Aurea secula 569. p.
 Aurum ubi reperitur 727. p.
 Aurum apud Aethiopes 728. m. f.
 apud Indos Gryphos effodiunt
 533. p.
 Auri fodina 727. p.
 Aedis Atticum 875. p.
 Aedis Ionicum 875. p.
 Antoleon Crotoniata Aiacis spectro
 territus 222. p.
 Auis & patrum Gracis ut dictus
 865. m.
 Auxumis Metropolis Aethiopia 2. p.
 Azarethos Persarum Dux 35. m.
 B.
 Abia pueri à Damascenis ducti
 555. f.
 Babylonii tumultuantur 57. m.
 Bacchus Lycurgum vino domuit 568
 p. apud Indos 607. m.
 Bacchus Dithyrambicus quare 523. p
 Nysam 529. f.
 Batis fluuius 536. f. Berica ibid.
 Bagapera opera Sphenodates magni
 occiditur 56. m.
 Bagoarius à Secyrdiana lapidibus
 obruitur 62. m.
 Balena ingentes 743. m.
 Baptismus Ioannis ante Christi ba-
 ptismum qualis 898. f. & deinceps.
 de Baptismo Ioannis quid aliter atq.
 SS. Patres senserit Enologus 879. p.
 Baptismum aliquando Penitentiam
 vocari 882. m. iterari non posse 882. f.

Baptizati cur candidati 308. p.
 Baptizati in Christo consurreximus
 880. f.
 Baradatus Monachus 463. f.
 Barbari à Gracis diuersi 716. m.
 Barbythos in consuiuis 524. p.
 Basilius Magnus 469. m. 476. f.
 in Hexaëmeron 168. f.
 Stylus eius proprius & panegyri-
 cis 168. f. orationes Ethica 169. p.
 Epistola ibid.
 Asetica eiusdem ib. & 255. p. co-
 rum diuisio, ordo & series ibid.
 B. Basilii de Trinitate locus 457. m.
 B. Basilii Seleucia Episc. orationes
 xv. 195. f. earum stylus 156. p.
 Is fuit ad quē Chryostomus librū
 de Sacerdotio scripsit 196. & 300.
 eiusdem Basilii Thecla prima Mar-
 tyris vita ibid.
 Basilus Cilix historiam scripsit Ec-
 cles. lib. 3. 12. m.
 eius stylus & scribendi forma ibid.
 unde Historiam inchoarit ibid.
 Basilus Cilix presb. Causidicus, pu-
 tatur Hæreticus Dioscorian. 138. p
 oppugnat Io. Scythopolitam 152. p.
 eius impia dogmata 152. m. f. &
 183. f. ductio eius de trinitate 153. f.
 Basiliscus Imp. regno exiit, vnusq.
 cum liberis occiditur 101. p. 103. m.
 Patricium è medio tollit 102. f.
 Marcum F. Imperat. creat 103. p.
 Basiliscus Episc. Comanorum apparuit
 Chryostomo 145. p.
 Bassianus Imperat. 148. f.
 Battaces Cybeles Sacerdos 637. f.
 coronam auream gestabat ibid.
 Romam cur venerit ibid. & 630.
 Bazapharmanes Parthus Syriam
 obinet 515. m.
 Belisarius profectus in Dardis 34. p.
 in Persis mouet 34. p.
 cum Persis male pugnat ibid.
 ex equo ad pedes deslit, suiq. an-
 xillum fert 35. p.
 In Vandalos expeditionem mo-
 uet 35. m.
 Eius Coniux insidias Imperatori
 patefacit 35. f.
 aduersus Persas castra mouet 37. f.
 Nisibim tentat frustra ibid.
 Persarū Duces victos mittit Con-
 stantinopolim ib. domū redit 38. p.
 Bella ciuilia. Rom. Caesaris & Pom-
 peii, Antonii & Augusti 23. p.
 Marii & Sulla 23. p. 640. f.

Bellum seruile unde natum 627. p.
 Berenices Aegypti Regis filia 135. f.
 Bessus succedit Dario 111. m.
 occiditur ibid. m.
 Bethleem domus panis 833. m.
 Bibliotheca Athenarum 666. p. &
 in Prolegom.
 Binarius numerus 238. m.
 Bisalta à Chalcidensibus exciuntur
 222. f.
 Bithyni cum Zeila pacē inuenit 376. p
 Bithynorum Principum series 375. p.
 Bito Legat. in Nicana Synodo 199. p.
 Buttacus auis, quæ & Pfitacus,
 voce humana pradita 67. p.
 Blasphemia in Deum an remitta-
 tur 877. f.
 Blemmye vates in Thebaide 112. m.
 Boeoti Tripodiphoricon canebant
 525. m.
 Boetii collectanea vocum Platonica-
 rum 171. p.
 Eius opusculum de dubiis apud
 Platonem 171. p.
 Bombycum artificium 38. m. 46. p.
 Persa Constantinopolim vsūm
 Bombycumulerunt 38. m.
 Bonipastoris officium 884. f. & 885. p.
 Bonifacius vir nobilis Massiliam à
 rapina Adaulphi defendit 106. p.
 Placidiam defendit 113. m.
 adulteriū quoddā vindicat 114. p.
 Boreas ventus asper 462. f.
 Borochus iudex praestantissimus 133. p.
 Bostra ciuitas Arabiae 567.
 Brachmana Indorū sapienter 533. p.
 538. p.
 Bradyllus Illyriorū Rex è sermo 866. p.
 Branchidarum oraculum clarum
 habetur 227. f.
 Branch. ab Apolline adamat. 227. m.
 vaticinandi dono donatur ibid.
 Brithagoras ciuis Heracleensis 388. m
 urbeni administrat post euersio-
 nem 394. p.
 Caesarem secutus per omnes terras
 344. p.
 moritur magno cū luctu patria ib.
 Brutus & Cassius Caesaris percussores
 641. m.
 eos Octavianus bello psequitur. ib.
 Brutus Casari & M. Antonio ad-
 uersarius 643. m.
 Buccellarij vocati milites Romani &
 Gotthi à panis bucella 105. p.
 Bucephalus equus ferocissimus 643. f
 quanti emptus, ibid.

Alexan-

I N D E X.

Alexandro insidente domitis. ib.
 Bucolus proditor à Chalcidensibus
 occiditur 222. f.
 Byblis filia Aetili 220. p.
 à fratre Canno amatur, ibid.
 se suspendit, ibid.
 Byblos insula 534. m.
 Byblos Aegypti ciuitas expugnata
 difficilis 59.
 Byzantini bello à Gallis appetiti 374. p
 cū Calatians bellū gerunt 375. m.
 ab Heracleensibus inuatur 376. p.
 Bythemansium terra 744. p.
 C.
 Cabades Persa regno eiectus re-
 stituitur 32. p.
 Armeniam vastat 32. p.
 Amidam expugnat, ibid.
 Romanis bellum infert vinciturq.
 39. p. & m.
 à Cadaveribus hominum angues ex-
 sistere 652. f.
 Caelius Siculus 797. f.
 idem de Antiphonte, eiusque ora-
 tionibus fert iudicium 791. m. f.
 Casarii capita Ecclesiastica 277. f.
 Cadmus Bysridem fugit 226. f.
 Cadmus in Europam missus è Phœ-
 nicia 229. p.
 Thebas condidit, ibid.
 Cain & Lamech generatio 878. p.
 Caius presb. putatur auctor libri de
 vniuerso qui Iosepho attribuitur
 16. m.
 scripsit idem Labyrinthum & con-
 tra Montanistas, ibid. m.
 presbyter fuit Rom. Ecclesia sub
 Zephyrino Pont. 16. m.
 ordinatus gentium Episcopus, ib.
 scripsit contra Arsemonem &
 Proclum, ibid.
 Calandio Antiochenus Episc. 103. m.
 de Calabrie vate Homeri locus
 869. m.
 Callimachus Cyrenaus Eleg. Poeta
 523. p.
 in Hecuba 867. m.
 Callimachus & Aratus 869. f.
 Callinus Ephesius 522. p.
 Calpe Europa Promontorium 535. m
 Cambyses fil. Rex Persarum, Cyro
 succedit 54. f.
 Aegyptum sibi adiungit 55. p.
 Moritur Babylone variis porten-
 tis ostensis 56. p.
 Camelopardalis 740. m.
 Candaule uxor acutissimi visus 250. p.

Candidianus Dux bellū 115. p.
 Candidus Historicus ubi incipiat &
 desinat 101. f.
 Christianus fuit, ibid.
 eius stylus asper 102. f.
 Canes sub laeis cruribus meunt 863. p
 Canis cuiusdam fidelitas 135. f.
 Canobus à vipera morsus interit
 322. p.
 Capitis in orbem giratio vertiginis
 instar 858. f. 859. p.
 Capra eryngio capto ore stans manet
 863. p.
 Cappadocia 607. p.
 Gracis quando nota 625. p.
 Cappadocia Reges Cyri cognati, ho-
 rumq. genealogia 823. f.
 Cn. Carbo Cottam accusat 393. f.
 Carbonarius 866. p.
 Carceris pedores Persens Rex pertu-
 lit 623. m.
 Carnifex, dicitur unde dicitur 872. p.
 Carthago capta 625. f.
 eius moenia quanta molis 625. f.
 614. m.
 Cassander filius Antipatri ab Anti-
 gono dissentit 128. f.
 accipit à patre copias contra Eu-
 menem 129. p.
 Demadem occidit 124. f.
 Cassiani Collationes 266. p.
 eius stylus ibid. m.
 Caspia porta 33. p.
 Catadupa Nili 538. m. 539. p.
 Catonis dictum è Plutarcho 645. m.
 Catulus Capitolium Roma dedicauit
 147. p.
 Catulus: vide Lutatus
 Caucasus mons 529. p.
 Caunus sororem Byblidā amauit
 220. p.
 Pronoem dicit, ibid. 20. p.)
 Celestinus Papa Pelagianos damnat
 B. Augustini fidem laudat 20. p.
 eiusq. mortem defendit 21. m.
 Celestinus hæreticus discipulus Pela-
 gii 20. p.
 Censorinus cum Cleochare classe di-
 micans superatur 391. m.
 Cena Christi quando 476. m.
 Cephalonis historica Epitoma nonē
 Aegypti veluti comprehensa 50. p.
 eius stylus, ibid.
 ab illo mutuatus Sopater 177. 178.
 Cera captā querēs Proserpinā 522. m
 Pheneates mutat 221. p.
 Cerna apud Indos mulgetur 533. p.

Cerui cornu dexteri abiicit 862. m.
 auxiliatur id contra venena, ibid.
 Cete ab Indis vi arceantur 535. p.
 Charonensis pugna casti Athenienses
 794. m.
 Chalcedonensis Synodus 460. f. 463. m
 Chalcidensibus Bisaltis exciunt 222. f.
 Chamaleon 363. f.
 eius natura à Theophrasto descri-
 pta 857. m.
 Chariclea & Theagenis castu amor
 94. p.
 capitur volens, ibid.
 Trachinus quidam eam rapere
 vult, ibid.
 Promittit illa nuptias, ibid.
 rapitur à latronibus 94. ibid.
 ducitur ad Regē Aethiopiū 96. m.
 Luna consecratur, ibid.
 sacrificio paratur, liberatur, ibid.
 L. Charmi liber dictus Periodi Apo-
 lorum 156. f.
 eius stylus ineptus, ibid. opiniones
 & dogmata puerilia 157. p.
 Chersonesus qua dicta 873. p.
 Choricij Sophista Declamationes va-
 ria 174. f.
 eius stylus Poeticus ac varius 175. p
 floruit tempore Iustiniani 175. p.
 Chofoes Cabadis F. 33. m.
 cum Romanis pacem componere
 nititur 35. m.
 inuisus suis, insidiis exponitur ib. f.
 conuersatos necat, ibid.
 in Rom. bellum mouet 36. p.
 ab Antiochenis pecuniam postu-
 lat 36. f.
 Antiochiam occupat 36. f.
 Apamea sacra vasa aufert 37. p.
 Signis diuinis terretur, ibid.
 Darius ex pugnare nescit 37. m.
 Antiochenos in Assyria liberali-
 ter habet 37. m.
 pacem cum Romanis inuit 37. f.
 aduersus Petras castra mouet 38. f.
 & occupat, ibid.
 Aethiopia bellum infert, & expu-
 gnat 38. f.
 Darius inuadit 39. m.
 Chrestomathia Procli 520. f.
 CHRISTVS DEI Filius cur homo
 factus, 299. f.
 cur non factus Angelus pro lapsis
 angelis 334. f.
 quomodo conceptus 397. m.
 cur inter bestias natus 298. &
 299. p.

super

I N D E X.

I N D E X.

super mare ambulavit 301. m.
 super Læzarum stetit 398. m.
 quando edidit Ascha 157. m. &
 159. p.
 qualiter resurrexerit 476. p.
 Corpus eius post resurrectionem
 quale 181. p. 472. f. 476. p.
 In terris quot annis versatus
 475. f.
 ad Iudicium quomodo venturus
 472. f. 473. p. Hebraorum Deus
 cur dicitur 551. f.
 Christiana religio sensu an percipi
 queat 454. f. & sequ.
 Christiani damnata ad metalla 160. f.
 Chrysippus Philosoph. 550. p.
 Chryssipi historia de Gamaliele
 199. m.
 Chrysothemis Cretensis primus No-
 mon cecinit 523. m.
 In Chrysothomum Theodoretus lib. V.
 827. p.
 Chrysothomus; vide Ioā. Chrysothom.
 Cicero quam sit scōmatis delectatus
 644. m.
 Cimon ostracismo pulsus 692. m.
 Cimbrico bello Romani quot caesi
 631. p.
 Cineas Demosthenis auditor Pyrrhi
 Legatus 600. f.
 Cinnus potionis genui quintuplex
 526. p.
 Ciues Romani in Asia occiduntur
 378. m.
 Ciuitatis statum quis optimus 542. f.
 Ciuitas Diaboli 818. p.
 Claudius Imperator qualis 543. f.
 Clearchus I. Tyrannus Heraclea
 365. m.
 discipulus Platonis ibid. crudelis
 & studiosus fuit. ibid.
 occiditur a Chione 366. p.
 Clearchus IV. Tyrannus Heraclea
 crudelis 369. f.
 in Marem scuit. ibidem.
 eius vita breuiter 394. σολ.
 a Lyfmacho occiditur 370. p. a
 Leonide 394. σολ.
 Clearchus Græcus a suis deditur Tif-
 sapherni 65. m.
 a Rege Artaxerxe vincitur ibid.
 necatur ibid.
 mors eius portentosa 65. f.
 eius tumultus palmis obitus 65. f.
 Clearchus Prætor Athenis 798. p.
 Clemens Alexandr. 477. m.
 eius Hypotyposes 154. m.

quatractent. ibid.
 opus hoc alterius esse putatur
 154. f.
 Discipulus fuit Pantani 159. f.
 Eius libri tres Pedagogi, & con-
 tra Genes liber. ibid.
 superat hi totis vno vno 155. p.
 Liber Stromateon 155. p. altera e-
 ius inscriptio ibid.
 alia eiusdem opera 155. m.
 quo tempore floruerit. ibid.
 Clemens Rom. Pont. 163. m.
 Eius Constitutiones Apostolorum
 155. f.
 quid contineant. ibid.
 scripsit res gestas S. Petri 156. m.
 Item Epistolas ad Corinthios 156.
 m. 163. m.
 Alia eius opera spuria ibid.
 Eius dogmata 163. m.
 Cleomenes cum Antigono pugnat
 652. p.
 eius corpus in crucem agitur ib. f.
 Draeo ex mortui corpore usus ib.
 heros ab Alexandrus habitus
 ibid.
 Cleon Cilix seruus 629. m.
 occiditur a Rutilio 630. m.
 Cleopatra Alexandri soror suadet
 Eumeni Sardes ut deserat 128. m.
 ab Antigono increpata se defendit
 ibid.
 Cnemon dolet super occisa Thibe
 35. p.
 Cochlea unde nascantur 861. p.
 Codrus se pro patria deuouet 225. p.
 Cælum trifarium 715. f. 716. p.
 mundum vocauit Pythagoras
 714. f.
 duodecim cæli ordines Pythago-
 ra 713. f.
 an in orbem vertatur 474. p.
 Cognationum apud Græcos vocabula
 865. m.
 Cognitionis instrumenta 715. f.
 Colorum species duodecim 713. m.
 Commentiolus Dux Rom. aduersus
 Sclanos 40. m.
 Comici unde seruis nomina indidere
 870. m.
 Comica locutio 875. f.
 Comodus Imp. insidiis occisus 148. p.
 Concilium Tyri cclx. Episcoporum
 779. f.
 CONCILIA: vide SYNODVS.
 Connacorex urbem Heraclea Rom.
 prodit 388. m.

Cononis narrationes L. 219. m.
 Constantia Constantini F. 769. m.
 Constantius Constantini pater Hispan-
 ia & Britannia imperauit 30. p.
 Leonem vicit 30. p.
 Diocletiano ad erudiendum mis-
 sus 30. p.
 imperio potius Gallos & Germa-
 nos vicit 30. p.
 Maxentium superat. ibid. m.
 Licinium imperio exiit 30. f.
 Constantini tyranni orius & ad Im-
 perium euectio 105. m.
 Socius Honorii in Imperio ibid.
 Poloniam Gallie uenit ibid.
 Galliam subiungat 105. f.
 filium Constantem Casarem creat
 ibid.
 Inlianum F. NOBILISSIMUM
 vocat. ibid.
 vincitur una cum filio Constante
 108. f.
 Arelate obsidetur. fit sacerdos ibid.
 occiditur una cum filio ad Raven-
 nam. ibid.
 Constantinus Valentiniani pater con-
 tra Cælestium scripsit 19. f.
 Constantinus Magnus baptizari in
 Iordane voluit 120. p. 164. p.
 nauit Arianam heresin sedare
 184. m.
 Constantini Imp. vita 764. m. & de-
 incept.
 Constantinus Imp. concilium indicit
 inbet 77. m.
 Constantinus moritur imperii anno
 30. 781. m.
 testamenti tabulas Ariano reli-
 quit ibid.
 quas Constantio tradit. ibid. f.
 Constantinus imper. Arianis deditus
 787. m.
 apoplectus moritur 788. m.
 Constantius Placidiam reddere sua-
 det Adolpho 107. f.
 Constantinum tyrannum profli-
 gat 106. f.
 Consul Rauenna creatur 108. p.
 vir forma digna imperio 108. m.
 hilaris in conuiuiis 108. m.
 duxit Placidiam 111. f.
 Collega Honorii in Imperio 112. p.
 dolet se imperium adissit. ibid.
 moritur pleuritide ibid.
 pecunias ante nuptias contempsit.
 coniugatus amant opes 113. p.
 Consubstantialia 457. m.

de Con-

de Consubstantiali disputatum
 785. m. f.
 Corinium opidum Italia 638. f.
 deseriunt 639. m.
 Corinthus aëthacur dicta 868. m.
 Corn. Cinna & Marius 621. f.
 de pace concilianda agunt ibid.
 cædes ab iis facta. ibid.
 Cornelius Centurio 332. m.
 Corn. Papa ut Nouato restitit 890. f.
 Martyr. 891. p.
 Cornua Asinorum India esse medici-
 nalia 91. f.
 Corruptibile an incorruptibile 472.
 m. 474. f.
 Coryllus Paradis F. ad Helenam mis-
 sus 223. f.
 a patre occiditur. ibid.
 Crateres Antipatri filiam ducit
 388. f.
 occiditur 126. m.
 Cræsus captus 53.
 fascinator. ibid.
 liberaliter a Cyro habitus 54. m.
 Creatura reformatio illius prior quam
 formatio 303.
 Cretenses semper mendaces unde di-
 cantur 249. f.
 in Maecdoniam abeunt & Iapy-
 ges sunt 224. m.
 Cretensis puer draconem familiarem
 habet 223. p. a dracone liberatur.
 ibid.
 Critius vnus ex xxx. tyrannis 881. m.
 Crotopus filiam Psamatheam damnat
 222. m.
 ab Apolline punitur. ibid.
 Crōdōdilis Nili 820. p.
 Crocatta fera Aethiopia 91. m.
 741. m.
 vocem hominis amulatur 741. f.
 Crucis CURIST miraculum 37. p.
 naufragii tabula est. 839. f.
 Crisius Cnidius Medicus Parisata-
 dis 65. m.
 Perficarum Historiarum auctor.
 unde incipiat & ubi desinat 52. f.
 eius stylus 66. m. Historia Indica
 66. f.
 Herodotum refellit ut immanem
 52. f.
 Elogia eiusdem 66. f. σολ.
 Currentes quam ambulantes vitius
 vertiginem patiuntur 859. m.
 surgentes portus quæstantes 860. m.
 Cybele Theogeni venenum miscet
 98. p.

Cyclopes 521. f.
 Cycnus Epicum carmen 521. m.
 Cynamolgus qualis 737. f. (735. p.)
 Cynegeta venatoris apud Aethiopas
 Cynane Alexandri magni soror
 125. m.
 occiditur. ibid.
 Cynocephali 740. f. vide Kynocephali
 Cyonus Rex Troadis 225. f.
 Cycnus & Apollo 608. m.
 Cyprianus Martyr primo magus fuit
 215. f.
 fit Christianus & Ianitor templi
 216. p.
 eius vita longius descripta. ibid.
 desuper abundus ad Ethnicos rediit.
 nisi Eusebius quidam eum re-
 uocasset 216. m.
 martyrium obiit sub Diocletiano
 cum Iustina 218. p.
 Athanasio mago miraculose sub-
 uenit 217. p.
 templum ei a Rufino exstructum
 217. m.
 Cyprus insula 606. f.
 Cypria Poemata 522. p.
 Cyrillus Alexandr. 476. p. Athleta
 489. m. comunicauit cum Theod.
 Mopsuesteno Episc 482. m.
 orthodoxe sentire ab Ephraimo af-
 feritur 429.
 defenditur ab Eulogio. 446. &
 sequ.
 eius Theauri 166. f. 453. p.
 stylus eiusdem 166. f.
 Contra Nestorium scripsit 16. f.
 167.
 stylus operis 16. f.
 de unigeniti incarnatione 187. p.
 Eiusdem Epistola ad Succensum
 dua 453. p. & alia.
 hereses detestatus est 454. p.
 Cyrus Antipolitanus Iambicarum
 scriptor 876. p. eiusdem Epistola &
 Laudationes 876. p.
 Cyrus Artaxerxis frater Astyagi p-
 pinguis non fuit 53. m. laudatus
 808. f.
 Bactriani ei se dedunt. ibid.
 bellum Sacis infert. ibid.
 Cræsum vincit 53. m.
 in Derbices mouens castra vulne-
 rat 54. m.
 moritur 54. f.
 Cambysem filium natu maximum
 Regem creat 54. f.
 Cræsius Apollinis F. 231. m.

D.
 Damaeus & Sacas Eunuchi Regis
 Babilonis, Sinonida insequuntur
 131. p.
 Damas reperit eius coronam. ibid.
 occiditur a Rege 135. f.
 Damascius 372.
 vitam scripsit Isidori Philosophi
 211. f.
 impius fuit & gentilis 166. p. 212. p.
 reprehendit quoslibet 212. p.
 eius stylus durior 166. p. 212. f.
 Theoni operam dedit 213. m.
 in Geometria Marino Aethenis
 213. m.
 eiusdem Libri incredibiliū 196. p.
 Damascius 568. p.
 Damiani an Diaboli futuri 473. f.
 Damophilus seruos male accipiens
 pœnis dat 628. p. f.
 Daphnephora 522. f.
 quomodo serui solita 525. p.
 Dardanus Dardaniam colit 223. p.
 Dardanus Iouinum occidit 107. f.
 Darus Hyfluxpa F. in Cambysem cō-
 spirat 56. m.
 fit Rex hinnitū equi 56. m. 247. p.
 sepulchrum sibi adificari curat 56. m.
 Cupp. docie Satrapa belitū infert.
 item Scythiis 56. f.
 Aram Scythiarum Regi mittit &
 ab eodem accipit. moritur anno
 xlii. regis. 57. p.
 Darius capite plectitur 59. p.
 Darius bello occubuit. 623. f.
 Datis Græciam vastat 57. p.
 Decii tyranni persecutio 781.
 Decio & Valeriano Imp. quid a
 Nōnarianis gestum 890. m.
 Dedebarum amnis 744. f.
 De eo qui in Latrones incidit para-
 bola explicata 877. p.
 Defatigationis causa 880. m.
 Deiphobus contendit de nuptiis He-
 lenæ 227. f.
 Delphi Apollini sacri 802. p. Græcia
 umbilicus 659. p.
 Delta iuxta Nilum 545. p.
 Demades & Phocion Antipatri cari
 845. p.
 Demosthenem accusat 815. m.
 Demades Orator singularis est 124.
 Demetrius Episc. Alexandr. Origeni
 carus 160. p.
 Demetrii martyrium 783. m. eius
 templum 764. m.

Bb

Demo-

I N D E X.

Demetrius Magnus (sed ex Plutarcho lege Magnus) 806.p.
Demetrius Phalerius 804.p.
 eleganti corporis specie 648.m.
 formam habuit imperio dignam, ibid.
 eius naues quante 648.f. 649.p.
Democles filium amittit 227.p.
Democides Medicus 813.f.
Democritus Philosophus 881.m.
Demosthenes Princeps x. Græciæ oratorum 799. & sequ. parentes eius 802.f.
 an Isocratis auditor de mercede stipulatus 799.m. 802.f.
 Battalus cur dicitur 806.f. 807.p.
 Orationes eius quot legitima 799.f. 800.p.m.f. 801.p.
 Dicendi Character, ibid.
 De Halonese an Hegesippi oratio, ibid.m.
 oratio de federe cum Alexandro an Hyperidis, ibid.m.
 dua in Aristogionem an speria, ibid.m.
 De falsa obita legatione 801.p.
 que illi cum Lysia & Isocrate communita 801.m.
 Contra Neeram an Demosthenis oratio 801.f.
 Item amatoria & funebria laudatio, ibid.
 Nasus xxiv. annos quas habuerit orationes 802.p.
 Contra Leptinem exordium quale Longino, ibid. & de ea Aristidis 685.m.
 In Midiam oratio, ibid. & 871.m.
 Olympiaca qua Demosthenis astate habita, ibid.m.
 Isai discipulus 802.f.
 Thucydides amulus, ibid.
 Tutores adolescens arcessit, ibid.
 Choragus fit, ibid.f. & 803.p.
 Exercitationes dicendi: In antro antonso capite 803.p.
 Fluctibus se dicendo obiecit ne plebis tumultum metueret, ibid.m.
 Longis periodis ut affluerit ib.m.
 Ad Remp. accedit, ibid.m.
 Legationis obiit 803.f.
 Actionis pronuntiationi quantum tribuerit 803.f. 804.p.
 In Dialecticis illi Præceptor Eubulides, ibid.p.
 Philippi de stylo eius iudicium 804.p.
 Insurandam eius a Comicis reprehensam, ibid.

Demosthenes & Isocratis styli comparatio, ibid.m.
Demosthenis ad Philippum Legatio 643.f. & 644.
 quantum ei Philippus detulerit, ibid.
 filia amissa coronatus & alba veste in publicum prodit 643.p.
 reprehendit factum id Aeschines, ibid.
 Philippo extincto letatur, ib.m.
 Argentaniam pati cur dicitur 643.f. 644.p.
 ostendit quam difficile ac periculosum Rempubl. gerere, ibid.p.
 Aeschines aduersarum in exilium abeuntem pecunia donat 804.p.
 prælio Charonensi fugit, ibid.f.
 fugiens dicitur in boæ viuum cape 804.f. Clypeus eiusdem, ibid.
 Prælio casus pro concione laudat, ibid.f.
 Corona cur donatus, ibid.
 Pro Ctesiphonte contra Aeschinem orat. 805.
 ab Harpalo dono corruptus, ibid. & 643.f.
 eius criminis accusatus, ibid. Demades accusator 615.m.
 obitus per Antipatrum 805.m.
 In exilium proficiscitur 124.m. 873.m.
 In Calauria perit 805.f.
 fatus eius inscriptum Epigramma 806.p.
 Mortis genus, ibid.p.
 Liberi eius, ibid.m.
 De Asini umbra lepida fabula, ibid.
Demosthenes de Attico 725.m. de Olyntho 726.m. eius laus 710.f.
 In Demosthenem Himerii Declamatio 575.f.
Demosthenes alter, præfectus Atheniensis tempore Chrysostrami 138.f.
Denarius numerus 241.p.
Derbicum Rex Amoreus cum Perseis & Sæcis pugnans, moritur cum duobus filiis 74.m.
Dercyllis nobilis cum Dinia consuetudinem habet 185.p.
 à Paasio Aegypto mala perfert, ibid.m. Rhodum abducta cum fratre Mantinia 185.m.
 apud Cimærios inferos spectant, ibid.

à Myrto pedisequa mortua instruit, ibid.
 venit ad sepulchrum Sirenes, ibid.
 in Sicilia dicitur captiva 186.m.
 Mantiniam fratrem reperit in Sicilia, ibid.
 Consulit oraculum cum fratre Mantinia, ibid.
 responsa ab oraculo accipiunt mortuos diu, nocturno victuros, ibid.
 in Dextram quam laenam verti melius est 860.p.
Dextrum in calceo, lanam in podopnipro Adag. 872.
Deua populi hospitalis 744.m.
De vsu S. Scripturae interdum pro Aduersario 461.m.
Devs vnus & trinus 455.m.
 non negat seipsum 302.p.
Dexippus scripsit gesta post Alexandrum M. 115.m.
 Eiusdem Historica Epitome usq. ad Claudium Cæsarem, ibid.
 Eiusdem Scythica, ibid.
 stylo Thucydidi similis 125.f.
Diabolus unde dicitur 877.m.
 Tigridi comparatur à Job. 886.f.
 vltor & vindex Dei 887.p.
 Serpens cur dicitur & tortuosus 855.f.
Diadochus Photicæ Episc. 469.m.
 eius Definitiones 269.f.
Dialectica & Rhetorica confertur 677.p.
Dicæus Neptuni F. Hercules hospitio excipit 221.m.
Distamus 353.m.
Dicitur Cicero impense delectatus 644.m.
Didymi Adagiorum seu Proverborum lib. XIII. 865.m.
Didymus in Proverbia 872.p.
 Carnifex, unde dicitur 872.p.
Dii viales 614.p. maiores duodecim 706.p.
Dinarchus Corinthius 225.f.
Dinarchus vnus in x. Græciæ oratoribus 808.f.
 Demostheni similis, ibid. & 809.p.
 Parentes, ibid.
 Theophrasti auditor, ibid.
 Cassandro familiaris, ibid.
 exulat, reditque Theophrasti operas, ibid.
 Eiusdem orationes 801.m.
Dinia cum filio Demochare peregrinatur in Scythia 185.p.

ad

I N D E X.

ad ins. Thalem perueniunt, ibid.
 cum Dercyllide consuetudinem habet, ibid.
 ab Arcadū Remp. vocatur 185.f.
Diocletianus Africanus, Aegyptum & Bithyniam rexit 30.p. persecutionem instituit 764.m.
Diodorus Tarsensis excommunicatus 6.p.
 contra fatum scripsit 342.f.
 in stylo qualis, ibid.
 eiusdem Liber de S. Spiritu. 150.p.
 contra Manichæos scripsit 117.f.
Diodori Lexicon 170.p.
Diodori Siculi Historia: quid scripsit, unde inceperit eiusque stylus 51.m.
 triginta annos historia impendit 51.f.
 fabulosus circa Deos & Heroas 51.m.
 Eclogæ eiusdem 615.m.
Diomedes Stenelo iunior 867.f.
Diomedes Palladium rapit 228.f.
Dionysii Aegæi Dialectica 217.f. 278.p.
Dionysius Alexandr. Episc. 476.p.f.
Dionysii Areopagita opera esse germana 1.p.
 Apostolorum equalis, ibid.
 Pauli discipulus 469.m.
Dionysii Halicarnassæi historia unde incipiat, ubi desinat 116.f.
 floruit tempore Augusti 117.p.
 eius stylus, ibid.
 Lexicon dictionum Atticarum 170.m.
 eiusdem Historia Synopsis seuerior est caretque verborum incunditate 117.m.
 eius locus citatus 869.p.
Dionysius iv. Tyrannus Heraclea in fratrem pius fuit 367.f.
 aduersam fortunam industria superat 368.p.
 Perdica petita non concedit, ibid.
 duxit Amastrin Oxatbra filiam 368.m.
Dionysii Siculi supelletilium coëmit, ibid.
 tyranni nomen exosus 369.p.
 cognomen benigni adeptus, ibid.
 Tutores eius liberorum, ibid.
Dionysius Sicilia tyrannus 866.p. 870.m.
 Tragedias scripsit cum Antiphonte oratore 792.m.
Dio Cassius unde inceperit 52.p.
 Consul Roma cū Alexandro 52.p.

Smyrna præfectus fit, Pannoniam cum administrat, ibid.
 stylus eiusdem 52.m.
Dionis Chrysostrami orationes recensentur, & argumenta singularum 273.p. 274. 275. 276. 277.
 quando vigerit 273.p.
 moribus seuerus, ibid.
 corpore gracilis, ibid.
 Chrysostramus cur dicitur, ibid.
 stylus & ratio scribendi, ibid.
Dion Syracusanus tyrannidem Dionysii exegit 130.p.
Dioscoridis libri de materia medica 208.f.
 hunc imitati qui post de medicamentis scripserunt, ibid.
 Anazarbiensis fuit 208.f.
 Discendi partes tres 715.f.
Dithyrambus 522.f. 523.p. & f.
Dithyrambi & Nomi comparatio 523.f.
Dithyrambicū genus Poetarū 541.p.
 Diuinitas ad quam medicina pertinet 542.p.
 de illa Apollonius scripsit, ibid.
 Diuinationem è nubibus Anthusa mulier inuenit 554.p.
 Diuinitas ineffabilis indiuisa 456.f.
 Diuisio in disputando necessaria 684.m.
Dobbius Gothus Adalphum in stabulo occidit 109.p.
Docilitas 715.f.
Dodonæum oraculum 527.m.
Dogmaticus Medicus 182.p.
Dolus in bello 674.p.
Domini ac serui 819.p.m.
Dominicus dies octauus 474.p.
Dominic⁹ dies Resurrectionis 476.m.
Domitianus Imper. liberaliter habet Iosephum 99.f. eius edicta 139.f.
Domitianus Melitenensis Episc. 859.m.
Domna Isidori Philos. uxor. 573.p.
Donatus Orator ad Humnos missus 107.m.
Dorienfes ab Althamene Origenem ducunt 234.f.
Dorothei Lexicon 171.p.
Dorus Philosophus 561.p.
Dorilus Dux Mithridatis 379.m.
Dositheus equalis Simonis Magi, Samaritanus 466.f.
 idem in Iudam Patriarcham iniquus, ibid.
 & octo libris Moysi infestus, ibid.

Dorianus Episc. in Byzacena proniticia 19.m.
Draconis cuiusdam acutus visus 246.m.
Lapilli in capite apud Indos 332.f.
Dromo serui apud Comicos nomen 870.m.

E.

Eas, ver, unde 875.m.
Echinus terrestris 862.f.
 corium vrina corrumpit, ibid.
Euxin⁹ 870.f.
Eis xxi⁹ 870.f.
Euxino unde derivatum 868.m.
Elogia nomen unde 522.p.
Elephantorum copia in regione Auen. 3.p.
Elephantus ut capiatur 717.p. 735.m.
 quam longam 541.f. ubi signatur 722.m.
 eis aduersantur Rhinoceroses 740.p.
Elephantis vestientes apud Aethiopas 735.p. & deinceps 738.f.
Elephantus in bello qui vsi 717.p.
Elias & Eliseus Iordanem siccis pedibus transeunt 501.m.
Elisei in sepulcro Latrunculi reuixerunt 889.m.
Eliogabalus Sardanapal. dicitur 52.p.
Elyx quid Homero 868.p.
Eloquencia cum virtute coniuncta 690.p.
Elpidius, Arfaci, Aricus in B. Chrysostromum sententia dixerunt 27.f.
Elysi campi beatorum credita sedes 647.f.
Emesa vrbs 568.f.
Empiricus Medicus 182.p.
Empirica carmina 526.p.
Encomia 522.f.
Enna Sicilia vrbs à seruis tumultu tribu capta 628.m.
 à Rutilio Rom. recepta 630.m.
Enoch & Elias 417.f.
Endymeon in Aetolia nauigat 221.p.
Ephesi aduena 620.p.
Ephorus Cinnæus Isocratis discipulus 793.m.
Ephorus Philistum laudat 643.m.
Ephraem Theopolitani orationes variae 403.p.
Comes Orientis, ibid.
 orthodoxus fuit, ibid.
 librorum eius plurimorum argumenta 405. 406. & sequ.
 Bb 2 B. Ephraem

I N D E X.

B. Ebraeum Homilia 364. m.
 stylus eiusdem 265. p.
 Ephra urbs 602. f.
 Epicedia 522. f. & 524. m.
 Epicharmus poeta Siculus 867. p.
 Dorica usus dialecto 871. f.
 Epicratida calcet qui 525. m.
 in Epicurum Declamatio Himerii
 ut providentiam negantem 578. m.
 Epicum carmen unde 521. m.
 Epiticius Verina Imperatricis do-
 mesticus Hillo cedem parat 103. m.
 Epiticii versus 522. f. 524. p.
 Epiphanius Episc. 477. m.
 a Theophilo in Chrysofomum in-
 citatur 144. m.
 ordinem Ecclesiarum ibid.
 non consentit in condemnationem
 Chrysofomi, ibid.
 eiusdem Epiphani Panaria unde
 incipiant, & ubi desinant 162. m.
 stylus simplex & parum firmus,
 ibid.
 Epirus quae dicta 873. p.
 Episcopi, Archiepiscopi: quare Pa-
 triarchae.
 Epistolica Carmina 526. p.
 Epistola ad Hebraeos an Pauli quae-
 situm 477. m.
 Epirus, unde deductum 869. m.
 Epithalamia 522. f. 524. m.
 Epithalamium Senere 596. m. &
 sequ.
 Equi pullus saltu gaudet prouerbii
 specie 468. f.
 Eranistes liber, seu Multiformis 15. p.
 Ermenarchus Asparis F. cedem effu-
 git 102. p.
 Ermesianax al. Ermesius Naxius
 Athenas laudat 725. m.
 Erymanthus à Venere excocatus
 23. f.
 Erythraeum mare 717. p. 724. & dein-
 cept unde sic dictum, ibid. f. & 718.
 Esau posteri an Isauri 102. p. & f.
 Es: μακρὰν, Adag. 875. p.
 Es: μακρὰν, ad Cornus Prou. 875. p.
 Esseni apud Indos vitam agunt con-
 templatricem 150. m. & 700.
 Etesia quando spirent 716. f.
 Euagoras Rex Salaminis Cypria 66.
 f. 202. f.
 Isocratis familiaris 794. m.
 Euagrus historia Eccles. inchoatur à
 sine Socratis 8. p.

natus in Coele Syria, ibid.
 eius stylus, ibid.
 ceteros doctrina veritate vincit,
 ibid.
 Euagrius Constantinus Episc. 790. f.
 Eubulides Dialecticus 804. p.
 Eucherius Stelichonis F. bello caesus
 105. p.
 Euclerus oculo captus liberatur preci-
 bus Chrysofomi 139. f.
 Eudocia Augusta Metaphrasis oita-
 teuchi carmine 215. p.
 eius stylus non liber, sed inhaerens
 verbis, ibid.
 Metaphrasis eiusdem in Zacha-
 riam & Danielē Prophetas 215. m.
 Laudes Cypriani, ibid.
 Eudoxia similitatem habet cum Chry-
 sofomo 142. f. 144. p.
 clauduntur ei templi portae 144. p.
 commota ob statuam suam contu-
 meliose habitam 145. p.
 Eudoxius Constant. falsus Episc. 787. f.
 eius vox ridicula 788. p.
 Persecutio & vitio 790. m.
 Eulogius Alex. andr. Episcop. 401. p.
 469. m.
 contra Nauatum scripsit 215. m.
 272. f.
 stylus eius mediocris, ibid.
 Contra Severum & Timotheum
 394. f.
 Contra Theodosium Acephalum
 400. p.
 inuictiua in Cainitas 401. p.
 Ad Domitianum Episc. 859. m.
 quid de Baptismo Ioannes senserit
 aliter, atq. SS. Patres 879. p.
 Marciano imperate floruit 467. p.
 Eumenes bellam gerit cum Neopto-
 lemo 126. p.
 vincit Craterum, ibid.
 mouet contra Macedonas, ibid.
 rebus aduersis clarior 647. p.
 Ariobarxani Amasrin tradit
 373. m.
 Eumenide dictae graues Deae 864. m.
 Euanapii Chronica unde incipiant &
 ubi desinant 99. f.
 impiospios uellicat 100. p.
 eius stylus, ibid.
 Iulianum Apostata laudat 100. p.
 Christianos primo tomo ridet
 100. m. (ibid.)
 secunda editione idem renocat 100.
 Euanous Rhetor 556. p.
 Euanomus Citharædus 221. m.

vicit aduersarium aditus à Ci-
 cada, ibid. 707.
 Euanuchi 541. m.
 Euanouia Atticis uisitata 875. p.
 Euphorion poeta 867. p. 870. p.
 eius locus 871. p.
 Euphrates Fl. 528. m.
 Euphrates & Tigris in suam efficiunt,
 ubi sanum Veneris 123. p.
 Euphrates Veneris sacerdos, ibid.
 eius frater Tigris & soror Meso-
 potamia, ibid.
 Euphrasius Antiochia Episc. contra
 Acephalos scripsit 469. m.
 Euphrasius Magistriani ad Valium
 orator mittitur 110. f.
 Europa Phœnicis F. 226. f.
 à Ioue corrupta 229. p.
 Europa Imperii diuisio mortuo Ale-
 xandro 116. p. 124. p.
 Eurydice Aridas uxor Rempub. cu-
 rat 126. f.
 Antipatro negotium facessit 127. p.
 Euripidi locus 543. m. 709. 722. p.
 Eusebius Attali prepositus cubiculi
 106. m.
 occiditur festibus ab Alouicho, ib.
 Eusebius Cyrii Episcop. occisus 36. p.
 Eusebius Doryles Episc. 5. f.
 Eusebii Episc. Thessalonica liber con-
 tra Andream inclusum 178. m.
 stylus eius simplex 181. m.
 resellit Andream pluribus, Corru-
 ptibilis nomen pluribus posse acco-
 modari 180.
 Eusebius Nicomediensis Arium in-
 uit 779. & sequ. & 784. m.
 à Philostorgio laudatur 10. m.
 Magnus ab eo appellatur, ibid.
 Eusebius Pamphili 477. m.
 eius liber de preparatione Euan-
 gelica 4. f.
 de Demonstratione Euangelica 5. p.
 alia eius opera, ibid.
 Refutatio Hieroclis de Apollonio
 Tyaneo 10. f.
 eius de blasphemia 5. m. stylus 5. m.
 eius liber de vita Constantini eius-
 que stylus 164. p. (164. m.)
 in eo opere defendit Arianismum
 Constantini M. temporibus floruit
 5. m.
 unde Pamphili dictus 5. m.
 Eiusdem historia Ecclesiastica 7. f.
 defendit Originem 159. f.
 nusquam meminit scriptorum Dio-
 nysii Magni 1. m.

Euse-

I N D E X.

Eusebii Sophista Declamationes
 166. m.
 Eusebius Valentinopolitanus Episc.
 accusat Antemium Ephesum Episc.
 182. p.
 Eusebius Antiochenus Patriarcha
 475. m.
 ab Ariamio male tractatus 164. f.
 Eustratii Presbyteri Tractatus de vi-
 ta sancti 199. p.
 stylus puerilis, ibid.
 Euthymius, Eusebius, Ammonius
 Anachoreta longi appellati 143. m.
 fugiunt in eremum & veniunt
 Constantinopolim 143. f.
 accusant Theophilum apud Chry-
 sof. ibid.
 accusantur falso, ibid.
 Eurapius ad aram prostratus 141. m.
 Exules Heracleam redeunt 371. f.

F.

Fabulae delectant 721. f.
 Facere an dicere praestet 683. m.
 Fadus procurator Iudaeae 518. m.
 Fames Hierosolymitana 15. f.
 fatum quid sit, & unde dependeat
 283.
 Hieroclis de eo Tractatus 283. &
 284. 252. m.
 Fannus Aboriginum Rex 23. m.
 ei succedit Aeneas 23. f.
 Federati dicti milites qui ex diuersis
 nationibus constati sunt 105. p.
 Felix Pontifex Liberio successit 787. f.
 oculis priuatur 787. f.
 peste exstinguitur, ibid.
 Felix procurator Iudaeae Drusillam
 Agrippa filiam ducit 518. m.
 Femina quinque in & terminata
 874. m.
 quo modo obliquos formet 874. m.
 Femora descendentes, tibia ascen-
 dentes magis defatigantur
 860. m.
 Ferrum vibrarum 745. p.
 auro permittatur apud Aethiops,
 ibid.
 Fidei praestantia 840. p.
 Figuris orationum quomodo viten-
 dum 521. p.
 FILII DEI Hypostasi 459. p.
 per Filium Dei omnia facta, quomo-
 do intelligendum 300. p.
 Filius Dei creator & index 316. &
 311. ei cur Pater praepatur &
 deum S. Spiritus sequatur 312.

Fili prodigi in Euangelio parabola
 explicatur 329. m. 817. m.
 Fimbria Dux Rom. Sulla bello Mi-
 thridatico sufficitur 379. f.
 in milites mitis, ibid.
 Mithridatem strategamare supe-
 rat 380. p.
 eius milites ad Mithridatē trans-
 fugere volunt 382. m.
 Flabella alarum vsui in sacris myste-
 riis 314. m.
 Flavianus Episc. innocens in 4. Syno-
 do declaratus 5. f.
 eius fides in Chalcedonensi Synodo
 460. f.
 Flos in India purpuram tingens
 70. m.
 Flunius mellifer apud Indos 69. p. an-
 rifer 744. f.
 Flunius utaq. in India succinum
 ferens 70. p.
 Fodina smaragdorum in Thebaide
 112. f.
 fons aurifer 67.
 Fons in India, cuius aqua intrantes
 ei aculatur 93. p.
 Fons in regione Cyoniorum oleum fe-
 rens, ibid.
 Fons in regione Metadride nocte
 media est uans 93. f.
 Fons in India qui omnes confiteri co-
 git crimina 69. p.
 forma imperio digna 108. m. 648. m.
 Formicoleones apud Trogloditas
 739. f.
 Fortunata Arabia insula 747. m.

G.

Gades inf. 535. m. 603. p. Graecos
 se perhibent 536. p.
 Gaira restitit Ioann. Chrysofomus
 141. f.
 Galatae depopulantur Heracleam
 376. p. & f.
 obsident Heracleam 378. m.
 ab Heracleensibus profugantur,
 ibid.
 eorum mos bellum mouendi, ibi-
 dem.
 Mithridatem vexant 376. m.
 Galenus de sectis Medicorum 181. f.
 is liber alitis omnibus eius antepo-
 nendus 182. m.
 Dioscoride in Metallicis copiosior
 208. f.
 eius stylus plerumq. obscurus atq.

in libro de sectis uenustus 182. m.
 Gallina cum parit festucam iacit
 863. p.
 Gallus albus oblatu cui obesse credi-
 tur 649. f.
 Galli, uide Galatae: in Asiam irrum-
 punt 374. m.
 cum Nicomede societatem ine-
 unt, ibid.
 commodo suere Asianis, ibid.
 Nicomedi Regi suspectus ferunt
 374. f.
 Galatiam occupant, ibid.
 urbes condunt, ibid.
 Gamaliel baptizatus fuit 199. m.
 apparet Luciano Presbyt. 200. p.
 corpus suum è loco obscuro tolli in-
 bet, ibid.
 eius filius Abibo ab Apostolis ba-
 ptizatus 199. f.
 Gaudia caeli oculus non uidit nec au-
 ris audivit 472. p.
 Garmus Babylonia Rex captus amo-
 re Sironidis 130. f.
 occidi iubet Dacam 135. item Sa-
 cam, ibid.
 Gelasii Caesarea Palestina opus conti-
 nens gesta Nicene Synodi 119. p.
 stylus humilis, ibid.
 eius Additamenta ad historiam
 Eusebii 120. m.
 Historiam unde incipiat, ubi fini-
 at 120. p.
 quando floruerit, ibid.
 resellit Anomaeos 150. p. eius stylus,
 ibid.
 Auunculum habuit Cyrillum
 Hieros. 120. m.
 Gelasius tres Episcopi Caesarea Palesti-
 nae, ibid.
 Gelon Sicilia tyrannus 231. f.
 à Stesichoro taxatur 232. p.
 Geneblaca 352. p.
 eorum refutatio 353. 354. 355.
 356. 357. 358. 359. 3561. & sequ.
 Gens quaedam barbara nuda, nigra
 & breuissima, hominum conspe-
 ctum fugiens 3. m.
 Gentes de Moysse falsa narrant 621. m.
 Georgica Poemata 526. p.
 Georgius pulso Athanasio sedem per-
 vim occupat 784. f. 786. f.
 tumultum Alexandria quomodo
 concitari 788. m.
 paenas dat, ibid.
 Georgius Laodicensis contra Mami-
 chos scripsit 117. f.

Bb 3

Ger-

I N D E X.

Germanus Patriarcha C.P. pro Gregorii Nysseni scriptis 478. p. eius stylus qualis, ibid. m.

Geronius belli Dux filium Maximum Casarem renunciat 106. p. fugit ab Vphila 107. p. peccatur in iudiciis suorum, ibid. ignis adibus eius iniectus, ibid. Alanum & uxorem occidit, seipsum necat, ibid. eius filius Maximus ad barbaros confugit, ibid.

Geronius Abbas scripsit contra Lampetium Messalianum 18. p.

Geryonia arbores 536. p.

Gefius 573. p.

Gestas Florus Indos vexat 98. f.

Geia serui apud Comicos nomine 870. m. Gigantes in terra, 473. f.

Gigantum pugna cum Diis an fide digna 537. p.

Gigas Aseus, quem Iupiter domuit 568. p.

Glycerius Imper. tondetur, fit Episc. Portuensis 101. m.

Γλωσσολογίων unde 861. f.

Gnomologicum carmen 526. p.

Gnostus urbs Creta 221. m.

γυαλί σαύλον nosce te ipsum 715. m. ex tripode Apollinis pronuntiatum, ibid.

Gordianus Imp. creatur 149. p. laqueo se suspendit 149. m.

Gorgias Leoninus Sophista 792. m. 793. f.

Gorgonias herba 554. p.

Gorgone apud Hesiodum 721. p.

Gothi à Vandalis Trulli appellantur, & quare 110. m.

Gratianus Imp. interfecit 105. f.

Græcarum literarum nomina non inflecti 869. p.

Græcia certamina quatuor 872. p.

Græcia ciuitates duo lumina 725. p.

Græci barbaris meliores 716. p.

Cyprum occupant 202. f.

Gregorius Nazianzenus 469. m. eius de Trinitate sententia 457. p. 459. m. eiusdem locus 469. m.

Gregorius Nyssenus 469. m. eius defensio per Germanum Patriarcham 478. p. pro Basilio fratris scriptis 4. p. eius stylus 4. p. m.

Theodoro Antiocheno venustate antecessit 4. m.

Gregorii Rom. Pont. vita 759. m.

Gryphus in India aurum custodientes 69. p. 533. f. 537. f. 542. m.

Gustatus munia 713. m.

Gygis annulus Prover. 532. f.

Gymnastus, Eudamon, Onesimus Chrysofomum accusarunt 27. f.

Gymnasticis se exercentes citius sudant 863. m.

Gymnosophista Indorum viuos se comburunt 122. σχολ.

H.

Hadriani Imperatoris Declamationes 149.

HÆRESIS: vide Heretici.

Hæresis Acephalorum 468. f.

Hereticis dogmata varia 206.

Heretici S. Scripturas deprauant 395. m.

Cauponum similes qui vinum amant misceri 479. m.

eorum discordia inter ipsos maxima 463. f. 464. p.

HÆRETICI.

Acephali vnus persona diuisionem damnant 397. p.

Adelphius damnatur Synodo 3. E- piphania 18. m.

phœnicens non recipitur à Synodo 17. m.

Actius deponitur ministerio 11. m.

Andreas Monachus Aphibartodoro- reta 178. f.

Anthropomorphita Aegyptum tur- bant. 143. m.

Anomoei, contra quos scripsit Gela- sius 119. f.

Arius damnatur in Synodo Nicæna 119. m.

conatur impetrare admissionem, ibid.

moritur in latrinis publicis, ibi- dem.

eius vindicta 781. f.

Artemon à Caio Presb. taxatur, 18. f.

Caiani, Gnostici ab Irenæo taxan- tur 161. f.

Conon & Iustinus Trithemite 6. f.

Diocoriani resuscitantur 138.

Eunomius hereticus 3. f.

eius libellus de doctrina sua occul- tatus à suis 167. p.

Eiusdem refutatio Basilii Magni. quod opus ipse pressit 167. p.

eo mortuo edidit opus, ibi- dem.

à Gregorio Nysseno, & Sophronio resellunt, ibid.

eius stylus ineptus, nec quicquam continet decori 167. m.

eius Epistola 168. p.

Eusebius Nicomediensis Ario fauet 119. m.

laudatus à Philostorgio cur 11. m.

Eutocius presb. Ario fauet 119. m.

Eutycho hereticus 399. p.

Eutychoes & Dioscoris & Nestorius in 4. Synodo damnati 5. f.

Hæstianus Paulus & Stephanus 6. f.

Lampetius sacrilegus & eius crimi- na 18. f.

sacerdotio mouetur 19. p. eius scri- pta 19. p.

Macedonius hereticus 773. m.

Messaliani, siue Euchæta siue Adel- phiani 17. m.

Monothelitarum sectarii damnati 6. m.

Nestorius duas naturas diuisus exco- gitauit 415. m.

excommunicatur à concilio 436. p.

Noëitiani ab Irenæo reselluntur 161. f.

idem cum Sabellianis 161. σχολ.

Nonatus ab Ecclesia se abscindit 213. f.

refellitur ab Eulogio 214. p.

eius Commentariis friuolis & filli, ibid.

Nonatians dictus 213. f.

Roma Archidiaconus fuit & Pon- tificatus ei oblatas 214. p.

à Corn. Papa presbyt. ordinatur, ibid.

Pelagiani & Celestiani Carthagine damnantur 19. f.

Pelagii & Nestorii idem dogma 20. m.

damnatur Pelagiani Synodo Dio- spolitana 20. f.

Petrus fullo 137. f.

Petrus Hereticus patriarcha Antio- chenus 11. f.

Orientem turbat 103. m.

Proclus Montanista asserit tredecim tantum epistolas esse B. Pauli 6. f.

Quaradecimani 157. m.

Sabellius Afer 813. f.

Sabbas & Eusebius, Dadoes & Si- meon heretici Adelphiani 17. f.

Sen-

Seuerus & Timotheus heretici 399. f.

Seuerus à Theodoro Alexandr. per- stringitur 154. m.

Theodosius Acephalus 400. p.

Theopascchia 429. p.

Theopascchia fuit Themistius 154. p.

Zenobius Acephalus ab Ecclesia se legregat 405. m.

Harpalus Alexandrum compilauit 122. f. 809. p.

Athenis fugit, ibid. occiditur à Thibrone 124. f.

Harpallus furum Athenis defensum. 873. m.

Ariopagita 873. m. 874. m.

Hecateus Milesius qua lib. 14. de Iu- dais scripsit 621. m.

Hegemonius contra Manetem scri- psit 117. f.

Hegesius historicus qualis 724. m.

Hegesias Salaminus Poeta 522. p.

Hegesippus lib. 5. πικρῶν μῦθων quid sen- serit 472. p.

Helena excogitauit sortitionem digi- tis 347. f.

à Ioue amatur, ibid.

à Paride in monte Ida inuenta, ibid.

Iuno ei zonam dedit, ibid.

unde Helena dicta 348. p.

filiam ex Paride sustulit, ibid.

alia Helena nomine, ibid.

à Stesichoro laudata ei oculos re- stituit 222. p.

Helenus contendit cum Deiphobo su- per nuptias Helena 227. f.

indicat Græcis Troia ligneo equo capiendam, ibid.

Heliodori Ethiopica 94. p.

eius stylus, ibid.

Episcopatum mortis, quod ἐπιτομὴν suppresserit nolle 96. σχολ.

Erotica eius laudantur 130. m.

Helion Valentinianum quinquen- nem veste Casarea induit 115. p.

Helladii Lexicon 169. p. eius stylus, ibid.

Aegyptius fuit 875. f.

floruit Licinii & Maximini tem- poribus, aliæque multa scripsit, ib. & 876. p.

Helieborus in Anticyra 873. p. eius v- sus 560. p.

Hephestion moritur 122. f.

Heracis morbus eiusque curatio 616. p.

I N D E X.

Androgino: seu Hermaphroditus fit 616. m.

Diophanti nomen accepit 617. p.

Heracleota cum Rom. societatem in- eunt 377. m.

à Galatis infestantur 378. m.

Galatas cadunt, ibid.

Romanos bello iuuant 378. f.

Chios in libertatem vindicat 379.

Mithridati auxilium pollicentur 381. f.

inedia laborant 388. p.

obidentur à Costa 386. & 387.

Nicomedem Regem iuuant 373. m. 374. p.

caduntur à Bithynis 373. m.

tyrannos exosi 371. p.

à Zipate Bithyno infestantur, ib.

Heraclea proditur Romanis à Con- nacorige 388. p.

Heracleensibus agri restituuntur 393. f.

Heracianus Chalcedonensis Episc. 469. f.

contra Manichæos scripsit 117. m.

469. f. stylus Atticus 117. m.

Heracidas Nyss. Episc. contra Mes- salianos 18. m.

Heracides Ephes. Episc. damnatur à Macario Magnetum Episcopo 25. m.

à Theophilo submonetur 14. m.

Heraclicus Tyrannus Heracleæ 370. m.

ab Heraacleensibus in custodiam conicitur 371. m.

Herba Sydaicum, Sydaicæ 869. p.

Hercules Geryonem superauit 220. f.

Locrum incautum occidit, ibid.

apud Lindios bonem agricola mactat 222. f.

Syleum Neptuni filium interfecit 221. m.

sibi necem parat 222. p. eius Colu- mna 603. m.

ei mortuo templum ab Athenien- sibus positum 654. p.

Hercules duo Aegyptius & Theba- nus 536. p.

ab Indis coluntur, ibid. m.

Hermaphroditus in Epidaurò, qui Callon ex Callo dictus 617. f.

Hermesiana: Minervam laudans 725. m.

Hermarum Athenis destructio 795. m.

Hermias 554. f.

Hermias Hermopolitanus 876. p.

Hermias Socomenus scriptor Eccles. 8. m.

Constantinopoli ius dixit, ibi- dem.

Socrate in stylo prestantior, ibi- dem.

ab eodem in narrando aliquando assensit, ibid.

Hermias seruus Atarnensibus impe- ranti 866. p.

Herodes Magnus templum dirutum restaurauit 512. f.

quantum temporis & sumptum im- penderit 513. p.

quantum impenderit in sacrificiis diei dedicationis, ibid.

filius fuit Idumæi Antipatri 513. m.

eius tempore natus CHRISTVS, ibid.

infantes occidit, ibid.

eius vxor Mariamne duos ei libe- ros peperit, ibid.

filium Antipatrum occidit 513. f.

ad Alalchum auxilii gratia con- fugit 515. f.

ab Antonio & Augusto Indæ Rex constitutus 516. p.

Antigonum prostigat, ibid.

Anticanum occidit 98. f. 516. m.

amicis pontificatum dedit Indæo- rum 98. f.

moritur morbis variis 513. f.

Archelaum F. successorem relin- quit, ibid.

Herodes Herodis Magni F. adama- nit Herodiadem 516. f.

Ioann. Baptistam occidit 517. p.

Herodianus unde incipiat 148. p.

eius stylus perspicuus 149. m.

Herodoti Halicarnassæ opera & sty- lus 28. m.

unde historiam incepit & ubi reliquerit 28. m.

Herodotus cur nomen uxoris Can- dantia non ponat 230. p.

Herodotus cur anguem veteris conse- crarint 552. f.

Hesiodus Epicus 521. m.

Hesiodi locus 674. f. 875. f. 695. f.

Hesychius Hierosolym. Presb. in Iaco- bum fratrem Domini 833. m.

item in Dauidæ Psalmographi, ib.

& in B. Thomæ Apost. 811. m.

Hesychius presb. Constantinop. in a- neum serpentem Moyses scripsit 17. p. eius stylus, ibid.

Hesychius

I N D E X.

Hesychii Illustrii omnigena Historia 30. m.
unde incipiat, quid narret, ubi desinat 51. p.
eius Stylus 50. f.
Hierms Cestus alius temporibus in regione Aue quam apud alios gentes 3. p.
Hierax Alexandr. 555. f.
Hierius Plutarchi E. 556. m.
Hierocles 551. m.
de Providentia 283. 749. m.
de Fato 283. p.
In Platonis Gorgiam scripsit 551. f.
Hieronimus Presb. Pelagianus damnat 29. p.
Hierosolyma excidium qua signa praeserunt 15. m.
Hierosolyma seditione & intestino bello eversa 15. p.
Hilarus Philosophus 570. f.
Hilvus ad Zenonem transfugit 103. p.
eum ad imperium promovere contendit, ibid.
petitur insidiis 103. m.
rebellantes denunciat 103. f.
Zeno in eum odium concipit, ibid.
Hilophagi feminis vescuntur 73. 4. m.
Himerii Polemarchia oratio seu militaris 561. p. & sequ.
Himerii Sophista Declamationes iudiciales & suavioria 182. f. 574. p. & deinceps.
eiusdem dialogus 598. m.
stylus instar Demosthenici 182. f. eius vita 183.
Varia orationes variis argumentis 183. p.
earum stylus 184. f.
floruit tempore Iuliani Apostatae, ibid.
in Christianos inuictus, ibid.
eius in Severum Epithalamium 596. m.
Hippocratei prator Athenis non medicus 792. m.
Hippolytus 477. m.
libellus contra hereses 161. f.
sylo clarus & grauis 162. p.
dogmata eius perueria 162. p.
Originem hortatus est ut in S. Scripturam commentaretur, ibid.
Hippolyti Martyris interpretatio Danielis & homilia de Christo & Antichristo 270. f.
Hippomanus in equa 862. f.

prodest multis, ibid.
Hipponax Ephesus Poeta 522. m.
Hippotes de castris Heraclidarum recessit 224. f.
Hippopotamus 557. f. & 670. l.
Holopernes 624. p.
Homerus Epicorum Princeps 521. m.
Tragicus 687. p. eius fama 610. m.
Iliada abunde transcripsit 251. p.
Patrocleum equitem, Vlysem Ountin vocat 244. impius celebrat 342. p.
Homero ἄνων quid 866. f.
eius locus 867. p.
Odysseus 866. f.
De Calcante vate 869. m.
a Platone reprehensus 669. p.
Homo e tribus compositus, mente, animam, & corpore 474. m.
Homo mendici compendium 714. f.
idem ut vinum austerus simul & dulcis esse potest: Phocionis dictum 845. p.
homine nulla fera crudelior 644. f.
eius cum mundo comparatio 715. p.
Homines peccant naturaliter non ex voluntate 205. f.
Homines in Luna exstare fixis Xenophanes 188. p.
Honorius Imperator Rom. 469. p.
Honorius Imper. contra Pelagianos scripsit 19. f.
Honorius ex Heracleani tyranni boni sanctus praefat. Consulatus Constantii 108. m.
turpiter Placidiam sororem amasse dicitur 113. p.
odium eius erga eandem 113. p.
Sorem Constantinopolim ablegat, ibid.
moritur hydropticus 113. m.
Honorius Imp. vna cum Constantino tyranno 105. m.
Legatos mittit ad Arsalum de imperio diuidendo 106. p.
Honorius Pont. a Photio taxatur iniuste 6. m.
a Calumniam Graecorum liberatur, ibid. 676. l.
Horapollō Grammaticus 876. p.
Hortensius Dux Romanorum aduersus Mithridatem 379. p.
Hosius Cordubensis Episc. Sardicensi Synod. interfuit 119. 785. m. 766. m.
Hanni albi Borealis Persis finitimi 31. f.

Hunorum Regum sagittandi pericia 107. m.
Hydrops cura 542. p.
de Hyanis miranda 618. m.
Hyllus Hercules F. cornua habuit 245. f.
Hymenai 522. m.
Hymeneus Terpsichori F. 524. m.
Hymnus 522. f. 524. m.
Hymnus trisagius 403. m.
Hypathia Isidori philosoph. uxor 565. f.
Hypathius in Iustiniam conspirat & necatur 55. f.
Hyperides vnus in x. Graecia oratoribus 807. p.
orationes eius quot legitime, ib. p. cum Demosthene confertur ib. m.
stans eius idem quod Demosthenis scriptum, ibid. m.
Parentes, ibid. m.
Filius illi Glaukipus, ibid.
Platonis & Isocratis discipulus, ibid.
Demosthenis studiosus, mox infestus, ibid.
decretum inuitus tulit, ibid. f.
In Neptun. fanum fugit 808. m.
inde ab Antipatro extrahitur, ib.
Linguam dentibus, ne patriam prodar praeroderet, ibid. f.
mors illi. Eius dicitur de se ad populum 645. p.
Hyperides & Iesus an Isocratem audierint 793.
Hypobochemata 522. f. 524. p.
Hypostasis & natura an eade 464. p.
Hypostasis quid 459. p. 470. f. & substantia & natura 414. 415. & sequ.
Hypostatica vino 453. p. & passim in Eologio.
Hysperis bello seruilis contra seruos dimicat 629. f.
Hyrocanus Pontifex Iudeorum 514. m.
auris ei ab Antigono praeciduntur 515. f.
ab Herode occiditur 516. m.
eius F. Aristobulus Pontifex creatur, ibid.
Hyrocanus Pontifex & Rex Iudeorum 98. m.
regno a Pompeio exiit, ibid.
ab Antonio necatur, ibid. 3

Iacimus Pontifex suspectus in locum Onta illegitimus 98. m.
I. Iacobus primus Hieros. Episc. 838. f.
Iacobus

I N D E X.

Iacobus Apostolus Obilas a Iudaeis appellatus 352. m.
Iacobus Medicus 559. m. 560. p.
Iambe Thressa 522. m.
Iambicum carmen unde & quando adhibuitur 522. m.
Iambici Poetae quando vigerint 522. m.
Iamblichus Erorica impudenter conscripsit 130. m.
eius stylus Oratorius 130. f.
Babylone Magiam didicit 133. f.
eius vita & ortus 133. 670. l.
Porphyrii socius 133. 670. l.
Iason Dardani frater, Iouis F. 223. p.
Medeam & Colchide auexit 235. f.
Iberi Astatici Iustino se dedunt 33. f.
Ichthyophagi apud Aethiops 729. m. 731. f.
apud Indos 535. f. & deinceps. nudi ambulat 729. m. eorum mores & sedes 729. 731. & sequ.
Liberis omnibus communes, ibid.
piscos ubi capient 729. f. 730. m.
IESVS CHRISTVS quando natus 470. f. 471. p.
IESVM Nane filium credebant Samaritani 466. m. 467. p.
Ignatius Martyr quando floruerit 1. m.
Eiusdem Epistola citatur in operibus B. Dionysii, ibid.
Ignatius deoq. 477. m.
Ignis in Lycia perpetuo ardens 68. m. & apud Iudaeos 619. m.
Ignorantia in Deum non cadit 463. f. 464. p.
Illus Ilium adificat 221. p.
Imagines apud Romanos in atris cur collocatae 625. m.
Imaginum sacrarum cultus a Photio laudatus 155. p. & in Prolegomenis.
Imbres a strage cur copiosiores 650. f. 651. m.
Imitatum Poematis genus 521. m.
Imperatorum series a M. Antonio Philosopho usque ad Maximinum 148. p.
Imperatores belli studiosi 250. m.
Imperiorum deuolutio 358. f.
Incarnati triplex significatio 338. p.
Incompositum in Deo 458. p.
Incognita Christi natura 454. p. 460. p.
De Incorruptibili Disputationes 179. p.

India Elephantes nutrit 722. m.
in India non pluit. 66. f.
aurum habet 69. p.
Sol in India triginta dies non lucret dum quadam sacra peraguntur 68. p.
Indi in India purpureo capite 91. f.
homines in India a natiuitate deturati 93. m.
Indorum iustitia 68. p. 69. m.
Serpentes 542. p.
Dracones 532. p.
Aromata, Cinnamomum, Thibis, Piper 531. p.
porcus, capra, oues 69. p.
Indi camelis insident 530. p.
Indi Carmani quales 534. f.
Indicum Lignum 530. p.
Indica Simia a Leonibus egrotis deturatur 531. m.
Indus Flu. 66. f. 530. p.
qua Nilo similis 537. f.
Indinisa Christi natura 460. p.
Ino qualis 541. p.
Innocentius Pontifex damnat Pelagianos 10. f.
pro B. Chrysothomo laborauit 145. f.
Insufflauit in faciem Deum 474. m.
Inuentores Carminum varii 521. m. & sequ.
Iribiarum Phryges 602. p.
Elephantorum venationem Ptolemai inuenerunt 717. p.
librorum compingendorum 110. m.
Ioan. Aegaeus contra 4. Synodum 21. f.
S. Ioann. Baptista quo mense caesus 470.
eius baptismus ante Christi baptismum qualis 878. f. & deinceps.
in eius decollationem Chrysothomi sermo 832. p.
Ioan. Cappadox 469. m.
Ioan. Chrysothomus 841. f.
eius de Spiritu S. Homilia, ibid. f.
in Christi natalis 843. m.
in illud Pauli: Sufficit tibi gratia mea 851. m.
in illud: Si qua ergo in Christo noua creatura 851. f. 855. f.
de penitentia 853. f. 855. f.
in Terra motum, in Lazarum ac diuitem epulonem 856. p.
in illud. mitte Lazarum, &c. ibidem m.

Non esse tantopere lugendos mortuos 856. f.
in Decollationem Ioannis 832. p.
in x. Martyres 830. p. in D. Paulum 812. p.
Eius Epistole in exilio ad Olympiadem & Innocentium Papam scripta 118. m.
ad Cyriacum 856. f.
Parentes 138. m. Infantia, ibid.
Vnus Praeceptor Libanio & Anthragathio, ibid.
Athenas profectus 138. f. (ibid. Anthemium superat disputando, fugit Episcopatum Athenensium 139. p.
colit vitam solitariam in media ciuitate, ibid.
vitur familiaritate Basilii M. ibid.
fit religiosus 139. m.
D. Petrus ei clausus tradit 139. m.
Sanat capitis dolorem miraculo, ibid.
Miracula varia patrat, ibid.
vitam solitariam in speluncis egit 140. p.
Diaconus ordinatur 140. p. Ioan. Baptistam imitatur 829. p.
varia scribit, ibid.
fit presbyt. a Plantano diuina visione, ibid.
Eius vita in Episcopatu 140. f.
Angusta offensione incurrit 142. f. 145. p.
incurrit odium Episcoporum 143. f. viduam defendit 142. f. Accusatur 144. f.
Insimulatur legere libros Origenis 148. m.
exsulat, ibid. reuocatur 145. p.
Eius exilium a Deo multis prodigijs punitur 145. m.
obitum ei praedicat Basiliscus Martyr, ibid.
Homilia eiusdem in Genesim 200. p. quando habitae, ibid. m.
stylus superat eum qui est in Acta Apostolorum, & cedit ei qui est in Epist. Pauli 201. m.
Liber Chrysothomi in mortem & ascensionem Christi & Pentecosten 7. p.
damnatur & accusatur a Ioanne Diacono suo 25. m.
Capita accusationis eiusdem 25. m.
Accusatur ab Iliacio, ibid.

I N D E X.

Ioan. Chrysostomus lingua aurea 469. m.
Ioannes Constantinopol. cognomento Scholasticus disputat cum Tribiethis 6. f.
Ioan. Euangelista 762. f. non est mortuus 418. p.
Ioan. Laurentii Tractatus de prodigiis, mensibus, & politicis Magistratibus 210. f.
 stylus eius frigidus 211. m. militavit & in Imp. aula magnus fuit 211. m.
 gentilem sectam coluit, ibid.
Ioan. Moschi Pratum 268. p. Monachus fuit, ibid.
Ioan. Philoponus in Hexaemero scriptus 12. f. 526. m.
 Basilio magno in eo Opere consentit, & Theodoro Antiocheno repugnat 12. f.
 stylus eiusdem, ibid.
 Eius liber contra 4. Synodum 21. f.
Contra Ioan. Scholasticam Patriarcham 97. m.
 stylus putidus 97. f.
 Contra Iamblicum de simularis 285. m.
 S. Patres irridet libro de Resurrectione 6. m.
Ioan. Presbyteri Hiltor. Eccles. 11. f. eius stylus & unde inchoauerit, ib. hareticus fuit & inimicus Synodo Chalcedonensi 12. p.
Ioan. Scythopolita 469. m. de Chalcedonensi Synodo scripsit ibid.
 & contra Eutythianos 137. f.
 Contra Dioscorum 137. f. taxatur a Basilio Cilice tanquam Manicheus & impius 152. p. eius sententia refelluntur 152. m. & f.
Ioan. Stobei Eclogae, apophthegmata, & Ethica 190.
 & Ethica 190. dedicat Sestimio filio, ibid.
 Eorū argumenta 190. 191. 192. 193.
Ioannes quidam mortuo Honorio inauguratur 113. m. caditur 115. p.
Iobacchus 522. f. 524. p.
Iobii al. Iouii labor de verbo incarnato contra Senerum 298. p.
Ioan. Deucalionis F. 222. f.
Iosophs Iustum Tiberiensem liberaliter habuit 8. f.
 eius libri de bello Iudaico 15. m. stylus, ibid.

elegans in concionibus & monitionibus 15. m.
 Opus eiusdem de vniuerso 16. p. multa in eo contra Platonem & Hebraeorū opiniones scripsit 16. m.
Christi in eodem opere meminit, generationemq. illi ex patre tribuit 16. m. dubium an eius Opus, ibid.
Caio nunnuli, alii Iustino, alii Irenaeo tribuunt, ib. m.
 nō dissimilia narrat à Moysē 98. p.
 Liber eius de Antiquitate, ibid.
 Pharisaeus 99.
 Sacerdos fuit è stirpe sacerdotali 98. p.
 Rempub. in Galilaea gessit 99. m. à Vespasiano liberaliter habitus, ibid.
Ioninus tyrannus in Germania necatus 107. p.
 fratrem Sebastianum Imp. creat 107. m.
 Adalpho se dedit, ibid.
 à Dardano occiditur 107. f.
 Caput suffixum extra Cutthaginem, ibid.
Ionianus Imp. Iuliani Imperium excipit 789. f.
 mensis octo regnat, ibid.
 eius mors in aede recens calce exstructa 621. f.
Ionianus Legatus missus ad Attalum 105. f.
 manet apud illum patricius appellatus 106. p.
Iphicratide calcei 525. m.
 Ἰππικράτης ἡγοῦστος non ἰππικράτης ἡγοῦστος 872. p.
Irenaeus 474. f. contra Heresim 161. f.
 Grace scripsit 870. l. ibid.
 Polycarpi Mari. discipulus 161. f.
 Pothino in Episcopatu succedit, ib. Victorem Papam hortatur, ut Ecclesia pacem seruet, ibid.
Irenaeus de Pauli ad Hebraeos Epistola 477. m.
Iamri Constantinopoli caduntur 102. f.
Ischyrae Marcote Episc. 785. p.
 Macarium accusat 780. p. & sequi.
Isidora rex Persarum tutor Theodosij Imp. 31. m.
Iam vno ex. Grecia oratorib. 798. m.
 Orationes eius q̄ legitime 798. m.
 Lyssa ditione similis, ibid.
 Demosthenis Praceptor, ibid.
 Et intelarus scripsit orationes, ibid.
 Quando sternerit, ibid.

Isis Dea 554. f. eius capillus 748. m.
Isidorus Pelusiota 406. p. 477. p.
Isidori Philosophi vita à Damascio descripta 211. f. 546. p.
 Marino successit 568. p.
 Somnator fuit 546.
 Eius forma & oculi, ibid. m.
 sensus & memoria, ibid. m.
Isocrates quando natus 172. 792. f.
 Parentes eiusdem 792. f.
 Praceptor, ibid.
 a foro cur refugerit 792. p.
 orationes eius quot 792. f.
 similes Athletis 204. f.
 orationum omnium argumenta, ib.
 Oratio de Permutatione 793. p. & 174. p.
 Eius discipuli 793. p.
 Historia materiam quibus suppeditari 793. m.
 Panegyricum quot annis edolaris 793. f. 794. f.
 In periodis ac numeris quanta accuratus, ibid.
 Panathenaeus eiusdem, & quo aetatis anno scriptus 794. p. 174. p. Epistola 174. m.
 stylus accuratus, ibid.
 orationes eius multa intereiderunt 174. 870. l.
 Epistola eiusdem ad Archidantum recens euulgata 174. 870. l. eius Affecta 613. f.
 Quando obierit 794. p.
 Megaclicid filium adoptat 794. m.
 Eius sepulchrum 795. p. Epitaphium duplex, ibid.
 Aphareus adoptione filius 794. m. 795. p.
 Isthmia quis inchoari 872. p.
 idem 872. f.
 Italici bello Mithridatis opem frustra implorat 640. p.
 Iuba rex de pictura 175. f.
 Iudaea Praefecti varii 518. f.
 Iudaorum origo ex Diodoro 619. f. & 620.
 cur Aegypto exacti, ibid.
 Iudaorum natio qualis 618. f. 619. p.
 eorū matrimonia & funera 621. m. secta tres 99. m. ab Aristide Ethni conotati 711. m.
Iugurtham Marus cepit 630. f.
Iulianus Apostata 572. p. de illo quid Damascius 570. p.
 imperium ut reuerit 788. m.
 gentium Deos amplectitur, ibid. f. Imp.

Imp. à Constantio declaratus 787. f. contra illum Constantius in Galilia bellum mouet 788. p.
 Eum ut Apostatam & Idololatram Ionianus & Valentinianus deserunt 789. p.
 dignus eiusdem bello Persico interitus 789. m. f.
Iuliani Lexicon 170. p.
Iulianus Episcopus Halicarnass. sede pulsus 179. haresin sapit 179. 870. l.
Iulii Africani Chronicon, eiusq. stylus 9. p.
 incipit à creatione mundi, ibid.
C. Iulii Caesaris ad Arminium insomnia 646. f.
Iulius Rom. Pont. 436. 784. m.
 Athanasium texit, ibid.
 lteras de eius innocentia Alexandriam mittit, ibid. m.
 Athanasium euocat 786.
 Eius Epistola, ibid. p.
 Iuris prudentia Rhetorice pars 675. f.
Iustina Martyr conuersa ad fidem 216. f.
 Cyprianum magum consulit, ib.
Iustinianus Iustino adoptatur & in regno succedit 33. f.
Iustiniani Imp. ad Zoilum Patriarcham Epistola qua Theophrastus inscribitur 469. f.
Iustinus Martyr 469. m.
 Eius Apologia pro Christianis: quaestiones & alia 162. f. 163. p. eius stylus probatur, ibid.
 Neapoli in Palaestina natus 163. p. à Crescentio accusatus, obiit Martyrio, ibid.
 ex Iustino Martyre locus 475. p.
Iustinus Thrax Imp. 2. p.
 Athanasio successit 12. m. 33. m.
Iustina Regem exornat 648. f.
Iustus impius seruat 876. f.
Iusti an resurgens impij 471. m.
Iustus Tiberiensis 8. f.
 Tiberiade Galilaeae ortus, ibid.
 Historiam à Moysē ad Claudij vsque tempora perduxit, ibid.
 stylus concisus & multa praetermissa, ibid.
CHRISTUS & miraculorum eius non meminit, ibid.
 Eius parens Pisto homo nequissimus, ibid.
 Eius Iosepho simulato pro exercuit, ib.
 Errauit in bello Rom. cū Iudaeis 9. p.

I N D E X.

Historiam conscripsit, ibid.
 K.
Kavolos pro diuul. 867. p.
Kellus praefectus Saracenorū 1. f. praesit Chindinis & Muciaenis 2. p.
 Praefecturā tradidit fratrib. 2. m. fuit Praefectus Palaestinae 2. m.
Kinim animal apud Trogloditas 740. f. & 741. p. (875. p.)
Klērns fur, quomodo Atticus dicitur Kyrius unde derivatum 866. f.
Kyrius unde derivatum 869. m.
Kyrios idem τῦπ 866. f.
Kyrius quomodo scribendum 870. f.
Kyrius masc. generis 869. f.
Kynocephali in India 70. m. 71. p. m. f. 740. f. saculandi periti, ibid.
 degunt in antris, ibid.
 vestibus utuntur pellitis & glabris, ibid.
 Candati viri & feminae, ibid.
 Longui, ibid.
 Clusae non habent perforatas, ib. L.
Labarum Constantinii & victoria 765. m.
Ladba cur dicta Corinthiacis 868. m.
 à Labore magus quam in umbra cursudetur 864. p.
Lachares Rhetorice studiosus 556. p.
Lacritus Atheniensis Legulator 793. m.
Lacus in India oleum ferens 68. f.
Lais scortum 872. m.
Lamech & Cain generatio 878. p.
Lamech an damnatus qualis 878. f.
Lamentationes 522. f.
Lamina aurea 850. m. (793. m.)
Laodamas Atheniensis Iocor. auditor
Lapis preciosus lucēs in tenebris 742. p.
Lapis Magnus Attici quomodo dicitur 865. p.
Lassitudo unde nascatur ex Theophrasto 860. m.
Laurunculi in Elisei sepulcro reuixerunt 889. m.
Laurus quomodo circum gesta 525. p. in victoria gestabatur 524. f.
Legale Pascha an sumpsit Christus 475. f.
Legatorum munus 851. m.
Leges ac virtutes providentiam adferunt 756. f.
Legi Iudaicarum antiquatio 621. m.
Leo Imp. per Asparem ad imperium euectus 102. p.

cum Isauris societatem inuit, ibid.
 Tarasicadisan adsciscit, ibid.
 morbo extinctus 101. f.
Leo Pont. 463. m. 469. p.
 Pelagianos damnat 20. p. 21. m. ab Acepbalis traducitur 400. p.
 Eius Epistole 461. p.
 Liber de re vestica ceteris eius antefertur 181. f. (dunt 232. m.)
Leodamas & Phitias de regno contenti Curystos profligat Leod. 232. f.
Leogarus Andocedia pater 795. m.
Leons Arabici 739. f.
 Lapidem in sepulchris 244. f.
 eorum ingenij capta praeca 538. f. in partu 541. f.
Leonides Xerxem vicit ad Thermopylas 57. f.
Leonippus urbem Sinopem Rom. prodece voluit 391. p.
 occiditur à Cleoch. re. ibid.
B. Leonii Episc. Arabis de mundi creatione sermo 824. p.
 stem in Lazarum rediit, ibid.
Leontius Monachus 459. f.
Lesbonallu orationes Politicae 97. m.
Leucas Petrus 253. f. & 254. p.
 qui ex ea se precepturunt, ibid.
Leucocoma a Pronacho amata 221. p.
Leuir. Sany quis Homero 865. m.
Lexicon paraidea 169. m.
Lexicon granis styli, ibid.
Lexicon sermonis politici, ibid.
Libanus Aphanus magus 112. f.
 inbat se sine armis mirabilia praestare posse 112. f.
 neci datur voluntate Placidia, ib.
Libanius Sophista 121. p. 801. f.
 eius orationes affectata & obscura 121. p.
Liberius Pont. max. Iulio successit: huic rursum Felix 787. f.
 exulit Liberias, ibid.
Liberum arbitrium esse animae 753. f.
Licinij Tyrannus a Constantino vicitur 30. f.
Lindii Herculi sacrificant superstitione 222. m.
Linus Apollinis F. à canibus dilaceratus 222. m.
 honores ei mortuo exhibiti, ibid.
 à Poetis desletur, ibid.
 eius festum Amida vocant, ib. quo die canes inuenti mactantur, ibid.
Linum indicum 530. p.
Litouis Armenia Episc. Messalianos damnat 17. f.

I N D E X.

Litterarum Græci alphabeti tonus 865 f.
Litterarum Græcarum nomina non insecti 869 p.
è Litteris Alphabeti Græci nomina propria deducta 251 m.
Losa S. Evangelii diuersa conciliata 334 p.
Locrus Alcinoi frater 220 m.
ab Hercule occiditur 220 f.
Locri pugnantes Asiæ regi vacuum in acie locum relinquunt 222 p.
Locusta apud Aethiops 736 f. & deinceps. *edi solita* 737 p. m.
Locusta & Brachi frequenter sunt 861 m. *quomodo gignantur* 861 m. *color unde & interitus*, *ibid.*
Longinus Rheor Criticus de scriptis Demosthenis 802 p.
sub Flauio Claudio Imper. floruit tempore Zenobia Odenati uxoris 802 p.
Longi Monachi qui 143 m.
Loth Segor seruauit 876 f.
Luciani dialogi mortuorum & amatoriū 165 p.
irridet gentium Deos, *ibid.*
stylus eius purus & perspicuus, *ibid.*
Lucianus Presb. Hierosol. Gamaliel in somnis videt 199 f.
reuelantur ei corpora SS. Gamalielis, Stephani, Nicodemi 200 p.
Lucifer Calaritanus Episc. 787 p.
Lucifer è celo deiectus 304 f.
Lucius 572 p.
Lucii Patrensis narrationes transformationum 165 m.
alter Lucianus 165 f.
narrationes eius inepte 166 f.
Lucullus fugitinos in Italia coercuit 631 f.
cum Saluio pugnât 636 m.
Aminsum obsedit 147 m.
repetundarum cur reus 637 p.
exulat, *ibid.*
Dux belli Mithridatici 381 m.
Mithridatè superat ad Cyicum 382 f.
Sinopem accepit à Machare 391 f.
Tigranem superat & Trigrano certam vincit 392 m.
Ludi apud Græcos quatuor 872 p.
Luscinia fabula 867 m.
Lusitani ceteris se Hispanis anteponunt 628 m.
Lusitani Rom. Duce Viriathro belligerantur 626 m.

Q. Lutatus Catulus Romanus 621 f. *de Cymbris triumphauit*, *ibid.*
eius inuitata mors, *ibid.*
Lycurgus unus in x. Græcia oratoribus 809 m.
eius orationes, *ibid.*
Parentes 809 m. *Præceptores*, *ibid.*
Opera Athenis, *ibid.* f. & 810 p.
decreta eius non atramento, sed sanguine scripta videntur, *ibid.* p.
Legationes obit cum Demosthene, *ibid.* p.
Leges quas condidit, *ibid.* m.
Xenocratem Philosophum à Publicano liberat, *ibid.* m.
Ex tempore dicere refugit, *ibid.* m.
Nobilitate mirè placuit, *ibid.*
Obitus eius, *ibid.*
Sæpe à populo coronatus, *ibid.* f.
Liberi eius ex Callistone, *ibid.* f.
eos in vincula coniectos Demosthenes inuat 811 p.
Lydus cantice, *modus* 523 f.
Lyncurium sigillis utile 862 f.
Lynx urinam terra cur operat 862 f.
Lysania conciliatur cum Antigono 515 m.
Lysias vnus x. Græcia oratorum 796 p. 801 p.
eius orationes quot, *ibid.*
diuisionis forma, *ibid.* & 797 m.
Lysias & Demosthenes 797 p.
cum aliis comparatus, *ibid.*
Oratio eius πειστικὴ, quæ sacri olei species 796 f. & 797 m.
Orationes eius Legitima & Spuria 796 p. 797 m.
Patria & genus 797 f. *eius fratres*, *ibid.*
Præceptoribus quibus usus, *ibid.*
Exulat 798 p.
quando mortuus, *ibid.* m.
Lysimachus vi. Heraclea tyrannus tutor liberorum Dionysi 369 m.
Heracleam vastat 370 p.
Clearchum occidit & parricidas alios 370.
Amastri uxorem repudiat 369.
filiam Agathoclem necat 370 f.
perit in prælio traiectus pilo, *ibid.*
cum Scutha Thrace pugnant perit 124 p.
Lysippus pictor 605 p.

Machæ unde 867 p. (867 m.)
Μακάριος unde *derinatum* apud

Macarinius Ischyas accusauit 780 p. & sequi.
Μακρόν unde *derinatum* 867 m.
Macedonius hæreticus 773 m. *Paulo martyri succedit* 776 p.
Macedonica Phalanx 725 f.
Macedonici regni diuisio mortuo Alexandro à Perdicca, ab Antipatro iuxta Arrianum Dexippum, Iustinum, Curtium in σ'χ'βλ. 129 f.
Machabæ Mithridatis F. Sinopen Lucullo tradit 392 f.
Μακάρια, arca pinsaria 871 f.
Maander Flu. 610 p.
Meotica palus 739 m.
Margarita & Margari 31 f. σ'χ'βλ.
Magi qui Saluatorem adorauerunt 365 p. (641 f.)
Magistratus Rom. ante Augustum
Magnes lapis Atticis quomodo dicitur 865 p.
Magnetes in Cretam migrant 226 p.
Magnum tyrannus 775 f.
Magnum Monachi Ascetica 268 f.
eius stylus perspicuus, *ib.* & 269 f.
Magnus & Apollinarius excommunicati 458 f.
Magnus Berboea Episc. Chosroem placat 36 m.
Magophonia festum Persarum 56 m.
Mala apud Aethiops 728 p.
Malacon Lysimachon in prælio pilo traiecit 371 p.
Malchus Antipatrum Iudeum ueneno necat 515 p.
Malchus Sophista unde incipiat & ubi definit 100 p.
eius stylus 101 m. *Christianus fuit*, *ibid.*
Malè ominati verbis abstinebant Athenis 874 p.
Μάλαγον unde 867 m.
Mauchaorum refusatio 117 m. *Eorum error* 855 f.
Maninius frater Dercyllidis peregrinatur 185 m.
varie iactatus, in Sicilia sororem inuenit 166 m.
Marathonia pugna 592 f.
Marcanus Anthemii Imp. filius reperit in prælio traiectus pilo, *ibid.*
Ancyram Galatia turbat, *ibid.*
relegatur in Mauriam, *ibid.*
Marcanus Imp. Chalcedonensem Synodum indixit 463 m. 467 p.
Marcanus Iustini Imp. patris in Chosroem expeditione mouet 39 p. apud

I N D E X.

apud Imp. accusatur & relinquit imperium 39 m.
L. Marcius Philippus & Sex. Iulius Coss. 68 f.
Mardonius aduersus Plateensmittitur 58 p.
Apollinis adem diripit 58 p.
grandine perit 58 p.
Mare Aegeum 601 f.
rubrum 534 p. *Etymon quadruplex* 717 m. 718.
Mare oleo infuso leniri 534 f. *eius species* 614 p.
Mare Indicum 67 f.
piscis in fundo degunt, *ibid.*
Mares Chalcedonis Episc. 789 p.
eius in Iulianum generosum dictum dum caciitatem exprobrat, *ibid.*
Margarita & margariti 31. σ'χ'βλ.
Margarita cordis loco 534 m.
B. Maria Magdalena 834 p.
Marius Neapolites Procli in schola successor 550 & 564 p.
obsessionem Athenis Epidaurum secit 571 m.
C. Marius & M. Aquilius Coss. v. c. DCCLII. 637 m.
bellum seruile conficiunt, *ibid.*
Marius & Cinna 621 f.
Marius Bocchum & Iugurtham uicit 630 f.
ex Africa exercitū reducit 650 p.
de Iugurtha triumphat, *ibid.*
militem egregiè exercuit, unde multi Mariani dicitur, *ibid.*
patiens fuit in varicibus secandis 649 f. 650 p.
à Mithridate profligatur 378 m.
à Sulla fugatus Prænesto recepit 641 p.
Mors tyrann? *Lex regis instar est* 648 f.
Marsus 572 m.
Marsicum bellum seu sociale unde ortum 638 p. *eius finis* 640 f.
Marsus tibicen quo die natus 247 p.
Martichora animal in India hominis referens vultum 67 f.
Martyres 847 p.
Martyriū Timothei Apostoli 762 m.
Septem puerorum sub Decio tyranno 761 p.
Demetrii sub Maximiano 763 m.
Martyrum cruciatus 830 m. *sanguis eorum semen est* 840 m.

Marrucini populi 378 m.
Massaniā Africa Rex nonagenarius decessit 626 f.
x. liberos reliquit, & singulis agrum, *ibid.*
eius robur & exercitatio 626 p.
Massiliensium à clade factum 650 m.
Matacas Apollinis templum diripit 58 f.
Mater filios tres comedit 110 f.
Mathematici Pythagorei 712 p.
Matthias Theophili F. Pontifex Iudaorum 98 p.
Mauricius Imp. renunciatus 39 f.
cum Abaris inducias fecit 40 p.
barbarorum pacem rumpentium oppida vastat, *ibid.*
occiditur 47 f. *percussores eius puniti*, *ibid.*
Maurusia fauces estate complui hylmetorrens 93 f.
Maxentii Imp. mors 765 f.
Maximianus 763 m.
B. Maximii quaestiones S. Scripturae 256 p.
eius stylus 259 m. *Epistola*, *ibid.*
Eiusdem Liber Asceticus 261 p.
Item de Dilectione, *ibid.*
Epistola ad Georgium Eparcham 261 f.
Centuria capitum Theologicorum & varia epistola 262 p.
Eiusdem Epistola ad Marianum presb. 263 f.
Dialogus de duabus in CHRISTO voluntatibus, *ibid.*
Maximus Martyr Honorii Papam defendit 6. σ'χ'βλ.
Maximus Hierosolymorum Episc. 781 f.
Maximinus Imp. 569 m. *Alamminorem occupat* 30 f.
confunditur à Photio cum Maximiano 30. σ'χ'βλ.
Maximi Declamationes 168 m.
Maximus in filii praturam centenarios quadraginta impendit 124 m.
Μέγας καὶ ἄγριος 875 p.
Medicorum tres sectæ 182.
quomodo differant, *ibid.*
Medis & Persis matribus commiseri permissum 221 p. & σ'χ'βλ.
Medium dicendi genus 521 p.
Megallis Damophili uxor 628 m. *ab ancillis precipitatur* 629 p.
Megabyzus pugnât cum Inaro, & eum vulnerat 59 f.

à Persis descit 60 m.
aduersus eū Osiris mittitur 60 m.
Item Artarius Babylonis satrapa 60 f.
cum rege Persarum conciliari non vult 60 f.
Leonem interfecit 61 p.
a Rege capite damnatur 61 p.
precibus aliorum mortis poena ei condonatur 61 p.
lepram simulat 62 m.
Regi conciliatur 62 m. *moritur septuagenarius*, *ibid.*
Melanibus Athenis ciuitate donatus 230 p.
duello regni spe pugnat 230 m.
Xanthum dolo occidit, *ibid.*
Meleagrides aues ubi 742 m.
Meletius Antiochenus Episc. 70 Constantiane predicauit 787 f.
huic Euzoium per nefas sufficiens *ibid.*
exilio pellitur 790 p.
Melicum Carmen multiplex 522 m.
Μελίσις, apis unde 875 m.
Mellis generatio triplex 864 f.
Melos quis primus inuenit 521 m.
Memmius Prator Rom. à Lusitanis captus 625 m.
Memnonis historia de tyrannide Hecraeleensibus 366. & sequi.
Menandri Poetae locus 865 m.
Mercium apud Indos permutatio 865 m.
Mesopotamia amata à Venere 133 p.
tres de eius pulchritudine continentur, *ibid.*
Sinonis putata 134 m.
adducitur ad Garmum 135 f.
Zobara nuptiis traditur 136 f.
In Mesopotamia terramotus 38 p.
Metalla ubi 727 p.
Mesellus Creticus 147 p.
Μετσηλίωσις & πάλυγγεσις 713 p.
Methodius de resurrectione 479 f.
eiusdem Apostolicorum quorundam dictorum expositio 481 f.
Item de Creaturis 493 f.
Idem de libero arbitrio 498 m.
de Castitate 503 m.
Metrodorus scripsit calculum Paschaletem 157 m.
Metrophanes Sophista 538 m.
eius acta 764 m. & sequi.
Metroph. Constantinop. Patriarcha 768 m.
Mia unde formatum 867 m.

I N D E X.

Midas Phrygum rex 219. f. 606. p.
ei omnia in aurum versa, ibid.
aures habuit asininas, ibid.
Midas ferus apud Comicos nomen
870. m.
Milefius aurum apud trapezitam
deponit 229. f.
a trapezita fraudatur, ibid. &
aurum recuperat 230. p.
Militaris vir qualis 647. p. Milita-
ria dona 656. f.
Miltiades oratio Aristidis 693. p.
Miltiades Persas vicit ad Maratho-
nem 57. p.
Mimnermus Colophonius Eleg. poeta
522. p.
Minerva & Bacchus Thefeo visiti
Dia insula 525. f.
Minerva laudata 725. m.
Minos Rex Creta 224. m.
T. Minutius belli Sernilis in Italia
caussa 631. m. f. manus sibi adfert
632. p.
Miracula nature 748. p.
Mithridates Ariobarzani F. à Ga-
latis infestatur 376. m.
ab Heracleen sibus inuatur, ibid.
sororis filiam occidit 378. f.
Matrem in carcere inedia confe-
cit, ibid.
eius feritas, ibid. cum Rom. bel-
lum gerit 378. p.
Nicomedem profigat, ibid.
cum Mario configit & vincit, ibi-
dem.
ab Italico sollicitatus 640. p.
Bithyniam, totamq. Asiam mino-
rem inuadit 379. m. Cines Rom.
occidi iubet 378. m.
à Fimbria profigatur 380. m.
à Sulla profigatur 379. p.
Inopia commeatus laborat, ibid.
Chios inuadit 379. m.
pacem cū Sulla facit, sed sinistram
380. m.
cum Murena pacem redintegra-
re studuit, sed frustra 381. p.
Heracleotas in auxilium contra Rom.
inducere tentat, ibid.
Rom. ad Chalcidionem profigat
382. p.
a Lucullo superatur 147. p. 382. f.
385. p.
Heracleam dolose intrat 384. m.
Capit Eupatoriam, Amisn, aliasq.
que urbes 385. f.
ad Tigranem profugit sed frustra
386. p.

ab eodem auxilia impetrat 392. p.
Mithridaticum bellum a quib. Ro-
ma ambuebatur 640. m.
Moevidis Atticista 171. m.
Moevor & dolor animi adferunt de-
fectionem 858. p. m.
μὲν καὶ καὶ ἰβνὸν ἰονικὸν & Aeolicè
866. p.
Moly herba insula Circes 248. m.
Monachi conuersatio 462. f.
Μονώτατ & non rectè dici 872. m.
Monothelita 6. m.
Montanistarum Hæresis 477. f.
Montes cur ignis quaesitum 537. p.
Mopsocrene Cilicia oppidum 788. m.
Mopsus sacerdos Delphicus 201. m.
mors & somnus 853. m.
Morum distantia maior quam loco-
rum 739. m.
Moyfes Iudeorū Dux qualis 620. m.
templum Hierosolymis condidit,
ibid.
leges talis ac ritus sacrorum, ibid.
Sacerdotes creat, ibid. qui & Iudi-
ces essent, ibid.
expeditiones in finitimos suscepit
621. p.
Moyfes quis visus Antiocho 619. m.
Alpha cur dicitur 885. p.
Mula nolunt progredi cum corpore
eius feritas, ibid. sed addito corpore
Xerxis 62. p.
Mulus & equi pullus Aristoteles cur
dicitur 867. f.
Muli, Mariani vnde 650. m.
Murena bello Mithridatico prae-
fatus 380. f.
Mures Aegyptii qualis 862. m.
Mures quomodo gignantur 862. p.
eorum interitus, ibid.
ferunt, interdum & aurum ar-
rodere, ibid.
Musa vnde appellata 867. p.
Musca ubi plurimum nascantur
861. p. m.
Musonius Græcia Cos. 608. m.
Myrmecoleon 740. p.
N.
Nais nympha virginitatem colit
Rom. à Baccho corrumpitur 385. m.
Narcissus amatores fugit 224. p.
in aqua seipsum contemplant mor-
tem confectit, ibid.
Narratiuum Poematis genus 521. m.
secundum Naturam quid fieri iudi-
catur 754. m.
natura miracula 748. p.

Nauigantes vertigine citius capiun-
tur 859. f.
ναύπος pro αὐγος 867. p.
Nearchus Alexandri classis guber-
nator 534. m.
Νεῦδος vnde dicitur 866. m.
Νεῦτασ vnde dicitur 866. m.
Nestarius Episc. 777. m.
Nemea quis instituerit 872. p.
Nemesis Dea metienda cum huma-
nus deficit respectus 623. m.
Neoptolemus Eumeni aduersatur
126. p.
perit in bello contra Eumenē, ib.
Neoptolemus histrio 803. m.
Nepos Glycerum Casarea potestate
exiit 101. m.
inuadit imperium, ibid.
petiit in insidiis, perit, ibid.
Nero Imp. parricida 543. f.
Nerva Imp. laudatus 545. f. Domi-
tiano succedit 762. f.
Nernorū resolutio Theophrasto quo-
modo coningat 857. f. 858. p.
Nessa 743. f. Nestoris opinio 453. p.
Nicaea urbis initia 383. m.
Nicaea Synodus prima 766. f. vide
Synodus.
Nicophori Patriarche historica e-
pitome, vnde deducat exordium,
& ubi desinat 48. m. eius stylus, ib.
Nicias Monachus contra Philopa-
num & Seuerum 17. p.
eius stylus, ibid.
Nicias ab Hyperbolo arcusatus 615. m.
Nicoles Cypriorum Rex 79. 1. m.
Nicodemus Martyr patruelis Ga-
malielus 199. m.
baptizatus a S. Petro, ibid.
a Iudeis percussus, Martyrio obiit,
ibid.
Nicolai Damasceni Collectanea de
moribus 242. m.
familiaris Augusto Cesari, ibid.
Nicolauus vnus è vii. Diaconis 477. m.
Nicomachi Geraseni de Arithmeti-
ca Theologica 237. p.
eius libri non respondent titulo,
ibid.
Nicomedes Rex Bithynia 626.
Prussum parentem occidit, ibid.
infestatur ab Antiocho 373. m.
Antigono suspetias fert 373. f.
ab Antiocho bello laceffitur 374. p.
cum Gallis societatem inuit 374. m.
à Gallis suspetias petiit 374. f.
condidit urbem Astacon 374. f.

mors eius & testamentum 375. f.
eius filius Zeilas in Armeniam
profugit 375. f.
alius eius filius Nicomedes à Rom.
Rex Bithynia constituitur 378. p.
Nicomedes Nicomedis F. a Mithri-
date profigatur 378. m.
Nicomedes vltimus Bithynia rex re-
gnum pop. Rom. dedit 130. p.
Nicocreonis filia cum Euagora a-
dulteratur 203. p.
Niger piscis 748. f.
Nilus Aegypti fl. ab Himero lauda-
tus 605. m.
eius luxur 742. p. 537. m. f. 726. f.
de Nilo quid Aristoteles 716. f.
eius incrementum 47. p.
Nilem cubitis pueri designant
605. m.
Nili crocodili 820. p.
Nili Nicomachi capita de oratione
270. m.
eius in Pascha orationes duæ 835.
m. 837. p.
in Christi ascensionem Sermones
tres 839. f. 840. p.
Niscorum Dii 604. f.
Nomades Harmaxobii 538. f.
Nomos 522. f. 523. m.
Nomi & Dihyrambi comparatio
523. f.
Νοῦς καὶ ἰσχυρὸς non ἰσχυρὸς καὶ νοῦς
872. p.
Νοῦς Xenophon dixit 872. p.
Nonnos Legatio ad Saracenos 1. f.
auius eius legatus missus ab Ana-
stasio Imp. 1. f.
Pater Timostratum & Ioan. Rom.
Duces è vinculis liberauit 2. p.
Novatus in Corn. Pontificem insur-
git 891. p.
eius fastum Martyrium 890. p.
Novariani quid de mundis & im-
mundis senserint 876. m.
negabant lapsos per penitentiam
retrocari posse 880. m.
cumpius conuenire nolunt 876. f.
Numeri ad res diuinas applicati 237.
Numerus binarius 238. p. ternari-
us, ibid.
Quaternarius 239. m. Quina-
rius 239. f.
Senarius 240. Septenarius, ibid.
& 834. p.
Octonarius, ibid. Nonenarius, ib.
Denarius 241. p.

I N D E X.

Nymphis Historicus 376. m.
Νύξ, nox, vnde dicitur 874. m.
O.
Oceanus terram ambit 357. m.
& an articulus sit 866. m.
Oasis olim ins. nunc continens 110. p.
beatorum insula Herodoto fuit,
ibid.
nulli in ea sani morbo laborat 111. p.
putei in ea quingentos cubitos pro-
fundi 111. p.
Niger piscis 748. f.
Nilus Aegypti fl. ab Himero lauda-
tus 605. m.
eius luxur 742. p. 537. m. f. 726. f.
de Nilo quid Aristoteles 716. f.
eius incrementum 47. p.
Nilem cubitis pueri designant
605. m.
Nili crocodili 820. p.
Nili Nicomachi capita de oratione
270. m.
eius in Pascha orationes duæ 835.
m. 837. p.
in Christi ascensionem Sermones
tres 839. f. 840. p.
Niscorum Dii 604. f.
Nomades Harmaxobii 538. f.
Nomos 522. f. 523. m.
Nomi & Dihyrambi comparatio
523. f.
Νοῦς καὶ ἰσχυρὸς non ἰσχυρὸς καὶ νοῦς
872. p.
Νοῦς Xenophon dixit 872. p.
Nonnos Legatio ad Saracenos 1. f.
auius eius legatus missus ab Ana-
stasio Imp. 1. f.
Pater Timostratum & Ioan. Rom.
Duces è vinculis liberauit 2. p.
Novatus in Corn. Pontificem insur-
git 891. p.
eius fastum Martyrium 890. p.
Novariani quid de mundis & im-
mundis senserint 876. m.
negabant lapsos per penitentiam
retrocari posse 880. m.
cumpius conuenire nolunt 876. f.
Numeri ad res diuinas applicati 237.
Numerus binarius 238. p. ternari-
us, ibid.
Quaternarius 239. m. Quina-
rius 239. f.
Senarius 240. Septenarius, ibid.
& 834. p.
Octonarius, ibid. Nonenarius, ib.
Denarius 241. p.

anres eidem praefecantur, ibid.
Olympodoro cuida legationib. clara
opera sua dedicat Herocles 283. p.
Olympiodori historia vnde incipiat
& ubi desinat 104. p.
ad Hannos Orator missus 107. m.
eius stylus ineptus, ibid.
genius fuit & poeta, ibid.
Olympus a Philippo euerfa 724. p.
Onagri Indorum quales 521. f.
Oves & somnus vnde dicitur 875. m.
Ophiode insula serpentib. abundans
742. m.
Optimates Gotthi 105. p.
Oraculum Dodonaeum 525. m.
Orationis virtutes quatuor 521. p.
Orator pro Demosthene 521. m.
Oratorum officium 674. m.
Orbu partes quatuor a quibus deser-
pta 739. m.
Orestes pater Augustulum Imp. creat
102. f.
Orysas γῆ. 872. f.
Oribasi medici Galeni compendium
286. p.
dedicat Iuliano Apostata, ibid.
eius (de medicinalia collecta) 286. m.
dedicat eidem, ibid.
Compendium eiusdem collectum ad
Eustathium 287. m.
Item ad Eumapium libri 289. f.
Dioscoridem sublegit 208. f.
Orientalium de Christi natura opi-
nio 454. m.
Origo humanarum perturbationum
256. p.
Origenes Adamantius: an duo cogno-
minos 468. f.
Origenes 477. m. à quibus laudatus
477. m. Platonicus fuit 750. m.
eius scripta qualia 478. p. m.
Origeni tribuant nonnulli opus,
quod Labyrinthus inscribitur
26. m.
Origenes de Principiis 4. m. *
Pierius illi aquatur 161. m.
Blasphemia in Trinitatem 4. m.
eius falsa opinio 4. f.
damnatus à v. Synodo 8. p.
Apologia pro Origine eiusq. scri-
ptis 158. m.
Errores Origenis 158. f. 159. p.
hortatur patrē ad martyriū 159. m.
ardet amore martyrii 189.
qua morte quoque tempore obit-
rit, ibid.
omnes disciplinas calluit, ibid.

I N D E X.

Adamaotius dicitur, *ibid.*
discipulus fuit Clementis Alexandrini 160. p.
Demetrio Alexandri. Praefuli percarus, *ibid.*
odum eiusdem, *ibid.*
presb. ordinatur, *ibid.*
Origenistarum secta 478. m. 479. p.
Orondes morte multatur 64. m.
Orpheus Rex Macedonum fuit 233. p.
ad inferos descendit, *ibid.*
auctus & ferus canite attraxit, *ibid.*
laceratur a Manadibus, *ibid.*
feminas odit, *ibid.*
eius capite reperto desit contagio, *ibid.*
quid ei Apollo dixerit 543. p.
Orthagoras e coco Rex 866. p.
Orthagoras quae de mari rubro 534. m.
Oryx animal sternutans Sotbin oriri ostendit 558. p. & 570. p.
Oschophorica 522. f. 525. f.
Athenis canebantur 525. m.
Ostracimi lex 703. f.
Ostrea 534. m.
Graecorum qualia, *ibid.*
apud Indos quomodo capiuntur 534. f.
ὄταν προδίδαν 866. p.
Oua cruda circumagi non possunt 859. p.
Oues nonaginta in Euangelio & centesima 303. m. 329. f.
Oues Chalcidicae in Euboea carent pelle 93. m.
P.
Paaxis magus 187. p.
occiditur a Thuscand Thulensibus, *ibid.*
Pacoris Rex Aegypti pro Euagora Cyprio contra Persas fuit 202. f.
Pacurius Rex Persarum 31. p.
Paganus 522. f. 523. p. 573. m.
adhibitus in Apollinis sacro 602. p.
Padagogi & gubernatores 244. m. 675. m.
de Penitentia Chrysofomi Homilia 853. f. 855. f.
& Asterii 812. f. per stolam designatur 818. f. 1
Palamedes Rex Graecorum pro Agamemnone 250. p.
Palladii Declamationes 166. m.
Palladium Mineruae e caelo delapsum 227. p.
Pallas ab ortu laudata 725. m.

Pallene Neptuni filia datur ei qui patrem vicisset 222. p.
Pallium Sophisticum nemini, nisi Sophista permiserint gestare licitum.
Modus & ritus in eodem gestando, *ibid.*
Pamphile Historia Miscella 201. f. coniugata fuit, *ibid.*
Aegyptia genere fuit 202. p.
Stylus eius simplex, *ibid.*
Pamphilus Martyr pro Origenis Apologiam scripsit 159. f.
putat Martyrio affectum, *ibid.*
Pamphilius Aegyptius Grammaticus 655. f. 558. f. (653. f.)
Panathenaeus Aristidis Sophistae Panicum animal 555. f.
Pania piscis contra phalarum valet 254. f.
Panyasis Episcopus 521. m.
Panihara gemma 66. f. & 570. p.
Paphnutius 767. p.
Parabola de eo qui in latronis incidit explicata 877. p.
Paradysus an caelum aut ubi 471. f.
an in tertio caelo, *ibid.*
in Oriente 468. p.
Pardali 740. p. fortissimi, *ibid.*
Parebum lignum in India lapideus & onus ad se pertrahens 89. f.
Paris filium occidit 223. f.
ab Oenone odio habitus, *ibid.*
a Philocteto vulneratur, *ibid.*
moriuntur ex vulnere, *ibid.*
Parmeno serui apud Comicos nomen 870. m.
per Parodiam dictum 865. f.
Parthenia 522. f. 524. f.
Parthorum imperium 24. f.
eum Rom. aquo Marte continentur 24. f.
Partus monstrosus 44. f.
Parysatis adulterii accusata 64. m.
Cyrum laeget, *ibid.*
Bagatem a Rege petiit & alios excruciat 65. p.
Statiram veneno sustulit 65. f.
damnatur a Rege 65. f.
Pastoris boni officium 884. f. & 885. p.
Patermuthius flammis martyrium passus 180. f.
SS. Patres quomodo legendi 396. m.
SS. Patrum Catalogus & Episcoporum multorum 422. p. & sequ.
P A T R I A R C H A E.
Alexandrini.

Alexander Athanasio succedit 119. p.
Demetrius indignatur Originem ordinatum 160. p.
Georgius scriptis de vita Ioan. Chrysof. 138. p.
eius stylus, *ibid.* & 146. p.
Ioan. damnat Pelagianos 21. m.
Petrus accusatur a Theophilo 143. p.
Theophilus 7. m. 20. m.
Chrysofomum ordinat 140. m.
Theonas 161. m.
Timotheus Alphaum haereticum ordinat 19. m.
Antiocheni.
Basilius 437. p.
Calandio a Zenone promouetur 103. m.
Flavianus secundus 153. m.
Flavianus concilium conuocat 17. m.
eiusdem Epistola ad Osiroinenses, *ibid.*
Epistola ad Armenium Episc. *ib.*
Gregorius Philippum exercitum restituit 42. m.
Ioan. damnat Messalianitas 17. m.
Iulianus Petro Gnapho Fulloni impie suffectus 137. f. 570. p.
Macarius restituitur 6. 570. p.
Meletius Parentis Chrysofomi imbutus 136. m.
Eustathius contra Arianos scripsit 395. p.
Nicene Synodo interfuit 119. p.
Theodotii epistola ad Amphiloebium 18. p.
Constantinopolitani.
Anthimus sedem inuasit 6. p.
Arsacius Chrysofomo inique succedit 100. p.
Attici Episc. ad Episcopum Pamphiliam 18. p.
Cyriacus 47. f.
Eurychio epistolas mittit Eulogius presb. 402. f.
Ioan. ieiunatur in precio habitus 45. f.
Ioan. cognomento Scholasticus de Trinitate scripsit 97. m.
Metrophanes grandaevus 119. p.
Nestorio mortuo Ioan. Chrysofomus succedit 140. m.
Proclus baptizat Volusianum legatum 19. f.
Sisinnius 8. m. eius epistola 18. p.
Theodorus haereticus errore conuictus, respiciens restituitur. 6. 570. p.
Hietosolymitani.
Alexandro Episc. Clemens opus Strumateon dedicat 155. m.
Ioan.

I N D E X.

Ioan. Patriarcha 199. f.
Macarius Synodo Nycenae interfuit 119. p.
Parrus & annus Graecis ut dicitur 865. p.
Paulaem a Chrysofomo taxatur 142. m.
Paulus Aemilius Perseum regem cepit 622. f.
eius custodiam mitigat 623. m.
Pauli Episc. Constantinop. vita 773. p. exalat 785. p. moritur martyrio 776. p.
Romam venit ad Italiam Pont. Max. *ibid.*
Paulus Lector 768. p.
Paulus Aegineta Dioscoridem transcripsit 208. p.
Paulus Emisenus a Cyrillo laudatur 441. m.
S. Paulus Timotheum circumcidit 401. f. eius locus ad Rom. expenditur 843. m. f.
Pannonis pisces apud Indos 530. m.
Pausania Lexicon 170. f.
Peccatum & penitentia 853. f.
Pedem dexterum calceo inserere Pythagorici Prox. 872. p.
Pediculari morbo tres mortui 870. f.
Pelasgorum cum Thebanis bellum 325. m.
Pelens agnorem in Graecia quem intrinuerit 667. p.
Pelops 812. f.
Pelorus & Trachinus super Chariclea contendant 94. m.
Pentathli victores 667. p. quibus potissimum fierent, *ibid.* & 715. p.
Perdiccas mortuo Alexandro imperium distribuit 116. f. 123. f.
confugit cum Ariarathe 124. m.
Antigono insidiatur 125. p.
duxit uxorem Niceam, *ibid.*
alteram duxit Cleopatram 125. f.
occiditur a suis in expeditione contra Ptolemaum 126. m.
Perennius Duceuarius Christianos affligit 214. m.
Pepi 707. 868. f.
Pericles 704. m. 708. m.
a Cleone accusatus 615. m.
nunquam ridere visus 687. f.
Xanhippi F. 797. f.
Petros Persa Hunnis bellum intulit 31. m.
Pessa unde dicitur 717. f. eorum mos 607. f. ad Salamina visus 58. m.
Persarum regum a Cyro Genealogia 623. f. 624. m.

eorum dogma & magia 115. m.
eorum etymon 718. f.
Perseus Macedonum Rex ad extremam licet miseriam redactus, vitae tamen cupidus exstitit 622. f. 623. p.
quid Albano in carcere passus, *ibid.*
mors eius, *ibid.*
Persei fabula 719. p.
Persecum mare unde 717. f. 718. p.
Peritax Imp. occisus 148. p.
Perturbationes pro Diis habitae 852. m.
Pes quid in S. literis 886. m.
Petrus Martyr 763. f.
Petrus Mongus Alexandriam falsa doctrina corrumpit 12. m. Acacium Constantinop. peruerit, *ibid.*
S. Petrus conscripsit res a se gestas 156. p.
Pharablon & Phasiolus veteres pro Saldalio dixerat 2. m.
Phemoneo Episcopi carminis inuentrix 521. m.
Pheneateses a Cerere multati 221. m.
Pherecles a Parthis necatur ob infandum scelus 24. p.
Pherecydes Syrus pediculis perit 870. f.
Phideas opus, Iupiter. 613. p.
Phylammon amara a Nymphis 221. f.
Philetas Cuius Poeta 522. p.
Philippus Dux orientis 40. f.
Philippi Sideta historia unde incipiat 9. m.
eius stylus 9. m. & 570. p.
Sisinnio Patriarchae conuiciatur, *ibid.*
Troili Sophista cognatus 9. m. 570. p.
Asiaticum genus dicendi 9. m. 570. p.
Philippus Rex Macedonum Athenas obsidens quid epistolis egerit 648. m.
ei oculus ab Astere eruitur 247. p.
Philistum Ephorus laudat 643. m.
Timans ei infestior, *ibid.*
Philonus Iudaei sacrarum legum allegoria 150. m.
De Essenis, *ibid.*
Liber Caius & Flaccus reprehensus, *ibid.*
floruit tempore Caii Caesaris, *ibid.*
S. Petro familiaris 150. f. & 151. 570. p.

genus duxit a Sacerdotibus 151. p.
Platonice are dicitur 151. p.
Philomela fabula 867. m.
Philomela violata lingua, carens peplum intenuit 226. m.
in Hivundinem conuersa, *ibid.*
Philosophi a Stobaeo citati 193. m. eorum vitia 710. f.
Philosophi & amatoris differentia 755. f.
Philosophia vis 544. f.
Cuius Rhetorica comparatur 676. f.
Philosophi historice Ecclesiae, 10. f.
eius stylus, *ibid.*
Arianorum laudibus inharat, *ib.*
ab Ariti studio in haerese historiam inchoat 11. p.
libros duodecim, singulos nominis sui literis respondentes scripsit. 11. m.
Gregorium Nazianzenum laudat, licet haereticus 11. f.
Basilio magno iniquus, *ibid.* f. laudat eundem, *ibid.*
Philostratus Apollonii Tyanae vitam scripsit 13. p. 528. m. & deinceps.
eius stylus 13. p. 540. p.
Apollonium defendit 13. m.
mortem eiusdem obscuram narrat 13. m.
nugator & multa prodigiis refert 13. m. 533. m.
eius Icones 596. p.
Philostrato collecta a Photio formule ac praefata 540. m. & deinceps.
Philostrati Tyrii Lexicon 170. p.
Philatius docuit Athenis artem conglutinandi libros 110. m.
Phineus & Cepheus fratres 230. f.
Phlegon Trallianus Augusti libertus 148. p.
eius Chronicon & Olympicorum Collectio, *ibid.*
unde incipiat & ubi desinat 146. m.
stylus puerilis nimia accuratone 147. m.
Phoca tyrannus 40. p.
Phoca 730. p. 731. f. & deinceps.
Phocion quod in Aristogitonem dicitur iterum recerit 644. f.
civium inimicus nemini 645. p.
Phoenix avis unica 183. f. & 570. p.
de ea variorum sententia 183. f. 570. p.
Phraates cognomento Deus, Parthorum Rex 146. f.
Phraates Rex Parthorum amicitia Rom.

I N D E X.

varia eorum victoria 376. m. 377. p.
amicitia cum Heracleotis 377. m.
Antiochum superant, ibid.
à Mithridate prostigantur 378. m.
à seruis fugiuntis pulsi 634. p. }
Romanorum & Atheniensium super-
stitiosus circa Hermaphroditas er-
ror 618. p.
Rom. imagines cur proponerentur
625. m.
eorum cum aliarum gentium Prin-
cipibus comparatio 622. p.
Romulus & Remus, Rhea Sacerdos
& cognatio tota 24. p.
Romulus & Remus ad Tiberim à pa-
store deferuntur 235. p.
à Lupa nutritur, ibid.
à Faustulo Lupa eripiuntur, ibi-
dem.
Amulium confodiunt 235. ibid.
Romam condunt, ibid. f.
Rufina B. Cypriano templum struit
217. m.
Rufinus Himerii Sophista F. 594. m.
in eundem monodia, ibid. f.
Rutilius Rom. (Linio & Orofio Ru-
pilius) seruos in Sicilia superat
630. p.
Siciliam liberat, ibid. m.
S.
Sabaorum terra 745. m.
Sabellius 813. f.
Sacerdotis vestes 850. p.
Sacerdos & Leuita in Euangelica
parabola qui 815. p.
Sacrificium per vitulos ac tauros
883. m. f.
Sacrificia antiqua Iudeorum 468. m.
Sagena Euangelica quid sit 298. f.
Salustius 556. f. & seq.
Salustius Cynicus 557. p.
Saluatoris genealogia quo modo à
Matthaeo & à Luca narratur
9. p.
Salvius Tryphon dictus 635. m.
Athenionem sibi adiungit, ibi-
dem. m.
in custodiam tradit, ibid. f.
Salvius Aruspex & tibicen defectio-
nis auctor 633. f.
victor Rom. superat 634. m.
Samaritanorum opinio 466. m.
Samiades uxorem iudicio repetit
616. m.
Sanctorum reliquias virtutem inesse
889. m.
Sandalia veteres Arbylas vocabant

Sani prius quàm aegroti sudant 863. m.
Sapores 713. m.
Saracenorum conuentus circa mon-
tem quendam 2. f.
summa in eo tranquillitas inter
homines & feras, ibid.
Sardicenfis Synodus quando habita
775. p. & 785. p.
Sarius socius Rom. Iouinis se adiunge-
re vult 104. f.
Alarichi inimicus, ibid. & 147. f.
ab Adaulpho occiditur 107. f.
descriptus ab Honorio ob interfectum
Belleridem 107. m.
Saturnum quomodo Phoenices & Sy-
ri nominant 559. p.
Satyrus Deus 606. p. 711. f.
Satyrus defectorum Dux ad bestias
damnatus quid egerit: 637. m.
Satyrus 11. Heraclea tyrannus 366. m.
crudelitas eiusdem, ibid.
In fratrem propensus, ibid.
cancro exspiravit 367. p.
Scamma quid 829. f. & 820. f.
Scarabeos ex asinis pullulare 652. m.
Scientiae instrumenta octo 715. m.
Sciapodes Indorum 533. f.
Scipio Africanus Numantiam obsi-
dens 650. m.
Rex Hispanie dictus, nomen de-
reclat 376. f.
Scipiones vincunt Heracleotas 377. m.
Σκωλιὰ carmina 522. f. & 524. p.
Scribere in vino prou. 865. m.
Scylacis historia fabulosa 535. f. &
870. f.
Scytharces Rex Scytharum 57. p.
Persas prostigat, ibid.
Scythae quales 716. p.
Scythica fera Tarandus 857. p. & m.
Sebastianus Imp. frater Iouini occi-
ditur 107. m.
Secyndianus suis odiosus 62. m.
oculis sororem accersit, ibid. m.
omnes ab eo desciscunt 62. m.
Seditio exterminanda 542. f.
Seleucus Lysimachum deuincit 371. p.
Heracleensium Legatos fastidit,
ibid. f.
à Ptolemao Cerauno occiditur
372. m.
Seleucus auis 353. f.
σελευϊκός, quid sit 150. m. & 80. f.
Semiramis Nini filia 222. p.
cum filio usum habuit, ibid.
Senarius numerus 240. m.

Senes an pueri citius sudant 863. m.
pueris fictiores sudant rariis,
ibid.
Sensus quatuor in capite sedem ha-
bent 713. f.
tactus toto corpore diffunditur,
ibid.
Septenarius numerus 240. p. 834. p.
Serapion Diaconus, Chrysostomi ad-
uerfarius 141. p.
Serena uxor Ssiliconis suffocata
104. f.
Sereni Grammatici Dramata
876. p.
Sergius Grammaticus 464. p.
S. Sergius à Clobroa honoratur
44. p.
Sergius Confessor unde historiam
incaepit, & ubi desinat 49. f.
Sergius damnatus in vi. Synodo
6. m.
Serpens aneus in deserto an Christi
typus 475. f.
Serpentum generatio duplex 862. p.
Serpentes inuisitata apud Aethiops
magnitudinis 741. quomodo circu-
ventur 741. f.
in India venenati cuiusdam ser-
pentis natura 69. m. 542. p.
Serpentina insula 742. m.
Serrorius credidit Elyfios esse campos
quare ad virtutem incitabatur
647. f.
insulis adamant, ibid.
audacior, quam sui duces 648. p.
naturam qualem possideret osten-
dit, ibid. p.
Seruile in Sicilia bellum unde exor-
tum 627. p.
Seruile bellum secundum in Sicilia
qua de causa excitatum 632. m. f.
a Lucio Nerua extinctum,
ibid.
tertium in Sicilia bellum Duce
Salvio 633. p.
quartum annos quatuor duravit
637. m.
Seruorum in Sicilia defectiones
628. p.
in Italia 631. p.
eorum in Dominas immanitas
628. m.
Seruorum apud Comicos nomina un-
de 870. m.
Serui notis inuisti 627. p.
Serui ac Domini 819. p.
Seruus dicitur cur dictus 871. p.

Seue-

I N D E X.

Seuerus Imper. 546. p. eius equus
553. p.
Morbo exstinctus 148. m.
Seuerus haereticus multiformis 463.
p. f. 464. p.
Ildorum male reprehendit 477. p.
Seuerus Romanus 585. f.
Seuerus nuper adueniens vinctus
608. f. 609. f.
Seueriani haeretici 460. m. 462. f.
Seuerianus 585. f.
Seuerianus Galatorum Episc. 489. m.
Sex dies in creatione mundi, typus
annoſcenda Trinitatis 315. p.
Sicilia Rex Agatocles è figulo
866. p.
Sicilia Tyrannus Dionysius 866. p.
Sicilia calamitosus status 635. m.
Zixos pro Zixus 571. p. (627. m.
Sicilorum erga seruos humanitas
Σίτυανόν οὐρανὸν 869. p.
Stignifer animalium duodecim
714. m.
Silli carmina 522. f. & 524. m.
Simia caudata 67. p.
à leonibus aegrotis deuorantur
531. m.
altitud earum genus apud Indos
534. p.
Simonides poeta 522. m.
Eius patria, ibid.
Simonides amore captus rex Babylo-
nis 130. f.
Rhodanem à cruce liberat 131. p.
fugit nuptias, ibidem.
rex eum persequitur, ibid.
Spelancam intrat, ibid.
apum venenatarum melle rescit-
tur 131. m.
cornu affriclu è veterno surgit,
ibid.
radis accusatur, sed absolutur
132. p.
militis insequentes decipit 132. m.
collocat se in tumulo ut dormiat,
ibid.
comprehenditur à Soracho 132. f.
sibi venenum parat, sed frustra,
ibid.
dimittitur, ibid.
proditur 134. f.
occidit Serapum eius amore incen-
sum 135. p.
eius canis se laqueo suspendit
136. p.
Rhodanem, conspicata moribus
dum consolatur 136. m.

nubit Regi Syria 137. m.
recuperata à Rhodane bello ei re-
stituatur 137. f.
Simulacra lignea fuere causa urbis
Sardianae capiendae 54. m.
Sinatrinus Parthorum rex 146. f.
Singirichus Sarii frater, rex Gotho-
rum post Adaulphum 109. m.
occiditur, ibid.
Situs praetorianus miles 34. p.
Cabadis exercitum prostigat,
ibid.
Smaragdum 850. m.
Smircus a patre deseritur 227. m.
Siclus uxor parit prodigiose, ibid.
Soaemus Romae Senator, dein Rex
Armenia 133. f.
Socratus hist. Ecclesiastici stylus 7. f.
8. p.
Ammonius & Helladium Docto-
res habuit 7. f.
eiusdem stylus non est accuratus
8. p.
Socrates philosophus 579. f.
Ethicam potissimum docuit 713. m.
nihil se scire aiebat 671. m.
hinc oraculo omnium sapientissimus
indicatus, ibid.
eius mors 794. m.
Solitudinis eucodimus 462. f.
Somniorum diuinitio 712. f.
Somnus & mors 853. m.
Sopatri excerpta de Diis, & de recte
factu mulierum 176. p.
aliaque excerpta ex aliis auctori-
bus Aristoxeno, Phavorino, Rufo,
Laertio, Plutarcho, Cephalo & a-
liis 177. 178. f.
Sophocles Atticus in stilo 871. f.
Tragicus 867. p.
adagium Sophocleum 865. m.
Sophronius pro Basilio scripsit 3. f.
eius stylus, ibid.
Sorachus Publicanus capitur 134. p.
laqueo se suspendit amore Sinoni-
dis 135. p.
laqueo discisso liberatur, ibid.
traditus Carmo ad crucem da-
mnatur 137. p.
liberatur ab Alanis, ibid.
Sofus Romanorum dux 98. m.
Sotian de fluminibus, & lacubus 242. p.
Sphinx apud Trogloditas 740. m.
eius forma, ibid. m. f.
Sphenadatus magus verberibus mul-
tatus 55. m.
praefectus fuit Baetrianorum 55. f.

fuit rex Persiae 58. p.
occiditur Babylone 58.
Spiridus 767. m.
Spiritus S. cur non habeat nomen fi-
liationis 327. f.
eiusdem processio 456. m. 459. m.
Stasimus Cyprius poeta 522. p.
Stater in piscereperius in Euangelio
quid sit 298. f.
Statuae aenea Harmodio & Aristogi-
toni cur posita 792. m.
Statua quadam prodigiosa Rbegii
106. f. Syrophoenissa 823. f.
Statua argentea reperia 109. f.
Stella, quae magos in Bethlehem du-
xit 365. p.
Stello serpentis genus 862. m.
eius pelle curatur morbus comitia-
lis, ibid.
Sthenelo Diomedes iunior 867. f.
Stephani Gobari Tributa liber
470. p.
Stephanus protomartyr vidit caelos
aperios 426. p.
Stefichorus Geioni tyranno ostensus
132. p.
palinodiam Helena cantando vi-
sum recuperat, 222. p.
Stilico tuor liberorum Theodosii
104. m.
uxorem Severnam ducit, ibid.
fit gener Theodosii, ibid.
perit operà Olympi, quem promo-
uerat, ibid.
Stratocles commentum 648. m.
Stratophagi apud Aethiops 736. m.
Stygis aqua 248. f. per Stygiam palu-
dem iurare 568. p. & 76. f.
Stilus compositus laudandus 540. p.
Stols quid in Euangelica parabola
818. m.
Sudor unde proneniat 863. p.
Sulla dux Rom. Mithridati occurrat
eundem prostigat 379. p. (378. f.
Athens enervare decrevit 378. f.
In Italiam redit 380. f.
ad Nolam Italicos superat 640. m.
Epaphroditus cur dicitur seu fe-
lix 641. p.
pediculari morbo exstinctus 870. f.
Superbi unguentis delibati 870. p.
Superianus Rhetoricam quando di-
dicerit 556. p.
Superstitio in prodigiis 618. m.
Surrena occisus ab Armenis 30. p.
Susanna historiam non exstat Hebrai-
ca 9. p.

I N D E X.

Sylaus ab Hercule interfectus 221. f. eius filia **Herculis desiderio perit**, ibid.
S. Symeon Stylites 463. m. a columna sic dictus, ibid.
Symeonius monachus 469. f.
Symmachus orator auri xlii. centenarios impendit in praturam filii 114. m.
Syncreticus Tarsi Episcopus 408. f.
Synesius Cyrenensis sphaera & stylus 7. m. resurrectioni primò non credit, sed deinde factus Episcopus credidit, ibid.
SYNODI SEV CONCILIA.
Synodorum actiones Gelasii nomen preferunt 5. f.
Synodus III. continens Epist. Cyrilli ad Nestorinum & Nestoriam ad Cyrillum ibid.
Carthaginensis contra Pelagium & Celestinum 19. m.
Chalcedonenfis laudatur 419. m.
Constantinopolitana contra Macedonium 777. p.
Ephesina 18. m.
à Ioanne Aegæata describitur 12. p. damnat Pelagianos 21. m.
Synodus IV. V. VI. & VII. 5. f. 6. p.
Synodo septima Monachi damnati 6. m.
Synodus ad quercum illegitima 25. m.
Sidedana xxvi. Episcoporum 17. m.
Synodus Antiochia quadam particulari collecta 17. m. 772. f.
Sardicenfis conciliū abrogat Synodum Antiochenam 145. m. 787. p. quot Episcoporum, ibid.
Synodus Nicæna quando habita 219. p.
Synodus Nicæna prima 766. f.
Syra Enni Syri è serua regina coronatur 629. p.
Syria Dea 627. f.
Syrophœnissa statua 823. f.
Syrus Eunus Antigenes seruus & Magnus 627. m. 628. p. prestigia eius ignem vomitando 627. f.
rex feruorum creatus 629. p. coronatur 629. exitus illo dignus 630. m. T.
T. Actus circa que 713. m. toto corpore diffunditur, ibid.
Taminensis prelio uictores Atheniensis 799. p.

Tanyaxares Cambyfi insidias struit 55. p.
eius occulta machinatio 56. f.
Tarandus Scythica, aut Sarmatica a columna sic dictus, ibid.
Tarasiodisa Imp. Leonis gener cum imperio in Orientem missus 102. m. nominatur Zeno 102. p. & m. imperat post Leonem 102. f.
Tarsus Atticus cuius generis 871. m.
Tatianus Iustini Marti. discipulus hereticus 161. m. eius immanitas 790. p. diuinitus puniatur ibid.
Taurus carniuorus 741. p.
Taurus Mons 32. f. 529. m.
Tautamus Uriatho in Lusitania successit 626. f.
Taxiles Mitridati alimenta subministrat 379. p.
Tertius quid Homero 867. 868. p.
Telegonus Ulysses patrem occidit 521. f.
Tenne orationis genus 521. p.
Tennes à patre arcule includitur 225. f.
Teresias uultum mutauit 343. f.
Tereus Thracum rex Procne ducit 226. m.
Philomela eius sororem violat, ib. eandem stricto gladio insequitur, ibid.
in uopam mutatur, ibid.
Ternarius numerus 238. f.
Terituchmes Persa occiditur 63. f.
Terramotus in obitu Saluatoris 147. m. & 702.
Testamenti utriusq. difficilis intellectus 323. m.
Tetras Aratus dixit 868. p.
Teucer Scamandri F. Teucram à se denominauit 223. p.
Teucris Telamonii baltheus 536. m.
Thamyris siuicæ filius Nympha 221. f.
Theagenis amor & Chariclea 94. p. vulneratur 94. m. deplorat casam Charicleam uisa
Thisbe casa 95. f.
sacrificio destinatur 96. m. taurum superat, ibid. absoluitur 96. f.
Theano Pythagora filia 712. m.
Thebanorum cum Pelagis bellum 525. m. iidem cum Macedonibus pugnant 725. f.
Thebe ab Alexandro capta 724. p. & seqq. uastata 576. p. 577. f. Eius

Thebe per fratres Alexandrum Phœraum coningem interfecit. 236. p. interfecto marso imperauit, ibid.
Themistius, Eugenius, Conon Philoponem insectati 6. f.
Chalcedonensem Synodum reiciunt, ibid.
Philopono patrocinantur 6. f.
Themistius Theopascbita 154. p. fuit caput sectæ Agnoitarū 154. m. eiusdem orationes 97. p. floruit tempore Valentis. Roma senator fuit, ibid.
Scriptus in Aristotelem 97. m. Platonem imitatur, ibid.
Themistocles Atheniensis 586. p. exulauit 690. f. occiditur 699. m. à Seriphio reprehensus 615. m.
Themistocles Aristidis oratio 694. f.
Theoclus Bjalas Chalcedensib. prodidit 222. f.
Theophilus Martyr mori iubetur ed quod S. Cyprianum ad martyrium euntem saltasset 217. m.
Theodectes Phaselites Tragicus Socraticus auditor 793. m.
Theodorus Aegæorum Episc. 762. p.
Theodorus Alexandrinus Monachus Theopascbita 154. p. eius scriptam contra Themistium 153. f. à Themistio refellit 154. p. eius stylus perspicuus 154. p.
Theodori Antioch. uel Mopisuestiensis interpretatio Genesios 10. f. ab eo Philoponus interpretatiōnem mutuatus, ibid. scriptum eius de Magia Persarum 115. m. Basilii libros contra Eunomium defendit 3. 6. excōmunicatur 6. p. Eius liber contra eos qui asserunt homines peccare natura 205. p. heresim interdum sapit 205. m.
Theodorus Asineus 565. f.
Theodoretus Episc. Cyrensis 477. p. Eius historia Eccles. omnium optima 8. m. audacius metaphoris usus, ibid. Synodi secunda acta late persequitur, ibid. unde incipiat, et ubi desinat, ibid. Anathematizatur 6. p. Eiusdem libri contra hereticos xxvii. 14. p. Et contra hereses lib. v. 21. f.

Eius libri v. in Chrysofomum. 827. p.
in Daniele. 271. f.
in Octateuchum, libros Regum & Paralipomena. 271. f.
in Prophetas xlii. minores 272. p. recte explanauit II. Regum 462. p.
Theodoretus & Ibas innocentes à Synodo indicati 5. f.
Theodosius Adalphi F. Argentea capsa sepelitur 109. p.
Theodosius Imp. contra Pelagianos scripsit 19. f.
Theodosius Monachus Philoponum refellit 6. m.
Theodosius Pius Imper. 777. p. Lucius Dux militia interficere conatur 372. p.
Theodorus Ancyranus Episc. 469. m.
Theogenes 165. m.
Theognosti Alexandrini hypotyposes 151. p. errat cum filium dicit creaturam ex opinione Origenis 151. Origenem defendit, ibid. alii eius errores circa SS. Trinitatem 151. f. eius stylus Atticus, ibidem. defenditur in Scholio, ibidem.
Theognostus 477. m.
Theognostus uxor ad Chrysofomum auxilii causa confugit 144. p.
Theon. 552. m.
Theonis Alexandr. opus medicum 290. p.
Theopascbita Themistius & Theodorus Mopisuestiensis 154. p.
Theophanes Byzant. Historicus unde incipiat 38. m.
Theophilus quidam Episcopus Chrysofomo iniquus 142. f. 145. p. accusat Petrum Episc. Alexandr. 143. p. Ipdorum accusat, ibid. Anthropomorphitis consentire se fingit 143. m. Monachos Longos vexat 143. f. ab iisdem accusatur, ibid. Chrysofomo asperè respondet 44. p. Epiphanium in Chrysofomum incitat 144. m. Chrysofomum indicat 144. f. libros Origenis legit 145. p. Episcopus à Chrysofomo ordinatos deponit 145. f.
Theophilus ad Ioan. Chrysofomum 477. p.

contra Seuerum scripsit 470. p.
Theophilus Indus à Philostorgio laudatur 12. m.
Theophrastus de animi defectione 858. p. de animantibus colorem mutatibus 857. m. de odoribus 545. m.
Theophylactus Simocatta, unde incipiat, & ubi finiat hystoriam, eiusque stylus 39. f.
Theopompus Chius Isocratis auditor 793. m. Ex eius hystoris multa intercederunt 202. m. Eius patria & parentes 203. m. Exulat in Aegypto, ibid. Eius hystoria plena digressionibus 204. f. (204. p. Eius aequales 203. f. ut Ephorus Eius fama & gloria 204. p. Isocratis emulus 204. f. Sæpiti qui apud Græcos dicerentur 648. m.
Theotecnus Episc. Casaree 477. f. Origenem ordinat 160. p.
Therapente diuersi ab Essais 150. m. & 702.
Theser Oschophorica instituit 525. m.
Thessalia serpentifera 862. p.
Theuderichus Malamiri F. Epidamnnum occupat 101. p.
Thibro Harpalum occidit 124. f. capitur 125. p. suspenditur, ibid.
Thisbe occiditur 95. p. dñs seruus cur dictus 871. p.
Thomas Episc. Germanicia 478. m.
Thrasylbulus Athenas tyrannide liberat 795. f.
Thrasimedes Cottam accusat, Heraclæam restantur & regit 394. p.
Threnorum carmen 522. f. 524. m. Siquidem, Spidaç herba 869. p.
Thucydide discendi ardor 28. m.
Thule insula descripta ab Ant. Drogene 185. f. Eius admiranda 188. p.
Thyscanus Paapidem occidit 187. p. Scipsum occidit amore Dercyllidis, ibid.
Thyamus cum Petosoride de sacerdotio contendit 95. m. vincit Petosoridem, ibid.
Tidens Latronum prefectus 94. f.
Tiara 850. p.
Tiberi Imp. asinus 553. m.

Eius vitam scripsit Plurarch. ibid. 702.
Tiberius Græcus Mauritio filiam despondit 39. f.
Tibiarum inuentores Phryges 602. p.
Tigranes Mithridatem copis inuit 391. p. Eius regnum Rom. inuadunt, ibidem. a Lucullo superatur, ibid. dictum eius arrogans de exercitu Rom 392. m. Legatos mittit ad Partbos 393. p.
Tigranocerta a Lucullo diripiuntur 392. m.
Tigris frater Mesopotamie & Euphrati 133. p. mortuus sit Heros peruersu matris 133. m. eius mater uiso Rhodane putat uidere filium rediituum 133. f.
Tigridi Diabolus a Iob comparatur 886. f.
Tigris animal celeritate uentos aequat 534. p. 542. m.
Timai Lexicon uocum Platoniarum 170. m.
Timeus Philisto iniquior 543. p.
Timothei Apostoli martyrium 762. m. à S. Paulo circumciditur 401. f.
Timotheus Athanasii sacrificus 783. p. eint innocentiam propugnare, ibidem.
Timotheus citharædus 523. m.
Timotheus iuuenem ab Alexandro prolocutus 601. f. 606. m.
Timotheus Canonis F. Isocratis auditor 793. m.
Timotheus I. tyrannus Heraclæ 867. p. ingenio fuit liberali, ibid. eius heroica uirtus, ibid. à fratre Dionysio honorifice sepelitur, ibid.
Timos idem uirtus 866. f.
Tissaphernes Cyrum criminatur 64. p. Græcos in suam redigere potestatem 63. p.
C. Titinnius cognomento Cadent 633. p.
M. Titinnius dux contra fugitiuos 633. m. ab illis in fugam uertitur, ibid.
Titus Bostrorum Episc. contra Michaelis 472. m. 473. p. T. Quin-

I N D E X.

T. *Quintilius Flaminius liberam Graciam reddidit* 653 p.
lato clamore excipitur, quo acre scilicet aures deciderunt, ibidem. m.
Titus Vespasianus August. laudatus 544 m.
Topazius ubi reperitur 742 m.
Trachinus princeps latronum 94 p.
Tres pediculari morbo extincti 870 f.
Triarius vrbes Mithridaticas capit 383 p.
Eius gesta contra Mithridatem 384 m.
classis Mithridatis superat 886 f.
Heracleenses bello navali prostigat 387 f.
C. *Triarius Delum instauravit* 147 p.
Tribonianus Quaestor 35 f.
Tricala Siciliae arx unde dicta 635 f.
636 p.
Triginta Athenis tyranni 795 f.
SS. Trinitatis persona, effecta, qualitates 306. 307. 316. 317 p. 411. 412. & seqq.
Trinus & vnus Deus 455 m. & seqq.
Tripodis gestatio unde 525 m.
Tripolemus à Cerere sublatus 609 m.
Triumviri quos proscribi sint passi 844 m.
Troglodite apud Aethiopus 737 f.
fratres & Liberi his inter se communes, ibid.
à Traiano bello, origines ducte 876 f.
Tros Erichthonii Filius 222 f.
Truli à Vandalis cur dicti Gothi 110 m.
Turca legatos Rom. benigne excipiunt 38 f.
legatos mittunt ad Iustinum Imp. 38 m.
Tyrannus 679 m.
Tyriorum monumenta 188. & 189 p.

V.
V *Alara emporium apud Indos* 534 f.
Valens imperium à patre accipit 789 f.
persequitur pios 790 f.
Valentinianus Iouiano successit 552. p. 789 f.
Eius frater Valens qualis fuerit, ibid.

Valentinianus filius Constantii & Placidia 111 f.
diellus Nobilissimus ab Honorio, ibid.
item post mortem Honorii 114 f.
Augustus creatus, ibid. & 115 p.
Valerius praefectus Thraciae 109 m.
Valerius Flaccus à senatu Rom. Sulla bello Mithridatico sefficitur 379 f.
occiditur à militibus, ibid.
Valias dux Gothorum mortuo Singiricho 199 m.
remitit Placidiam patris conditionibus 110 f.
Ei succedit Theodericus 112 m.
Vandali Gothos Trulos vocant 110 m.
Variarum Romanis bellum mouet 31 m.
Kadastus Persa Terituchmam occidit 63 f.
Venatores coris veseentes 735 p.
Veneris fanum in insula, quam Tigris & Eufrates efficiunt 133 m.
in eo delubro matrone sibi visa narrabant, ibid.
Veratrum in Anticyra 873 p.
Verbi incarnatio 298 m.
Verbum incarnatum & non pater, ibid.
Verbum quomodo vnitum 473 m.
Vermis quidam in India septem cubitos longus 92 m.
oleum ex eo suspensò dimanat 82 f.
Verina Leonis vxor Zenonis vrbe & imperio pellit 102 f.
Patricium Asparis F. promouere satigat, ibid.
odium in fratrem concipit 102 f.
Hillo parat insidias 103 m.
ablegatur in Ciliciam 103 f.
Vertigo in vrbe unde nascatur 858 f.
Vespa ex equò putrefacto nascuntur 652 f.
Viales Dii 814 m.
Vipera an in partu matrem enecet, quaestum 542 p. & seqq.
Victor Papa Episcopus vult abdicare ob Paschalis dissensionem 161 f.
Victores in Certamine Olympiade 627 m. 146 m.
Victorini Lampadii declamationes 149 f.
Vigilantes agrè sudant 863 m.

Vincentius presbyter Rom. legatus missus 119 p.
Vindali Anatolii Beryti de Agricultura collectanea 181 m.
unde sua collegerit, ibid.
fabulis scatet, alioqui praecepta tradit, ibid.
in Vno scribere prouerb. 885 m.
B. Virgo quando conceperit & pepererit filium Dei 470 f. 471 p.
Viriathus è pastore Lusitanorum dux 626 m.
Eius robur & celeritas, ibid.
Romanos prostigat, ibid.
à Fabio superatur 626 f.
paetum cum eo init, quod rumpit deinde Capio, ibid.
tractis insidiis occiditur, ibid. f.
Virginitas & vitiorum imago 544 p.
Vita calamitosis etiam dulcis 623 m.
Vitiges Gothorum rex Chosroem ad arma impellit 36 p.
à Belizario capitur, ibid.
Vitulus marinus 862 f.
coagulum eius Epilepticis prodest, ibid.
per Vitulos sacrificium 883 m.
Vlysses in equum mutatus 249 p.
Diomedem vulnerare parat 228 p.
Erravit circa vltimas Italiae oras 114 m.
Palladium vna cum Diomede abstulit 228 p.
à Telegono filio interfectus 521 f.
vna Verbi natura, quomodo intelligendum 459 f. & seqq.
Vnguentis delibuti superbi 870 p.
Vnio hypostatica in Christo 455. & passim in Eulogio.
Vnitas in numero 238 p. 713 p.
Vnum in Deo quomodo accipitendum 455 m.
Vologesius victus à Rom. 133 f.
Volusianus S. Melaniae patruus 19 f.
conuertitur ad fidem, ibid.
legationem obit Constantinopoli, ibid.
Melaniam Hierosolymis conuenit, ibid.
Vrania sidus malo nauis insidens 112 m.
Vrbs capta facies 677 f.
Vrsicius Comes 609 m.

Xanthus

I N D E X.


X.
X *Anthus Bæotorum rex à Melantho occisus* 230 f.
Xenocrates Philosophus à Lycurgo oratore à publicani molestus liberatur 810 m.
Xenophon Grylli F. Isocratis auditor 793 m.
est regula puri sermonis 173 p.
Socraticus 606 f.
quantum ei tribuendum sit 872 p.
Vopis dixit 872 p.
Eius locus in ed. n. v. 869 p.
Xerxes rex Persarum 557 m. 695 m.
Assuerus putatur 57. 67 b.
uxorem ducit Amistris 57 m.
in Graecos expeditionem mouet, ibidem.

occiditur 58 f.
Xerxis Artaxerxa F. patri succedit 62 p.
occiditur ebrius à Secyndiani fratre, ibid.

Z.
Z *Acharius Pontifex* 780 f.
Zamolxis apud Getas p. Deo cultus 186 f.
Zani gens barbara victa in Christianam religionem concessit 34 f.
Zeno Imper. inauguratur 100 f.
dictus antea Tarasicodisa 102 m.
deceptus à Verina fugit, ibidem. f.
bellum civile gerit cum Marciano, & Procopio 103 f.

quid in Theodosium conatus 572 p.
Zenobia Odenati vxor virago 802 p.
Zenodotus 583 p.
Procli delicia, ibid.
Zopates Bithynus Heracleotai infestat 373 m.
eos bello superat 373 m.
Zopyrus occiditur Babylone 57 m.
Zopyrus alius Megabizis F. Athenas fugit, 61 p.
Zodiacus circulus Aristoreli 714 m.
Zodiaci signa 346 m.
Zosimus Comes impius non Christianus unde incipiat & ubi finiat historiã 147 f.
Eius stilus plantis 148 p.

F I N I S.



Addenda & mutanda.

Pag. 4. vers. 30. & 31. leg. Eunomium. p. 8. v. 28. leg. puriterque p. 10. v. 7. impune. v. 21. in marg. Textus de Corona. p. 17. v. 1. Spiritu. p. 18. v. 4. à fine. Celsium p. 21. v. 27. exteras p. 30. v. 22. mille auri p. 31. v. 4. ineunte vere v. 12. in marg. πδλι p. 32. v. 20. marg. iidem v. 24. Nisibenorum v. 27. apud p. 33. v. 11. à fine. vere ineunte. p. 34. v. 38. muliebrem v. 40. Comentiolum v. 7. à fine. Atque hæc p. 36. v. 5. Alexandri v. 10. in marg. XIX. v. 39. quod copia ferici p. 40. v. 13. in marg. tributi genus p. 41. v. 3. qui-cum & absque parenthesi. v. 17. v. 18. d. Numeri p. 44. v. 12. cepit p. 45. v. 34. consilium p. 47. v. 7. Megabyzus v. 45. cadauer v. 48. in marg. lit. Præter mentem meam accidit. ut hæstratio nostra prima. de cinerum supplicio hoc loco expressa sit. Nam ecce tibi clarissime descripsit Val. Maximus Lib. ix. cap. xi. Externorum historia sexta. quo supplicii genere perierint. qui hic

ἐπεὶ δὲ δὸς οὐκ εἰς τὴν ἐρωδὶν dicuntur. quod etiam Ovid. in Ibin his versiculis indicat:

Plū, necatorum Darii fraude secundi

Sic tua successus denovet ossa cinis.

Dixeris & B. Hieronymum olim hanc ipsam phrasin. alterius Machabæorum libri. cap. xiii. num. 6. legisse. quum de sacrilego illo Menelao. eodem hoc supplicii genere necato. vulgata eius versio referret. *Inde in cinerem detici iussit sacrilegum.* p. 51. v. 8. perempus v. vlt. initio. p. 7. v. 37. iustitiæ p. 59. v. 23. anno p. 61. v. 10. ne canes quidem p. 62. v. 20. Calasiride p. 64. v. 17. à fine. in marg. d. al. Matathia. p. 96. v. 4. peculancus v. 10. in marg. in frusta p. 69. v. 21. scriptor p. 70. v. 7. à fine. parenthesis claudenda ante Honorio. p. 77. v. vlt. in marg. lxxxvii. p. 78. v. 12. CYZICENI. v. 20. Alexandrum v. 26. in marg. sanctorum que p. 80. v. 12. à fine indigitat v. 9. à fine splendide p. 82. v. 27. Corinthium p. 84. lege parum p. 86. v. 14. Craterus omisâ copulâ atque v. 23. Libyam. p. 89. v. 9. à fine. Sinones p. 91. v. 9. à fine. Sinonide p. 93. v. 12. stricte p. 97. v. 9. in marg. Ptolemaidis v. 19. in marg. Theognosti p. 99. v. 3. exciabat v. 19. Cuculum v. 10. à fine in Scholio. relatum. p. 101. v. 5. poposcerunt v. 7. totius v. 8. natu-que v. 8. à fine. Saluatori p. 104. v. 4. à fine. necessitatem p. 111. v. 4. à fine. laudat p. 113. v. 9. domosque p. 114. v. 18. à fine. delectatur cap. 17. v. 17. fine. Adde. Patavii edente Sambuco. Anno 1556. & Chronico Hippolyti Thebani fragmentum de ortu & cognatione B. Virginis. p. 115. v. 8. præterea p. 116. v. 4. Lucian. de Sectis. *Vide hic Scholia Græci Cod.* p. 121. v. 21. in marg. omnium p. 127. v. 13. à fine. posset p. 129. v. 4. Hellanici v. 34. à fine. Crateri p. 133. v. 37. in marg. Franc. Philelphi p. 137. v. 39. Antonius p. 138. v. 3. à fine. ac mutila. v. vlt. costat p. 142. v. 20. à fine. inrepsisse p. 149. v. 4. refellit p. 152. v. 7. Lacedæmonii p. 159. v. 2. mereri p. 160. v. 17. à fine. in Schol. cccxvii. p. 161. v. 31. Ex præcedenti p. 164. v. 14. repone lxx. p. 166. v. vlt. marg. Adde. Clemens tamen lib. 3. Strom. & Xantho in Magicis. Magos matribus. filiabus. fororibus commiseri solitos esse. refert. *Catull.*

Nam magus ex matre & gnato nascatur oportet.

Si vera est Persarum impia religio.

Plura colligit Cælius Rhodigin. cap. xviii. lib. x. p. 170. v. 22. Leucophry dici cæpta. p. 177. v. 7. in marg. Apollodoris p. 179. v. 28. Androgynia. v. 19. à fine. Trium. p. 183. v. 23. in marg. Alex. lib. I. & Plutarch. in præceptis Politicis. p. 184. v. 41. Rhododaphnem. p. 185. v. 16. de Helena sic dictum p. 191. v. 20. non aberrabit. v. 3. à fine. bonus. p. 192. v. 7. Coloss. p. 196. v. 9. scribitur. p. 200. v. 24. in marg. extant Parisiis Græcè & Latine v. 16. à fine. verbis elegantibus. p. 212. v. 21. sculpendi atque fabrilis p. 219. agit. & de antidoto p. 220. v. 11. à fine. in marg. Matth. 13. 47. v. 8. à fine. in marg. Matth. 17. 27. p. 223. v. 3. reffingens p. 226. v. 17. in marg. 1246. *et sic.* p. 230. v. 16. à fine. in marg. Nicol. & mox ibid. Georgius Cedrenus. p. 232. v. 24. quod p. 236. v. 10. quas iam. p. 241. v. 18. Omnis enim p. 247. v. 32. cæteraque. v. vlt. ullus. p. 276. v. 35. ad marg. Naues. animandum nominibus apud Strabonem ut infra in Memnone. pag. Gr. 372. v. 9. à fine. Ad marg. ibid. annotetur. Alexandriae fororem ducere licebat. Vide Attilium Probum. Muretum in Variis. & Turneb. in Aduers. lib. 18. cap. 13. de Apocolocyntosi. p. 275. v. 25. Romanorum. p. 276. v. 26. Adde in marg. Cicero in Manliana. Appianus & alii. & nos in Observationum libris. p. 286. v. 12. In marg. adde cccxvii. p. 292. v. 8. diuersæ substantiæ viuiuntus personæ v. 9. Quare si volumus vnam incarnatam Verbi naturam p. 295. v. 17. Inuencus. p. 301. v. 7. verbi causa. p. 302. v. 15. à fine. adde ad oram. Matth. 18. 17. p. 349. v. 32. ad exsensionem. p. 352. v. 3. fore si vatem v. 6. interfecerent. & interfecerunt. p. 354. v. 30. Euphrates p. 358. v. 13. in marg. Ichthyophagi. v. 22. pinguedine referta. p. 359. v. 4. in margine tollatur numerus cclxv.

A V G V S T Æ V I N D E L.

Excudebat Christophor. Mangus.

Anno M. DC. VI.

